BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
C
1
NAPOLI

XXI
B.
1.

Digitized by Google

Digitized by Google

XXI
C
1

Digitized by Google

SCRIPTORVM
DE
IVRE NAVTICO ET MARITIMO
FASCICVLVS

IO. FRANC. STYPMANNI IVS MARITIMVM
ET NAVTICVM
REINOLDI KVRICKE DE ADSECVRATIONIBVS
DIATRIBEN
ET
IO. LOCCENII IVS MARITIMVM
COMPLEXVS.

PRAEFATIONEM
DE IVRISPRVDENTIA, DIVINARVM HVMANARVMQVE
RERVM NOTITIA,
PRAEMISIT
IO. GOTTL. HEINECCIVS, IC.



HALAE MAGDEBVRGICAE
SVMTIBVS ORPHANOTROPHEI MDCCXXXX.

Digitized by Google





Digitized by Google

FLORENTISSIMARVM
PER GERMANIAM NOSTRAM RERVM-
PVBLICARVM
ET
EMPORIORVM CELEBERRIMORVM

LVBECENSIS
HAMBVRGENSIS
AC
BREMENSIS

CONSVLIBVS SYNDICIS
AC SENATORIBVS

VIRIS
MAGNIFICIS AMPLISSIMIS ET DOCTRINAE
PRVDENTIAEQVE
LAVDE EXCELLENTIBVS
HVNC SCRIPTORVM IVRIS MARITIMI AC NAVTICI
FASCICVLVM

D. D. D.

IO. GOTTL. HEINECCIVS IC.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRI

MAGNIFICI, AMPLISSIMI, PRVDENTISSIMI.

Dum hi de iure nautico et maritimo libelli, quos vno faſciculo iungendos exiſtimaui, me potiſſimum impulſore, praelis noſtris de nouo exeunt: non fuere profecto, quibus ego illos et iuſtius, et libentius, quam VOBIS, VIRI MAGNIFICI et AMPLISSIMI, more ordinis noſtri hominum, nuncuparem. Eſt enim ea ſplendidiſſimarum veſtrarum ciuitatum felicitas, vt

iam inde veluti ab incunabulis ſuis cum aequiſſimis legibus, libertate, opibus, tum commerciis et diſciplina nauali, prudentiſſime conſtituta, vnae omnium maxime floruerint. Eaedem tamquam Germaniae ocelli, hodie etiam in boreali eius parte magis, quam vllae aliae, adeo praefulgent, vt qui vrbes veſtras luſtrant, iis Rhodus, Athenae, Corinthus, emotae ſedibus ſuis, Lubecam, Hamburgum et Bremam migraſſe videantur. Quod ſingulare, ac trigae huic florentiſſimorum emporiorum veluti proprium decus tanto magis omnino admirandum eſt, quanto illud difficilius conſeruari, rerum ciuilium periti animaduertunt. Quae enim respublicae opes ac magnitudinem ſuam commerciis diligenterque excultae rei nauticae debent, eae ipſis nauibus quodammodo ſimiles ſunt, nec minoribus plerumque fluctibus, quam illae, iactantur, ac proinde earum permultae, quas olim excelſiſſime floruiſſe accepimus, non admodum diuturnam illam felicitatem habuerunt. Veſtrae ciuitates,

VIRI

VIRI MAGNIFICI AMPLISSIMIque, tot iactatae tempeſtatibus, quae vel communi Germaniae, vel illis prope ſolis incubuerunt, ſtupendo Dei beneficio ſaluae adhuc ſemper fuerunt, et felicicer tenuerunt portum, et maiorum ſuorum laudem in hodiernum diem, difficillimis temporibus, prudentiſſime tuentur. Haec qui paullo conſiderat accuratius, non poteſt, quin VOS potiſſimum, VIRI MAGNIFICI AMPLISSIMIque, veſtraque collegia Senatoria ſimul maxime ſuſpiciat atque admiretur. VESTRIS enim conſiliis, VESTRAEque prudentiae, ſi a diuino nutu ac arbitrio diſceſſerimus, id debent ciuitates patriae, vt bonis, maiorum virtute partis, perfruantur, et veluti per damna, per caedes ab ipſo ferro opes animosque ducant. Quemadmodum ergo praecipua laude fertur gubernator, qui nauem ex hieme marique ſcopuloſo ſeruat incolumem: ita non poteſt non VESTRA ſingularis exiſtimari prudentia, quorum

rum

Digitized by Google

rum ſapientiſſimis conſiliis respublicae veſtrae ex tot tamque grauibus procellis non modo ad incolumitatem peruenerunt, ſed et hodie, adplaudente vniuerſa Germania, feliciter conſeruantur. Habetis, quae de VOBIS, veſtraque rectrice prudentia ſentiam, VIRI MAGNIFICI atque AMPLISSIMI, idque mihi ſuffecturum apud VOS arbitror, ad hoc conſilium VOS hac epiſtola publice adloquendi, excuſandum. Satis enim me pudorem meum purgaſſe putauero, ſi eam venerationem, quą et VOS et florentiſſimas ciuitates veſtras ſemper ſum proſequutus, tandem in calamum prorupiſſe, vere dixerim. Accedit, quod ipſi libelli, qui oculos veſtros ſubeunt, ad ius maritimum et diſciplinam naualem, id eſt, ad peculiare illud VOBIS decus, pertinent, eoque in genere ſapientiae ciuilis VOS ita excellitis, vt, quae iurisconſulti de illo praecipiunt, ea VOS in vſu quotidie habeatis, nemoque VOBIS aequiore Ioue de illis ſcriptionibus iudicare

care

Digitized by Google

care poſſe videatur. Denique nec illud omittendum fuerit, in eo potiſſimum elucere prudentiam VESTRAM, quod cum eximiis illis rerum publicarum veſtrarum praeſidiis, quae iſtae ex commerciis et re nautica petunt, incredibilem bonas litteras et quaevis optimarum artium ſtudia fovendi provehendique ſollicitudinem coniungendam exiſtimetis, et Athenarum exemplo non modo optime inſtituta gymnaſia habeatis, ſed et quotannis iuvenes complures omni litterarum genere non leviter tinctos, ſed bona fide imbutos, emittatis in academias, qui ſane aliis exemplo atque incitamento eſſe ſolent ad doctrinae ſolidioris praecepta a nobis capeſſenda. Quod quum ipſe in academiis, in quibus tot annos iurisprudentiam publice docui, ſatis expertus ſim: non potui diutius cohibere adfectus magnitudinem, nec temperare ſtilo, quin VOS eo nomine publica adloquutione collaudarem, collegiis veſtris illam virtutem ac prudentiam, civibus vero populisque VE-

Digitized by Google

VESTRIS tales patriae parentes magnopere gratularer, Deum ſimul precatus, vt rerumpublicarum VESTRARVM felicitatem non ſolum integram ſeruare, ſed et ſubinde maximis auctibus prouehere atque amplificare velit, ad illum vsque decretorium diem, qui hauriet hoc aeuum, vniuerſumque terrarum orbem, exacta ſaeculorum ſerie, abolebit. Valete VIRI MAGNIFICI AMPLISSIMIque, et res veſtras feliciter agite. Halae Magdeburgicae V. Non. Maias anno erae Chriſtianae MDCCXXXX.

Digitized by Google

ERVDITO LECTORI

S. P. D.

IO. GOTTL. HEINECCIVS, IC.

Faſtum haud mediocrem plerisque ſemper redolere viſa eſt iurisprudentiae definitio, quippe quam VLPIANVS *diuinarum humanarumque rerum notitiam, iuſti iniuſtique ſcientiam* eſſe, parum modeſte adfirmarit a). Nec mirum profecto eſt, eam philoſophis potiſſimum mouiſſe bilem, et vel maxime conflaſſe aemulationem iſtam acerrimam, quae inter iurisconſultos et philoſophos quam diutiſſime interceſſit. Tantum enim abeſt, vt hi eam laudem iurisprudentiae cum diſciplinis ſuis communem eſſe fateantur, vt inuaſam eſſe conquerantur poſſeſſionem ſuam, et tantum non interdicto, vel *vnde vi*, vel *vti poſſidetis* ſaltim, aduerſus iurisconſultos experiantur. Et ſane, ſi dicendum, quod res eſt, tam antiquam eſſe animaduertimus philoſophorum poſſeſſionem, vt ipſa propemodum philoſophia hac definitione ſua non ſit antiquior, et, ex quo tempore illius ſtudium in Graecia feruere coepit, ſemper ea ſiue ſapientiae, ſiue philoſophiae, definitione vſi ſint philoſophi. Primus PYTHAGORAS, cui et pulcherrimum iſtud ipſius philoſophiae nomen debemus, ſapientiam, quam profitebatur, *θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων γνῶσιν*, *diuinarum humanarumque rerum notitiam* eſſe, dicebat. b) Eamdem definitionem deinde et reliquos ſapientes cum ipſo philoſophiae nomine

 ado-

a) *l. 10. §. 2. D. de iuſt. et iur.*

b) Mich. Pſell. *Comment. ad quinque voces, init.*

Digitized by Google

adoptaſſe, animaduertimus, c) eaque poſtea ita increbuit, vt philoſophia, et *rerum diuinarum humanarumque notitia*, pro iisdem omnino acciperentur.

Neque exiſtimandum eſt, philoſophorum parum interfuiſſe, ſaluane ſibi eſſet tam honorificae definitionis poſſeſſio, an iuriſconſulti eam veluti ſimul poſſiderent. Ea enim illi freti, et tam late proferebant artis ſuae terminos, vt illam ne iisdem quidem, quibus hoc vniuerſum, finibus circumſcriptam dicerent: et ſibi non hominum, ſed Deorum immortalium nomen atque honorem deberi, liquido demonſtrabant. Prius iam olim his verbis tradidit PERICTIONES, Pythagoricus, apud STOBAEVM; e) Σοφία περὶ πάντα τὰ γένη τῶν ἐόντων σχολέεται. ὅυτως γὰρ ἔχει σοφία περὶ πάντα τὰ ἔοντα, ὡς ὄψις περὶ πάντα τὰ ὁρατὰ, καὶ ἀκοὰ περὶ πάντα ἀκουστικά. *Sapientia circa omnia in vniuerſum, quae exſiſtunt, eſt occupata. Ita enim ſapientia ſe habet circa omnia entia, quemadmodum viſus circa omnia viſibilia, et auditus circa omnia audibilia.* Et ne quis forte putaret, ad ea tantum, quae ſenſibus percipimus, eam pertingere philoſophorum notitiam: PYTHAGORAS et PLATO ſolum Deum, eaque quae expertia ſint materiae, κυρίως ὄντα adpellabant, f) ac proinde in earum rerum contemplatione vel maxime verſari philoſophi ſtudium, naturalia vero non aliter, quam κατὰ τῶν ὑπὲρ φύσιν μετέχωσιν, *quatenus diuinis*, et

c) Cicero *de Finib. Lib. II. Cap.* 12. Strabo *Lib. I. Geograph. p.* 3. *edit. nouiſſ.* Philo *de congreſſ quaer. erud. grat. p.* 435. Plutarch. *de placit. philoſ. p.* 874. *Tom. I.* Max. Tyr. *Diſſert, Platon. XVI.* Pachymer. *Introd. ad philoſoph. Cap. II.*

d) Iſ. Caſaubon. *in Strabon. Lib. I. p.* 3.

e) Stob. *Serm. Ethic. Cap. I.*

f) Iamblich. *vit. Pythag. Cap. XXIX.* Nicomach. *Arithmet. Cap. I.* et ex recentioribus Iac. Thomaſ. pererudita Diſſert. *de Pythagorica philoſ. definitione.*

Digitized by Google

et quae ſupra naturam ſunt, participent, ad diſciplinam ſuam pertinere, adſeuerabant. g) Ac proinde philoſophiam non magis, quam ipſum Deum, finibus quibusdam terminari contendebant.

Deinde, quum in mortalem vix cadere videretur tam prope infinita rerum diuinarum humanarumque rerum ſcientia: philoſophi, dum omnia noſſe ſibi viſi ſunt, ſe ipſos noſſe deſierunt, adeo, vt ſe, ad illud ſapientiae faſtigium enixos, non homines amplius, ſed Deo ſimiles, Deo pares, quin vere Deos eſſe, turpiter iactarent. Hinc illa HIROCLIS: h) πρῶτον ὂν ἀγαθὸν δεῖ γένεσθαι, καὶ τότε θεόν. *Primum probum fieri decet, indeque Deum.* Qui auctor et alibi, i) finem vltimum philoſophiae eſſe τὸ θεοποιῆσθαι, *Deum fieri,* diſerte adfirmat. Eodem in luto et alios, qui in Pythagorae verba non iurauerant, haerere videas. Nam et SIMPLICIVS, k) finem, ad quem philoſophum contendere oporteat, eſſe ait, extremam illam ac perfectiſſimam felicitatem, quam adſequutos ARISTOTELES non homines, ſed Deos, adpellandos eſſe cenſuerit. Et ſimilia fere apud EPICTETVM, l) SENECAM, m) ceterosque familiarum paene omnium philoſophos, n) occurrunt, maxime tamen apud recentiores illos, qui philoſophiam quamdam ſublimiorem adfectantes, ad tantum diuinae iſtius virtutis vel ἀποθεώσεως gradum perueniſſe ſibi aliisque videbantur, vt ſi PHILOSTRATI, EVNAPII, MARINI, aliorumque

g) Simplic. *Commentar. de Praedicabil. init.*
h) Hierocl. *in aur. Pythag. carm. praef. p. 7.*
i) Idem *ad verſ. 69. p. 310.*
k) Simplic. *Comment. in Ariſtot. categor. prooem.*
l) Arrian. *Diſſert. Epictet. Lib. II. Cap. 15.*
m) Seneca *Epiſt. XLVIII.*
n) Scheffer. *de nat. et conſtit. philoſ. Ital. Cap. VII. p. 44. ſequ.*

Digitized by Google

rumque eiuſdem furfuris ſcriptorum elogia euolueris, non homines, ſed Deos, ab iis deſcribi, laudibusque in caelum euehi, ſis exiſtimaturus. Vt alia praetermittamus eius ἀποθειώσεως exempla: cui, quaeſo ignotus eſt Apollonius iſte Tyanenſis, impoſtorum, quos vmquam ſol adſpexit, turpiſſimus? Is vero PHILOSTRATO o) modo δαιμόνιός τε καὶ θεῖος, modo θεὸς, adpellatur, quippe qui ὑπὲρ πάντα τὰ ἐν γῇ ſuper omnia terreſtria cum ipſis Diis commercium habuerit, p) vt, ex CYRILLI q) ſententia, id vnum egiſſe videatur rabidus iſte aduerſus Chriſtum canis, vt Apollonium ſuum, veluti Deum quemdam, venerabilem omnibus faceret, atque admirandum. Adeo philoſophis non modo perhonorifica, ſed et fertilis fuit illa diſciplinae ſuae definitio, ob quam ſibi et infinitam ſapientiam, et naturam diuinam, atque ab omni labe ſeiunctam, vindicare iure videbantur.

Quae quum ita ſint, fieri profecto non potuit, quin homines illi, ſui pleniſſimi, grauiter ſuccenſerent VLPIANO, hanc ſapientiae definitionem, philoſophiae ereptam, iurisprudentiae ſuae vindicanti: maxime, quum, cum diſciplinam ſuam tanto elogio multo digniorem, quam philoſophiam, iudicare, legerent, eique adeo periiſſe frontem animaduerterent, vt ſcribere non dubitaret: r) *Cuius iuſtitiae merito quis nos ſacerdotes adpellet. Iuſtitiam namque colimus, et boni et aequi notitiam profitemur, aequum ab iniquo ſeparantes, licitum ab illicito diſcernentes, bonos non ſolum metu poenarum, verum etiam praemiorum exhortatione efficere cupientes*, VERAM, *niſi fallor*, PHILOSOPHIAM, *non* SIMVLATAM, *adfectantes.* Quid enim aliud

o) Philoſtrat. *de vita Apollon. Tyan. Lib. I. Cap. I. p. 4.*

p) Idem *Lib. VIII. Cap. 7.*

q) Cyrill. *adu. Iulian. Lib. III. p. 88.*

r) *l. 1. §. 1. D. de orig. iur.*

Digitized by Google

aliud hic agere dicas VLPIANVM, quam vt philoſophis *ſimulatam*; ſolis legum interpretibus *veram philoſophiam*, ac genuinam *rerum diuinarum humanarumque ſcientiam* tribuat? Quod ſane eo indignius facinus videri potuit philoſophis, quo certius ſibi conſtare exiſtimarunt, artem noſtram arctiſſimis circumſcriptam eſſe limitibus, eosque, qui in illa conſeneſcant, non in diuinarum humanarumque rerum contemplatione, ſed in litibus, quae de ſtillicidiis, aqua pluuia arcenda, finibus regundis, ſimilibusque cauſſis priuatis, oriri ſolent, componendis verſari. Quam quidem res tam leues diiudicandi facultatem ſi quis *rerum diuinarum humanarumque ſcientiam* dicendam exiſtimet, eum illi vix integrae mentis eſſe, arbitrabantur.

Quamobrem nemo, credo, mirabitur, tantum philoſophorum odium paullatim incurriſſe iurisconſultos, vt eorum paene numquam ſine quadam indignationis atque inuidiae ſignificatione meminerint. At neſcio tamen, an quemquam ſibi magis infenſum habuerint, quam LIBANIVM, qui non ſolum in orationibus, pridem editis, s) frequentem nobiliſſimorum adoleſcentum ad Berytenſem ſcholam concurſum cor ſibi exedere, perſpicue oſtendit, ſed et in alia, t) a IO. ALB. FABRICIO u) primum edita, perlongam ea de re querelam inſtituit. Non aliam enim cauſſam, cur vulgo Βαρὺς, ſeu *moleſtus* adpelletur, comminiſci ſe poſſe, ait, quam quod miſeram temporum ſuorum conditionem aegrius ferre, et aliquando de ea conqueri ſoleat. Inter ea vero, quae efficiant, vt eum ipſius paene vitae poeniteat, nihil eſſe fatetur, quod maiorem ſibi adferat moleſtiam, quam quod artem ſuam

s) Liban. *Orat. XXVI.*
t) Liban. *Orat. in eos, qui eum moleſtum adpellabant. Cap. XXI.*
u) Fabric. *Biblioth. Graec. Vol. VII. Lib. V. Cap. IX. p. 196.*

ſuam ſophiſticam, id eſt, coniunctum cum philoſophia eloquentiae ſtudium, euileſcere, et iurisprudentiae poſtponi, animaduertat. Sed ipſa fortaſſis hominis bilioſi verba hic legere operae pretium fuerit: εἰ δὲ δὴ, inquit, καὶ τἄλλα μὲ πάντα φίλον ἐποίει τοῖς παροῦσιν, οὐκ ἂν με καὶ μόνα τὰ περὶ λόγους εἰκότως ἐξεπολέμωσεν; Οἱ πάλαι μὲν ἤστραπον· νῦν δ' εἰσὶ σκοτεινοί. Καὶ πάλαι μὲν εἷλκον τὴν πανταχόθεν νεότητα, νῦν δ' οὐδὲν εἶναι κέκρινται. ἀλλ' οἱ μὲν ἐοικέναι δοκοῦσι πέτραις, εἰς ἃς ὁ σπείρων μαίνεται, προσαπολλὺς τὴν σπόραν. Καρποὶ δ' ἑτερόθεν ἀπὸ τῆς Ἰταλῶν φωνῆς, ὦ δέσποινα Ἀθηνᾶ, καὶ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ, οὓς ἔδει πρότερον φέροντας τοὺς ἐπισταμένους ἑστάναι, πρὸς τὸν ῥήτορα βλέποντας, ἀναμένοντας τὸ, ὦ οὗτος, ἀναγίνωσκε. *Verum licet etiam reliqua omnia ita comparata eſſent, vt contentus eſſe rebus praeſentibus poſſem: nonne merito vel ea ſola, quae ad eloquentiae ſtudia pertinent, me grauiſſime exacerbarent? Olim enim (declamationes noſtrae) fulminis inſtar effulgebant: hodie quaſi tenebris ſunt inuolutae. Olim vndequaque confluentes iuuenes trahebant: bodie vero contemnuntur. Atqui ſaxis iſti ſimiles eſſe videntur, in quae coniiciens ſemen, furere merito dicatur, et operam et ſemen perdens. Aliunde autem nunc exſpectantur fructus, a Romana nimirum, o alma Minerua, lingua,* LEGIBVS*que, quas olim eorum peritos adferre (ad ſophiſtam,) oportebat, ſtantesque, et in rhetorem intuentes exſpectare mandatum eius:* HEVS RECITA. Hinc nimirum illae lacrymae. Quid enim acerbius contingere potuiſſet hominibus iſtis δαιμονίοις, θείοις, quin θεοῖς, quam quod regnum ſuum, in quo ſe antea iactauerant, euerſum viderent? Quid triſtius paterentur, quam quod iurisconſulti, quos olim eorum iuſſa capeſſere oportebat, iam ſummis honoribus fungerentur? Hinc pergit homo: x) ἤδη δὲ καὶ ὑπογραφεῖς ἐν ταῖς μεγίσταις ἀρχαῖς, ὁ δὲ τὸ λέγειν ἀντ' ἐκείνου μαθὼν ὑπ' ἐκείνων καταγελᾶται, καὶ αὐτὸς ὀδύρεται. *Immo et amanuenſes maximos hodie magiſtratus obtinent: ille vero, qui loco ſtudii iſtius,* (Latinae

x) Liban. *ibid. p. 96.*

tinae linguae et LEGVM,) *dicendi facultatem ſibi comparauit, deridetur ab iſtis, ipſe vero animi aegritudine conficitur.* Id vero non modo miſerum, verum etiam miſerrimum! vt adeo non miremur, LIBANIVM, inuidia paene ruptum, demum bilem omnem ita euomuiſſe: y) τῶν τοίνυν καλουμένων σημείων, τετρεψαμένων μὲν τὸν Ἑρμῆν, τετρεψαμένων δὲ τὰς Μούσας, τὴν δ' οὖσαν τοῖς περὶ ἐκείνας εὐδαιμονίαν εἰς αὐτὰ μεταθέντων, καὶ τῶν μὲν τεταπεινωμένων, τῶν δὲ τοὺς γνάθους φυσώντων, ἀγανακτεῖ τις, εἰ τῆς τέχνης ἀχρήστου μοι γεγενημένης ἀλγῶ. *Quum ergo iſta, quae dicere ſolemus ſigna, in fugam Mercurium, in fugam Muſas quoque verterint, eamque felicitatem in ſe tranſtulerint, atque hae quidem abiectae iaceant, illa autem,* (linguae, legumque Romanarum ſtudium,) *ſuperbe malas inflent: an quiſquam, quaeſo, aegre ferre poteſt, me grauiſſimum dolorem inde perſentiſcere, quod ars mea inutilis mihi fuerit reddita?* En verba non philoſophi, ſed ex vltima faece hominum hominis, luminibus ſuis vicini aedibus offici, conquerentis. An vero id pertinebat ad rempublicam, iurisconſultis viam ad dignitates intercludi? An inde peſtis orbi Romano imminebat, quod adoleſcentes, iurisperitia iam probe imbuti, non amplius ad ſophiſtarum declamationes confluerent, exſpectarentque illud ſtolidiſſimum mandatum; Ω ΟΥΤΟΣ ΑΝΑΓΙΝΩΣΚΕ, ſed in foro, ipſoque palatio, ſe ad capeſſendam rempublicam praepararent? Laudandi potius erant, qui tum animum adpellebant ad iurisprudentiam, quod induſtria ſua effeciſſent, vt et artem ſuam a contemtu vindicarent, et ipſi ad ſummas in republica dignitates adſpirarent. Si enim laudi ducitur Epaminondae, quod, telearcha a populo creatus, (quod munus Thebis eo vsque contemtiſſimum fuerat,) effecturum ſe promitteret, vt is magiſtratus in poſterum honoratior haberetur, idque re ipſa

b prae-

y) Idem *Cap. XXII. p. 197.*

praeſtaret: z) quis non admiratione potius, quam odio, dignos iudicet ſaeculi iſtius iuriſconſultos, qui, ſola freti, quam imbiberant, legum ſcientia, creditas ſibi reipublicae partes prudenter gerendo, id fuerant conſequuti, vt non facile iudicaretur, pluſne ipſi iurisprudentiae, an illis deberet iurisprudentia? At ſolos id momordit ſophiſtas, genus hominum, ignauia et clamore cicadis ſimillimum, et quod tamen ſe ſolum reipublicae natum eſſe, incredibili faſtu exiſtimabat.

Sed de illa iuriſconſultorum ac philoſophorum aemulatione, cuius ſexcenta paſſim veſtigia in veterum monimentis exſtant, alia ſe fortaſſis obtulerit dicendi occaſio. Iam, vt ad iurisprudentiae definitionem, quae crabrones iſtos irritauerat, reuertamur: de ea tria potiſſimum in quaeſtionem venire poſſe arbitramur: primum, cur VLPIANVS id, quod philoſophiae proprium adhuc fuerat, vindicarit iurisprudentiae? alterum, an haec pars philoſophiae recte dicatur? ac poſtremum, an vere adpelletur rerum diuinarum humanarumque notitia? De quibus omnibus ſententiam meam, ſi operam mihi dederis, tanto minus ex amore ac odio dicam, quanto magis eorum cauſſas procul habeo, vtpote qui et iurisprudentiam amo, quam qui maxime; neque me vmquam philoſophiam odiſſe, memini. Primo itaque ii mihi videntur VLPIANO facere iniuriam, qui illum philoſophiae, id eſt, ipſi rectae rationi bellum indicere voluiſſe, ſuſpicantur, dum et hanc definitionem cum iurisprudentia ſua communicarit, et iuriſconſultos veram, non ſimulatam, philoſophiam adfectare contenderit. Ab ea enim ſuſpicione illum facile abſoluent ipſa, quae ex eius operibus ſuperſunt, fragmenta, in quibus et paſſim non leuia, ſed expreſſiſſima ſcien-

z) Plutarch. *reipubl. ger. praecept. p. 811. Tom. II.*

ſcientiae philoſophicae veſtigia, a) et inſigne iſtud philoſophiae elogium, quod ea RES RELIGIOSA ſit, b) exſtare animaduertimus. Et quid, quaeſo, honoris per philoſophiae definitionem iurisprudentiae accedere, potuiſſet exiſtimare, ſi illam ſapientiam, tamquam rem nihili, deſpexiſſet? At ſi philoſophos, qui tum per orbem Romanum vagabantur, paullo conſideremus accuratius: non mirabimur profecto, VLPIANVM iis abiudicaſſe rerum diuinarum humanarumque ſcientiam, eosque, tamquam ſimulatae cuiusdam philoſophiae cultores, cane peius et angue fugiendos eſſe, iudicaſſe. Qui iis temporibus genus quoddam philoſophiae, ex PYTHAGORAE ac PLATONIS placitis conflatae, ſectabantur, ii non ſapientiam tradebant, ſed τερατολογίας, vel, vt eleganter rem exprimit PLVTARCHVS, c) Φασμάτων τε καὶ μύθων καὶ δεισιδαιμονίας ἀνάπλεω φιλοσοφίαν, καὶ εὖ μάλα βεβακχευμένην, *philoſophiam laruis, fabulis et ſuperſtitioſis daemoniorum cultibus refertam, atque adeo oppido lymphaticam:* ac proinde, dum meras nugas, oracula, diuinationes, ſacra teleſtica, luſtrationes ac theurgias iactabant, non ſapientia, ſed deteſtabili ſuperſtitione, imbuere homines ſtudebant. Magnus deinde iisdem temporibus atque vberrimus erat Cynicorum prouentus: ſed quorum adfectata illuuies, maledicentia, ac inuerecundia nemini, cui frons nondum periiſſet, placere poterat, maxime quum totum illud philoſophiae genus homines non ad

 geren-

a) Eu. Otto *de Stoica iuriſconſultorum philoſophia p. 599. De* VLPIANO, *iuriſconſultorum coryphaeo, praeſtat tacere, quam pauca loqui: tot tamque illuſtria huius diſciplinae veſtigia in fragmentis eius ſuperſunt. Mentiar, niſi plus decem in vnico titulo de iuſtitia et iure reperiantur.*

b) *l. 1. §. 4. D. de extraord. cognitionib.*

c) Plutarch. *de gen. Socrat. p. 580. Tom. II.*

Digitized by Google

gerendam rempublicam praepararet, ſed ex ſocietate humana ad brutorum veluti conſortium ſeuocaret, ipſique illi ſectatores Herculis, quales ſe iactabant, innumera quotidie ſtoliditatis ederent ſpecimina. Qui porro peripateticorum nomine cenſebantur, ii non ea, quae in ARISTOTELIS doctrinis vera ac ſolida ſunt, inculcabant, ſed difficiles nugas, argutiasque ingenii magno pretio vendentes, coruos deludebant hiantes. Quid dicamus de grege illo Epicuri, cuius diſciplina multo celebrior ſemper, quam ceterorum philoſophorum fuit? d) Ii quoque, dum omnia referebant ad voluptatem, dum homines a republica rebusque gerendis ad ſegne otium inuitabant, e) dum denique pietatem erga Deum, et ſpem metumue aeternitatis omnem animis euellebant, nihil minus agere videbantur viris grauibus, quam vt homines meliores ſapientioresque redderent. Equidem, qui maſculam iſtam et ad res agendas magis adcommodatam Stoicorum ſapientiam, quam iuriſconſulti, tamquam ſummam, admirabantur, f) aliis praeferendam exiſtimabant, reliquis omnino videbantur ſapere rectius: ſed et illius Zenonianae familiae diſciplina adeo illis temporibus oblanguerat, vt plerique ſolo habitu philoſophi, et Curios ſimularent, et bacchanalia viuerent, ſeque ipſos circumferrent inutilis diſciplinae exempla. Habes Sardos venales, alios aliis nequiores, in quos intuito VLPIANO, antiqui moris et ſingularis grauitatis viro, idem eueniebat, ac LVCIANO, g) qui domum, quam philoſophia habitet, reperiri a ſe non potuiſſe, fingit, eaque de re hanc fundit querelam:

Ποῦ

d) Laert. *Lib. X. ſegm. 9.* Cicero *de Fin. Lib. IV. Cap. I.*
e) Plutarch. *in illud:* Λάθε βιώσας.
f) *l. 2. D. de legib.*
g) Lucian. *in Reuiuiſc. ſeu Piſcator. Tom. I. p. 395.*

Digitized by Google

Ποῦ δὲ τὴν φιλοσοφίαν εὕροι τις ἄν; οὐ γὰρ οἶδα, ἔνθα οἰκεῖ· καίτοι πάνυ πολὺν ἐπλανήθην χρόνον ἀναζητῶν τὴν οἰκίαν, ὡς ξυγγενοίμην αὐτῇ. εἶτα ἐντυγχάνων ἄν τισι τριβώνια περιβεβλημένοις, παρ᾽ αὐτῆς ἐκείνης ἥκειν φάσκουσιν, οἰόμενος εἰδέναι αὐτοὺς, ἀνηρώτων, οἱ δὲ πολὺ μᾶλλον ἐμοῦ ἀγνοοῦντες, ἢ οὐδ᾽ ὅλως ἀπεκρίνοντό μοι, ὡς μὴ ἐλέγχοιντο οὐκ εἰδότες, ἢ ἄλλην θύραν ἀντ᾽ ἄλλης ἀπεδείκνυον. οὐδέπω γοῦν καὶ τήμερον ἐξευρεῖν δεδύνημαι τὴν οἰκίαν. *Verum vbi quis philoſophiam inueniat? Neſcio enim, vbi habitet, quamuis longo circumerrauerim tempore, domum quaerens, vt eam conuenirem. Inde in quosdam vilibus amictos veſtibus, barbasque prolixas geſtantes, incidi, qui ſe ad eam conferre dicebant, quos ſcire ratus interrogaui. At illi eius rei me multo magis ignari nihil omnino reſponderunt, ne ignorantiae arguerentur, aut ianuam aliam pro alia oſtenderunt. Ego vero in hunc vsque diem domum inuenire nequiui.* Et paucis interiectis h), vbi philoſophos in arcem Athenienſium ad congiarium iis dandum vocatos fingit, tot ait confluxiſſe,

Quot folia et flores naſcuntur tempore verno,

arcemque plenam breui tempore factam hominum cum clamore confidentium, ſed, iis luſtratis, vbique adparuiſſe πήραν, πώγωνα, κολακείαν, ἀναισχυντίαν, βακτηρία, λιχνείαν, συλλογισμὸν, φιλαργυρίαν. *peram, barbam, adulationem, impudentiam, baculos, edacitatem, ſyllogiſmum, auaritiam:* vel vt alibi rem explicat, i) ὀργιλωτέρους μὲν τῶν κυνιδίων ὄντας, δειλοτέρους δὲ τῶν λαγωῶν, κολακευτικωτέρους δὲ τῶν πιθήκων· ἀσελγεστέρους δὲ τῶν ὄνων, ἁρπακτικωτέρους δὲ τῶν γαλῶν, φιλονεικοτέρους δὲ τῶν ἀλεκτρυόνων. *homines caniculis iracundiores, leporibus timidiores, ſimiis blandiores, aſinis petulantiores, rapaciores felibus, gallis denique gallinaceis pugnaciores.* An mirum ergo, VLPIANVM hominibus iſtis philoſophorum nomen abiudicaſſe, neque eorum diſciplinae,

 quae

h) *Ibid. p. 414. ſequ.*
i) *Ibid. p. 409.*

Digitized by Google

quae ipſis magiſtris ad virtutem tam parum profuiſſet, tribure auſum eſſe *rerum diuinarum humanarumque notitiam?* Offenſum ſane illum fuiſſe talibus philoſophorum moribus, et maxime inexplebili illa habendi cupiditate, qua plerique tum laborabant, vel ex ſolo inſigni loco, quo philoſophis, mercedem poſcentibus, ius extra ordinem dicendum eſſe negat, ſatis intelligitur, vbi vir prudentiſſimus: k) *An vero,* inquit, *et philoſophi profeſſorum numero ſunt? Non puto, non, quia non religioſa res eſt (philoſophia,) ſed quia hoc primum profiteri eos oportet, mercenariam operam ſpernere.*

At, inquis, vt illa philoſophorum turba indigna philoſophorum nomine viſa fuerit: non illico tamen ipſa philoſophia elogio illo ſuo priuanda, multoque minus iurisprudentia in iſtius locum ſurroganda erat, quippe cui minime omnium competere videtur philoſophiae definitio. Sed hoc ipſum eſt alterum, quod in quaeſtionem venire praemonuimus. Hic vero denuo eorum deſideramus iudicium, qui VLPIANVM veluti interdicto *unde vi* conuenientes, eum philoſophiam poſſeſſione ſua deieciſſe, aiunt. An enim, qui iurisprudentiam *rerum diuinarum humanarumque notitiam* eſſe contendit, philoſophiae eo ipſo ſuum decus, ſuamque laudem eripit? Non magis profecto, quam theologus, qui et ipſe ſcientiam ſuam in contemplatione Dei rerumque diuinarum,et rebus humanis, ſeu actionibus, ad verbi diuini normam exigendis verſari, docet. Neque ex eo, quod iurisconſultos *veram, non ſimulatam, philoſophiam adfectare,* ait VLPIANVS, conſequitur, vt omnis philoſophia quaedam ipſi ſimulatio, ac perſona veluti tragica viſa fuerit. Immo potius hoc ipſo epitheto διακριτικῷ ſatis oſtendit, praeter ſimulatam illam

k) *l. 1. §. 4. D. de extraord. cognit.*

illam philoſophiam, eſſe quamdam veram, ac laudabilem, cuius ad exemplum iurisconſulti totam diſciplinam ſuam componere magnopere ſtudeant, eamque adeo iure dici *diuinarum humanarumque rerum notitiam.* Id vnum ergo VLPIANO vere exprobrant, quod ciuilem illam ſapientiam, quam profitebatur, in iſtius laudis conſortium venire oportere, id eſt, iurisprudentiam quoque non poſtremam philoſophiae partem eſſe, ambitioſius, quam verius, cenſuerit. At id quidem peccatum, ſi peccatum eſt, tam videtur leue, vt multo peccent grauius, qui illud pro inſigni quodam peccato viro grauiſſimo imputant. Primo enim ſi quod ille vtriusque diſciplinae conſortium ſtatuit: non magis pudere debet philoſophiam iurisprudentiae, quam hanc philoſophiae. Vtriusque enim ea ſunt decora, vt neutri de inaequalitate ſocietatis nimia conquerendi cauſſa ſit. Deinde non VLPIANI demum haec fuit ſententia, ſed veterum omnium, qui veram philoſophiam non in ſententiis ſubtilibus, et verborum argutiis, ac ne in nuda quidem rerum diuinarum humanarumque contemplatione, ſed in actionibus ad iuſtitiae, honeſtatis, ac prudentiae regulas accurate compoſitis, poſitam eſſe, arbitrabantur. Auctor ſane locupletiſſimus eſt A. GELLIVS, l) *veteris iuris magiſtros* SAPIENTES *eſſe adpellatos*: et exempla adfert POMPONIVS m) noſter, cum maximae ſcientiae viri, P. SEMPRONII, tum P. Atilii, quorum illum primum et ſolum σοφὸν, hunc primum SAPIENTEM a populo cognominatum eſſe, memoriae prodidit. Nimirum quum adhuc maior cura eſſet mortalibus, res praeclaras, et a poſteris ſcribendas, gerere, quam ſcribere, quae ab aliis geſta, obſeruata

l) Gell. *Noct. Lib. IV. Cap. I.*
m) *l. 2. §. 37. et §. 38. D. de orig. iur.*

Digitized by Google

uata, ſcriptaque eſſent: is demum videbatur ſapientiae laudem conſequutus, qui et ipſe recte componeret vitae ſuae rationes, et aliis ad virtutem ac felicitatem praeceptis atque exemplo praeiret, et reipublicae inprimis conſilio, ope, rebusque praeclare geſtis prodeſſet.

Fuit haec ſapientia quondam:
Publica priuatis ſecernere, ſacra profanis,
Concubitu prohibere vago, dare iura maritis,
Oppida moliri, leges incidere ligno,
Sic honor et nomen diuinis vatibus atque
Carminibus venit.

inquit poeta Venuſinus. n) Si ergo eidem HORATIO o) de ſe gloriari licuit:

Nunc agilis fio, et merſor ciuilibus vndis:
Virtutis verae cuſtos, rigidusque ſatelles.

Si, paucis interiectis, p) omne ſtudium ſuum ad ſolum τὸ πρακτικὸν referri, et in eo ſe veram ſapientiae laudem quaerere, fateri, eaque de re elegantiſſime canere potuit:

Vt nox longa, quibus mentitur amica, diesque
Lenta videtur, opus debentibus, vt piger annus
Pupillis, quos dura premit cuſtodia matris:
Sic mihi tarda fluunt ingrataque tempora, quae ſpem
Conſiliumque morantur agendi gnauiter id, quod
Aeque pauperibus prodeſt, locupletibus aeque,
Aeque neglectum pueris ſenibusque nocebit.

Si

n) Horat. *de art. poet. v. 396.*
o) Idem *Lib. I. Epiſt. 1. v. 16.*
p) Idem *ibid. v. 20.*

Digitized by Google

Si denique recte et grauiter PLINIVM q) monuiſſe creditur EVPHRATES, philoſophus, *eſſe hanc philoſophiae, et quidem pulcherrimam partem, agere negotium publicum, cognoſcere, iudicare, promere et exercere iuſtitiam, quaeque philoſophi doceant, in vſu habere:* quodnam quaeſo piaculum feciſſe dicamus VLPIANVM, dum partem philoſophiae haud poſtremam iurisprudentiam eſſe adfirmauit? Si quid igitur ea in re parum accurate docuit VLPIANVS: id in eo conſiſtit, quod non ſatis conſideraſſe videtur principium, ad quod vniuerſae philoſophiae origo referenda eſt. Quidquid illa tradit, id ex ipſa recta ratione, tamquam fonte limpidiſſimo, promanat, ac proinde ſemper illi non philoſophari, ſed fabulas narrare viſi ſunt, qui Aegyptiorum, Chaldaeorum, Perſarum, gymnoſophiſtarum, aliarumque gentium barbararum placita ſine demonſtratione admiſerunt. Atqui iurisprudentia noſtra non omnis ex eo rectae rationis fonte profluit. Nam ſicut alii populi, ita et Romani, non ſolo communi illo omnium hominum, ſed et proprio ſuo iure vtebantur: r) multaque ſubinde vel populus, vel plebs ſciuit, vel praetores aliique magiſtratus edixerunt, vel ipſi ſanxerunt principes, quae non naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, ſed vel neceſſitas, s) vel, quae ſuprema lex eſt, populi ſalus, t) vel conſuetudo exigere videbatur. u) At quia tamen ius

c no-

q) Plin. *Lib. I. Epiſt. 10.*

r) *l. 9. D. de iuſt. et iur.*

s) *l. 11. D. de legib.*

t) Theoph. *in §. 1. et 2. Inſt. de iur. nat. gent. et ciu.*

u) *d. l. 11. D. de legib.*

Digitized by Google

noſtrum tripertitum eſt, conflatum quippe ex naturalibus praeceptis, gentium, ac ciuilibus, x) adeoque recte obſeruauit idem VLPIANVS noſter, y) ius ciuile neque in totum a naturali vel gentium iure recedere, neque per omnia ei ſeruire, ſed, quum aliquid vel addamus, vel detrahamus iuri illi communi, nos ius proprium ac ciuile efficere: nihil profecto impedit, quo minus deſumta a potiore, eoque, quod ἐπὶ τὸ πλεῖστον occurrit, denominatione, iurisprudentiam philoſophiam, eiusque pulcherrimam partem, dici poſſe arbitremur.

Sed vt ad poſtremam demum, quam expendere conſtitueramus, quaeſtionem progrediamur: ex his, quae adhuc diximus, ſatis intelligi arbitramur, non eſſe, quod erubeſcant iurisconſulti, dum diſciplinam ſuam *diuinarum humanarumque rerum notitiam eſſe*, adfirmant, modo ea verba recte, et ex mente VLPIANI, intelligantur. Equidem THEOD. MARCILIVS z) et M. ANT. MVRETVS a) per *res diuinas* res iuris pontificii, auguralis, et fetialis; per *res humanas* res iuris ciuilis intelligunt, ab eaque ſententia non admodum alieni ſunt IAN. A COSTA et alii plerique inſtitutionum Iuſtiniani interpretes. Enimuero quum iam oſtenderimus, philoſophorum lingua loqui VLPIANVM; cum profecto his verbis eamdem notionem ſubieciſſe credibile eſt, ac philoſophos. Quis vero hos

x) *l. 1. §. 2. de iuſtit. et iur.*
y) *l. 6. pr. D. de iuſt. et iur.*
z) Marcil. *ad §. 1. Inſt. eod. tit.*
a) Muret. *in Not. ad Inſt. eod. §.*

Digitized by Google

hos de iure quodam pontificio, vel fetiali, Romanis proprio, cogitaſſe ſibi perſuadeat, dum philoſophiam τῶν θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων γνῶσιν; *diuinarum humanarumque rerum notitiam*, adpellarunt? Veteres res omnes naturales, ſiue quod eas a Deo conditas agnoſcerent, ſiue quod in iis, tamquam in exterſo quodam ſpeculo relucere animaduerterent diuinam ſapientiam, τὰ θεῖα, vel θεῖα πράγματα, actiones vero, quas homines in vita vel ciuili, vel priuata ederent, ἀνθρώπινα vel ἀνθρώπινα πράγματα dicebant: illaque ad partem philoſophiae θεωρητικὴν; haec ad πρακτικὴν pertinere, tradebant. Hinc MARIVS VICTORIVS: b) *Plena philoſophia eſt, quae conſtat ex duabus partibus,* PHYSICA *et* ETHICA. *Phyſica eſt, quae de* DIVINIS *agit, ethica, quae de* HVMANIS *diſſerit*: vbi per phyſicam totam philoſophiam contemplatiuam, per ethicam totam practicam intelligendam eſſe, facile vnusquisque intelligit. Quaecunque ergo ſub philoſophi cognitionem cadunt, ad *diuinas humanasque res* referebant veteres. STRABO c) ſane ideo philoſophos τοὺς τὰ θεῖα, καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἐπιβλέποντας, *diuina et humana conſiderantes* adpellat. Et Pallas apud HOMERVM, d) dum Diomedi ſe philoſophiam inſtillaſſe ait, eodem paene modo loquitur:

> ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν·
> ὄφρ' εὖ γινώσκοις ἠ μὲν θεὸν ἠδὲ καὶ ἄνδρα.

C 2 *Cali-*

b) Mar. Victor. *Rhetor. Lib. I.*
c) Strabo *Lib. I. Geogr. p. 3.*
d) Homer. *Iliad. E. v. 127.*

Caliginem vero tibi ab oculis abſtuli, quae prius inerat:
Vt bene dignoſcas tum DEVM, *tum etiam* HOMINEM.

Quae verba nemo rectius interpretatus eſt GER. IO. VOSSIO e). *Nempe per* DEVM, inquit, *intelligunt veteres philoſophi res neceſſarias, hoc eſt, quae ſemper ſunt, non autem fiunt, vel ſiunt quidem, ſed a natura, non a nobis: quae conſiderat* θεωρητική. *Per* HOMINES *ſignant res contingentes, actiuas, hoc eſt, quae fiunt a nobis, et agi dicuntur, non effici. Quae pertinent ad* πρακτικήν. Enimuero, ſi ita accipiamus definitionis verba, illam manifeſto falſam fore, obſeruauit MVRETVS: *Si iurisprudentia*, inquit, *eſſet rerum diuinarum et humanarum notitia: ſequeretur, eam notitiam eſſe omnium rerum: certe enim omnes res ſunt vel diuinae, vel humanae: quod abſurdiſſimum eſt.* Qui vero abſurdiſſimum? Quaſi illam notitiam non ipſe VLPIANVS ſatis arctis limitibus circumſcripſerit, dum addidit: *iuſti et iniuſti ſcientia.* Numquam enim vel VLPIANO, vel vlli, cui ſanum cerebrum fuit, in mentem venit, iurisconſulti eſſe, rerum omnium diuinarum humanarumque naturam, originem, cauſſasque tradere. Sed quoties de rebus illis incidit quaeſtio, quid iuſtum iniuſtumque circa illas ſit, toties eam iurisconſulti eſſe diſpectionem, exiſtimarunt. Quemadmodum ergo matheſis rerum omnium non naturam, adfectiones, cauſſas, ſed quantitatem; phyſica earumdem phaenomena ac horum rationes

e) Voſſ. *de Natur. art. Lib. V. Cap. IV. §. 2. p. 233. Tomo III. Op.*

Digitized by Google

tiones exponit, non quantitates metitur, et vtraque tamen nihilominus in conſiderandis corporibus verſatur: ita nihil obſtat, quo minus iurisprudentia, quid circa omnes res diuinas humanasque iuſtum ſit iniuſtumue, expendat, quamuis aliter de iisdem rebus differat philoſophia, earumque naturam, adfectiones, cauſſasque explicare ſtudeat. Vtriusque enim ſcientiae fines facile reguntur, eosque eleganter iam pridem rexit apud EVRIPIDEM f) Helena, ita compellans Theonoen:

αἰσχρὸν, τὰ μὲν σε θεῖα πάντ᾽ ἐξειδέναι,
τά τ᾽ ὄντα, καὶ μὴ· τὰ δὲ δίκαια μὴ εἰδέναι.

Nam turpe id eſſet, quum ſcias, hominum ac Deum
Quod eſt, eritque, iuſta te haud cognoſcere.

Et ſane, quaenam eſt res diuina humanaue, quae res naturalis, quae actio, de qua non aliquando quaeſtio incidat, quid circa illam iuſtum iniuſtumue ſit? Ei vero dum ſatisfacit iurisconſultus, dumque iuſti iniuſtique principia omnibus ſpeciebus obuenientibus adplicat, re ipſa profecto oſtendit, diſciplinam *ſuam eſſe* DIVINARVM HVMANARVM*que* RERVM *notitiam*, IVSTI atque INIVSTI *ſcientiam.* O ergo quietis publicae iurisprudentia cuſtos! o iuſtitiae atque aequitatis indagatrix, correctrix ſcelerum ac flagitiorum! Quas ſine te non modo respublicas, ſed et priuatas facultates haberemus? Tu ſuum cuique tribuis: tu rebus diuinis et humanis, ipſique hominum vitae, exiſtimationi, atque opibus, firmiſſima circumponis praeſidia:

f) Euripid. *Helen. v. 928.*

Digitized by Google

tu vere philoſophiam prima deuocaſti de caelo, et collocaſti in vrbibus, et in domos etiam priuatorumque coenacula introduxiſti, et de rebus licitis ac illicitis, iuſtis iniuſtisque iuſſiſti quaerere. Eant ergo alii, perfricent frontem, teque illa laude, qua te inſignis ille ſacerdos tuus, VLPIANVS, proſequutus eſt, indignam eſſe contendant. Nos, quibus paullo notior es, te ſemper, tamquam *rerum diuinarum humanarumque notitiam, iuſtique atque iniuſti ſcientiam* ſuſpiciemus, admirabimur, laudibusque, quas mereris, ſummis ad caelum euehemus.

Sed nôn alio omnino luculentiore argumento hanc laudem tuetur iurisprudentia noſtra, quam tot ſpeciebus ac diſciplinis ſuis, in quas ſe paullatim diffudit. Quemadmodum enim matheſis generatim de quantitate disquirit, at quoties eius principia nouo corporum generi adplicantur, toties noua quaedam diſciplina mathematica emergit, veluti hydroſtathica, hydraulica, aerometria, anemometria, chronologia, et aliae quam plurimae: ita idem praeſtat iurisprudentia, cuius tanta eſt faecunditas, vt quoties iuſti iniuſtique principia alicui rei diuinae humanaeue adplicat, toties nouam diſciplinam nouamque iuris ſpeciem producat. Hinc tot ſpecialia iura, in formam artis redacta, veluti eccleſiaſticum, beneficiarium, parochiale, conſiſtoriale, matrimoniale, feudale et clientelare, equeſtre, militare, academicum, maritimum et nauticum, fluuiaticum, ſilueſtre vel foreſtale, venatorium, mercatorium, cambiale vel collybiſticum, opificiarium, georgicum, colonarium, ius finium, municipiorum, pagorum

rum, et alia quam plurima, qualium iurium cultores nihil aliud fecerunt faciuntque, quam vt generalia ſapientiae ciuilis principia ad ſingularia obiecta, ſpecialesque de iis quaeſtiones traducant, quamuis alios aliis id felicius praeſtitiſſe, facile ſit ad intelligendum. Quae quum ita ſint, praeclare omnino de re litteraria, et de iurisprudentia maxime, mereri videntur, qui tales libellos ſelectiores, quibus vna eademque iurisprudentiae ſpecies explicatur, praeſertim ſi rariores repertuque difficiliores ſint, et de nouo in lucem protrahunt, et plures vno faſciculo iunctos ſiſtunt talium rerum cupidis. Fecit id in praeſenti vir praeclarus atque integerrimus, et, quod caput rei eſt, publici commodi ſtudioſiſſimus, qui eximio orphanotrophei noſtri bibliopolio ſumma cum fide ac circumſpectione praeeſt. Is enim, poſtquam REI NAVTICAE et MARITIMAE ſcriptores quosdam paene in tabernis diſparuiſſe, et a viris tamen doctis paſſim deſiderari animaduerteret, facile ſe moueri paſſus eſt, vt eorum aliquos, hoc faſciculo comprehenſos, et elegantiore, quam antea, typo deſcriptos, indice denique locupletiore ornatos, ſuis curis ac impenſis praelo exire pateretur, daturus in poſterum et alia eius generis, ſi his a viris doctis gratiam ſe iniiſſe intellexerit. De horum libellorum auctoribus hic diſſerere vix ocium eſt, quamuis de STYPMANNO et LOCCENIO eſſent non protrita et vulgaria, quae dici poſſent. Sed, imminentibus nundinis, meque tanta variorum negotiorum multitudine diſtracto, vt non poſſim niſi de laboribus maxime neceſſariis cogitare, nihil ſupereſt, quam vt bene precemur viro optimo, cuius curae hunc

Digitized by Google

hunc libellum acceptum ferimus, eademque opera et ſtudia noſtra, beneque de republica litteraria merendi voluntatem, tibi, LECTOR ERVDITISSIME, vehementer etiam atque etiam commendemus. Halae Magdeb. x. Kal. Maias, anni a Chriſto nato MDCCXXXX.

FRANC.

FRANC. STYPMANNI

I. V. D.

IVS MARITIMVM.

Digitized by Google

Digitized by Google

FRANC. STYPMANNI

IVS MARITIMVM.

PARTIS PRIMAE

CAPVT I.

MAXIMVM POLITICI OFFICIVM EST, VT IN CONDENDA VRBE EI DE NAVIGATIONE PROSPICIAT.

SVMMARIA.

1. *Reipublicae ſalus prima Politici lex eſt.*
2. *Intereſt reipublicae vt ciues locupletes ſint.* n. 4.
3. *Paupertas homines ludibrio exponit.*
5. *Cur Romani Senatores et Equites ex cenſu legerint?*
6. *Opes regni conſiſtunt in mercium in- et euectione.*
7. *Politicus in condenda vrbe ad duo reſpicere debet, locum et homines.*
8. *Fertilis locus eligendus eſt.* n. 9. *Non montanus.* 10.
11. *Praecipue debet conſiderari, vt vrbs ad mare collocetur.*
12. *Imprimis Metropolis.*
13. *Rationes eorum ponuntur, qui negant, vrbem ad mare ſitam eſſe debere.* n. 14. 15. 16.
17. *Peregrini in vrbe non tolerandi.*
18. *Opinio negantium ſitum vrbis ad aquas reiicitur.* n. 19. 20.
21. *Commercii duo ſunt genera.*
23. *Honeſtior eſt mercatura maritima terreſtri.*
24. *Hoſpitalitas laudatur, eiusque amantes populi.*
26. *Peregrini non ſemper nociui.*
28. *Cautiones traduntur, ſub quibus peregrini ſine periculo poſſint in ciuitatem recipi.* n. 29. 30. 31. 32.
29. *Delectus inter nationes habendus.*
30. *Cauſa peregrinitatis et exilii diſcernenda.*
33. *Ciuitates maritimae plures foecundae, quam ſteriles reperiuntur.*
35. *Venti purgant aerem, ne peſtis ſuboriatur.*
36. *Maris opportunitas nauigationem imperat.*
37. *Nauigatio ad ſummam reipubl. ſpectat.*
38. *Romani curam nauigationis certis magiſtratibus commendarunt.*
39. *Ad Principis officium ſpectat, nauigationem promouere.*

Dignum

Digitized by Google

1 Dignum cedro Ciceronis effatum: vt gubernatori curſus ſecun-
dus, medico ſalus, Imperatori Victoria: ſic Moderatori rei-
publicae beata ciuium vita propoſita eſt, vt opibus firma,
copiis locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit *5. de republ.*
2 Cenſuit limati iudicii homo, ad verum reipublicae finem, qui in τῷ
εὖ ζῆν conſiſtit. *1. Polit. 2.* conſequendum, inter media nullum fere il-
luſtrius apparere, quam ſi ciues locupletes et dites ſint. Νεῦρα τῆς ἡγε-
μονίας τὰ χρήματα, ait MVCIANVS *apud* DION. *in Veſp.* et intereſt ciues
eſſe locupletes *l. 1. §. 20. ff. de quaeſt. Nouell. Leon. 52. Nouell. 149.* LAEL.
ZECH. *tract. de Princ. l. 2. c. 3. n. 1.* BOCER. *de collect. c. 1. n. 16.* Nullos
enim certiores habebit Quaeſtores Magiſtratus, quam ſubditos, nec
3 qui pecunias ei liberalius, quoties neceſſe erit, ſuppeditabunt. Pau-
pertas contra ad res nouas inchoandas impellit. ALTHVS. *in Polit. c. 27.*
et eſt contemtui, hominesque facit ridiculos. PLAVT. *in Stich. act. 2 ſc. 1.*
ob fluxam fidem, et in rebus deſperatis ſperatum ſolatium. TACIT. *4.*
4 *Hiſtor.* Praeterea diuites cenſentur amantiores patriae, quia ex interitu
5 eius plus perdunt, quam pauperes. ARNIS. *in polit. cap. 13.* Vnde GEL-
LIVS *lib. 16. cap. 10.* dubium monet, cur Romani Senatores et milites ex
cenſu legerint? Reſpondet, quoniam res pecuniaque familiaris obſidis
vice pignorisque eſſe apud rempublicam videbantur, amorisque in
patriam fides quaedam in ea, firmamentumque erat. Summo conatu
igitur annitendum eſt Politico, vt ſic Politiam, ciuesque inſtituat, quo
legitimis mediis diuitiarum cumulos ſibi acquirant. Hoc autem aſſe-
quetur, ſi quando rudia eius collocantur fundamenta, loco commo-
do ſitum ciuitas accipiat, quo facillime merces naſci, importari et ex-
6 portari poſſint. ALTH. *d. l.* Opes enim vniuſcuiusque regni conſi-
ſtunt in eo, vt multae merces inde euehantur, paucae inferantur, vt
7 exeuntia pecunias externas eo trahant, illata non efferant. IOH. BOTER.
in deſcript. Polon. pag. mihi 454. Hinc oportet Politicum in conden-
da urbe ad duo reſpicere, ad regionem ſiue locum, et ipſos homines
8 *2. Polit. 4. 7. Polit. 4.* Hunc locum fertilem eligimus cum SCHONBORN.
1. polit. 14. Annib. Scot. in L. 1. Annal. TAC. *in pr. Clariſſ. Dn.* TRYGOPHOR.
l. 1. d. conſt. reipubl. c. 3. qu. 3. ideo, vt ciuibus numero auctis alimen-
ta ſuppetere poſſint, potentioresque effecti omnem vim propulſare
9 valeant. SCHONBORN. *d. l.* Talem locum deſcribit IVSTIN. *l. 44.* Hiſpa-
niam

Digitized by Google

niam, CVRTIVS loca Aſiae, FLORVS Campaniam, in his verbis: *Nihil*
molli s coelo: denique bis floribus vernat, &c. Quare reiicimus locum 10
in excelſo monte, quem DEMOCRATES Alex. Magni Architectus olim ele-
git, PICCART *in obſeruat. polit.* vel ſyluis obſitum SCHONB. *d. l.* his enim
difficilis ad negotiationem tam terreſtrem, quam maritimam eſt commea-
tuum ſubuectio. SCAL. *3. poët. 106.* Maxime videndum, vt vrbs ad ma- 11
re, vel perenne flumen collocetur, quo ad eam nauigari poſſit. Et 12
hoc imprimis in Metropoli conſiderandum, pluribus oſtendit caſus in
ſphaer. ciuitat. l. 7. c. 5. Inique igitur ſentiunt illi politici, qui ſitum 13
ad mare damnant, propterea I. quod hinc inde peregrini tanquam ad 14
auream meſſem conuolent, et ciuitas a patria extorribus, deportatis,
vagabundis, bannitis, aliisque e fece hominibus impleatur, qui poſt-
ea ex humili loco repentes animi motus quieſcere non ſinant, ante-
quam ad faſtigia rerumpubl. transcendant. Hinc oriri confuſiones
legum, iurium, certationes et aemulationes ciuium, fieri quam plu-
rimum, vt peregrini, translatis ad ſe imperii inſignibus, et faſcibus,
indigenas tanquam impotentes prae ſe contemnant, omniaque ciuita-
tis commoda, et vtilitates hirudinum more exſugant, et ab aliis mo-
lendinis in ſua aquam deriuent, nihilque ciuibus in reſiduo relinquant,
niſi vt ſicilimenta et reliquiarum reliquias colligant. Quod locuſta
ſegeti, id ciuitate peregrinus. SCHONBORN. *3. polit. 35.* Quod
niſi praecaueatur, periculum eſt, ne arcana reipublicae prodantur, 15
luxusque et alia nociua ciuitati inuehantur. Hinc laudari Spartanos: 16
XENOPHON. *de republ. Spart.* Athenienſes: PLVTARCH. *in Pericl.* bonos-
que legislatores, vt LYCVRGVM, PLVTARCH. *in Lyſ.* SOLONEM, *Id. in
Sol.* quod peregrinos ciuitate excluſerint. Hanc autem peregrinorum
frequentiam oriri ex opportunitate maris. Accedere hinc ſalſedinem 17
maris, quae ſterilitatem et morbos infeſtos inducat. XENOPHON *de re-
publ. Athen.* Verum non putamus has rationes tanti ponderis eſſe, 18
vt quendam commoueant, qui vrbem ad mare ſitam e ſedibus eruat.
Primum enim cunctis hominibus inter ſe libera eſt negotiandi facultas,
quae a nemine adimi poteſt, vnde et commercia iuris gentium dicun-
tur *l. 5. d. iuſt.* illud vero non diſtinguit inter homines *l. 32 d. R. Iur.*
ſed cognationem quandam inter nos conſtituit *l. 3. de. iuſt.* vt alterum
potius iuuemus, quam laedamus. *c. ius nat. diſt. 1.* Commercia igitur
ſicut neceſſaria fuerunt poſt dominiorum diſtinctionem, ita originem

videntur habere antiquiorem. Subtiliter ARISTOTELES *1. de republ. 9.* ait: Μεταβλητικὴν ἀναπλήρωσιν τῆς κατὰ φύσιν αὐταρκείας h. e. *negotiatione ſuppleri id, quod naturae deeſt*, quo commode omnibus ſufficiat. Ius vero naturale, quatenus poſitiue conſideratur, quomodo etiam commercia naturalis dicuntur iuris, mutari nequit. COVARR. in
19 *c. peccat. §. 8.* Etenim dederat natura omnia omnibus, ſed cum a rerum multarum uſu, quas vita deſiderat humana, locorum interualla homines arcerentur, quia non omnia vbique proueniunt, opus fuit traiectione; nec adhuc tamen permutatio erat, ſed aliis viciſſim rebus apud alios repertis ſuo arbitrio vtebantur. Verum cum ſtatim res mobiles monſtrante natura in ius proprium tranſiiſſent, inuenta eſt permutatio, qua quod alteri deeſt, ex eo, quod alteri ſupereſt, ſuppleretur. Ita commer-
20 cia victus gratia inuenta. PLIN. *probat. l. 1.* Poſtquam vero res etiam immobiles in dominos diſtingui coeperunt, ſublata vndique communione non inter homines locorum ſpatiis diſcretos tantum, verum etiam inter vicinos, neceſſarium fuit commercium, quod vt facilius procederet, nummus poſtea adinuentus eſt, dictus ἀπὸ τοῦ νόμου quod in-
21 ſtitutum ciuile ſit. Commercii vero ſeu τῆς μεταβλητικῆς duo ſunt genera, ἐμπορικὴ quae ordine naturae prior eſt, et inter gentes remote diſſitas intercedit, et καπηλικὴ tabernaria quae inter ciues eſt;
22 Ἐμπορικὴν ARISTOT. in ναυκληρίαν et φορτηγίαν quorum illa mari, haec
23 terra conficitur, diuidit. Honeſtior autem eſt maritima, quia multa multis impertit, et ideo ſecundum ipſam naturam neceſſaria. ARIST. *1. de Rep. 9.* Quae enim emeris, vt vendas, iuris gentium eſt. SENEC. *de benef. c. 8.* Cum igitur commercandi libertas ſit ex iure gentium, quod naturalem cauſſam ſub ſe habet, tolli non poteſt. et ſi deberet omnium gentium conſenſu opus eſſet. HVG. GROT. *libr. d. lib. mar.*
24 *c. 8.* Facit, II. quod hoſpitalitatis iura inuicem debeantur gentibus, et barbarorum ſit, hoſpites pellere. STRAB. *l. 17.* Intereſt enim hominis hominem beneficio afficere, *l. 7. d. ſerv. ex port.* Quis ergo politicum fingat contumelioſum, vt hoſpitalitatis iura peregrinis deneget? Valde decorum eſt, *inquit Cicero*, patere domus illuſtrium hominum illuſtribus hominibus. Idque et reipublicae eſt ornamento, homines externos hoc liberalitatis genere in noſtra vrbe agere. Laudantur Germani priſci, quod, cum adhuc nullae vrbes erant, tecto quem prohibere nefas habuerint. TACIT. *de mor. Germ.* Sicut et Sueci omni

Digitized by Google

omni probro grauius putant hoſpitium transeuntibus negare. AD. BREM. 25
in hiſtor. eccleſ. c. 220. Idem de Boruſſis teſtatur HELM. *Chron. Slau. lib. 1. c. 1.* Vandalis, *idem c. 13.* Rugianis, *l. 2. c. 12.* Solem citius e mundo quis tollet, quam naturale illud commerciorum ius inclinare poterit. Nec quod de peregrinis dictum, vniuerſaliter verum eſt, pro- 26
fuiſſe enim aliquando reipublicae, probat ARNISAEVS *polit. c. 12.* ratione certa, eam potius hominum adiectione, quam pecuniarum cumulis augeri debere. *l. 2. §. 3. d. bon. dam.* Hoc autem ſemper cum propter paupertatem incolarum fieri nequeat, merito in auxilium peregrinos aſſumimus. Videmus peregrinos cum indigenis feliciter coaluiſſe. Vrbis Romanae initia nonne ex Sabinis, Latinis, et Romanis conſtant? LIV. *l. 1.* FLOR. in *prol. l. 1.* Nonne ſic THESEVS populoſiſſimas fecit 27
Athenas? PLVTARCH. *in Theſeo.* Hinc laudandus Imperator Antoninus, qui ius ciuitatis, quod antea magno conſtabat, omnibus in imperio Romano degentibus conceſſit *l. 17. d. ſtat. hom.* Et ad incrementum ciuitatis peregrinos adſciſcendos, pluribus probat BESOLDVS *diſc. d. increm. rerumpubl.* Poſſunt etiam hic cautiones adhiberi, ne reipublicae noceant: quarum 1. eſt, ne facile ac temere ad arcana rei- 28
publicae admoueantur, ne in ea attentius inquirant, et poſtea euulgent. ARN. CLAPMAR *de arc. rerumpubl. l. 2. c. 23.* Vnde valde fundamentalem imperiorum legem approbamus, ne peregrini ad magiſtratus euehantur. Et dicemus de hoc themate alibi plura. 2. Delectus 29
quidam inter nationes eſt inſtituendus, vt aſſumantur bonae nationes, quod quaedam infamatae ſunt. *l. 31. §. 21. d. aedil. ed.* Sic CRETENSES *mendaces, tit 1. v. 12.* SABINI *triſtes* LIV. *l. 1.* PHRYGES *pigri.* LYDI *ſerui Cic. orat. pr. Flacc.* Et olim cunctis exoſi fuerunt Vandali, adeo vt Wandalis parentibus nati, ius ciuitatis adipiſci nequiuerint. 3. Si qui praeter meritum miſeri ſunt, vel iniuria, vel religionis odio expulſi, quis eos arcebit? Non enim eſt afflicto addenda afflictio, ſed ſummo 30
conatu tales fouendi. SCHONB. *d. l.* Immo 4. proprius et ſeparatus locus illis a ciuibus dandus, legibusque ſeueris ſunt adſtringendi. Sic enim fieri poteſt, vt contineantur in officio, et quicquid boni appor- 31
tent, ciuitas hauriat. Ciuium enim vtilitatibus et commodis prius eſt proſpiciendum. BOD. *d. rep. l. 6. c. 2. n. 653.* Nec debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, *l. 74. d. R. I.* et in pari cauſſa melior eſt cauſſa prohibentis *l. 18. commun. diui.* certantisque de damno vitando.

quam

32 quam de lucro captando. *l. 7. d. iur. et fact. ignorant.* Poſito denique, obſeruandum eſſe, ne peregrini recipiantur, commercia tamen illis denegari nequeunt, et ſi ipſa ciuitas indigenis ſit locupletata, vt non egeat peregrinis, commodius nihilominus, vt ad mare propter ad- et euectionem ſitum accipiat. *Clar. Dn.* TRYGOPHOR. *l. 1. d. conſt. reipubl. c. 3. q. 5.* Quae deinde de ſterilitate et morbis nociuis dicta, non puto adeo magnopere
33 pere eſſe attendenda. Videmus enim, vrbes ad ſalum ſitas ſolum iuxta ſe habere foecundum. Exempla habemus in omnibus emporiis Balthicis, quorum nullum eſt, quod hac felicitate deſtituatur. De Neapoli idem teſtatur *auctor reipubl. Italic. tit. de princ. Ital. pag. mihi 88.* Peſtem quod attinet, eſt illa vis diuina, quam nullus hominum pro-
34 hibere poterit. *arg. l. 25. §. 6. locat. l. 23. d. R. I.* ibi *mortes.* Et poſſunt morbi tam facile in aliis vrbibus, quam maritimis, oriri, accedente ſc. diuina poena, quae peſtem immittit et morbos. Et in maritimis ciuitatibus non ita ſentiri poteſt peſtis ſaeuitia, ob hominum frequentiam, compenſantem illud malum cum ingentibus maris commodis.
35 Et aliquando venti frequentes purgant aerem, vt morbi non ita nocentes oriantur. *7. Polit. 11.* SCHONB. *c. 14. l. 1.* Aſſerto iam vrbibus ad
36 mare loco, in propatulo eſt, id non alio fine fieri, quam vt nauigatio ex portubus ipſius inſtituatur, illa enim ad ſummam reipublicae
37 ſpectat, *l. 1. §. 20. d. exerc. act.* qua vtilitatem, qua neceſſitatem nempe, vt ſequens theſis declarabit. Vnde etiam experti regnandi viri id in omnibus rebuspublicis obſeruarunt, vt maris opportunitas et na-
38 vigationum ſecuritas promoueretur. Romani ante Tyberim proprium locum, qui naualia dictus, habuerunt, vbi adoleſcentes in naualibus inſtituti ſunt. LIV. *lib. 3. n. 26.* BOTER *lib. 1. d. O. vrb. c. 6.* Ad aedilium *argumento legis. 1. de via publ.* et quaeſtorum curam haec res pertinuit. TACT. *4. ann.* ibique LIPSIVS *in comment.* Alibi ſeuera praetorum exſtant edicta *de fluminibus: Ne quid in flumine publico fiat. Vt in flumine publico nau. lic. De rip. mun. Ne quid fiat, vt nauigatio dete-*
39 *rior reddatur.* Imo principum officium eſſe, nauigationem promouere, aſſerit WOLFF *in diſp. de princ. concl. 19. l. 2.*

CAP.

Digitized by Google

CAPVT II.

IVRIS GENTIVM EST NAVIGATIO.

EA VT TERRESTRIS MERCATVRA REIPVBLICAE NECESSARIA, VTILIS, ET NEQVAQVAM INTERMITTENDA. DISSENTIENTIVM ERROR LEVATVS.

SVMMARIA.

1. *Nauigandi ars antiquiſſima.*
2. *Noach primus nauta.*
2. *Beroſus ſub aureo ſeculo nauigatum aſſerit.*
3. *Poetae putant ſub ferreo coepiſſe.*
4. *In Aſia primo Lydi, deinde Phoenices et Tyrii rem naualem propagarunt.* n. 5.
5. *Tyrus et Sidon propter maris conditionem laudantur.*
8. *Iudaei an nauigationi dediti? affirmatur.* n. 9. 10.
11. *Negat Petrus Cunaeus, ſed explicari commode poteſt.*
14. *Rhodienſes in nauigatione celebres.*
16. *In Africa Carthaginenſes praecipui fuerunt.*
17. *In Europa Graeci.*
18. *Expeditiones in Colchum ad rapiendum aureum vellus et ad obſidendum Ilium narrantur.* n. 20.
21. *Athenienſes valde periti in nauigando.*
24. *Romani tarde ad rem naualem peruenerunt.*
25. *Eorum poſtea celeritas in conficiendis claſſibus.*
26. *In declinatione imperii Saraceni innoteſcere coeperunt.*
29. *Germani priſci, et inter eos Friſii primo iuxta littora et in fluminibus, poſtea in mari nauigarunt.* n. 30. 31.
32. *Sinus Codanus et mare pigrum vbi.* n. 33.
34. *Hodie Germani multis in locis nauigationem cum ſuo magno incommodo omiſerunt.*
36. *Vectigalia inſueta eam paſſim reſtringunt.*
37. *Deus etiam ob ingratitudinem aufert.*
39. *Florent adhuc hodie in mari Balthico quaedam ciuitates.*
40. *Item Batavi et Itali, Veneti, Galli &c.* n. 41. 42. 43. 44.
46. *Neceſſaria eſt mercatura.* n. 54.
47. *Illa antiquior agricultura.*
48. *Maritima melior, quam terreſtris.*
49. *Quia magis neceſſaria.* n. 55. 56. 57.
50. *Leuior, et cum minoribus ſumptibus.*
53. *Inuenta propter populorum indigentiam.*
58. *Nauigatio ſumme vtilis.*

Digitized by Google

59. *Balthicae ciuitates ex ea creuerunt.*
60. *Vti et Veneti, Genuenſes, Piſani.* n. 61. 62. 63. 64.
67. *Bataui*
68. *Maritimae ciuitates aliis praeſtant.*
69. *Ademptione nauigationis ciuitates pereunt.*
70. *Nauigatio diſſitorum populorum amicitias conciliat, quod probatur exemplis Hollandorum Anglorum &c.* n. 71. 72.
74. *Refertur Chriſtum et Apoſtolos nauigaſſe, item Paulum et Barnabam.* n. 75.
76. *Exempla rem declarant.*
77. *Non poteſt eſſe illicitum, quod Deus ipſe facit.*
78. *An nauigatio licita ſit, disquiritur?*
79. *Primo nauigans audax fuit.*
80. *Nautae tolerant infinitas moleſtias, et dicuntur in mortis cauſſa eſſe.*
81. *Sapientes non curarunt nauigationem.* n. 82. 83.
84. *Nautarum vitia, mores et vita aſpera.* 85.
87. *Probatur, licitam eſſe nauigationem, et refutatur prior diſſentientium opinio.*
88. *Difficilia pulcra.*
89. *Militia, venatio, piſcatura periculoſa, nihilominus in republica habenda,* n. 90. 91.
93. *Hominum vita multis periculis expoſita.* n. 94.
95. *In nauibus quaedam paruae reipublicae ſpecies.*
96. *Clamores et alii nautarum mores excuſantur.* 97.
98. *Sapiens eſt qui ciuitatem et nauim gubernare poteſt.*
99. *Morbi et peſtis tam in terra, quam nauibus.*
100. *Vomitiones morbis medentur.*
102. *Naufragium eſt caſus fortuitus.*
104. *Propter vitia perſonarum res ipſa non carpenda.*

1 Nauigandi ars antiquiſſima eſt, et omnium gentium, BECH. *tr. de*
2 *ſecur. c. 4. n. 80.* Ea enim omnes gentes vtuntur. Notandum *ex Gen. c. 6. v. 14.* quod DEVS ipſe Noachum nauem fabricare docuerit, cui impoſitus cum vxore et liberis, ſolus ab vndis, et interitu generis humani ſeruatus fuit. *Sapient. c. 14. 6.* Quo reſpectu et primus nauta dicitur. Ex Beroſo videre eſt, in aureo ſeculo Ianum et Saturnum in nouas colonias claſſe aduectos. At OVIDIVS *1. Metamorphoſ.* nauigationem in ferreo ſeculo ortam ſcribit, ſecuro adhuc aethere a Gigantibus:

Vela dabat (ait) *ventis, nec adhuc bene nouerat illos*
Nauita, quaeque diu ſteterant in montibus altis,
Fluctibus ignotis inſultauere carinae.

Sic

Digitized by Google

Sic VIRGILIVS *lib. 1. Georg.*

Tunc alnos primum fluvii ſenſere cauatas.

Nauita cum Stellis numeros, ac nomina fecit.

Poſt tempora diluuii, cum genus humanum, et progenies Noachi latius ſe diffunderent, hinc inde regna ſibi conſtituerent, occaſiones bene viuendi et commercia ordinarent, factum, vt nauigationem quam feliciſſime exordirentur. 4
In Aſia omnium primi Lydi nauem fabricaſſe, et incerta pelagi petentes, peruium humanis vſibus mare feciſſe perhibentur. ISIDOR. *libr. 29. cap. 1.* STEWECH. *ad Veget. libr. 5. c. 3.* 5
Poſt hos Phoenices, et inter eos naualium rerum peritiſſimi Tyrii. PLIN. *natur. hiſt. l. 5. c. 14.* VICT. *c. 4. l. 42.* RVF. FEST. *in Coſmogr.* CLVV. *in introd. Geograph. l. 5. c. 21. in fin.* HEROD. *lib. 1.* 6

Phaenicum regio eſt, hi rubro gurgite quondam

Mutauere domos, primique per aequora vecti

Luſtrauere ſalum, primi docuere carinas

Ferre cauas orbis commercia, Sydera primi.

IOH. MATTHAE. *in libell. de rer. inu. c. 10.*

Tyrus enim, et Sidon maritimae vrbes in Phaenicia, *vti* CLVV. *d. l. annotat.* propter opportunitatem maris mediterranei praecipuos, CARION. *chron. lib. 1. pag. 21.* et gnaros nautas habuerunt. *1. Reg. 9. c. 27.* Hinc paſſim in ſacris litteris, vti *Eſaiae 23. Ezech. 16. v. 17.* dicitur, Tyrus, vrbs inclita, habitans in mari, fortis in mari cum habitatoribus ſuis, quos formidabant vniuerſi, et ad quam caeterae vrbes ſua commercia dirigebant. *vt ſeq. et prolixe 27. 28. c. dicitur.* Nec profani ſcriptores hoc intactum reliquerunt, *ſic* CVRTIVS *de rebus geſt. Alex. M. l. 4. p. 80.* claritate et magnitudine ante vrbes omnes Syriae Phaeniciaeque memorabilem Tyrum refert. Illam multarum vrbium parentem, STRABO *lib. 16.* PLIN. *natural. hiſtor. 19.* MELA *1. Coſmograph. 12.* imprimis autem eam vt patriam ſuam ICtus VLPIANVS *in l. 1. de cenſib.* commendat, dum nobilem regionibus, ſerie ſeculorum antiquiſſimam, armipotentem, &c. deſcribit. 7
Hos ſequuntur in naualigloria Iudaei, ſanctus Dei populus, qui quantum ſe nauigationi dederunt, patet ex eo, quod Aſcalon et Gazam ciuitates maritimas ad mare mediterraneum ſitas in poteſtate habuerunt. Zabulon in littore maris habitabat, et in ſtatione nauium pertingebat ad Sidonem. *Gen. 49. v. 13.* 8
Quod de tribu Aſer memoratur, *Iud. 5. v. 18.* CHRISTOPH. HEIDEMANN. 9

Digitized by Google

10 *in Palæſt. c. 5. n. 28. et 38.* Teſtantur quoque ſacrae literae, quod
Rex Salomon claſſem fecerit in Aſiongaber, quae eſt iuxta Alath in
littore maris rubri, quodque ab Hiramo, Rege Tyriorum, acceperit vi-
ros nauticos et gnaros maris, qui cum ipſius ſeruis in Ophir nauiga-
runt; magnamque inde auri vim exportarunt. *1. Reg. c. 9. v. 26.* Si-
militer *Ioſaphat* claſſem conſtruxit, quae nauigaret in Ophir ad aue-
hendum aurum, quae tamen in portu conquaſſata eſt. *1. Reg. 22. v. 49.*
11 Contrarium de Iudaeis aſſerit PETR. CVNAEVS, *ICtus clariſſimus, et dum
viueret, Fautor meus honoratiſſimus in republica Hebraeorum lib. 1. cap. 5.*
vbi ſcribit, eos intra fines ſuae terrae iis opibus contentos, quas na-
tura producebat, procul commerciis vitam agitaſſe. Quodſi de fre-
quentibus nauigationibus intelligit, facile ei aſſentior, erant enim vt
plurimum Iſraelitae rei pecuariae dediti; ſi vero de nulla, iam dicta
12 ſatis refragantur. Similiter in mediterraneis maribus praecipue lacu
Geneſar (qui et Tyberiadis et mare Galilaeum dicitur) eos nauigaſſe,
indicant inſtitutae piſcationes, et naues in hoc mari repertae, qua-
rum ſæpe in ſacris fit mentio, *Matth. 4. Marc. 1. Luc. 5. Ioh. 21. Marc.*
13 *6. Matth. 14.* IOSEPH. *3. de Bell. iud. 18.* PLIN. *5. nat. hiſtor. 15.* De re-
liquis minoris Aſiae populis Ionibus, Cilicibus, Lycis, vide HERO-
14 DOT. *pag. 645.* de Rhodienſibus GELL. *lib. 7. c. 3. noct. Att.* Erat ci-
uitas Rhodienſis diu et inſulae opportunitate, et operum nobilitate,
et nauigandi ſolertia, naualibusque victoriis, celebrata, vnde ſic in-
ualuit, vt annis multis maris imperio potiretur et latrocinia pirata-
rum tolleret. STRAB. *lib. 12.* Troianos aequora ſulcaſſe narrat MICRAEL.
15 *in ſynt. hiſt. l. 1. ſect. 3. qu. 20.* et teſtantur errores Aeneae apud Vir-
gilium. Babyloniorum nauigia deſcribit HEROD. *lib. 1. pag. 128.* Cre-
tenſes ſeu Candios natura ad maris Dominium factos BOTER. *polit.
lib. 10. c. 8.* narrat. In Africa olim Aegyptii, DIOD. SICVL. *lib. 1.* HE-
16 ROD. *l. 3. in Euterp.* hinc Carthaginenſes fuerunt rei nauticae peri-
tiſſimi, vt qui hanc ſcientiam diu a maioribus ſuis acceperant, et vſu
maiore prae caeteris mortalibus exercuerant. POLYB. *lib. 6. hiſt. n. 59.*
Hanno, Carthaginenſis, circumuectus eſt a Gadibus vsque ad finem
Arabiae. PLIN. *lib. 2. c. 76.* vbi ſimul memorat ſigna nauium ex Hiſpa-
nienſibus naufragiis reperta, documento, quod Arabes ex mari ſuo
in Hiſpaniam tranſito bonae ſpei promontorio nauigarunt. IOH. ISAAC.
17 PONTAN. *lib. 2. diſcuſ. poſt. c. 5.* In Europa primum, nauali gloria
excel-

Digitized by Google

excelluerunt Graeci. Antiquiſſima expeditio eſt decantata illa Argo- 18
nautica, quam Hercules, Iaſon, aliique &c. in Colchicam ad rapiendum
vellus aureum inſtituerunt, de qua vbique hiſtorici et Poetae APOLLON.
in carm. Micral. in ſynt. hiſt. lib. 1. ſect. 3. qu. 19. vide CARION. *lib. 2.* 19
chron pag. 61. HELVIC. *in chron.* refert eam ad tempus Abimelech, Iu-
dicis Iſraelitarum. Aeque famigerata eſt ingens olim claſſis, quam 20
Graeciae principes Agamemnon, Achilles, Vlyſſes, Aiaces, ad ex-
ſtirpandum Ilium, propter raptam Helenam ab Alexandro ſeu Paride
confecerunt, cum qua ex portu Auli Boeotiae ciuitate ſoluentes per
Aegeum Pelagus tandem ad Lectum promontorium appulerunt, nar-
rante THVCYDIDE *lib. 1. pag 9. Dict.* CRETENS. *lib. 1. de bell. Troi. vti*
et DAR. *Phryg. in Exc. Troiae.* Vbi numerum nauium habet HOMER.
in ſua Iliad. VIRG. *in Aeneid.* inter Graecos naualis ſtudii palmam reli- 21
quis Athenienſes praeripuerunt. IVST. *lib. 16.* THVCYD. *lib 1.* XENOPH.
hiſt. graec. lib. 1. 6. 7. Vt id naues quas in claſſe ad Artemiſiam cum
Xerxe 378. in pugna ad Salaminem 400. habuerunt, indicant. Supe-
rat tamen Xerxis claſſis, quae apud HEROD. *lib. 7. pag. 694.* legitur
conſtitiſſe mille ducentis ſeptem, ducenos ſupputando viros in ſingu-
lis, cui oppoſita Graecorum, quae non tam numero, quam virtute prae-
ſtabat. HEROD. *lib. 8. in princ.* Macedones quoque ad rei maritimae 22
miniſteria dicuntur promptiſſimi. POLYB *lib. 5.* Praeter hos in Euro-
pa olim valuerunt Tyrrheni, DIOD. *lib. 5.* Illyrii, *Appian. in Illyr.* Meſ- 23
ſani POLYB. *lib. 1. c. 38.* Denique Romani cupiditate habendae Siciliae, 24
quia nec mole nec ponte iungi poterat FLOR. *lib. 2. c. 2.* cum Poenis
eandem adfectantibus congredi auſi ſunt, Cornel. et Duellio Coſſ. Et
quidem primo bello Punico 160. naues intra ſexageſimum diem in an- 25
choris ſteterunt LIVIVS *lib. 21.* Secundo bello Punico Scipionis claſſis
quadrageſimo die a ſecuri nauigauit. PLIN. *lib. 16 nat. hiſt. car. 19.*
contra regem Hieronem 220. naues diebus quadraginta quinque
fabricatae. PLIN. *d. l.* In declinatione Romani imperii Sa- 26
raceni innoteſcere coeperunt, hi Rhodum et Cycladas afflixerunt,
vnde in Siciliam nauigarunt. Poſtea Tingitaniam, et Mauritaniam
occupauere. In Europam denique per fretum Gaditanum traiicien-
tes totam Hiſpaniam fere ſubegerunt. Italiam ingreſſi Capuam &
Genuam ceperunt, inſuper Claſſe Venetorum diſiecta. BLOND. *de
reb. geſt. Ven.* AEMIL. *lib. 2.* Germani autem quid in hac re potue- 27

Digitized by Google

runt? Dubium non eſt quin Danubium, Rhenum, Albim, Viſur-
gim, et cetera flumina otioſa non habuerint. Meminit TACIT. *de Mor.*
28 *Germ.* Vbi Suionum ciuitates deſcribit, quod praeter viros arma-
que claſſibus valuerint. De Friſiis CLVV. *in tract. de tribus oſtiis Rhe-*
29 *ni* ſcribit, quod ambiant immenſos lacus, & Romanis claſſibus naui-
gatos. Germanicus impoſitas nauibus quatuor legiones per lacus ve-
xit, ſimulque claſſes apud amiſiam Amnem conuenere. ALTHAM. *in*
comment. de Mor. Germ. in TACIT. *pag. 378.* Teſtatur AYMON. *lib. 4.*
de geſt. Franc. Friſiones, gentem clariſſimam, maritimam a Carolo
30 Marcello debellatam. Pergit deinde TACIT. *d. l.* ſeptentrionis tra-
ctum, ibique maritimos populos explicare. Ac primo quidem ſta-
tim Chaucorum gens quæ incipit a Friſiis ac partem littoris occupa-
uit i. e. vt ALTHAM. *pag. 393.* explicat Rheni oſtia & Oceanum, Viſur-
gim fluuium, et illo transcenſo vsque ad Albis exitum PLIN.
libr. 1. hiſtor. mund. c. 14. inter maritimos numerat et *lib. 16. c. 1.*
Ita nauigant ingentium ramorum armentis ſæpe territis claſſibus Ro-
manis. Vlterius TACIT. Eundem Germaniæ ſinum proximi Oceano
31 Cimbri tenent: incoluerunt illi Cimbricam Cherſoneſum inter duo
maria Britannicum occidentale, et Germanicum Orientale poſitam.
32 PLIN. *lib. 4. c. 14.* PTOLEM. *2. c. 12.* Hunc ſinum Codanum prope
Lubecam eſſe putat ANDR. ALTHAM. *in dict. comment. pag. 405.* Trans
33 Suiones aliud mare pigrum ac prope immotum, quo cingi claudique
terrarum orbem hinc fides. Hoc mare alia nomina ſortitur pro di-
34 uerſitate habitantium ALTHAM. *pag. 5. 29.* Noſtri vero hodie Germa-
ni, qua induſtria nauigationes inſtituunt? optandum, vt in Balthico
Oceano noſtrorum maiorum aeuum haberemus. Quot enim naues
ſingulis annis in Hollandiam, Norwegiam, Sueciam, Daniam, Sco-
tiam, Angliam, Liuoniam, imo in Italiam, Galliam, & Hiſpaniam
35 ſoluerunt? Decollauit ſenſim, et pedetentim haec nauigatio adeo,
vt in quibusdam maritimis ciuitatibus ablatis et venditis nauibus vix
36 ſcalmi in reſiduo ſint. Sufflaminant liberam nauigationem hinc inde
inſtituta vectigalia, et Piratarum inſultus. Ominor, peribimus, ſi non
periimus, niſi coniunctis viribus, et in medium collatis opibus re-
37 ſtauremus intermiſſam nauigationem. Punit ingratitudinem noſtram
ſummus rerum humanarum Gubernator, donauit nobis maria, flu-
mina in Oceanum ſe exonerantia, portus et ſtationes nauium tutiſſi-
mas,

Digitized by Google

mas, nos hæc contemnimus, & cum comico habere nos, quod habuiſſe, ſero cum Phrygibus vere dicemus. Interim tamen non omnes 38
in Codano hoc ſinu aeque hac fortuna iactantur. Videmus Lubecen- 39
ſium & Dantiſcanorum naues adhuc varias oras perluſtrare. In ſuperiori quoque Germania, in Danubio & Rheno, vbi patitur con- 40
ditio fluminis quotidie nauigatur. Ceterae ciuitates Hanſeaticae ad Viſurgim et Albim priſco ſtudio intentae. Et ſi praecipuos Germa- 41
norum Batauos, vti eos TACIT. *in morib. Germ.* nominat, adſpicimus, quis populus illos in nauigandi peritia, ſolertia et frequentia antecellit? GVICCIARD. *in deſcript. Belg. in Holl.* quae loca non ambiunt? Ex quibus portubus hodie non ſoluunt, in communionem ventorum & maris cum reliquis populis venientes? In Italia primi Veneti, Ge- 42
nuenſes, Dux Florentinus, Rex Neapolitanus, in Hiſpania Luſitani, Caſtellani, Biſcai &c. in Gallia Aquitani, Normandi, Picardi. Ex aduerſo Angli, Scoti, mari innatant. Et quo non Triremes Tur- 43
cicae hodie pertingunt? Quis Perſiae Reges in Oriente, & quis Afri- 44
cam nauibus abundare negat? habent in ea ſuas naues Turca, Hiſpanus & ipſi incolæ. America autem quibusuis patet. Ex his li- 45
quet, omnes gentes nauigationi ſtuduiſſe; quod latius poſſet deduci, niſi ex his ſufficienter pateret, & facem meridianae Luci adferre ſuperuacaneum eſſet.

Neceſſarium igitur cum ſit in omni ciuitate aliquid vendi et 46
aliquid emi, ideo quod quibus reſpublica indiget, non omnia dominaſcantur. ARIST. *I. polit. 9.* ARNIS. *polit. c. 12.* Huic neceſſitati mer- 47
catura, quae multo antiquior agricultura eſt, deducente SALMASIO *lib. de Vſuris cap. II pag. 298. 299.* ſubuenit Ideoque ab omnibus gentibus recepta eſt, electoque numo, medio difficultatum finiendarum ordinata *l. 1. d. contr. emt.* ſiue mari, ſiue terra. *L. 2. de nund.* Terreſtrem defendunt paſſim Politici SCHONBORN. *3. Polit. 45.* THO- 48
LOS. *de republ. 4. c. 8.* BODIN. *3. de republ. 8. n. 359.* Nos maritimam, & cum ea nauigationem. Huius neceſſitas euidens eſt, ex neceſſi- 49
tate commerciorum, quæ ſunt ψύχη & humidum radicale ciuitatum, vti BOTER *de orig. vrb. lib. 2. c. 8.* & alii Politici tradunt. Nam cum non omnis

- - - - *ferat omnia tellus,*
Hinc ſegetes illinc veniant felicius vuæ,

India

Digitized by Google

India mittat ebur, molles ſua thura Sabaei.

VIRGIL. I. *Georg.* neceſſe eſt, vt media iuuandorum commerciorum excogitentur. Qui enim vult finem, vult media, ad finem illum
50 ducentia. Nullum autem apparuit vnquam, quo minori cum labore, maiori cum abundantia merces importari potuerunt, quam nauigatio. Hinc cum ſuperflua ſint reiicienda, nec debeat fieri per plura, quod fieri poteſt per pauciora: *Arg. l. 1. cod. de theſ.* neceſſe non eſt, vt terreſtri itinere & longis ambagibus id tentemus, quod facilis nauigii curſus ſuppeditat. Videmus, vnam nauim ſaepe tantam copiam frumenti aliarumque mercium ex multis diſſitis locis inferre, cui vix centum currus ſufficerent, et quidem multo minori-
51 bus ad id adhibitis ſumptibus. Cum vero interſit reipublicae immodicos ſumptus reſtringi: non video cur non nauigationem amplectamur. Adeunt mercatores remota a noſtris plagis loca, aromata, margaritas, conchas, aliasque pretioſas materias, nauibus aduehunt, quod, ſi terreſtri itinere fieri deberet, impoſſibile eſſet. Si iam diuitias hinc in rempublicam redundantes cum periculo et ſumptibus compenſentur, manebit ſemper melior prae terreſtri mercatura maritimae conditio. Hoc etiam medium omnes gentes, qui ad mare vel celebria flumina habitarunt, a tempore Noachi ad noſtra ſecula vſurparunt.
52 Nota vero eſt Politicorum doctrina, quod, quia respublicae ex iure gentium coeperunt, etiam ad ius gentium, tanquam formam ſimpli-
53 ciſſimam ſint inſtituendae. Anſam gentibus praebuit indigentia, quae plures preſſit. Cum enim homo ſit natura animal πολιτικον, iuxta Ariſtotelem, ARNIS. *cap. 2. Polit.* quaeſiuit alios, cum quibus ſua communicaret, a quibus rurſus defectum ſuum ſuppleret. *l. 1. d. contr. emt.* Hinc commercia orta, et per haec nauigationes. Ciuitas enim eſt non ſolum propter viuere ſed etiam propter bene viuere ex THOM. ARNIS. *d. l.* Et hoc reſpectu PLATO *3. de leg.* MACHIAV. *lib. 6. 1. diſc. ciu. 1. decad.* homines Egeſtate compulſos ad ſocietatem et commer-
54 cia veniſſe putant. Indiget enim respublica illis, qui inuehant et euehant ſingula. Hi autem ſunt negotiatores. *l. fin. de mund.* non ſolum qui in terra *tit. de inſt. act.* ſed etiam qui in mari negotiantur. *tit. de exerc. act.* Indigentia autem cum ex carentia boni neceſſarii oriatur, neceſſarium rurſum ſimpliciter ſub voluntatem veniat: ſequitur, neceſſitatem et eius matrem indigentiam in republica nauigationes primum inſti-

Digitized by Google

inſtituiſſe. Hac conſideratione etiam ICtus VLPIANVS *in l. 1. de* 55
exerc. act. nauigandi vſum neceſſitatem vocat, & rem ipſam rei-
publ. maxime neceſſariam eſſe, MENOCH. *de retin. poſſ. remed. 6. n.*
54. tradit, addendo, id *Dd. in L. quo minus 2. de flum.* ſcribere. 56
Quod KECKERMANN. *in Syſt. Polit. l. 1. c. 9.* SIXTINVS *tract. de Regal.* 57
l. 2. c. 37. approbant.

Vtilitatem autem nauigationis nemo ignorat, *L. 1. pr. de e-* 58
xerc. act. ideo non eget commendatione ſe ipſam oſtendens *Arg. l. 1.*
d. in integr. reſtit. et probat eam TOLOS. *7. Polit. in fin.* Pate-
ſcit hoc ex maritimis ciuitatibus, quæ ingentia ex nauigatione ſum-
ſere incrementa. Ad quod faſtigium per liberum commerciorum v- 59
ſum veniſſe ciuitates Balthicas et Hanſeaticas, quis eſt, qui ignorat?
Non ſolum enim principes viciniores, qui nauigationes infeſtabant,
in officio continuerunt, ſed & ſplendidiſſimum foedus pepigerunt,
quod poſtero tempore, in tam eximium decus peruenit, vt ab Im-
peratoribus in publicis imperii Receſſibus confirmatum fuerit. *R. A.*
de ann. 1542. §. Demnach. Ann. 1548. *§. Vnd als erſtlich.* Ann. 1566. *§.* 60
Die Hanſee- und See-Städte. Anno 1576. *§. Wir wollen auch &c.*
BRVNNING. *de var. vniu. ſpec. theſ. 17.* ARVM. *ad auream Bull. diſc. 6.*
th. 10. DAN. OTTO *diſſert. de iur. publ. c. 11. Ioh. Angel.* WERDENHAGEN
lib. de ciu. Hanſeat. paſſim. Nonne Venetiae ſtudio rei naualis ad 61
tantam potentiam & opes peruenere, vt OWEN. *lib. 2. epigr. 210.* pro-
clamare conatus fuerit:

Vt mare nil, niſi aquæ, coelum nihil eſt, niſi ſtellae,
Sic ſunt Venetiae nil, niſi diuitiae.

Quis non admiretur Arſenale illud Venetorum omnium naualium &
armamentariorum quæ ſub coelo ſunt, ampliſſimum, ſolumque ad
reprimendum Turcicae claſſis impetum ſufficiens. BERT. *in deſcript. de*
Pays de Padoue LANS. *in Conſult. Europ. pro Italia pag. 876.* (mihi) *au-*
ctor deſcriptionis chorograph. Ven. Dom. pag. 24. quis non ſuſpiciat na-
uiculariorum illum numerum, qui ad octo millia ſe extendit. *Dict.*
Auct.

Sed *Si cuncta velim tenui deſcribere verſu.*
Hic omnes citius nautas celeresque phaſelos
Et ſimul Adriaci piſces numerabo profundi.

ait, LANS. *d. l. p. 878.* Quam infirma autem huius vrbis initia fuerint 62

autor. chorograph. deſcr. Ven. ex Satell. tradit *pag. 1.* Mercatura tamen & nauali peritia a paruis principiis adeo creuit. PAVL. IOV. *hiſtor. lib. 1. pag. 8.* Vt hodie maris Adriatici dominam ſe dicat. MART. *de Iuriſd. Part. I. c. 33. n. 25.* ANT. VACC. ad *L. 2. de R. D.* Non exiguam etiam potentiam et laudem ex ſtudio nauali ceterae Italiae vrbes
63 ſibi pepererunt. Genuenſes, inquit IOV. *1. hiſt. pag. 13.* cuncta quondam maria peruagati, relictis vbique clariſſimarum victoriarum monumentis, ceteras gentes omni tempore nauali gloria ſuperarunt, et cum Venetis de imperio certarunt: THOM. SEGETH. *in comment. de Princ. Ital. pag. 19.*
64 De Piſanis IOV. *d. l.* ait, quod maiorum aetate cum ſumma opum amplitudine, tum ingenti rei naualis potentia inter ceteros Italiae populos ma-
65 gnam auctoritatem obtinuerint. De Neapolis potentia *vid. auctor d. l.* Hinc qui maritimae rei ſcientia polluerunt, magnitudine rerum geſtarum praeſtitiſſe aliis, qui in continente ſolum alerent exercitus,
66 probat SEYSELL. *de Republ. Galliae lib. 2.* ab exemplo Athenienſium, Carthaginenſium, Romanorum, qui tum demum, vbi mare ſibi patefecerant, vehementer ſuum auxerunt imperium, longiſſimeque progreſſi ſunt. FLOR. *lib. 2. c. 1.* Et hac ratione Genuenſes & Venetos
67 creuiſſe, memorat. SEYSELL. *d. l.* Nulla autem illuſtriora exempla ciuitatum, quæ ex nauigatione floruerunt, exſtant, quam in Hollandia. Eo enim tempore, quo crudeliſſimus Belgii Tyrannus, Dux Albanus, Batauorum animos ab Hiſpanis abalienabat, ſummo ſtudio in id incubuerunt, vt nauigationem in Europae, et totius mundi partes inſtituerent. Cum enim ſolum ſterile habebant, nec frugum ferax, hac ratione ex quovis mundi angulo nauibus merces detulerunt, vnde aucta incolarum multitudo cuiuis etiam fortiſſimo timori eſſe coepit. Sane Amſtelodamum; Roterodamum, Dordracum, Harlemum, nulla re clarae, imo vna vel altera earum funditus in primo tumultu deleta, ab ipſo ferro & ruina tantam ſumſere gloriam, vt diuitiis commercioque nemini cedant. BAVD. *tract. de Induc. Bell. Belg.*
68 METERAN. *in hiſt. belg. per tot.* Multum etiam faciunt nauigationes ad defenſionem patriae. THVCYD. *Lib. 1. Bell. Pelop.* Vbi teſtatur, tempore Xerxis omnes Græcorum fortunas in nauium præſidio fuiſſe, & ſalutem Graeciae ab Athenienſibus nauibus partam, PEZEL. *lib. 1. Mel-*
69 *liſ. hiſt. pag. 78.* ſcribit. Infortunium quoque earum vrbium, quibus nauigationis commoditas erepta, inſigne eius bonum oſtendit. Quae

Quae par erat vrbs in Germania Antwerpiae, nunc in memoria pri-
ſcarum diuitiarum ob interclufum portum ſeneſcenti? Tandem na- 70
uigatio longe diſſitorum Regum, Principum, populorumque amici-
tiam iure naturali inceptam, ob malitiam humanam alicubi intermiſ-
ſam, conciliat et reddit. Honos olim habitus Mercaturæ, *ait* PLV-
TARCHVS *in Solone*, quod ad Barbarorum neceſſitates comparandaſ-
que regum amicitias valere putabatur. Hoc equidem Hollandi, non 71
ſolum cum regibus Galliae, Angliae, Sueciae, Daniae, libera re-
publ. Venetorum, aliiſque Principibus & Ducibus finitimis, ſed et-
iam cum infenſo Chriſtiani nominis hoſte Turcarum Imperatore ami-
citias et foedera colentes, de ſe teſtantur. Habent in dictis locis
ſuos reſidentes, dictorumque reſidentes Hagae Comitum videre licet.
Imo cum Indis et aliis antea ne nomine quidem notis populis com-
mercia et negotiationes exercent. Vid. EMANVEL METERANVS BAVD.
d. l. Nihil Anglos nouo orbi tam commendauit quam nauigatio. 72
Vnde Franciſcus Drake, Oliuerius de Nort, aliique noti, niſi quod
orbem terrarum felici nauigatione emenſi, opibus graues redierunt?
Vid. METERAN. *lib. 10.* THVAN. *lib. 71.* LANS. *in Conſult. Europ. pro
Britann. pag. 632.* Ex ſacris litteris quoque patet, quantum momen- 73
tum inter potentes ad firmandas amicitias nauigatio conferat. Adiu-
tus enim ab Hiramo, Rege Tyri, Salomon naues et nautarum nume-
rum accepit, qui aurum ex Ophir adportarent. *1. Reg. 9. v. 27. et
ſeqq.* Et hactenus dicta comprobant exempla eorum, qui nauiga-
runt. Tale eſt Chriſti omni exceptione maioris, qui nauiculam ſae- 74
pe aſcendit non ſolum ſereno, *Matth. 9. v. 1.* ſed etiam turbido coe-
lo, et in ea ſedens diſcipulos docuit et ad tempeſtatum patientiam
admonuit *Luc. 23. et 26. Matth. 8. v. 23. Marc. 4. v. 35.* Pauli, qui
cum Barnaba in Cyprum et Paphon. nauigauit. *Actorum 13. v. 4. 13.*
Cum Timotheo a Troade in Salaminem *Actor. 16. v. 11. cap. 20. v. 6.*
cum Priſcilla et Aquila in Syriam, *cap. 18. v. 18.* ſolus ab Aſſon. in
Mytilenem *c. 20. v. 19.* verſus Antiochiam *Act. 14. v. 25.* Denique in
Italiam *cap. 27.* Barnabae, qui cum Marco in Cyprum nauigauit *Act.
15. v. 39.* Ionae qui a Ioppe nauigare voluit in Tharſas *Ionae 1.* Et 75
quamuis ab exemplis legitimum argumentum non ſumatur, quoad
iuris conſtitutionem *l. 13. et ibi Dd. C. de ſent. et interl. omn. iud.* BOE-
RII *conſ. 4. n. 47.* PETR. SVRDI *deciſ. 113. n. 9.* valent tamen quoad iuris

conſtituti probationem et exiſtentiam *arg. §. pen. de adopt.* IOH. FABER *ad d. l. 13.* Maxime ſiquidem rem declarant *l. 1. §. 25. de vi et vi arm. l. 15. C. de transact. l. 30. §. fin. de damn. inf.* et quaſi digito demon-
76 ſtrant ac tactui ſubiiciunt. HERING. *de fid. c. 30. n. 12.* Non poteſt autem non optimum et licitum eſſe, quod Deus ipſe inſtituit. *Geneſ. 6. v. 14.* Hic enim dat viam naui in mari, *Prou. 30. v. 19.* et inter fluctus ſemitam firmiſſimam *Sapientiae c. 14. v. 4.* ideo ſingulari benedictione illud lignum dignum his verbis, *das Holtz iſt des Seegens wohl werth*, pro-
77 nunciat *Salomon. Sap. c. 14. v. 3.* Sed offerunt ſe nobis homines, qui neſcio quo genio faſcinati nauigationem, vtpote rem turpem et illicitam,
78 a republica plane eliminant. Adducunt autem Poetarum dicta vtpote HORATII *lib. 1. Od. 3.*

Illi robur, et aes triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commiſit pelago ratem
Primus, nec timuit praecipitem Africum
Decertantem Aquilonibus.
Nec triſtes Hyadas nec rabiem noti.

item *d. l.*

Necquidquam Deus abſcidit
Prudens Oceano diſſociabili
Terras, ſi tamen impiae
Non tangenda rates tranſiliunt vada.

PROPERTII quoque:

Ite rates curuae, et lethi quoque texite cauſſas:
Iſta per humanas mors venit acta manus.

79 Taxant moleſtias, pericula, quae quouis momento quis exſpectare cogitur, imo ipſum lethum *Pſalm. 107. v 23. 24. 26.* tam certiſſimum eſſe, quam quamuis horam *lege 52. §. 4. Pro Soc. l. 3. de don. mor. cau.*
80 Vbi dicitur nauigans in mortis cauſſa eſſe:

- - - *digitis a morte remotus*
Quattuor aut ſeptem, ſi ſit latiſſima taeda.

81 IVVEN. *Satyr. 12.* Addunt, ſapientes ſemper abhorruiſſe a nauigatione. Catonem dicere ſolitum fuiſſe, trium ſe praecipue in vita ſua poenitere; *primum*, quod mulieri arcana credidiſſet, *alterum*, quod fuiſſet mari profectus, quo terra peruenire potuiſſet, *tertium*, quod diem ſi-

ne

ne linea abire paſſus fuiſſet. Biantem, refert PLATO, dixiſſe, quod Nautae neque viuis neque mortuis annumerandi eſſent, et Anacharſin Scytham eam feliciſſimam nauim dixiſſe, quae in portum peruenit. Ac- 82
cuſat etiam genus humanum POLYDOR. VIRGILIVS nimiae temeritatis, quod, cum Deus terram conceſſerit, illi tamen aſtra & maria cogitent. *lib. 3. cap. 15.* Alii plauſtra conuitiorum in nautas euomunt, dicunt, 83
eos homines ſtupidos, audaces, truces, ineptos gerendae reipublicae, raro etiam meliores redire, coelum, non animum mutare, qui trans mare currunt. Narrant inconditos eorum clamores, vitam horridam, 84
rudem, tenuem cibum, dura cubilia, periculoſos morbos ex defectu dulcis aquae aliarumque rerum neceſſariarum prouenientes, breuiter: nihil occurrere, ex quo ſaltem ſubitanea voluptas hauriri poſſit. Et vt PLINII verba *in Prooem. lib. 19.* adſcribam, audax vita, ſceleris plena, 85
aliquid ſeri vt ventos procellasque recipiat et paruum eſſe, fluctibus ſolis vehi. Iam vero nec vela eſſe maiora nauigiis. Sed quamuis amplitudini antennarum ſingulae arbores ſufficiant, ſuper eas tamen addi velorum alia vela, praeterque alia in proris, alia in Puppibus pendi, et tot modis prouocari mortem. Denique tam paruo ſemine naſci 86
quod orbem terrarum vltro citroque portet, tam gracili auena, tam non alte a terra tolli: neque id viribus ſuis necti, ſed paſſum tenſumque et in mollitiem lanae coctum iniuria naturae in ſumma audacia, cui ſatis non fuit hominem in terra perire, niſi periret et inſepultus. His addenda, quae de auaritia et lucris immodicis blaterant reliqui. 87
Verum nauigent illi ad Anticyras, et caput prius helleboro purgent, quam in tam reipublicae fructuoſam rem tam dicaciter inuehant. Etenim ſi propter pericula nauiganti deuoranda eſſet omittenda, iam 88
omnia ſtudia militaria, peregrinationes terreſtres, venationes, piſcationes, et quidquid pulcrum fere, ex orbe exterminandum eſſet. Χαλεπὰ τὰ καλά. Difficilia quae pulchra. Quis ſtudioſorum vitam 89
ſuam multis periculis non exponit? Et a viliſſimis ſaepe hominibus corporales iniurias ſine cauſſa perfert? *Imperator* FRIDERIC. *in Auth. habita C. ne filius pro patre.* Ideo ne liberi mittendi quo cerui cornua? Vbi maiora et plura pericula, quam in militia? *Arg. pr. de mil.* 90
teſt. WESENBEC. *in Paratitl. de teſt. mil.* Qui milites homines? alii templa ſpoliant, alii tumultum concitant, hi fores effringunt, illi veſtes furantur, hi liberos capiunt, illi captiuos cruciant. ANT. GVE-

VARRA *in Horolog. Princ. lib. 3. c. 17. n. 513.* Quis neſcit tot ſicas in cuiusuis iugulum intentari poſſe, quot videntur? quis mucrones omnes euitare poterit? nulla

- - *Fides pietasque viris, qui caſtra ſequuntur*

91 LVCANVS ait. Ideone tamen abiicienda arma? Patria ſine defenſione relinquenda? Bella plane negligenda? Quis omnes moleſtias quæ pedeſtri itinere ſe accingenti ad peregrinationes obueniunt enumerabit? Quis omnes latronum incurſus, aquarum inundationes, fulgura, tonitrua? Imo quis ſecuritatem itineris pollicebitur? quam facile curru quis delabitur & ceruicem frangit? nemo tamen tam obtuſus inuentus, qui peregrinationes contemnere plane voluit. Pi-
92 ſcationes, venationes, quis vnquam ſine certamine & periculo vitae confecit? quem non fera ita aliquando inuaſit, vt maior ei cura fuerit euadendi, quam occidendæ feræ. Breuiter: nusquam tuta fides. Homines nos eſſe cogitemus, a quibus humani nihil dicitur alienum.
93 TERENTIVS. Quique ea lege nati ſunt vt omnibus fortunae telis vita ſit propoſita. CIC. *5. Fau. Ep. 16.* Imo haec olim meminiſſe iuuabit VIRGILIVS I. *Aeneid.* Habet praeteriti doloris ſecura recordatio delectationem. CIC. *5. Epiſt. 12. Aedepol.* qui pericula cuncta euitare velit illi neceſſe eſt, vt exeat e mundo. Quam facile tectum ardere, grando, pluuia, te ſubuertere in media via poſſunt? Et tam facile
94 in plana terra periculo quis obnoxius eſt, quam in patenti et feruido mari. Poteſt Deus, vti et quotidie facit, te ſaluum, incolumemque, vti abiiſti, reducere. Quis Iſraelitas ſiccos per mare rubrum deduxit, fide Deo et curis cetera liber age. Et quo maiori periculo quid ſubiectus eſt, eo diligentius apud Deum de remedio ſollicitet.
95 Videmus etiam in maioribus nauibus imaginem paruae reipubl. Iuniores enim Magiſtro ad nutum obedientes eſſe coguntur, hinc ſummo mane et deſinente die, ſe nauimque diuinae prouidentiae committunt, Deumque pro felici ſucceſſu ſedulo implorant. Vbi ſi praeter votum aliquando nimis ſeuerus Aquilo ingruat, tale pati diſcunt, quo maioribus in certaminibus aliquando victores exiſtant. Di-
96 ſcat nauigare qui neſcit orare. Clamores quos edunt, facilem accipiunt excuſationem in tanta ſaepe vehementia ventorum, & procellarum, vbi neceſſe eſt, altius loqui, ſi hi, qui in prora ſtant re-
97 liquos in puppi vel media nauis ſedentes exaudire debent. Mores, quo-

quorundam nautarum licet aliquantulum abeant ab aulica ciuilitate
non tamen prorſus inhoneſti ſunt. Eſt illud argumentum a particu-
lari, quod vniuerſale non perſtringit. Fatemur quoque, raro nautas 98
ad reipubl. clauum moderandum adhiberi, interim plane inſipidi
cenſendi non ſunt. PHOCYL. *in aur. carm.* illum iudicat hominem
ſapientiſſimum, qui poſſit *ἄςεα καὶ νῆα κυβέρνειν*, nec minima requiritur
peritia, nauem a ſcopulis et voraginibus auertere, et in tuta loca demit-
tere. Morbi quoque aeque cito in terra nobis obrepunt: peſtis, lues, vbi 99
frequentius, quam in vrbibus et pagis? Prodeſt etiam multum ſanitati na-
uigatio, praeſertim phthiſi affectis, aut ſanguinem egerentibus. Neque
enim Aegyptus propter ſe petitur ſed propter longinquitatem nauigan-
di, ait PLINIVS: quin etiam vomitiones ipſae in ſtabili volutatione commo- 100
de pluribus morbis oculorum et pectoris medentur. PLIN. *lib. 31. c. 6.*
Inopiae dulcis aquae ſolent multis remediis ſubuenire. PLIN. *d. l.* Fa-
teor, contingere aliquando, vt quis inſepultus in profundum abiicia- 101
tur non tamen inde periit, quis omnes in bello obeuntes ſepelit, ni-
hilominus tamen praeclara illa mors iudicatur. *Arg. l. pr. d. excuſ.*
tut. Naufragia autem aliosque caſus obuenientes quis euitare pote- 102
rit. Sunt hi fortuiti, *§. 2. Q. m. re cond. oblig.* quibus humana infir-
mitas reſiſtere nequit. *Lege 1. §. 4. de O. et A.* vel eos praecauere *dicta*
lege 23. d. R. Iur. Tranent denique alii flumina, transfretent maria, et 103
indoctiores redeant imputent hoc ſuae ignauiae ac proteruiae, non
vero culpam in nauigationem, rem vtiliſſimam, reiiciant. Adſcriban-
tur perſonis auaritiae vitia, et non nauigationi, conceſſum illis hone-
ſtum lucrum, in hoc enim illis ſeritur et metitur. *Arg. 1. Cor. 9. v. 10.*
Quo ſi auripetae non contenti viuant, non ideo nauigatio e republ. 104
tollenda nec inſtitutum per ſe bonum propter aduentitias corruptelas
repudiandum. Auari quoque ſuper aequum poſtulantes legibus, tan-
quam frenis, a Magiſtratu coerceri poſſunt ARISTOT. *7. Polit. 6.*

CAPVT III.

NAVIGATIONIS DEFINITIO. EIVS DIVISIO.
IVS NAVIGANDI QVIBVS COMPETAT.

SVMMARIA.

1. *Tractatio rei a definitione incipere debet.*
2. *Iuriſconſulti non ſunt curioſi in definiendo.*

4. *Nauis*

Digitized by Google

4. *Nauis an primitiuum vel deriuatiuum vocabulum.* 5.
6. *Nauigatio quid.*
8. *Eſt iuris gentium.*
9. *Maris primarius vſus in nauigatione.*
10. *Nauis paratur, vt nauiget.*
11. *Diuiſio nauigationis ab accidenti.*
12. *Perſonae prius ratio habenda, quam rerum.*
13. *In mare vniuerſo par omnium hominum conditio.*
14. *Dominium maris vel ſuo iure quis habet, vel alieno.*
15. *Qui habeant ſuo iure, exponitur. Et quis effectus.*
17. *Alieno iure qui habeant.*
18. *Qui habeant nudum vſum maris.*
20. *Quale ius hominibus in fluminibus & lacubus.* 21. 22.
23. *Partitio operis.*

1 Omnis quae de re aliqua ſuſcipitur tractatio, a definitione incipere debet, vt intelligatur, quid res ſit. CIC. *1. off.* Hoc nullibi minus quam in iure obſeruatur, quia enim Dialecticorum artes iuxta ARISTARCHVM ſimiles ſunt telis aranearum quae plurimum habent ar-
2 tificii, minimum vtilitatis, placuit veteribus ICtis ſequi M. Varronem, cui non fuit negotium ſuperſtitioſe definire. GELL. *1. Noct. Att. 15.* Ne tamen plane huius rei rudes iudicarentur, reliquerunt paſſim veſtigia deſcriptionum, ex quibus natura rei ſatis poteſt apprehendi. *L. 1. de*
3 *his qui teſt. L. 116. d. leg. 1. L. 1 de vſufruct. l. 3. de vſucap. &c.* Quum igitur per definitiones in iure res nihil mutetur, nec obulum quis per eas lucretur: IOH. FABER. *ad §. 9. d. iur. n. g. &c.* operoſe de illis laborandum non eſt, ſaltem ne methodus neglecta videatur, Ety-
4 mologiae nominis, quae alteri quaſi viam ſternit *l. 1. l. 2. §. 2. d. reb. cred. l. 1. d. pact. l. 1. de poſit.* breuis deſcriptio ſubiungetur. Dicitur nauigatio a Nauis, quae germanice dicitur *ein Schiff,* a σκάφος, σκάφη, ſcapha Latine, a verbo σκάπτω fodio, ex cauo M. ANDR. HELWIG.
5 *Affinis meus colendus in Etymologia S. Originibus dict. Germ.* Nauis dicitur vel a Graeco ναῦς vel νέω nauigo. IOH. MINSHAEVS *Angl. in Duct. in lign. Lond. Ang. d. A. 1617.* vel a Latino No, quod eſt nato, vel a nauo, quod rectorum nauis induſtrium et gnauum expoſcat. IOH. ROSIN. *10. Antiq. Rom. 20.* Sed IOSEPH. SCALIG. *de cauſſ. L. L.* BECM. *de orig. voc. v. Nau.* putant vocabulum Nauta primitiuum eſſe.
6 Eſt autem Nauigatio ius ducendi oneratas naues per aquas. Per ius intel-

intelligitur facultas libera ſeu plena poteſtas rei pro arbitrio geren- 7
dae, nullis aliunde impedimentis interturbata. BALDVIN. *in* §. *1. d.*
Iur. Perſon. CALVIN. *in Lexic. Iuris verb. facultas.* Competit illa o- 8
mni homini, quippe nauigatio eſt Iuris gentium, vt BORCHOLT. *Vol.*
1. Conſ. 6. VVLTEIVS *tr. d. feud. c. 5. n. 7.* tradunt, nec poteſt a Prin-
cipe, niſi iuſtiſſimis de cauſſis, prohiberi vt infra dicemus. Cum enim 9
mare commune ſit, §. *1. d. R. D. l. 2.* §. *1. d. R. D.* et primarius eius v-
ſus conſiſtat in nauigatione: HARPR *ad* §. *1. n. 11.* neceſſe etiam eſt, vt quili-
bet ſuo iure vtatur. *l. 13.* §. *fin. de iniur.* Additur *ducendi naues:* ad 10
hoc enim parantur, vt nauigent, *l. 12.* §. *1. d. vſufr.* quod vt eo melius
fiat, onerandae ſunt. *l. 31. locat.* Reliqua definitionis de aquis et maribus
ſuo tractabuntur loco. Diuiſio accurata, quae oppoſitas ſpecies ha- 11
beat, nequit hic dari, ſufficit ab accidenti ſumta, quod nauigatio 1. re-
ſpectu loci vel ſit longa vel breuis, *Nou. 106.* 2. Reſpectu tempeſta-
tis vel turbida vel ſerena.

Quum autem ante quaerenda ſit perſona, quam iuris ratio: 12
l. 14. d. iur. cod. l. 4. d. his qui teſt. fac. Parum enim eſt ius noſſe, ſi
perſonae, quarum cauſſa conſtitutum, ignorentur, §. *fin. d. iur. n. 9. &c.*
non abs re erit inueſtigare, quid ſit ius nauigandi et quibus competat.
Illud vero ius ad omnes homines in Oceano, et particularibus mari- 13
bus pertinet, ſed diuerſimode. Nempe in vniuerſo mari aequa eſt
conditio tam Principum, quam cuiuslibet priuati, ideo enim commu-
ne dicitur, quod ad omnes pertineat. §. *1. d. R. D.* Quoad maria par- 14
ticularia diſtinguendum eſt, quod alii plenum in iis ius, ſeu dominium
habent, alii minus plenum, id eſt, tantum nudum vſum. Domi-
nium illud vel ſuo quis iure habet, vel alieno. Suo iure habent, qui 15
mare primitus occuparunt, vel deuicto hoſte in eius locum ſucceſſe-
runt, vel alio modo principalis iure nituntur, ex eo ipſo enim, quod
priuatum factum, duos dominos in ſolidum habere nequit. Effectus 16
eſt, vt infra audiemus, quod non ſolum libere nauigare, piſcari &c.
in mari poſſint, ſed etiam aliis modum praeſcribere, quo vsque na-
uigent vel piſcentur, punire delinquentes in mari, iubere, prohibe-
re nauigationem, ſi res poſtulat, imo omnes actus Dominii exercere,
quos quiuis priuatus in re propria. Alieno iure habent, qui a dire- 17
cto domino acceperunt vel beneficii iure, vt qui de eo infeudati ſunt,
vel alias, dando ſingulis annis aliquid in recognitionem. Et hi pro

Digitized by Google

modo translationis poteſtatem vel ius habent, quod vaſalli in feudis
vel aliquando minus, quod docere poſſunt pacta, et litterae conceſ-
18 ſioni deſuper factae. Minus plenum ius, ſeu nudum vſum, quilibet pri-
uatus habet in maribus occupatis. Hoc enim, quod in maris occu-
pationem tacite genus humanum conſenſerunt, innoxius vſus, qui in
19 nauigando conſiſtit, reſeruatus praeſumitur. Hic tamen vſus ex
variis reſtringi cauſſis, imo exteri plane ab eo arceri poſſunt. In flu-
20 minibus et lacubus res eſt apertior. Ea enim, quia hodie ſunt de re-
galibus, et in proprietate certi alicuius populi, *§. 2. d. R. D.* ipſi abſ-
21 que dubio competet nomine Dominii iure nauigatio: quae etiam ad
ſingulos porrigitur, cum praecipuus fluminum vſus in nauigando con-
22 ſiſtat. Exteris quoque ob commercia conceditur, ita tamen vt neceſ-
ſitate vel reipublicae vtilitate vrgente adimatur, vel intra certos mo-
dos coerceatur. De aliis ſingularibus modis dicitur in capitibus ſe-
23 quentibus prolixius. Tractabimus autem hanc materiam ita, vt pri-
mo ius maris, et quibus competat, conſideremus. Deinde loca, in
quibus nauigatur. Demum inſtrumentum ſc. nauim, et quae eo per-
tinent. Hinc contractus, delicta, actiones, iudicia maritima propo-
nentur, et vltimo, quis ſit effectus nauigationis et quomodo tollatur.

CAPVT IV.

ASSERITVR SENTENTIA VETERVM ICTORVM, ET HVGONIS GROTII, QVOD MARE VNIVERSVM NON POSSIT OCCVPARI. CONTRARIA IOHAN. SELDENI OPINIO REIICITVR.

SVMMARIA.

1. *Plenum nauigandi ius habent Principes et terrarum Domini, ſuperiorem non recognoſcentes.*
2. *Principio omnia erant communia, nulla priuata.* 3.
4 *Corruptio naturae diuiſionem ſuaſit.* 5.
6. *Qui non totum habet, nihil ſe habere arbitratur.*
7. *Bonorum communio amplius introduci nequit.*
8. *Docetur, quomodo res in proprietatem iuerint.* 9.
10 *Poſt corruptionem natura ipſa ad diuiſionem inclinauit.*
11. *Res initio mobiles poſtea immobiles occupatae, illae conſumtione, hae limitatione.* 12.

13. *An-*

Digitized by Google

13. *Anceps quaeſtio diſcutitur: an mare priuati iuris capax ſit?*
14. *In diuiſionem mare non venit.*
15. *An ergo occupatum?*
16. *Vasquius ſimpliciter negat. Hugo Grotius cautius procedit.* 17.
18. *Quae dicuntur publicae res.*
19. *Quae communes.*
20. *Cur communia non poſſint limites habere, ex Hegio traditur.*
21. *Quot modis dicuntur res nullius eſſe?*
22. *Dominium ante diuiſionem quid fuit: et quid poſt diuiſionem?* 24.
23. *Commune quid fuit ante diuiſionem et quid poſt?* 25.
26. *Occupatio quid?*
27. *Quomodo fiat in rebus publicis et priuatis?* 28. 29.
30. *Ius naturale hoc loco quid?*
31. *Maris quotuplex acceptio?*
32. *Verus controuerſiae ſtatus.*
33. *Mare natura omnibus commune.* 34. 35. 36.
35. *Rerum communium vſus indifferens.*
37. *Mare omnibus hominibus ſufficit.*
38. *Sicut et aer, aqua profluens et littora.* 39. 40. 41. 42. 43. 44.
45. *In mari ceſſat ratio occupationis.*
46. *Liquida per ſe non terminantur.*
47. *Mare maius terra et mundo.* 48.
49. *Finium regundorum ius in mari non obtinet.*
50. *Qui mare claudit, commercia tollit.*
51. *Bella exinde ſumpta, quod alibi peregrinari prohibitum.*
52. *Poetarum et Iureconſultorum de mari libero opiniones.* 53.
54. *Mare claudi poſſe, quis doceat?*
55. *Quid ius diuinum hac de re conſtituat.*
56. *Dictio, huc vsque incluſiua.*
57. *Recenſentur illuſtriores gentes, qui dominium maris habuerunt.* 59.
58. *Fabula de Neptuno et Amphitrite quid intendat.*
60. *Partes maris ſunt occupatae.*
61. *Leges dicunt priuatos mare acquirere poſſe.*
62. *ICti veteres inconſtantes.* 63.
64. *Mare in aeſtimationem venit.*
65. *Extrema maris finiunt littora.* 66. 90. 91.
67. *Vel ſcopuli, aut pyxis nautica aut circuli coeleſtes.* 68. 69. 70. 94. 95.
71. *Mare immotum et pigrum eſt.* 72. 100. 102.
73. *Aeris vſus priuatus fieri poteſt.* 101.
74. *Datur Thalaſſometria.*
75. *Dominium cum poteſtate transeundi poteſt conſiſtere.*
76. *Bella poſſunt ob negatum commercium ſuſcipi.*
77. *Poetarum dicta iocum vel hyperbolen habent.*
78. *Hugonis Grotii Aſſertioni allegato Brittanniae exemplo contradictum.* 79.

D 2 81. *Di-*

81. *Dictio, huc vſque, non eſt inclnſiua, materia ſubiecta refragante.*
84 *Specialis quarundam gentium relatio alias non excludit.* 85.
86. *Inſulae et portus occupari poſſunt.*
87. *Ab exemplis argumentum ſumptum debile eſt.*
89. *Diuerticuli occupati ius durat, quamdiu poſſeſſio.*
93. *In terra limites firmi poni poſſunt.*
96. *Pacta Principum vel diſpoſitio Papae non poſſunt mari terminos facere.* 97. 98.
99. *Flumina aliter ripis continentur. vt mare littore.*
103. *Cum poteſtate tranſeundi libera nequit Dominium conſiſtere.*
106. *Peregrini poſſunt a portubus arceri.*
107 *Mare praeſcribi nequit.*
108. *Differentiae ratio, cur non ſicut flumen, mare occupetur.* n. 109. 110. 111.
113. *Contradictianis cortra Hugonem Grotium. factae a Seldeno non adducitur probatio.*

1 Plenum nauigandi ius habent Principes, populi et terrarum Domi-
ni ſuperiorem non recognoſcentes. Hoc vt melius intelligatur,
operae pretium erit, quo titulo maris imperium ſibi conſtituerint,
2 inquirere. Et vt ab ouo hanc rem deducamus, notum eſt, quod Deus
generi humano vniuerſale dominium a condito mundo, et iterum, eo
3 poſt diluuium reparato, conceſſerit. *Gen. 1. v. 29. c. 9. v. 2.* Erant,
inquit IVSTINVS, omnia communia et indiuiſa omnibus, veluti vnum
cunctis patrimonium. Hinc factum, vt ſtatim quisque hominum ad
ſuos vſus arripere poſſet, quod vellet, et quae conſumi poterant,
conſumere; et talis vniuerſalis vſus erat tum vice proprietatis. Nam,
quod quisque ſic arripuerat, id ei eripere alter, niſi per iniuriam, non
poterat. HVGO GROTIVS *lib. 2. de Iur. B. et P. cap. 2. n. 2.* Et hoc re-
ſpectu CIC. *1. offic.* res nullas priuatas dixit, ſed communem omnium
4 rerum fuiſſe poſſeſſionem arguit. *c. ius naturale 7. diſt. 1.* Is ſtatus du-
rare potuiſſet manente ſimplicitate. GROTIVS *dict. l.* Sed ſuccedentibus
variis vitae artibus, agricultura, paſtura, non ſine aliqua in natura cor-
rupta rerum diſtributione, demum vitiis malorum conſortio, æmula-
tione etiam inter primos fratres, inuidia, ambitione, luxuria, eua-
nuit haec ſimplicitas, fuitque opus induſtria, quam ſinguli rebus ſuis
5 adhiberent. Creſcente enim orbe locorum diſtantia primum interceſ-
ſit, quo minus conferrent amplius in publicum homines, cui acceſſit
iniuſtitia et amoris defectus, per quem fiebat, vt nec in labore, nec
in

Digitized by Google

in conſumtione fructuum, quae debet, aequalitas ſeruaretur, et ex inaequalitate diſcordia, inuidia et negligentia, vitio naturali, negligere, quod communiter poſſidetur, orirentur. Et ſicut ſe nihil habere, 6
qui non totum habet, arbitratur, ita ſuam quoque partem corrumpi patitur, tum inuidet alienae. *lege 2. C. quand. et quib. quart. pars. deb. ex bon. decur.* Recte ergo contra Platonem diſputat BODINVS *l. de* 7
Republ. 2. praeſuppoſita iam corrupta natura) bonorum communionem amplius introduci non poſſe, quia nihil publicum ſit, vbi nihil priuatum, nec regem quemquam futurum, ſi ciues omnes reges ſint. Ita 8
diſcimus, quomodo res in proprietatem iuerint, non animi actu ſolo, neque enim ſcire alii poterant, quid alii ſuum eſſe vellent, vt eo abſtinerent, et idem velle plures poterant, ſed pacto quodam, aut expreſſo, vt per diuiſionem; aut tacito, vt per occupationem; ſimul atque enim communio diſplicuit, nec inſtituta eſt diuiſio: cenſeri debet, inter omnes conueniſſe, vt, quod quisque vacuorum nec per diuiſionem aſſignatorum occupaſſet, id proprium haberet, docente eleganter HVGONE GROTIO *d. l.* Hac ſc. ratione, vt agri cuius liber antea 9
in arando, aedificando, depaſcendo, arbores caedendo, fructus percipiendo erat vſus, proprietas ita poſſidenti adquireretur, vt is liberum eiusmodi vſum poſſet impedire, ne quis ſe inuito eo vteretur. Et hoc monſtrauit ipſa natura, vt ad illam dominiorum diſtinctionem 10
deueniretur. Cum enim res ſint nonnullae, quarum vſus conſiſtit in abuſu, aut quia conuerſae in ſubſtantiam vtentis nullum poſtea vſum admittunt, e. gr. cibi et potus, aut quia vtendo fiunt deteriores, e. gr. veſtes, et aliae res mouentes proprium edictum eſt, quod ita alicuius eſſet, vt alterius eſſe non poſſet. Et hoc ſenſim ad res immobiles pro- 11
ductum eſt, quarum licet vſus poterat eſſe ſine abuſu, tamen abuſus gratia comparatae erant, e. gr. arua et arbuſta cibi gratia. Repertae 12
proprietati lex poſita, quae naturam imitaretur, ſc. vt occupatio res antea in medio poſitas cuiusque faceret, ſicut applicatio corporalis vſus rerum periturarum, quod in mobilibus fiebat, apprehenſione, in immobilibus inſtructione aut limitatione. GROTIVS *de mari libero cap. 5.* Hoc modo terra priuato dominio ceſſit. De mari ſupereſt quaeſtio; 13
an illud ſimiliter priuati iuris capax ſit, et vnquam factum fuerit? Inde enim poteſtas principum maritima dependet. Sane diuiſionem fa- 14
ctam, probari nequit. Nam cum primum terrae diuiſae ſunt, incog-

nitum erat mare, maxima ſui parte, atque adeo nullus fingi poteſt
modus, quo gentes adeo diſſitae de diuiſione conuenirent. Quae igi-
tur diuiſa non fuerunt, ea per occupationem tranſierunt in ius pro-
15 prium. Occupari ergo mare poteſt? hic torquent ſe ingenia Docto-
rum. FERDINANDVS VASQVIVS, Hiſpanus, *controu. illuſt. l. 2. c. 89. §. 30.*
Omnino tamen tam in vniuerſo, quam in particularibus maribus hoc ne-
16 gat. HVGO GROTIVS, Batauus, vir penetrantis iudicii et incomparabi-
lis eruditionis, *in libello de mari libero et lib. 2. de iur. B. et P. c. 2. et
cap. 3. n. 9.* et qui huic ſuccenturiat IOH. ISAAC. PONTAN. *diſc. hiſt. lib.
2. c. 2* caute procedunt, ſc. quod mare ſumptum aut ſub ratione in-
tegri, aut ſub ratione praecipuarum partium, in proprium ius abire
non poſſit. Ad pleniorem huius rei intellectum, neceſſe eſt, vt quo-
17 rundam terminorum explicationem praemittamus. Nimirum quid
ſint res publicae ſeu communes, nullius, dominium, occupatio, ius na-
18 turale, mare. Publica dicuntur 1. quae ad certum aliquem populum
ſunt relata, *§. 2. de rer. diuiſ. l. 4. §. 1. l. 5. de rer. diu. l. 9. de vſu-
cap.* 2. Quae ad totam ſocietatem humanam pertinent, et publica
iuris gentium nuncupantur, *l. 45. de praeſcriptionibus;* quia a natura
prodita *lege 14. de A. R. D.* omnibus vacant *l. 51. de contr. emt.* et in nul-
19 lius dominium peruenerunt. *d. l.* Vnde et alibi iuris naturae dicun-
tur, et res communes. Iuris naturae, quia natura omnibus patent,
l. 13. cum praed. a natura prodita, *l. 14. d. A. R. D.* a natura ad vſum hu-
manum genita. CIC. *1. in offic.* Communes, quia nullis terminis et
limitibus ſecundum naturam ſecerni queunt. *§. 1. de R. D. §. 5. eod. l. 1.
l. 2. l. 10. eod. l. 14. l. 50. de A. R. D. l. 13. §. 7. de iniur. l. 3. §. 1. ne quid
in loc. publ.* DONELLVS *lib. 4. c. 2.* CONANVS *l. 3. comment. c. 2.* In
20 terra quidem fines poni poſſunt, quia ſtabilis et immota eſt, commu-
nia vero non perinde ſignari poſſunt, nunquam enim ſtant, ſed ſem-
per eunt et redeunt et videtur natura haec ita conſulto finxiſſe, vt
eius, ad quam geniti ſunt homines vniuerſi ſocietatis et communionis,
inter eosdem in hoc vniuerſo, aliquod ſaltem exemplum maneret,
nec ab auaritia hominum penitus naturalis inſtitutio obliteraretur. HEIG.
21 *ad §. 1. de R. D.* Nullius eſſe dicuntur quaedam, quoad proprieta-
tem, vt mare, aër, quae tamen differunt ab his, quae nullius ſunt,
et communi vſui attributa non ſunt, vt ferae, piſces, &c. nam haec
ſi quis occupet, in ius proprium tranſire poſſunt, illa vero totius hu-
mani-

manitatis conſenſu proprietati in perpetuum excepta ſunt propter
vſum, qui cum ſit omnium, non magis omnibus ab vno eripi poteſt,
quam a te mihi quod meum eſt. Dominium ante diuiſionem erat fa- 22
culta, non iniuſta vtendi re communi. Commune nihil aliud fuit quam 23
quod ſimpliciter proprio opponitur. Illud erat vniuerſale et indefini-
tum. Deus enim res omnes non huic, aut illi dederat, ſed humano
generi, atque eo modo plures in ſolidum eiusdem rei domini eſſe non
prohibebantur. Hodie vero Dominium proprium quid ſignificat, 24
quod ſcilicet ita eſt alicuius, vt alterius non ſit eodem modo. Com-
mune dicimus, cuius proprietas inter plures conſortio quodam, aut 25
conſenſu collata eſt, excluſis aliis. Occupatio nihil aliud eſt, quam 26
rerum antea in medio poſitarum ſibi priuatim facta applicatio, quod
in mobilibus fit apprehenſione, in immobilibus inſtructione, aut limi-
tatione, quo reſpectu HERMOG. cum Dominia diſtincta dicit, addit
agris poſitos terminos, aedificia collocata. *l. 5. de iuſt.* Atque ita ea- 27
rum, quae a prima communione diuulſa erant, duo facta ſunt genera.
Alia ſunt publica, i. e. populi propria, alia mere priuata, i. e. ſingulo- 28
rum. Occupatio autem publica eodem modo fit, quo priuata. Gens 29
enim vnaquaeque partita fines regna conſtituit. SENECA *in Octau.* quos
deinde inter ſe vicini priuata terminatione diſtinguunt. SENECA *de be-
nefic. 7. cap. 4.* CIC. *1. offic.* Ius naturale hic non eſt innatum nobis- 30
cum turpium et honeſtorum diſcrimen, ſed idem quod ius gentium
mutuum, ſc. omnium gentium, pactum vel expreſſo, vel tacito con-
ſenſu conſtans. Mare accipitur vel de Oceano vniuerſo, quem immen- 31
ſum, infinitum, rerum parentem, coelo conterminum, antiquitas vo-
cat: vel de ſinu aut freto, aut alias intermedio aliquo et particulari
pelago. Talis igitur hic quaeſtio eſt, an mare vniuerſum occupari, 32
ſeu dominio priuato ita ſubiici poſſit, vt vnius vel aliquorum popu-
lorum ſit, ceteris excluſis? id negat HVGO GROTIVS *d. loc.* et haec opi-
nio omnem calculum tulit, et priſcae ICtorum doctrinae conueniens
eſt. Nam I. mare omnium (obſerua) commune dicitur, et, vt THEO- 33
PHILVS *ait* eſt *κοινὸν πάντων ἀνθρώπων*. quod explico, vt ſc. a nemine
priuato vel vno populo totum occupari poſſit, ſed liber maneat eius
in nauigando, piſcando &c. vſus, et quod quisque ita pro parte ſuum
fecit, fiat ipſius qui in vſum conuertit. Rerum communium enim 34
vſus indifferens, proprietas nullius, nempe ratione continentis. KLING.
BREDE-

BREDEROD. *ad* ʃ*. 1. Inſt. de R. D.* ſed adquiri ea a ſingulis ratione contendi poteſt, quatenus vſus neceſſarius eſt, nec alter illa vti prohibe-
35 tur. WESENBECIVS *Parat. de rer. diuiſ* . Et hoc ſenſu VLPIANVS mare omnibus natura patere dixit *l. 13. comm. praed.* CELSVS maris communem eſſe vſum, ſicut aeris *l. 3. §. 1. ne quid in loc. publ.* Quomodo manifeſte ICti publica populi, in quibus et flumina, ab his communibus et publicis iuris gentium diſcriminant. Ita *in Inſtit. §. 1. de rer. diu. l. 2. eod.* legimus, quaedam communia iure naturali ſunt omnium,
36 quaedam publica. Naturali iure communia ſunt omnium haec: aer, aqua profluens, et mare, et per hoc littora maris. Flumina autem omnia et portus publica ſunt. Idem THEOPHILVS *in Inſt.* Φυσικῷ οὖν δικαίῳ κοινὰ πάντων ἀνθρώπων ἐστι ταῦτα, ὁ ἀὴρ, τὸ ὕδωρ, τὸ ἀέναον, θάλασσα. Mox ποταμοὶ δὲ πάντες καὶ λιμένες, πουβλίκοί εἰσι τουτέστι
37 τοῦ δήμου τοῦ Ρωμαϊκοῦ. Facit II. hic ſumma ratio, ceſſante nimirum cauſſa ob quam a communione diſceſſum eſt. Eſt enim tanta maris magnitudo, vt ad quemuis vſum populis omnibus ſufficiat, ad aquam hauriendam, ad piſcatum, ad nauigationem. Res vero omnes, quae ita a natura ſunt comparatae, vt aliquo vtente nihilominus aliis quibusuis ad vſum promiſcue ſufficiant, eius adhuc hodie conditionis, et perpetuo eſſe debent, cuius fuerunt, cum primum a natura proditae ſunt. CIC. *1. offic.* Sunt autem omnes res huius generis, in quibus ſine detrimento alterius alteri commodari poteſt. GROTIVS *de mari lib.*
38 *cap. 5.* Illud dicendum de aere, ſi quis eius alius vſus eſſe poſſet, ad quem terrae vſus non eſſet neceſſarius, vt eſt ad aucupia, vnde illa
39 legem accipiunt ab eo, qui in terra imperium habet: occupari enim nequit, et vſum promiſcuum omnibus dat. Hoc etiam obtinet in aqua profluente, quae qua talis, non qua flumen eſt, inter commu-
40 nia refertur. *lege 2. §. 1. de rerum dominio.* Cuius autem iuris eſt mare, eiusdem ſunt, ſi qua mare aliis vſibus eripiendo ſua fecit, vt arenae maris. ʃ*. 1. de rer. dom.* Quarum pars terris continua littus dici-
41 tur. Hinc nemo ad littus maris accedere prohibetur, *lege 4. de rer.*
42 *dom.* et ſaepe reſcriptum eſt, non poſſe quem prohiberi piſcari. *lege 13. §. fin. de iniur.* In Baſilicis *lib. 50. tit. 1. cap. 13.* legitur οἱ αἰγιαλοὶ ἐν τῇ πάντων ἐξουσίᾳ εἰσὶ littora ſunt in omnium poteſtate. Idem
43 atteſtatur MICHAEL ATTALIATA *ICtus orient. Imper. Pragmat. tit. 2. et*
44 CIC. quid tam commune quam mare fluctuantibus, littus eiectis? *1. offic.*

Eſt

Sed et probat id III. naturalis ratio, quae mare hoc modo conſideratum, proprium fieri vetat, quia occupatio non procedit, niſi in re terminata, vnde THVCYDID. *lib. 1.* terram vacuam vocat *ἀόριστον* et ISOCRATES terram ab Athenienſibus occupatam *τὴν ὑφ' ἡμῶν ἀφορισθεῖσαν.* Liquida vero, quia per ſe non terminantur, ARISTOT. *de gener. lib. 2. c. 2.* occupari nequeunt, niſi vt contenta in re alia, quomodo lacus et ſtagna occupata ſunt, item flumina, qui a ripis tenentur. Mare vero terra non continetur; quia par terrae, aut terra maius vnde terram mari contineri veteres dixerunt. SVLPITIVS *Apollinar. apud* GELLIVM *lib. 2. c. 13.* ait: Quid poteſt dici citra oceanum eſſe, cum vndique oceanus circumſcribat omnes terras et ambiat? Mox: Cum vero omnes terras omnifariam et vndique verſum circumfluat, nihil citra eum eſt, ſed vndarum illius ambitu terris omnibus conuallatis in medio eius ſunt omnia, quae intra oras ipſius incluſa ſunt. MARCVS ACILIVS apud LIV. inquit: Oceano qui orbem terrarum amplexu finit. In *Senecae ſuaſoriis* Oceanus totius orbis vinculum terrarumque cuſtodia. *Lucano*, vnda mundum coercens; et haec GROTII argumenta ſunt quae ex ipſo integra repetere animus fuit, additis eius verbis *ex tractatu de mari libero cap. 5.* Mare commune natura non permittit, ſed iubet. Vnde Doctores nec IV. finium regundorum ius ob inſtabilem maris naturam obtinere, nec certos eius terminos ſtatui poſſe aſſerunt. Geometram audiuimus, thalaſſometram nunquam audiuimus, ait AMBROSIVS *Hexaëm. lib. 5. c. 10.* Praeterea V. natura, egeſtati ſubueniens, mutua commercia inſtituit, haec igitur, qui tollunt, claudendo mare, tollunt mutuas benefaciendi occaſiones. Oceanus enim vndique et vndique verſus nauigabilis, et ventorum ſtati aut extraordinarii flatus non ab eadem ſemper aura ſpirant. Et ſcimus bella quaedam exinde ſuſcepta, quod apud alios degere et peregrinari prohibitum. DIOD. SICVL. II. SIGON. *vlt. de reb. Ital.* Accedunt VI. Poetarum teſtimonia:

45
46
47
48
49
50
51
52

Quod genus hoc hominum? quaeue hunc tam barbara morem
Permittit patria? hoſpitio prohibemur arenae.

VIRGIL. I. *Aeneid.*

Quid prohibetis aquas? vſus communis aquarum eſt.
Nec ſolem proprium natura, nec aera fecit,
Nec tenues vndas; in publica munera veni.

OVID. *Metamorph. 6.*

- - - - - - *littusque rogamus.*

Innocuum et cunctis vndamque auramque patentem.

VIRG. 7. *Aeneid.*

Mare quidem commune eſt omnibus. GRIP. *ad Plaut. in Rud. act. 4.*

53 Et hanc opinionem VII. plerique tuentur ICti SIXTIN. *Lib. 2. C. 4. §. 97.* HEIG. *ad §. 1. de rer. dom.* Nec inſcite hoc reſpectu dixit DONELLVS *lib. 4. Comment. c. 16.* Mare in commercio non eſſe, et PLACENT. Mare in nullius dominio eſſe, niſi ſolius Dei, ſed relictum in ſuo iure, et eſſe primaeuo, IOH. FABER. *in §. 5. de rer. diu.* Huic
54 opinioni ſe oppoſuit primus, et quod ſciam hactenus ſine ſuffragio IOH. SELDENVS *Anglus Libello de Mari clauſo, ſeu dominio maris*, vbi Regis Britanniae ſummam maris poteſtatem exaggerans, data occaſione opinionem propoſuit, Mare vniuerſum Dominii priuati capax eſſe.
55 Argumenta eius talia ſunt I) Ius diuinum huic dominio non refragari, comprobare potius *Geneſeos 1. v. 26. ibi: dominanimi in piſcem maris. Geneſ. 9. v. 2.* pauor veſter in omnes piſces maris. *Ezech. 26. v. 16.* vocantur Principes maris *et cap. 27. v. 3. 4. ibid.* Tyriorum potentia et limites in me-
56 dio mari deſcribuntur. De aliis regibus maris legitur *Iſa. c. 2. 3. Pſalm 72. Pſ. 89. v. 25.* De Aſsuero *Eſth. 10. v. 1.* vbi inſulas dicitur feciſſe tributarias. De tribu Naphthali quod mare et meridiem poſſidebit, praedicitur *Deuter. 33. v. 23. Et Numeror. 34. v. 6.* quod terminus Iſraelitarum ſit terminus maris, putatque ex doctrina ICtorum SELDENVS *Lib. 1. cap. 6.* illud (huc vsque) eſſe dictionem incluſiuam, BARTOL. *ad L. 35. D. de legat. 3.* vt ipſi limites limitato cedant HIER. DE MONT. *de Fin. regund.*
57 *cap. 23. Archi-Diac. in c. eccleſ. 13. qu. 1.* II. idem omnes gentes atteſtari, quod inductione illuſtriorum, (quis enim omnes cognitas habet?) quae dominium maris habuerunt, probat. Nimirum in prima poſt diluuium in-
58 ter filios Noae diuiſione Iapheto inſulas ceſſiſſe, i. e. dominium maris, iudicat enim, quae ſub fabuloſo ſeculo de Neptuno, qui mare ſortito accepit, LACTANT. *de falſ. religion. n. 11.* in fabulis leguntur ad Iaphetem applicari debere, IOH. GRYPH. *de inſul. c. 31. n. 75.* ſic Amphitrite dicitur regina maris ab OPPIANO *halieut. lib. 1.* cuius etiam Beroi do-
59 minium tribuit NONN. DIONYS. *lib. 43.* In ſpecie Ius maris adſignat SELDENVS *a. 9. vsque 20.* Graecis, Athenienſibus, Carthaginenſibus, Spartanis, Romanis, et hodie Venetis, Gallis, Anglis, Hiſpanis, Danis

Digitized by Google

Danis &c. de quibus *cap. 6.* agemus latius. Hinc concludit, idem de reliquis dicendum eſſe, et talem occupationem iure naturali validari, quod tale ſit, quo iure omnes gentes vtuntur *L. 1. §. fin. d. iuſt. ʃʃ. 1. de iur. N. G. C.* III. Partes maris omnes ſunt occupatae a dictis ſc. gen- 60
tibus, poſitis ergo partibus omnibus collectiue ſumptis, ponitur totum. *Arg. L. 2. de O. I.* IV. Expreſſe id docere ius ciuile, quod etiam pri- 61
uatim concedat mare occupari, *L. 14. d. iniur.* et Inſulas. *L. 9. de iudic. l. 5. de public.* Vtque hanc opinionem elegantius incruſtet SELDENVS, ad fundamenta Grotii reſpondere incipit, et quidem in I. ICtorum 62
veterum doctrinam accuſat inconſtantiae, autumans, ſicut venatio, piſcatio, ſeruorum conditio, naufragorum bona, iure Gentium communia amplius non cenſentur, oſcitanter illud ICtos de mari aſſeruiſ- 63
ſe, quod commune manſerit, nec priuati iuris fieri potuerit, vt in eo fiat prohibitio *L. 3. de adquirendo R. D. §. 12. de Rer. diuiſ.* Ad II. 64
inexhauſtum licet ſit mare, tamen eius vſum minui, ſi ex promiſcua nauigatione, commerciis, piſcatione, corallia, vniones, piſces &c. auferantur. Qua ratione etiam maria in aeſtimationem venire, addit. Ad III. aſſerit SELDENVS extrema maris finire primo littora, *Iob. 38.* 65
v. 10. Prou. 8. v. 29. cum id, quod continet, reuera aeque finiatur eo, quo continetur, quam hoc illo, et eleganter IVLIVS SCALIGER *exerc. 17.* 66
Non ab altero alterum ita continetur, quin illud quoque contineat. Neque inter ſe adeo ſeiunguntur, quin viciſſim tum ſubeant, tum abſcedant. Secundo in diffuſo mari eodem modo terminos eſſe ſco- 67
pulos eminentes, breuia, aduerſa inuicem promontoria, inſulas hinc inde ſparſas. Accedere pixidis nauticae, et graduum coeleſtium ſi- 68
ue longitudinis ſiue latitudinis, atque ex his doctrinae Triangulorum vſum. Tropicus item cancri & aequator in mari fuere termini, qui- 69
bus finiri voluerunt aliqui, foedus inter ordines Belgii foederatos et Auſtriacos. METERAN. *Rer. Belgic. lib. 28.* Sic Papa iuxta lineas coeli 70
inter Luſitanos et Caſtellanos mare diuiſit. HIER. de MONT. *de fin. reg. c. 7. 8.* Ad IV. quod perpetuo maria fluant, id dominio non obeſſe, 71
ſicut nec fluminibus, quae perpetuo fluunt, contra mare ſaepe quieſcere, et immotum et pigram molem a SENECA *in Suaſor.* dici. Eſſe naturam aluei marini, quae fluminis, illum aeque abeunte mari oc- 72
cupari poſſe, ſicut hunc recedente flumine, et ſicut alueus fluminis antea communis fuit, occupatione vero factus principum vel Dominorum,

norum, ita ex analogia de mari dicendum, cuius alueus ante vniuer-
ſorum hominum, qui ſuo iure renunciarunt, alio eum occupante.
73 Tum maria et flumina non niſi magnitudine differre, et ſicut aeris
vſus ſit priuatus, ita maris. *l. 21. §. 2. quod vi aut clam* vbi coeli men-
74 ſuram faciendam dicit. Praeterea dari Thaſſalometriam, probat ex in-
ſtrumentis mathematicis et doctrina Euclidis *lib. 1. t. 2. c. 3.* TZETZES
75 *chili. 13. c. 457.* Ad V. dominium cum poteſtate transeundi poſſe
conſiſtere, nec ſequi tranſitus per Alpes vel Pyrenaeos patet, E. non
datur priuatum montium dominium, addens, peregrinos poſſe arce-
76 ri portubus et littore, quando Reipubl. vtilitas ſuadet, et bella no-
77 mine negati commercii iniuſte ſuſcipi. Ad VI. poetarum teſtimo-
nia, vel iocilariter prolata, vel hyperbolica eſſe, contendit, nec ma-
gis dominio maris obeſſe, quam dominio priuato charitatis et huma-
78 nitatis officia. Ad VII. auctoritatem nempe Vasquii et ICtorum re-
ſpondet, occupationem facere, vt mare non amplius ſit publicum,
et praeſcriptionem inter Principes obtinere, cum omnia fere prae-
79 ſcriptioni ſubiaceant. HVG. GROTIVM accuſat inconſtantiae, quod
tantum obiter in Mari libero id tractet, et contradictum ipſi ſit Ha-
gae a legato R. Britanniae, denique quod opinionem mutauerit,
quando partes maris occupari poſſe conceſſit.

80 Sed vt mentem meam ſincere explanem, argumenta haec et
reſponſiones nimis ficulneae ſunt, vt Grotii opinionem infringant.
81 Commode illis replicari poteſt, et quidem in I. fatetur SELDEN. *ipſe
lib. 1. c. 8. Gen. 1. et 9.* allegata loca de dominio non loqui, et dico ea
adhuc vera eſſe, nihilque exinde pro dominio concludi. Reliqua
82 de particularibu maribus, et quatenus quid dominii capax eſſe poteſt,
loquuntur, de quibus non eſt quaeſtio. Nec dictio (huc vsque) eſt
incluſiua conditione rei refragante, nam verba ſecundum ſubiectam
materiam ibi ICti explicant, et probe dicit ipſe SELDENVS, ea in bo-
nis eſſe quae prehendi, et poſſideri poſſunt, quod de mari dici ne-
83 quit. Ad II. 1. de Iapheto, et Neptuno coniectura eſt, et fabulo-
ſum ſeculum remittendum eſt ad fabulas. Quae de Amphit. et Beroe
inueniuntur, in iis hyperbolice loquitur poeta, vel vtitur ſynecdo-
84 che totius pro parte, quod apud Poetas non infrequens. Specialis
gentium relatio nihil concludit: quod a particularibus ad vniuerſale
non valeat ex reg. log. conſequentia, nec potuere ſemper particu-
laria

Digitized by Google

laria maria firmiter teneri. Poeni nonne omnibus periculoſam fece-
runt nauigationem? FESTVS *in verb. Tyr.* et tamen quam cito in ipſo
ſinu a Romanis domiti? Ad III. eſſe inductionem ab inſufficiente e- 85
numeratione, gentes pleraeque enim ignotae, et conditio rei obſtat.
Ad IV. non eſſe quaeſtionem de diuerticulo maris, ſed Oceano. Re- 86
liquae leges loquuntur de Inſulis, quae occupari poſſunt, *ſſ. 22. d. R.D.*
vel de portu, qui publicus. *ſſ. 2. eod.* Eiusdem farinae ſunt Seldeni
ad argumenta Grotii reſponſiones, quibus non deeſt quod reponа-
tur. In I. petit principium, et exemplis ſe tuetur, argumento val- 87
de debili. EVERHARD. *in Topic. Legalibus loc. ab auth. num. 5.* In
II. aſſertio videtur ridicula, cum enim poſſeſſionis non ſit capax, ae- 88
ſtimationem effugit, et quisque credit, tot abſcondita Oceani acquiſi-
tionem effugere, et nihilominus eum vniuerſo mundo ſufficere. Li-
cet quoque diuerticulum vel pars maris occupetur, durat tamen oc- 89
cupatio vsque dum poſſeſſio continuatur, qua intermiſſa redit res ad
intermiſſam naturam. *l. 45. de vſucap.* Ad III. littora tantum extre- 90
ma maris finire: et Syrtes, promontoria, in mari tantum aliquam
partem, manet igitur plurimum ſine termino. Etenim mare quidem 91
terminum, et littus ſuum habet, ſed non, vt littus velut limes ſit
magni illius aequoris, quod terram aut globum terrae vniuerſum cir-
cumfluit, verum, vt aſpectus ſemper referatur ad ſinum aliquem ma-
ris certum, qui vel hoc vel illo cenſeatur nomine. Sic Atlantici il- 92
lius ac maris diffuſi, quam multi huiusmodi ſinus ſiue flexus ſunt,
qui Baiae vocantur. PONT. *lib. 2. c. 11.* In terra limites vel munitio- 93
nes quidem poni poſſunt, vtpote in ſolido collocati et aliquid per-
manſurum pollicentes. Inſtabilis natura maris id renuit. Idem de 94
pyxide et tropico, Aequatore, gradibus Lat. Long. dicendum: cum
plus ſeruiant nautis quam dominis. Tropicus enim et Aequator in
coelo et terra imaginarii tantum ſunt orbes, et lineae ineptae deter-
minandis poſſeſſionibus, inuentae tantum ad prehendendum, quod
alias natura ſua fluxum et vaſtitate quaſi immenſum neque concludi 95
neque prehendi poteſt: vtpote in quo neque figere pedem, neque
ſedem, niſi momentaneam, ponere licet. Hic igitur dominium ſibi 96
nemo adſcribere poteſt, cum mare ſui copiam omnibus permittat,
nec enim ſuum quisque dicere poteſt, cuius poſſeſſionem quis non
habet, vel cuius haberi poſſeſſio nequit. Pacta Principum vel pri- 97

 vatorum

vatorum non poſſunt terminos addere, natura rei non patiente.
98 Praeterea diuiſio, a papa facta, non tam Mare, quam inſulas et terram ſub illis ſitam notat. HIER. DE MONT. *d. fin regund. c. 7. 8.* Ad IV. di-
99 uerſitat. ratio eſt quod flumina ripis continentur, ſecus in mari, cuius extrema tantum terminant littora, medio magnitudo et inſtabi-
100 lis natura repugnat. Pigrum dicitur a Poetis, non quod omnino ſtet, plerumque enim fluctibus inſonat, ſed quod ita videatur, quia aluenm non mutet ſicut flumen ſaepe facit. Inter alueos magna differentia, maris enim inexhauſtus, fluminis ab agris decerptus. Ma-
101 gnitudo hic facit, vt non detur terminus, occupationis medium. *L. 21. quod vi et cl.* tantum in aedificando id ſpectandum dicit, ne lumini et aeri officiat. *l. 8. §. 5. ſi ſeru. vind. l. 61. d. R. I.* GOTHOFRED. *ad d. l.*
102 Nec ICtus de toto aere loquitur, ſed vt SELDEN. ipſe bene explicat, contermino, ſeu determinato ad aedificia, quibus pro modo, ac proportione et aliquando etiam pro iure cuiusque ſuus relinquitur proſpectus, et aeris coelique modulus. Hinc ſeruitutes enatae, quousque attolli vicinorum aedes poſſint, ne luminibus vel proſpectui officiatur. Thalaſſometria etiam in maribus particularibus inuenitur.
103 Ad V. nequit dominium conſiſtere cum poteſtate transeundi libera, et a nemine impedienda, hic enim eſt effectus dominii, vt liberum tranſitum quoties neceſſitas flagitauerit, coerceat; et quod tranſitus
104 per Alpes aliquando intercluditur, illud ex occupatione procedit et quando conceditur, non adimitur dominium, nec enim ſine cauſa,
105 quis eum ſufflaminare poteſt. Peregrinos a portubus et littoribus occupatis quis arceat, vbi nulla occupatio, nec ius prohibendi? Bella
106 nomine negati commercii ſuſcipi poſſe, dicemus infra. Ad VI. vel ipſe Selden. hyperbolice loquitur dum nimis extenuat, vel iocatur. Cum dominio priuato poſſunt conſiſtere officia charitatis, ſed ita, vt
107 iuxta mentem Selden. poſſint intermitti. Ad VII. Vasquius ſatis probat, quod praeſcriptio locum habere non poſſit, cum mare ſit res quae poſſideri nequeat, et nauigatio ſit merae facultatis, praeſcriptio autem ſit iuris ciuilis, quae non obtineat inter liberos populos, maxime ſi publica iuris gentium, vtpote dominio exemta commercia praeſcribe-
108 re velit. *l. 45. de vſucap.* Sed cur, (inquit quis,) non ſicut flumen aut terra mare occupatur? R. Vasquius quia mare olim, hodie, et ſemper manſit in ſtatu primaeuo, nec vnquam a communione hominum fuit ſepara-

Digitized by Google

ſeparatum. *Inſt.* At cur ius gentium ſecund. non eam ſeparationem 109
etiam quoad mare fecit? R. Vasquius, quia non expedit. Conſtat enim promiſcue in flumine omnis piſcetur, vel in terra venetur, facile euacuari poſſe, quod in mari timendum non eſt. Item fluminum nauigatio facile deterior redditur per aedificia: quod in mari timendum 110
non eſt. Et quod communis ſit vſus aquarum in flumine, id verum quoad vſum hauriendi vel bibendi, qui nemini nocet. Et quamuis in Venet. et Gen. maribus praeſcriptio admittatur, tamen 111
illi littora mari vicina poſſident, et de mediterraneo agunt, quod ad vniuerſum mare, vbi nulli poſſeſſionis termini, extendi nequit. Hug. Grotio iniuriam facit, dum eum inconſtantiae et mutationis 112
arguit. Id enim de partibus tantum et ſinu ſeu freto aliquo maris aſſerit, quod Seldenus de vniuerſo aſſumit. Applauſus contradictionis, a Legato Britanniae factae, nulla affert idonea teſtimonia, nec ego vel Grotio, vel alii periculum exinde video, quod ita contra Seldenum ſentiat.

CAPVT V.

DOMINIVM INTERMEDII SEV PARTICVLARIS MARIS ESSE POTEST; VEL CVM VICINO TERRITORIO, VBI ADDITVR, QVOVSQVE SE A LITTORE IN MARE EXTENDAT; VEL SINE EO IN CLASSE CONSTANS. REPVGNANS SENTENTIA DILVITVR. DOMINIVM ILLVD NON TOLLIT INNOXIVM MARIS VSVM.

SVMMARIA.

1. *Pars maris occupari poteſt ad exemplum fluminis.* 2. 3.
3. *Poſt occupationem maria particularia diuidi poſſunt.*
4. *Duo poſſunt eandem rem pro indiuiſo habere.*
5. *Poſt Iuſtinianum inceperunt primum maria diuidi.*
6. *Flumen publicum eſt, ius piſcandi tamen in diuerticulo quis ſibi ſolus acquirere poteſt.*
7. *Maris proprium ius a priuatis acquiri poteſt.* 8.
9. *Huic non repugnat ius naturae.* 10. 11.
11. *Ius gentium multa, quae natura permittit, poteſt prohibere.* 12. 13. 14.
15. *Occupationem maris a Principibus factam, ſuaſit neceſſitas et vtilitas.* 22. 86. 93.

16. Com-

16. *Communio ſolet diſcordias excitare.* 20. 23.
17. *Naturaliter homines ſunt diſcordes.*
18. *Priuatis arma interdicta.* 19.
21. *Nulla infertur iniuria priuatis: quod maria occupata.*
22. *Occupationem etiam ſuaſerunt ſumtus.*
24. *Quinam ſumtus in maris tuitionem impendendi.* 25. 26.
27. *Occupationem firmat praeſcriptio.*
28. *Praeſcriptio temporis immemorialis eſt inſtar priuilegii.*
29. *Ad praeſcriptionem prohibitio ſuperioris, et patientia ſubditorum neceſſaria.*
30. *Nauigatio eſt res merae facultatis.*
31. *Praeſcriptione immemoriali poteſt mare praeſcribi.*
32. *Vel tempore breuiori.*
33. *Mare a Dd. dicitur eſſe de regalibus.* 34. 35.
36. *Qui Dd. his re conſentiant, verbo diſſentiant.*
38. *An iurisdictio maris ſine dominio eſſe poſſit, disquiritur.* 39. 40. 41.
42. *Ex occupatione continentis non naſcitur iurisdictio.*
43. *Sixtinus cum reliquis Dd. quomodo conciliari poteſt.*
44. *Communis Dd. explicatio ad §. 1. et 2. d. R. D. reiicitur.*
45. *Mare acquiritur, ſicut alia territoria.*
46. *Quomodo ratione perſonarum?*
47. *Quod territorium maris?*
48. *Ex eo ſolo, quod terras populus occupauit, mare non eſt occupatum.* 49.
50. *Si deſeritur maris poſſeſſio, ad priſtinam naturam redit.*
51. *Quousque a littore in mare ſe extendat iurisdictio, ventilatur.*
52. *Dd. ad milliaria centum, vel vltra reſtringunt.* 53.
54. *Autoris opinio.*
55. *Haec quaeſtio de vniuerſo mari concepta eſt inanis.* 56. 57. 58. 59.
60. *Claſſis non poteſt in mari terminos propter inſtabilitatem conſtituere.*
61. *Imperium in partem maris poteſt acquiri ſine terrae proprietate.*
62. *Ad eſſe imperii, non requiritur territorium.* 63.
64. *Id probatur exemplis Graecorum.* 65.
66. *Et Romanorum.* 67. 68. 69. 70.
71. *Maris dominium acquiſitum quomodo probetur?*
72. *Qui effectus dominii marini?*
73. *Proponitur ſententia negantium dominium particularis maris poſſe acquiri, ac refellitur.*
74. *Ius naturale eſt immutabile.*
75. *Hoc quatenus verum duabus diſtinctionibus docetur.* 76. 77. 78.
78. *Ius naturale negatiuum et poſitiuum, quid?* 79.
80. *Ademtione dominii marini priuatis nulla infertur iniuria.* 81. 82.
83. *Priuati nunquam dominium maris habuerunt.*
84. *Non poteſt deſinere habere, qui nunquam habuit.*
85. *Propter vtilitatem publicam priuatis dominium rerum ſuarum auferri poteſt.* 86. 87.

88. *Me-*

88. *Metus non verbis ſed atrocitate facti probari debet.*
89. *Explicatur l. 45. d. vſucap.*
90 *Non eſt vtile vt dominatus maris vni populo concedatur.*
91. *Athenienſes ex dominatu marino nocuerunt aliis ciuitatibus Graeciae.*
92. *Ex vtilitate ius non menſuratur.*
94 *Vitium ex accidenti contingens rei ipſi imputari nequit.*
95. *Occupatio maris non tollit libertatem commerciorum.* 96.
97. *Dominium introduci poteſt cum reſeruatione vſus neceſſarii.* 98.
99. *Mare tuto nauigatur ab omnibus nauibus.*
100. *Nunquam inuidia totum orbem inuaſit.*

Stabilitis argumentis et vera opinione Hug. Grotii proximum eſt, 1
vt videamus an pars maris vniuerſi, vel intermedia maria veluti
Mediterraneum, Adriaticum, Rubrum, Balthicum &c. occupari ab
accolis poſſint? Et affirmat HVG. GROT. *lib. 2. c. 3. n. 8.* ad exem- 2
plum fluminis mare occupari poſſe ab eo qui terras ad latus vtrum-
que poſſideat, etiamſi et ſupra pateat, vt ſinus, aut ſupra aut in-
fra vt fretum, dummodo non ita magna ſit pars maris, vt non cum
terris comparata portio earum videri poſſit. Et quod vni populo li- 3
cet, idem licere videtur et duobus aut tribus ſi pariter mare interſi-
tum occupare voluerint, nam ſic flumina quae duos populos inter-
luunt, ab vtroque occupata ſunt, et deinde diuiſa. Vbi bene no-
tandum eſt, ſi maria non ſint ab accolis in prima occupatione diuiſa,
in illis occupationibus aequale dominium pro indiuiſo eſſe, ſi partim
diuiſa, in reliquis communionem retentam, poſſunt enim rem com-
munem plures ſimul poſſidere, vt notum *l. 4. et tit. com. diuid.* Fa-
tendum inquit GROT. *n. 9.* in partibus cognitis Romano imperio a 4
primis temporibus ad Iuſtinianum vsque iuris gentium fuiſſe, ne mare 5
a populis occuparetur, etiam quod ius piſcandi attinet. Sed illud 6
magis ex inſtituto quam naturali ratione prouenit, quae huic occu-
pationi non repugnat. Nam et flumen publicum eſt, et tamen ius 7
piſcandi in diuerticulo fluminis occupari a priuato poteſt, *l. 7 de di-
uerſ. temp. praeſcr.* et maris proprium ius vt interdictum, vti poſſide-
tis locum habeat acquiri poſſe aſſerit PAVLVS *l. 14. de iniur.* Idem 8
poſtea contra veterum ICtorum reſponſa ad πρόθυρα id eſt veſtibula
in Boſphoro Thracico produxit. LEO IMP. *Nouell. 56. 57.* vt ea quo-
que ſeptis quibusdam, quas ἐποχὰς vocabant includi et priuatim vin-
dicari poſſint. Quod ſi priuatorum fundis aliquid maris poteſt ac- 9
cedere,

Digitized by Google

cedere, et ita exiguum, vt fundi portio cenſeri poſſit, nec quo mi-
nus id fiat repugnat ius naturae, quidni et portio maris incluſa litto-
10 ribus eius fiat populi, eorumue populorum, cuius, quorumue ſunt
littora, dum ea pars maris ad territorium comparati non maior ſit quam
11 diuerticulum maris comparatum ad magnitudinem fundi priuati. Nec
obſtare quod mare non vndique claudatur, exemplo fluminis intel-
12 ligi poteſt, et exemplo maris ad villam admiſſi. GROT. *d. l. n. 10.* vbi
addit, quod ius gentium multa quae natura permittit, ex communi
13 quodam conſenſu potuit prohibere. Quare quibus in locis tale ius
gentium viguit, neque communi conſenſu ſublatum eſt, maris por-
tio quamuis exigua et maxima ſui parte incluſa littoribus, in ius
14 proprium populi alicuius non concedet. Et huc faciunt exempla *a*
SELDENO *a cap. 7. vsque ad 20.* allegata, quibus maria a populis oc-
cupata docet, id enim ita acceptamus, vt ſalua maneat ſuperior opi-
nio, nec SELDEN. aliud probat, quam partes maris occupatas: Vt
15 dicetur *infra cap. ſeq.* prolixius. Hanc occupationem ſumma neceſ-
ſitas et vtilitas, vt populo et principibus permitteretur, ſuaſerunt.
16 Nam cum communio facile ſoleat excitare diſcordiam *l. 77. § 20. d.*
legat. 2. ob naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem *l. 17. §.*
17 *6. d. recept. qui arbitr.* facile contingere potuiſſet, vt ad rixas et ar-
18 ma priuati aequo iure fulti peruenifient. Quod cum iniquiſſimum
eſſet, ad certamina eos procedere, quos iurisdictione ſua Magiſtra-
19 tus poteſt compeſcere *l. 13. §. 3. d. vſufr.* interdictis alias priuatis
armorum vſu. *Nou. 17. c. fin. t. vnic. C.* vt *arm. vſ. c. 1. §. ſi quis ru-*
20 *ſtic. d. pac. tenend.* materiam diſcordiarum ne amplius vt ſolet, propter
Meum et Tuum controuerſiae eſſent, plane tollere principes volue-
runt, ſenſim ad ſe ſummum maris imperium, et iurisdictionem de-
21 riuando. Nec vlla hic priuatis infertur iniuria, quia conſenſu ſuo
in prima occupatione factum Principum confirmarunt, nec mare
(quoad partem ſc.) vnquam eorum ita fuit, vt imperium eius non poſ-
ſet ab alio maxime ſuperiori occupari. Impellente ergo publica v-
23 tilitate vt ſubditi tranquille viuerent, nec ſe inuicem in communio-
ne laceſſerent, et Reſp. ſarta tecta eſſet, quam tueri officium Magi-
ſtratus eſt. *l. 13. d. off. praeſ. l. 3. de off. praef. vigil.* mare non am-
plius commune manſit, ſed priuatum factum eſt. HEG. *part. 2. il-*
24 *luſtr. quaeſt. 40. n. 155.* Accedit, quod ſumtus et impenſae quae in ſe-
curitatem

Digitized by Google

curitatem maris impenduntur, immenſae ſunt; nec a priuatis praeſtari
poſſunt. Si enim cohibendi piratarum incurſus, ſi praedae coercen- 25
dae, ſi conducendae naues, tutandi ſinus, fabricandae tonnae, ſi-
gnandi puluini, ponenda lumina vnde priuati pecuniam ſument? et
quando in exſolutione vel refectione concordes erunt? Eligendi igi- 26
tur fuerunt qui oneri et ſumptibus pares authoritate et poteſtate ſi-
mul valerent. Denique hanc occupationem confirmat praeſcriptio 27
temporis immemorialis aliquot ſeculorum decurſu atque vſu robora-
ta. *l. 1. l. 2. l. 11. C. de ſeru. et aq.* quae inſtar priuilegii eſt, *l. 3. §. 3.*
de aq. quot. et aeſt. et aeque munit ius Principum, vti lex et conſue-
tudo priuatorum, *c. ſuper quibusdam §. praeterea d. V. S. c. 1. d. prae-*
ſcript. in 6. Principes enim non debent eſſe deterioris conditionis 28
in praeſcribendo, quam priuati *arg. l. 20. §. 9. d. petit. hered. l. 1. l. 2.*
C. de priuil. fiſ. WESENBEC. *par. d. A. R. D. n. 7.* accedente praeſer-
tim prohibitione per eos facta, et ad eam ſubditorum patientia, ſine
qua alias praeſcriptio ſubſiſtere nequit. WESENBEC. *d. l.* RAVCHBAR. 29
in quaeſt. Sax. q. 27. n. 2. QVINT. MANDOS. *d. inhibit. q. 62. n. 6.* Na-
uigatio enim eſt actus merae facultatis contra quem non currit prae- 30
ſcriptio, niſi prohibitione interueniente. COLER. *conſ. 1. n. 306.* Et
tali tempore mare praeſcribi poſſe et illud poſſidere, qui iuriſdictio- 31
nem et imperium in eo exercet, defendit CAEPOLL. *d. S. R. P. c. 26.*
n. 5. 6. 9. Imo breuiori tempore, ſcilicet 30. ann. praeſcriptione hoc 32
determinant. SCHNEIDEWI. *ad. §. 1. d. R. D.* KLING. *ad d. §. 1.* Nec
male plerique ICtorum hoc mare de regalibus eſſe dicunt. CACHER. 33
deciſ. 155. n. 81. FERRAR. MONTANVS *d. feud. lib. 5. c. 7. verſ. tametſi ius*
piſcandi. Maris adminiſtrationem et ipſum etiam dominium ad re-
galia refert, nec inter mare, et flumen publicum diſcrimen facit.
MYNS. *reſp. 1 n. 162. deciſ. 2.* Proprietatem maris regalium ſpeciem 34
eſſe ait. BESOLD. *diſc. polit. d. iur. rer. c. 1. n. 8.* HILLIG. *in Donell. l.*
4. c. 2. lit. e. In littora expreſſe imperium Populum Romanum ha-
bere et ita ipſius eſſe docetur *in l. 3. Ne quid in loc. publ.* quam de 35
proprietate loqui, poſt IACOB. DE AREN. *confirmat Aym. Parmens. d.*
iure alluuio. lib. 1. c. 15. n. 11. et 13. Verbo ab his diſſentiunt, re ipſa 36
conſentiunt. ANDR. D. ISERNI. *Matth. d. Afflictis. in c. vnic. de Regali-*
bus. BORCHOLD. *in d. cap. n. 31. Viu. deciſ. 344. n. 1.* HEG. *quaeſt. 40.*
l. 2. n. 57. BLLLING. *in ſpec. princ. rubr. 28. n. 10.* PEREGR. *d. iur.*

Digitized by Google

ſic. lib. 8. tit. 1. CAG. *d. c. vn. nu. 3.* HIPPOL. *d.* MARS. *in l. fin. n. 180.*
d. ICdict. omnium iudic. Vbi plures allegat, SIXTIN. *tr. de Regal. l.*
37 *2. c. 3. num. 97.* VVLTEI. *ad §. 1. inſt. n. 3.* qui iurisdictionem prin-
cipibus in mare, vel littora concedunt, nullatenus vero dominium.
38 At quaeſo vnde iurisdictio deficiente imperio originem habuit, et
quod fundamentum ipſius? nihil ſane aliud quam imperium ſeu do-
39 minium. Praeſcriptio forſan ſcopae diſſolutae. Illa enim vbi obtinet, etiam
40 poſſeſſio obtinet, vbi haec res priuata fieri poteſt. Si ergo iurisdictio ma-
41 terialiter conſideratur territorii vicem hic mare obtinebit. An populus
42 dedit? at non habuit. Caue dixeris, ex occupatione continentis iu-
risdictionem naſci. Vt enim illud in littoribus concedatur, nullo
modo ad mare applicari poteſt. Diuerſae illae res ſunt, et male ab
vna infertur ad aliam. Et quo iure tandem probabitur argumen-
43 tum: Terram occupauit, ergo et mare alluens. Poſſunt interim mea
opinione SIXTIN. et reliqui cum contradicentibus facile conciliari, ſi
dicamus SIXTINVM cum aſſeclis diſputare de mente, *ſſ. 1. et all. LL.*
quae ſane de vniuerſo mari loquuntur ſc. Oceano, non vero de par-
44 ticularibus ſeu intermediis maribus: et ita conſentiunt nobis. Vel ſi
hoc non placet opinionem eius reiicimus ex argumentis adductis, ad-
dito quod illi Dd. in explicatione *d. d. §. 2. et LL.* interpretum offi-
cio male functi ſunt. Vt enim ſupra *cap. quart.* a nobis probatum,
§. 1. et LL. allegatae vniuerſum mare commune eſſe ſtatuunt.
45 Iam quomodo mare acquiritur videndum eſt. Eodem modo
inquit Grot. lib. 2. c. 3. n. 13. quo imperia alia, id eſt ratione perſo-
46 narum, et ratione territorii (id enim *d. cap.* aſſeruerat n. 4.) Ratio-
ne perſonarum vt ſi claſſis, quae maritimus eſt exercitus aliquo in lo-
47 co maris ſe habeat: Ratione territorii quatenus ex terra cogi poſſunt,
qui in proxima maris parte verſantur, nec minus quam ſi in ipſa ter-
48 ra repererentur. Illud apprime notandum eſt, quod *d. l. n. 11.* ad-
dit, ex eo ſolo quod terras occupauit populus mare occupatum col-
ligi non poſſe, nec animi actum ſufficere ſed actu externo eſſe opus
49 vnde occupatio poſſit intelligi. Contrarium quidem ſentiunt CACHER.
deciſ. Ped. 155. n. 2. BR. *tr. de inſul. n. 1.* ANG. CASTRENS. *in l. inſulae*
9. d. iudic. et communem opinionem dicunt. FELIN. *in c. ad liber. in*
pr. d. iudae. COEPOLL. *d. ſeruit. ruſt. praed. tit. d. mar. n. 12. et 13.*
Sed nullo fundamento, ideoque tanquam communis error merito re-
proba-

Digitized by Google

probatur. Hoc etiam deinde obſeruandum ſi deſeratur poſſeſſio ex 50
occupatione nata, iam mare redire ad veterem naturam, id eſt, ad
vſum communem, quod de inaedificato littore reſpondet PAPINIAN.
et piſcatione in fluminis diuerticulo *l. 45. d. vſucap.*

Sed quouſque imperium eius in mare ſe extendat, qui conti- 51
nentis vicinae Dominus eſt, dubitatur? Communis Dd. eſt ſenten-
tia a littore vſque ad centum milliaria BR. *in tract. d. inſul. n. 1.* PAVL.
CAST. *in L. 9. d. iudic.* CAEPOLL. *d. l. n. 17.* HIER. DE MONT. *d. finib.
reg. c. 7. n. 13.* CACHER. *deciſ. 155. n. 3.* Vltra centum vero milliaria 52
iuriſdictionem eſſe imperatoris. CAEPOLL. *d. l. n. 16.* Alii ad ſexa- 53
ginta milliaria extendunt. BALD. *in rubr. d. rer. diu. col. 2.* et ita in
cauſa Ducis Allobrogum iudicatum refert. BODIN I. *de Rep. 10. n. 170.*
Mihi haec opinio nunquam arriſit. Quid enim ſi mare interiacens eo
vſque ſe non extendat? Putarem melius dici, vt vnicuique iuxta ſua 55
littora competat dominium, extra ea, quatenus claſſe locum aliquem
occupauit, in reliquis omnium manere aequum ius pro indiuiſo, vel
ad minimum facta proportione, eius ius potius eſſe ſi ſimul mare oc-
cupauit aliorum non demto, cuius longius iuxta mare ſe extendit
territorium. Et haec de maribus priuatis, de quibus Dd. loquuntur,
vera ſunt. Si enim de vniuerſo mari quaeſtio eſt quouſque a litto- 56
ribus ſe extendat dominium, nihil aliud dicere poſſumus, quam il-
lam quaeſtionem inanem eſſe, cum illud limites non agnoſcat. Si
promontorium aliquod intra certa milliaria habet, ſuo iure tenet. Ni- 57
hil hoc ad mare. Si claſſem intra illud ſpatium, alius forſan cum eo, 58
et cuilibet permiſſum, eo nauigare. Nec prohibitio locum habere 59
poteſt cum nemo hactenus eam curauerit, nec opus ſit mari relicto
in ſtatu primaeuo. Et vana eſt opinio ſentientium claſſe ſignari ter- 60
minos occupationis in mari. Vt enim ſupra dictum requiruntur limi-
tes firmi et immoti, apti determinandis territoriis, quales ſane naues
non ſunt, vtpote vagae, et ab vno loco fluctuantes in alium.

Quaeritur hic an ſolum imperium in maris partem ſine alia pro- 61
prietate poſſit adquiri? Aff. ideo quod eo modo in terra ſine territo-
rio imperium poſſit acquiri, veluti, ſi exercitum quis colligat et eius
ſuperior ſit, neque enim ad eſſe imperii requiritur territorium, ſed
materia praeexiſtens primaria populus eſt. GROT. *l. 2. c. 3. n. 4.* Ita 62
ſi quis claſſem in mari nondum occupato habet, acquirit eius domi-

 nium,

Digitized by Google

63 nium, nec enim terrae ius maris cohaeret, vt diximus. Exempla
64 rem demonſtrant. Argiui olim cum Athenienſibus expoſtularunt,
quod ſuo mari Spartanos Argiuorum hoſtes transire ſiuiſſent, quaſi violato foedere, quo cautum erat, ne alter populus hoſtes alterius ſineret
65 ire διὰ τῆς ἑαυτῶν per ſui imperii loca. THVCYD. *lib. 4.* Et in induciis
annalibus belli Peloponneſiaci permittitur Megarenſibus nauigare in
66 mari, quod ad ipſorum ſociorumque terram pertinet. Sic θαλάσσην τὴν τῶν Ρωμαίων πᾶσαν mare omne, quod Romani eſt imperii dixit DION. CASS. *lib. 42.* THEMIST. *d. Rom. Imper.* habens ſibi ſubditam
67 terram et mare. OPPIA. Imperatorem affatur

- - - *tuis etenim ſub legibus aequor voluitur,*

68 DION. PRVSAE ab Auguſto Tarſenſibus conceſſum ait ius in amnem
Cydnum, et proximam maris partem. VIRGIL. ait:

Qui mare, qui terras omni ditione tenerent.

69 Apud GELL. Fluminum quae in mare, qua imperium Romae eſt,
70 fluunt. Notat STRABO Maſſilienſes multa coepiſſe cum praeliis naualibus viciſſent eos, qui iniuſte de mari controuerſiam mouerent.
71 HVG. GROT. *d. l. n. 13.* Sed ſi controuerſia inter Principes maris accolas oriatur ſuum aſſerentes, quomodo probabitur dominium maris? non niſi occupatione, et illa rurſum ſi quis claſſem habuerit in mari. Sed quia hoc altioris indaginis eſt, illud penſiculatius *infra*
72 *Part. vlt.* examinabimus. Effectus huius priuati dominii eſt, quod occupans poſſit libere in mari cum vel ſine claſſe nauigare, piſcari, vniones vel corallia legere, edicta maritima proponere, [illegible]s ſc. nocituros ſibi nauigatione prohibere *d. infr. part. vlt. c. 1.* [illegible] naues angariare, repreſſalias in mari concedere, vectigalia, vel ſtap[illegible] imponere,
73 et alia facere quae priuatum dominium ſequuntur. Verum enim vero ſicut nihil tam bene conſtitutum eſt, quod non ſollicitam admittat diſputationem *nouell. 44. c. 1. v. 3.* ita et Dd. hic inueniuntur aliis e diametro contrarii, nec particularis maris occupationem concedentes.
74 Et quidem I. hoc argumento. Ius naturale eſt immutabile §. *pen. de iur. N. G. et Ciu.* Atqui quod mare commune ſit nec occupari poſſit eſt iur. naturalis §. *1. d. rer. diu.* E. illud eſt immutabile et per
75 conſequens non datur occupatio. R. ad maiorem, illam veram eſſe de iure naturali nobis innato, quatenus eſt dictatum rationis, et prima principia honeſtorum & turpium continet, docetque moralem turpitudinem

tudinem vel honeſtatem actui alicui ex eius cum ratione conuenientia vel ab ea diſcrepantia ineſſe. Illud non mutatur, et ſi aliquando ima- 76
go mutationis incautos decipit, tunc ob aduentum circumſtantiae quae vel a lege vel conſenſu, vel alias oritur non ipſum ius naturale mutatur, ſed res de qua ius naturae conſtituit, quaeque mutationem recipit, circumſtantia enim adueniens illam extrahit ex numero obiectorum quae lex comprehendebat, vt eleganter hoc docent HVG. GROT. *de iure B. et Pac. l. 1. c. 1. n. 10.* SVTHOLT *diſſ. 1. in inſtit. theſ. 70.* COVARR. *in c. cum peccat. d. R. I. in 6. §. II. n. 2.* Secus eſt in iure gentium quod facile mutatur, *vt §. 2. d. I. N. G. et C.* 77
docet. Poſteriori modo natura mare commune dicitur, ideoque mutatur quatenus gentes illam mutationem approbarunt, Seu: diſting. inter ius naturae poſitiuum et negatiuum. Illud, quia decernit et prae- 78
cipit iuxta aeternà et nobiſcum innata principia, immmutabile eſt. Hoc, quod nihil de re aliqua ſtatuit, nec praecipiendo nec prohibendo dicitur contra naturam eſſe, ideo quod repugnet conditioni, quam homo vel res initio habuit antequam gentes de ea vel omnes vel plures expreſſe vel tacite conſtituerunt. Vnde etiam videmus apud quasdam pro priuatis haberi quae aliae I. Gentium eſſe putant, & hac diſtinctione in ſimilibus argumentis vſi BACHOV. *in Treutl. theſ. 4. lit. d.* COVARR. *d. l.* SPECKHAN. *cent. 1. qu. 97.* Ad minorem R. illam pro- 79
cedere in mari vniuerſo per ſuperius deducta. Hic de intermediis quaeſtio eſt. Attamen dicas infertur nihilominus priuatis iniuria? Non video, quid enim praeter vſum habuerunt, at is quatenus in in- 80
noxio tranſitu, piſcatione, &c. conſiſtit, priuatis manet *l. 3. §. 1. Ne quid in loco publ.* et ſi aliquando prohibeantur tranſire vel legere eiectamenta maris iure ſuo ſuperior vtitur. Qui vero iure ſuo vtitur 81
nemini facit iniuriam. *l. 55. de R. I.* Et introducto dominio poſſunt res mobiles anteuerti lege ciuili. Nam hoc ius eſt ex iure naturae 82
permittente, non praecipiente, vt liceat ſemper, neque id requirit humana ſocietas. GROT. *lib. 2. c. 3. n. 5.* Sane dominium maris nun- 83
quam habuerunt priuati, quod igitur queruntur ademtum retento vſu? Non poteſt videri deſiiſſe habere qui nunquam habuit *l. 208. d.* 84
R. I. et ſi piſcatio alicubi vel collectio vnionum etc. denegatur, relinquitur maximus vſus, qui in nauigando et liberis commerciis conſiſtit, nec piſcatio omnimodo ſed in locis reſeruatis ſolet interdici.

Poſito

Digitized by Google

85 Poſito adimi quoddam ius priuatis valet illud et excuſatur, ſi neceſ-
ſitas, vel ſumma reipublicae vtilitas id ſuaſerit. HVN. *in reſol. ad Treutl.*
v. 1. diſp. 1. theſ. 5. l. b. BACHOV. in Treutl. *d. l.* CAROL. TAP. *de conſt.*
primip. c. 2. per tot. Vtilitas autem publica ſemper praeponderat
priuatae *l. 4. C. de primip. auth. res quae. C. commun. de legat.* et ob
eam ſaepe a communibus regulis iuris receditur *l. 51. ff. 2. ad L. aquil.*
86 *c. Abbate 3. §. pen. v. praeſ. X. de ſent. et re iudicat.* Hic vero ſum-
ma vtilitas et neceſſitas eſt. Invaleſcente enim hominum nequitia
neceſſe fuit rerum communionem ad certas neceſſitatum vices con-
trahere, ne ſi omnium libidini promiſcue omnia paterent, ſinguli
multis neceſſariis carerent, et dum omnibus vſus omnium liberrimus
relinqueretur, nemo deinceps proprium aliquod haberet. VASQV.
l. 2. c. 89. n. 39. BENED. BONIC. *tr. d. cenſib. art. 16. n. 40.* HEG. *part. 2.*
87 *ill. quaeſt. 40. num. 155.* Denique cur non contradixerunt priuati
primo occupationis tempore? Metu forſan? at ille maioris malitatis
eſſe debet *l. 5. Quod vi vel met. cauſ.* qui non praeſumitur nec ſu-
ſpicione ſed atrocitate facti debet probari *l. 9. eodem* vani enim metus
nulla aeſtimatio, et ſi aliquis fuit, poſteriori obſequio, et taciturni-
88 tate purgatus eſt. RVINVS *conſil. 120.* FACHIN. *3. controu. 40.* Obiici-
tur II. *l. 45. de vſucap. R. 1.* quod illa lex loquitur de priuato, nos
de terrarum dominis: 2) ſermo eſt in d. l. de publicis iuris gentium
(quale mare vniuerſum) communi gentium conſenſu priſtinae libertati
89 relictis: nec 3. ſimpliciter prohibet, ſed tantum iniuſte facere de-
clarat ſi alterum vetare velit, dum ipſe poſſeſſionem ante dereliquit,
occupationem enim particulae littoris priuato concedit, dum poſſidet
90 *d. l. l. 7. diu. temp. praeſc.* Vrgent III. quod id parum vtile ſit, vt
dominatus populis, aut principibus cedat, ideo quod ISOCRAT. *in*
orat. de pac. dicat Athenienſes fuiſſe multorum malorum cauſſam in
91 retinendo dominatu marino, et inde in ciuitates Graeciae magnam
tyrannidem exercuiſſe: cuius ſententiae fere eſt ARISTOT. *1. polit. 6.*
92 At reſpond. 1. Ex vtilitate ius non menſuratur, nec meum ius tol-
litur, quod alteri noceat: *l. 24. ff. fin. d. damn. infect. l. 1. §. 12. de*
93 *aq. pluu. arc.* 2. Vtilitatem etiam in occupatione eſſe ſupra probatum. 3.
94 ſi tyrannis exinde aliqua, non ex natura rei, ſed ex accidenti vitio im-
perantium eſt; 4. Ipſe Iſocrates communionem maris Athen. et La-
con.

Digitized by Google

con. commendat, quod quia vtraque ciuitas maris imperio potiretur, vrbium pleraſque dicto audientes habuerint. *in Panathenai.*

Sciendum tamen eſt, eum qui mare occupauit nauigationem 95
impedire non poſſe inermen et innoxiam, quando nec per terram
talis tranſitus prohiberi poteſt; ſed debet patere his qui ad iuſtas cauſ-
ſas nauigatione opus habent, puta, quia ſedibus ſuis expulſi quaerunt 96
terras vacuas, aut quia commercium expetunt, cum gente ſepoſita.
Rat. eſt, quia dominium introduci potuit cum receptione talis vſus,
qui prodeſt his, illis non nocet, ideoque dominii auctores id potius
cenſendi ſunt voluiſſe. HVG. GROT. *l. 2. c. 2. n. 13.* Etenim cum vnius
rei naturaliter vſus eſſent diuerſi, eum duntaxat gentes diuiſiſſe inter 97
ſe videntur, qui ſine proprietate commode haberi non poteſt, contra 98
eum recipiſſe per quem domini conditio non eſſet deterior futura GROT.
Lib. de mar. lib. 2. c. 5. in fin. Id probat Philo cum ait, mare omni- 99
bus nauibus onerariis tuto ſatis nauigatur, eo commercio, quod ex
naturalis ſocietatis deſiderio inter nationes intercedit, dum mutua alia-
rum copia aliarum inopiae ſuccurrit. Nam inuidia nunquam aut or-
bem vniuerſum aut eius partes inuaſit. Idem PLVTARCH. de mari lo- 100
quens, vitam noſtram feram alioqui, et commerciorum exſortem,
hoc elementum ſociauit, ſupplens quod deerat, ope mutua, et per-
mutatione rerum, ſocietatem amicitiamque concilians. Euripid. quo-
que *πόντε τε ναυσολήμαθ' ὡς διαλλαγὰς ἔχοιμιν ἀλλήλοισιν ὧν πόνεντο γῆ.*
Et cuique terrae quae ſuum ingenium negat ſupplere rationum pe-
lagi diſcurſibus.

CAPVT VI.

RECENSIO ILLVSTRIORVM POPVLORVM IN QVATVOR MVNDI PARTIBVS MARI DOMINANTIVM. IN ASIA PERSARVM, CRETENSIVM, IVDAEORVM IVS TVRCA HODIE MAXIMAM PARTEM VSVRPAT. IN AFRICA POENORVM ET CARTHAGINENSIVM PERSA, TVRCA, ET HISPANVS. IN EVROPA ET QVIDEM ITALIA OLIM PRAECIPVI TYRRHENI ET DEMVM ROMANI; HORVM POTESTAS L. REGIA IN IMPP. POSTMODVM TRANSIIT, QVAE TAMEN NVNQVAM VNIVERSALIS FVIT, ET DECRESCENTE IMPERIO SENSIM DEMINVTA EST. OBITER EXPLICATA *L. IX. AD L. RHOD DE IACTV.* HODIE IN ITALIA PRIMAS HABENT PONTIFEX, SECVNDAS HISPANVS ET ALII PRINCIPES MAGNAE BRITANNIAE

Digitized by Google

REGIS DOMINIVM STABILIT SELDENVS, SED NIMIS ID EXTENDIT. IN MEDITERRANEO ET AQVITANICO MARI R. GALLIAE IMPERAT. IN MARI ATLANTICO POTENS EST R. HISPANIAE. AD SEPTENTRIONEM MOSCHOVIAE DVX, REGES SVECIAE, DANIAE, NORWEGIAE MARE TENENT. ET INSVPER R. R. SVECIAE ET DANIAE MARE BALTHICVM. EXPENDVNTVR CONTROVERSIAE INTER CAESAREM, POLONVM ET DICTOS REGES CIRCA IVS NAVIGANDI IN MARI BALTHICO. IDEM IVS SIBI ALIQVOT ILLVSTRES RESPVBLICAE IN EVROPA, VT VENETORVM, BATAVORVM, &c. VINDICANT. IN NOVO ORBE LIBERA NAVIGATIO OMNIBVS POPVLIS HISPANORVM CVM AMERICANIS MONOPOLIO CONTRADICENTIBVS.

SVMMARIA.

1. *Exemplis res ſit clara.*
2. *In Aſia primo Minos poſtea ſeptendecim alii populi maris imperium habuerunt.* 3. 4. 5.
6. *Iudaei mare non neglexerunt.*
7. *Reges Aſiae in mari potentiam exercuerunt.* 8. 9. 10. 11. 12.
13. *Hodie Turca primas partes in mari Aſiatico habet.* 14. 15. 16.
17. *Eius vbi portus praecipui.* 18.
19. *Turca ſaepe claſſes ad inſulas occupandas emittit.* 21.
20. *Iohannis Auſtriaci de eo victoria apud Echinadas.*
22. *Turca quatuor habet naualia.*
23. *Poſt Turcam Rex Perſarum mare et flumios tenet.*
24. *Vrbis Ormutzi opulentia deſcribitur.* 26. 27.
28. *Indiam primo Alex. Magnus attigit.* 29.
30. *Guaſco Gamma Europaeis eam aperuit.*
31. *Hodie Hiſpani, et Hollandi habent, et cum incolis commercia exercent.* 32.
33. *Inſula Sumatra ſeu Taprobano vbi?*
34. *Quinſaei vrbis pontes et eorum altitudo refertur.* 35.
36. *In Africa primum locum olim Carthaginenſes vsque ad bellum Punicum primum obtinuerunt.* 37. 38. 39. 40.
41. *Eorum cum Romanis ſuper nauigatione foedera.* 42.
43. *Hodie Aethiopes, Tuneti Reges ad mare potentiam habent.*
44. *Tunetum a Carolo V. occupatum Philippus filius rurſum amiſit.* 45. 46.
47. *Reliquam partem maris Africani Turca et Hiſpanus oberrant.*
48. *Inſulae Canariae vbi?*
49. *Europa optima et maxime culta mundi pars.*
50. *Inter Graecos Athenienſes et Lacedaemonii olim praecipui maris domini.* 51.
52. *Tandem Lacedaemonii ceſſerunt Athenienſibus.* 53. 54.
55. *Graecos ſequuntur Itali et Tyrrheni.* 56.
57. *Hos Romani.*

58. *Horum*

58. *Horum imperii qua mare, qua terram latitudo exprimitur.* 59. 60. 61.
62. *Quando coepit, et quo iure?*
63. *Phoenices mari quomodo potiti?* 64.
65. *Carthaginenſes a Romanis mari exuti.* 66.
67. *Scipio, Pompeius, Tiberius Rom. potentiam maritimam auxerunt.* 68. 69. 70.
71. *Roma vniuerſi maris Domina.* 72. 73. 74.
75. *Duumuiri nauales Romae inſtituti.*
76. *Romani ſaepe ingentes Claſſes in mari habuerunt.* 77.
78. *Explicatur L. 13. § fin. de iniur.*
79. *Publicum quotupliciter in iure accipitur.*
80. *Vox populus non vnam ſed omnes ſaepe gentes ſignificat.*
81. *Molem in mare quiuis iacere poteſt.*
82. *Hodie inter Principes maritimos prima Imperatoris Rom. debet ratio haberi.*
83. *Diſcutitur eligans quaeſtio an hodie Imperator ſupremum imperium in mari habeat?*
84. *Dd. ipſi vniuerſale dominium concedunt.*
85. *Imperator totius mundi Dominus.* 86.
87. *Mare pars mundi.*
88. *Romani mari dominati ſunt.* 89.
90. *Nunquam Impp. vel Romani totum orbem poſſiderunt.* 91.
92. *Mundus ſaepe pro parte mundi accipitur.*
93. *Ob medium inhabile generalis locutio reſtringitur.*
94. *Quo intellectu quidam Reges mundi domini dicti.*
95. *Aliquando Dd. dicta ridicula.*
96. *In Imperatorem L. Regia omnis poteſtas translata.* 97.
98. *Surrogatum ſapit naturam eius cui ſurrogatur.* 99. 100.
101. *Auguſtus, Caligula, Veſpaſianus, Traianus, Antoninus Pius, ſibi dominium maris aſſeruerunt.* 102. 103. 104. 105. 106.
107. *Elucidatur l. 9 ad L. Rhod. de iactu.*
108. *Thematiſmus d. l 9.*
109. *Inſula Telos vna de Sporadibus iuxta Cyclades in mari Aegeo.*
110. *Imperator mundi Dominus: Lex autem maris.*
111. *Quis ſit vnus ſenſus h. l. adducitur et reiicitur.*
112. *Alius ſenſus affertur, et probatur.* 113. 115. 118. 119. 120.
114. *Placitum Principis eſt Lex.*
116. *Concurrere poſſunt ſubditi cum Imperatore in iurisdictione.* 117.
121. *Ioh. Ignei et Alciati ſenſus exponitur.* 122.
123. *Franciſci d' Amaya opinio inſufficiens eſt.* 124.
125. *Samuelis Petiti, quae ſit ſententia, coniectura, et quae vtrimque rationes.* 126. 127.
128. *Huic Ioh. Iſaac Pontanus conſentit.*
129. *Ioh. Seldeni interpunctiones, et earum ſenſus apportantur.* 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136.
137. *Iſa. Pontanus pro parte Seldeno ſuffragatur, pro parte refragatur.*

138. *Cl. Salmaſ. Seldenum plane abſurditatis arguit.* 141. 142. 143.
139. *Lex et conſuetudo non ſunt vnum, et idem.*
144. *Expoſitio nuperi authoris vno Spiritu legentis non acceptatur.* 145. 146.
147. *Cl. Salmaſ. Petiti correctionem approbat, et eam ſtatuminat.* 149.
148. *Duo petit ſupplicans in L. 9. et ad vtrumque Imp. reſpondet.*
150. *Ventus Dominus maris.*
151. *Salmaſius ter. l. 9. emendat.* 153. 154.
152. *Harmenopuli de lege Rhodia aſſertio.*
155. *Δημοσιῶναι qui.*
156. *Differunt in mari, vel iuxta littus, vel in portu naufragium facere.* 157. 158.
159. *Lex Rhodia de naufragiis quae?*
160. *Illam Antoninus Pius ſuſtulit.*
161. *Hugo Grotius amplectitur tertiam Salmaſii emenditionem, alibi leniter lectionem mutat, in coeteris vulgatam ſequitur, et mentem eius reddit.* 162. 163. 164. 165.
166. *Hoc dominium marinum poſtea etiam Imperatores Orientis Pertinax, Conſtantinus, Valentinianus, Theodoſius, Leo, Iuſtinianus vſurparunt.* 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173.
174. *Illud etiam in Germanos translatum, vt patet ex Caroli Magni et Friderici II. exemplis.* 176. 177.
175. *Imperium in Germanos actiue et paſſiue tranſiit.*
179. *Carolus V. ſe regem Oceani dicit.*
180. *Ferdinandus II. illum titulum Alberto Wallenſteinio dedit.*
181. *Hodie Imperator in mari dominium vniuerſale non habet.* 182. 183. 185. 186. 187.
184. *In fluminibus Germaniae adhuc directum dominium habet.*
188. *In Italia dominium maris Eccleſiae Papa habet.* 190. 191.
189. *Non vniuerſale.*
192. *Papa multas vrbes maritimas, et inter eas Anconam tutiſſimo portu nobilem tenet.* 193.
194. *Papa ſi in mari moriatur vbi fieri debet electio traditur.*
195. *Maris Romani vſus liber eſt omnibus ciuibus Romanis.*
196. *Ratione regni Neapolitani Rex Hiſpaniae ius maris habet.*
197. *Reliqui Principes Italiae ſibi ius in mari Italiae adiacente attribuunt.* 198. 199. 200. 201.
202. *Regi Angliae vniuerſale dominium Seldenus attribuit.* 203.
204. *Ante Iulii Caeſaris aduentum Britanni nauibus vtilibus vſi.*
205. *A tempore Caligulae iuxta littora Britanniae Romani ius maris ſibi aſſeruerunt.* 206. 207. 208. 209. 210. 211.
212. *Poſt Conſtantinum Magnum Comes littoris Saxonici conſtitutus.* 213.
214. *Eius quae poteſtas?* 215. 216.
217. *Romanis eiectis Angli et Dani Britanniam occuparunt.* 220.
218. *Angli quales populi?*
219. *Qui hodie paruam Angliam teneant.*

221. *Dan-*

221. *Dannegeld quale tributum.*
222. *Canutus ſe dominum maris dixit.*
223. *A tempore Wilhelmi, conqueſtoris, Anglos dominium in mari Auſtrali et Germanico habuiſſe probat Seld. octo argumentis, deſumptis a cuſtodia maris, poſſeſſione Inſularum, conceſſione veniae tranſitionis, et piſcationis; aſſignatione limitum.* 224. 225. 226. 227. 228. 234. 235. 236. 238. 239 240. 241. 242. 243. 244.
229. *Quot olim Admiralii Angliae.*
230. *Hodie vnus eſt.*
231. *Quis eius titulus additur.*
232. *Picardiae Admiralius quo ſenſu dicatur.* 233.
245. *Idem ius Seldenus R. Angliae in mari Hibernico et Occiduo attribuit.* 246.
248. *Nec minus in ſeptentrionali mari.* 249.
250. *Pacta inter reges Angliae et Daniae aliquoties repetita.* 251. 252. 253.
254. *Seldenus amore patriae nimis ampliat ſui regis poteſtatem.*
255. *Anglia maxima inſula in Europa.* 256.
257. *Portubus multis eſt praedita.* 258.
259. *Quantus numerus nauium in obſidionibus Boloniae et Caleti fuerit.* 260.
261. *Franciſci Drake ex orbis circumnauigatione, et re nauali gloria.* 262. 263.
264 *Admiralii Angliae qui vltimis annis.*
265. *Scotia Angliae vicina.*
266. *Scoti olim non nauigarunt.* 267. 268.
269. *Nec hodie in longe diſſitas regiones.*
270. *Pactum Scotorum et Batauorum ſuper piſcatu.*
272. *Olim Orcades Dani fuerunt, hodie Angli ſunt.* 273.
274. *Hiberni imperiti rerum maritimarum.*
276. *Magna Britannia quae?*
277. *Gallia a duobus maribus alluitur.*
278. *In mediterraneo olim potens Maſſilia.* 279. 280.
281. *An maris ius regi Galliae in mari Aquitanico competat.* 282. 283. 284. 285. 286. 287.
289. *Admiraliorum Galliae quae poteſtas.* 290. 293. 301. 305. 306.
294. *Dominium regis Galliae maritimum probatur.* 295.
296. *Galli diu deſides in nauigando.* 297. 298. 299. 300.
302. *Quinam Admiralii Galliae celebres fuerunt.* 303. 304.
307. *Luſitani ius maris titulis oſtentant.*
308 *Hoc ius diu Hiſpani ſibi arrogarunt.*
309. *Hodie Iohannes R. Portugalliae excluſit.*
310. *Caroli V. titulus.* 311. 312. 313.
314. *Regis Hiſpaniae poteſtas maritima maxima eſt.* 315. 316. 317. 318.
319. *Hiſpanis duae ſtupendae claſſes anno 1588. et 1639. ab Hollandia diſiectae ſunt.* 320. 321. 322.
323. *Moſcouitae non nauigant.*
325. *Nauigationem iuxta eorum littora inſtituunt Hollandi.* 326.
327. *Norwegi olim potentes in mari.* 328. 329. 330. 331.

 332. *In-*

332. *Inſula Thule eſt Islandia.*
333. *Iuxta iſtam inſulam nemini licet piſcari ſine voluntate regis Norwegiae.* 334. 335. 336. 337. 338.
339. *Rex Daniae Collegium mercatorum Islandiae conſtituit.*
340. *Gronlandia et mare jecoreum Leberzee vbi?* 341.
342. *Cui ius iuxta mare Gronlandicum competat.* 343. 344. 445.
346. *In mari Germanico rex Sueciae multum valet.*
347. *Gottenburgum portus munitiſſimus eſt.*
348. *Ex hoc Argonautica Guſtauiana debebat prodire.*
349. *Tranſactio Hafnienſis quid in ſe contineat.* 350. 351.
352. *Admiralii regni Daniae officium.* 353.
355. *Regis Sueciae ſumma potentia naualis eſt.*
356. *Eius naues tormentis optime inſtructae.*
357. *Admiralii regni Sueciae officium*
358 *Horum regum poteſtas in mari Balthico maxime emicat.*
359. *Rex Daniae tit. Wallenſteinii de Generalitate maris contradixit.*
360. *Regi Sueciae peculiaris defenſio maris Balthici competit.* 361.
362. *Ob huius tuitionem bellum contra Caeſarem Guſtavus ſuſcepit.* 363. 364.
365. *Disputatur prolixe an R. Sueciae iuſtam cauſam habuerint ſuſcipiendi belli contra Caeſarem ob datum Wallenſteinio maris titulum.* 366. 367. 368. 371. 387.
369. *Cauſa proxima potentior remota.* 370.
301. *Sueciae et Daniae reges ſe exemerunt ab imperio.* 372. 373.
374. *Boruſſia imperii membrum fuit.* 376.
375. *Clientela non praeiudicat ordinariae iurisdictioni.*
377. *Livonia etiam ab imperio abrepta.*
378. *Qui ſe imperio eximit ab eo deficit.*
379. *Deficiens fit hoſtis.*
380. *Licet amiſſa repetere.*
381. *Bellum ſumendum vbi iuſtitia denegatur.* 382. 383. 384. 385. 386.
387. *Tituli ſunt conſeruatores iuris poſſeſſi.*
388. *Iuſtitia armorum Suecicorum propter titulum inſolitum deducitur.* 394. 401. 408. 410. 414. 417.
389. *Tempus immemoriale vim priuilegii habet.* 390. 391. 392.
393. *Obtinet etiam in praeſcriptione reſeruatorum.*
394. *Fortior praeſumtio tollit debiliorem.*
395. *Natura res praeſumitur libera*
396. *Quod vi et belli iure occupatum eodem deficere poteſt.* 397.
398. *Contra libertatem perſonarum non currit praeſcriptio.*
399. *Libertas eſt res maxime fauorabilis.*
401. *In dubio pro poſſeſſore concluditur* 402. 403. 404. 405. 406.
407. *Poſſeſſor turbanti via facti reſiſtere poteſt.*
409. *Quae certam habent obſeruationem non ſunt temere mutanda.*
411. *Nemo in ſui praeiudicium praeſumitur conſentire.*
412. *Generi per ſpeciem derogatur.* 413.

415. *Sin-*

Digitized by Google

415. *Singulariter quae fiunt ſingulariter notanda.*
416. *Priuilegiorum datio arguit imperium.*
418. *Turbatio eſt in praeiudicium alterius ſibi titulum aſſerere.* 419. 420. 421.
422. *Regum controuerſiae iure belli non regulis Philoſophorum finiuntur.* 423.
424. *Reſpondetur ad argumenta pro Imp. adducta* 425. 426. 427. 428. 429. 435.
430. *Gothi foederati Romanorum.*
431. *Ex Gothis Sueci originem habent.*
432. *Gothi de Roma triumpharunt.* 433. 335.
435. *Tituli ſine re ſunt ſomnia.*
436. *Diſcutitur cui ex regibus maris Balthici potiſſimum ius in eo competat.*
437. *De eo D. Balth. Henckeli opinio pro rege Sueciae.*
438. *Contraria opinio Anonymi Dani allegatur pro rege Daniae.* 438. 439. 440.
441. *Argumenta eius examinantur.*
442. *Reiiciuntur.* 444. 445. 446.
443. *Intentio autoris attingitur.*
448. *Opinio vero conuenientior aſſertur.* 449. 450. 451. 452. 453.
454. *Actus ab vtroque rege exerciti annotantur.* 456. 457. 458.
459. *Inter hos reges nuper graue bellum exortum.*
460. *Eius cauſſae ſcriptis, manifeſtis dictis, publicatae.*
461. *Praecipua inter eas commerciorum perturbatio.*
462. *In quibus illa conſiſtat.* 463. 464.
465. *Hollandi ſuper regis Daniae duritie queſti.* 466.
467. *Regina Sueciae bello vicit.*
468. *Martinus Thyſius primus vi irrupit per Elſingorae fretum.*
469. *Claſſis Danica deleta.*
470. *Rex a Suecis et Hollandis in portu concluſus.* 471.
472. *Pax conſtituta Bromsbroae in finibus regnorum.*
473. *Eius conditiones recenſentur.*
474. *Regi Poloniae ius in mari Danus deneganit et ideo naues eius abduxit.* 475 476.
477. *Diſputatum ſcriptis quibusdam a Polono et Dano, an regi Poloniae ius in mari competat.* 479. 479.
480. *Argumenta Anonymi Poloni producuntur.* 481. 482. 484. 486.
483. *Tituli non dant ius, nec eorum omiſſione perditur.*
485. *Res merae facultatis non praeſcribuntur.*
487. *Argumenta anonymi Dani afferuntur.* 488. 491. 492. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 508. 509. 510.
489. *Fines Poloniae iuxta Geographiam qui?*
490. *Dania ex inſulis fere conſtat.*
493. *Quomodo olim diuiſa.*
498. *Hollandorum naues conducentes vbi ſubſiſtant.*
500. *Rex Poloniae tranſitum per Helſingoram [illegible]auit.* 501. 502. 503. 504.
505. *Rex Daniae ſaepe illud fretum clauſit* 50[illegible] 507.
511. *Reſponſiones ad argumenta Dani, cum replicis contra Polonum traduntur.* 512. 513. 514. 516. 517. 518. 519. 521. 522. 523.

520. In

Digitized by Google

520. *In generali conceſſione tantum veniunt ea quae ſub poteſtate Principis ſunt.*
524. *Ius maris ratione littorum non acquiritur* 560. 561.
525. *Ex hiſtoricis deducitur quomodo Boruſſia ad Polonum peruenerit.* 526. 527.
528. *Boruſſia olim ad magiſtros ordinis Teutonici pertinuit.* 529. 530.
531. *Rex Poloniae in eam ius protectionis habuit.*
532. *Eius cum nobilibus et ciuitatibus foedus per ſententiam abolitum* 533. 534. 535. 536.
537. *Albertus primus imperium reliquit, et Boruſſiam a Rege Poloniae feudi iure recognouit* 538. *ideoque proſcriptus fuit.* 539. 540.
541. *Wilhelmus Cronenbergius huic ſuffectus vsque ad a. 1613. cum ſuis ſucceſſoribus comitiis imperii ſubſcripſit.*
542. *Transactio Alberti cum R. Poloniae facta, eſt ipſo iure nulla* 548.
543. *Demonſtratur Magiſtrum ordinis teutonici non habuiſſe ius maris* 544. 545. 546. 547. 550.
549. *Clientela non tribuit Iurisdictionem.* 559.
551. *Gedanum et Elbinga ſunt ciuitates imperii et Hanſeaticae.* 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558.
562. *Rex Poloniae nihil iuris in mari habet.* 563. 564. 567. 568. 569. 570. 571. 573. 574.
566. *Permiſſio Polonorum R. Henrico III. facta fuit inanis.* 567.
572. *Reges Sueciae et Daniae ante initium Ordinis Teutonici mari dominati.* 568. 569.
575. *Dantiſcanorum dicterium quousque R. Poloniae poteſtas maritima ſe extendat.*
576. *Duces Pomeraniae, Megapolis et Holſatiae ad mare habitant.*
577. *Hi olim claſſes in mari habuerunt.* 578. 579. 580.
581. *Turca maria Graeca occupauit.*
582. *Vocat ſe Albi et Nigri maris Dominum.*
583. *Byzantium caput ciuitatum antequam a Turca inſeſſum.* 584. 585.
587. *Sunt respublicae quae ſibi maris imperium arrogant.* 588.
589. *Veneti in mari aedificarunt, et ideo ſe liberos ab imperio eſſe volunt.*
590. *Sed male.*
591. *Dominium Venetorum in mari Hadriatico quale.* 593. *et vnde deſcendat.* 592. 594.
596. *Venetiae regina maris.*
597. *In eam Sanazarii et Oweni epigrammata.* 598.
599. *Effectus Dominii marini Veneti qui?*
600. *Huic ſe Neapolitani opponunt.*
601. *Sed refutantur a propriis Iuriſconſultis.* 602.
603. *Dux Venetorum quotannis ſibi mare deſpondet.*
604. *Veneti olim potentiores.*
605. *Cum Venetis Genue[illegible] certarunt de dominio.*
606. *Belgae potentes in m[illegible].* 611.
607. *Inter eos praecipui Hollandi et Seelandi.*
608. *Bataui liber populus conſentiente ipſo hoſte.* 609. 610.

612. *Ha-*

Digitized by Google

612. *Habent intermedia maria.*
613. *Nauigant in nouum orbem.*
614 *A paruis initiis ita Hollandi creuerunt, vt nulli Principi hodie magnitudine, copia, et aliarum rerum abundantia cedant.* 622.
616. *Bataui plures habent naues, quam totus fere reliquus orbis.* 617. 618. 619. 620. 621.
623. *Hollandia regio frugum ſterilis.*
624. *Elogium Ioſephi Scaligeri ad Ianum Douſam de admirandis Batauiae.*
625. *Heluetii ignorant nauigationem.* 626.
627. *Iuriſdictionem tamen in fluminibus exercent.*
628. *America quarta mundi pars vnde dicta.*
626. *Eam Columbus detexit.*
630. *Qui poſt hunc praecipui inter Hiſpanos.* 631. 632. 633. 634.
637. *Inter Anglos, Gallos.* 638. *Germanos.* 639. *Belgas.* 640.
635. *In America multi populi nauigarunt.* 636.
641. *Luſitan. et Caſtellan. de magn. hoc mari controuerſia.* 642.
643. *Eam quomodo Pontifex diremit.*
644. *Hiſpani Regum Luſit. et Caſtell. ſucceſſores eorum ius in vaſtum illud mare ſibi ſolis arrogant.* 646.
645. *His ſe oppoſuerunt Hollandi.*
647. *Hugo Grotius liberam omnibus populis nauigationem in Americam eſſe aſſerit.*
648. *Examinatur ardua quaeſtio an iure Hiſpani ſibi ſolis tribuant ius in Indias.*
649. *Tria Hiſpani ſibi in Indias vindicant.*
650. *Dominium Hiſpanis, nec ratione inuentionis, donationis, belli, aut pro derelicto competit.* 651. 652. 653. 657. 663. 690.
654 *Inuenire quid.* 655.
655. *India Romanis cognita fuit.*
656. *Inuentio eſt Rerum quae antea nullius fuerunt.*
657. *Non poteſt donatio ſine traditione eſſe.*
659. *Nemo poteſt res alienas donare.*
660. *Attalibae, Regis Indiae, ſcomma in Papam.*
661. *Papae poteſtas limitata, et eius donationes iniuſtae.* 662.
664. *Hiſpani non habuerunt bellum cum Indis iuſtum.*
665. *Praetextus belli Hiſpanos deficiunt.*
666. *Incredulitas an iuſta contra Indos belli cauſa?*
667. *Id defendunt Hiſpani.* 668.
699. *Iudaei pro vaſtatoribus orbis habiti.*
670. *Refutantur Hiſpani* 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 683. 684. 685. 691.
672. *Indi agonizantis eloquium.*
686. *Fides non tollit Dominia* 687. 688.
692. *Nemo re ſua ſpoliari debet.*
693. *Non poſſunt duo vnius rei poſſeſſores eſſe.*

694. *In Hiſpanos quadrat latronis cuiusdam effatum ad Alex. Magnum* 695. 696. 697.
698. *Hiſpanorum tituli ſibi contradicunt.*
699. *Quod meum eſt meum fieri nequit* 700.
701. *Vera cauſa occupandae Indiae Hiſpanis eſt cupiditas imperii et diuitiarum* 702. 703. 704.
705. *Eius titulus violentia, et praedonis vox.* 709.
706. *Quae infirma et quotidie repellitur.* 707. 708.
710. *Mare indicum non pertinet ad Hiſpanos iure occupationis, donationis, aut praeſcriptionis.* 734. 740.
711. *Nauigare non eſt occupare.* 712. 713. 714.
715. *Hiſpani non poſſunt poſſeſſionem probare.* 716. 717. 718.
719. *Mare et aer nullius populi bonis applicari poteſt.*
720. *A vaſto mari populos arcere iniquitas, inuidia et immanitas eſt.* 721. 722.
723. *Non ſubleuat Hiſpanos ſi dicant ſe intermiſſam nauigationem reparaſſe.* 724. 725. 726. 727.
728. *Si non nauigaſſent Hiſpani, feciſſent alii populi.* 729.
730. *Hiſpani littus in hoc mari immenſo non habent, nec ideo aliquid iuris poſſunt ſibi attribuere.* 731.
732. *Piſcatu prohibito non eſt vetita nauigatio.*
733. *Ex lege Hiſpanica licet non impetrata venia in mari nauigare.*
735. *Res quae non eſt in commercio donari nequit.* 736. 737. 738.
739. *Papa in diuiſione inter Luſ. et Caſt. facta voluit aliis populis iura ſua demere.*
741. *Praeſcriptio in publicis iuris gentium rebus non obtinet.* 742. 743. 744.
745. *Nec immemorialis.* 746. 747. 749.
748. *Res merae facultatis non poſſunt praeſcribi* 764.
750. *Praeſcriptio Luſ. et Caſtell. ab aliis gentibus interrupta.* 751.
752. *Conſuetudo iuri naturali aduerſa corruptela eſt.*
753. *Mercaturam in Indiam ſoli Hiſpani neque inuentionis, occupationis, aut praeſcriptionis iure habent.* 754. 758. 761. 762. 763.
755. *Ius mercandi incorporale eſt.* 756.
757. *Neceſſarium vt inter multos vnus ſit primus.*
760. *Pontifex nequit immutare ius naturale.*
765. *Nullo tempore effici poteſt, vt quid potius neceſſitate quam ſponte factum videatur.* 766.
767. *Lucrum non inuertit qui ſuo iure vtitur licet alius damnum habeat.* 768. 769.
770. *Hugonis Grotii conſilium ad Batauos de non intermittenda nauigatione.*
771. *Ordines Confoeder. Belgii noluerunt Indicae nauigationi renunciare.* 772. 773. 774.
775. *Mercatorum Hollandicorum declaratio et rationes cur nauigatio non poſſet omitti.* 776. 778. 779. 780. 781. 782. 784 785. 787.
783. *Bataui nautae ſunt, et ex Oceano viuunt.* 786.

788. *De-*

788. *Demonſtratio damni ſequuturi ſi India relinquatur.* 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 797. 798. 799.
800. *Oblatio regis Hiſpaniae eſt venenum.*
801. *Sublata potentia maritima Hollandi peribunt.* 806. 807.
802. *Nautae regi Hiſpaniarum maieſtatem extorſerunt.* 803. 810. 811. 812. 813.
804. *Principes rationes ſuas tempori accommodant.* 805.
808. *Indi foederati non poſſunt ſalua pietate deſeri.* 809.
814. *Propter commercia Hollandi bella geſſerunt.* 815.
816. *Libertas ſi ex ſeruitute conſtat, nulla eſt.* 817. 818. 819.
820. *Hollandi non poſſunt eſſe contenti commerciis veteribus.* 821. 823.
824. *Libertatis maxima pars vti Oceano libere vti aere.*
825. *Ab Hiſpanis omnia doloſe aguntur.* 826. 827. 828.
829. *In Hiſpaniam Hollandi rege inuito per amicos nauigant.* 830.
831. *Non opus eſt libertatem acquirere, ſi alia via ſerui eſſe volumus.* 832. 833.
834. *Pax debet ſine conditionibus ſeruitutis eſſe.* 835.
836. *Tria poſtulata quae Hollandi Hiſpanis propoſuerunt, referuntur.* 837. 838. 839.
840. *Illa repudiantur.* 841. 842. 843. 844.
845. *Hollandi ſummo ſtudio in Indias nauigant.*
846. *Amſteldami duae domus Indiae orientalis et occidentalis totius mundi diuitias habent.*
847. *Petrus Hein claſſem auro et argento onuſtam Hiſpanis ademit.* 848.
849. *Hiſpanus cogetur de ſuo rigore remittere.*
850. *Violentum non diuturnum.*
851. *Angli, Galli, Veneti etiam contradicunt Hiſpano in Indica nauigatione.* 852. 853. 854.
855. *Guſtauus Adolphus, R. Sueciae, Argonauticam ſocietatem ex Gothenburgo inſtituere voluit.* 856. 857. 858.
859. *Illa ſocietas debuit a Collegio exerceri.* 860.
861. *Finis illius ſocietatis generalis debebat eſſe gloria Dei et incrementum Europae.* 862.
863. *Particularis, Sueciae reditus, participatio ſociorum, et ſingulorum commodum quod vilius poſſent emere.* 864. 865.
866. *Director ſocietatis Wilhelmus Wſſelinx conſtitutus.*
867. *Mors Guſtaui Adolphi gl. mem. negotium ſufflaminauit.*
868. *Magnus Cancellarius R. Sueciae rurſum ordinibus Germaniae commendauit.*
869. *Nequiit ob graue cum Caeſare bellum, cui diſcordia cum Saxone et bellum cum R. Daniae acceſſerunt in effectum deduci.* 870. 871.
872. *Similem ſocietatem dux Holſatiae inſtituere allaborauit.*
873. *Sed fuit infelix et triſtis.* 874.

Digitized by Google

1 Deduxit nos ordo vt contemplemur illuſtriores gentes quae ma-
rini dominii quibuſuis ſeculis potiti, nam exemplis res ſit clarior
2 *l. 3. ſ. 5. d. condict. cauſ. data. l. 54. ad SC. Trebell.* Indicabimus ſi-
mul illuſtres quasdam controuerſias, quae bellis aliisque motibus ſu-
3 per dominio maris cauſſam dederunt. Et initio ducto ab Aſiae po-
4 pulis, primus cuius hiſtoriae meminerunt, eſt Minos, Cretae Rex, qui
maris graeci partem maximam vt dominus obtinuit. THVCYD. *l. 1.* DIO-
5 DOR. SICVL. *Biblioth. 4.* SENECA *in Hipp. act. 1.* poſt huius tempora recen-
ſentur in Euſebii et Africani Chronicis ſeptendecim populi, aliquot
Europaeis intermixtis, qui maris imperium habuerunt, veluti Lydi,
Pelaſgi, Thraces, Rhodii, Phryges, Cyprii, Phoenices, Aegyptii,
Mileſii, Cares, Lesbii, Phocaeenſes, Corinthii, Iones, Naxii, Ere-
6 tricenſes, Aeginetae. SELDEN. *lib. 1. cap. 10.* De Iudaeorum mari-
timo iure teſtantur. *Deut. 33. v. 23. Num. 34. v. 7.* Tyrus dicitur
in corde maris ſedere. *Ezech. 26. 27.* et quotcunque claſſes eius adie-
7 runt, ſuae poteſtatis feciſſe. CVRT. *lib. 4. de reb. geſt. Alex. M.* Nec
minus Reges Aſiae maris potentiam ſibi attribuerunt. Antiochus
Epiphanes inquit, nonne mare Syriacum ſc. et tellus mea ſunt? SEL-
8 DEN. *l. 1. c. 12.* . Xerxes id voluit cum Helleſponto lymphata mente
9 verbera infligebat. HEROD. *lib. 1.* Meminit PHILOSTRATVS *in vit. Apoll.
lib. 3. c. 11.* cum Rex Erythrias mari rubro dominabatur, Aegyptios
non potuiſſe ex pacto illud naui longa ingredi, oneraria vero tantum
vna. Eo referunt hiſtorici quando reges Perſarum vt Darius, Xer-
10 xes a Cois. HEROD. *l. 4.* POLYB. *lib. 9.* Nabuchdonoſor a populis vi-
cinis, *Iudith. c. 7* ſibi terram et aquam dedi poſtularunt, quaſi vtrius-
que domini eſſent. De Ptolomaeo Philadelpho THEOCRIT. *ait*, quod
11 multae telluris dominus fuerit multi item maris. *Idyll. 17.* Alexan-
12 der M. victoria in oriente obtenta voluit in Europam traiicere,
vt cunctae telluris ac maris dominus fieret. IVLIAN. *imp. in Or. 3.* Ho-
13 die in Aſia primas Turcarum imp. tenet. Inſigniores enim Aſiae re-
giones maxime, quae a mari alluuntur, ſub dominio ſuo habet. Ini-
tium facit Aſia minor, ſ. Aſia proprie ſic dicta, hodie Natolia, quam
ſequitur Phoenicia, Palaeſtina, aliaeque multae terrae, quas enumerare
14 noſtri non eſt inſtituti. Vbi maxime maribus et fluminibus domina-
tur et tantum ſui metum ſuis claſſibus incutit, vt etiam in noſtro ocea-
no eius ſentiantur veſtigia. Et ſicut ex Pandorae pixide affatim ma-
la

Digitized by Google

la exierunt, ita poſt captam Conſtantinopolim inſatiabilis ille Chri-
ſtiani cruoris hoſtis imperii ſui fines latius proferendo omnia formi-
dine compleuit, vt tanquam nouum Attilam vel ſi Tyrannorum quis
nobilior timeamus. Quis non ſine gemitu aſpicit omnes minoris Aſiae 15
prouincias Turcarum Sceptra reuereri? SORANTZ. *in Othm. cap.* 8.
Quis Rhodum ſatis deplorat? Quis Cyprum? quas inſulas vel regna 16
dicam, firmiter tenet? MÜNSTER. *in deſcrip. Rhod.* THVAN. *lib. 47.*
hiſt. Syria cui paret, Damaſcus, Palmyra quem aſpiciunt cum Liba- 17
no. Ex his locis maiores claſſes educit, quam ex Alepo, Alexan- 18
dretta, Paruto, Tripoli, Syriae et Phaeniciae aliis portubus. Memi-
nimus claſſium ad expugnandam Melitam. THVAN. *lib. 36. p. 7. 39.* 19
Cretam, *id. lib. 47.* miſſarum. Suſpicimus merito trophaea Iohannis
Auſtriaci ad Echinadas de Turcis reportata. FAM. STRAD. *in hiſt. belg.* 20
lib. 10. p. 701. THVAN. *lib. 48.* deſcribit. THVAN. *lib. 10. et ſeq.* eius de-
ſcenſum cum ingenti claſſe in mare Tyrrhenum, vt Italiae loca et
portus ſub metu contineret: Et nos proh dolor quotidie experimur,
quam non contentus Aſiae, Africae, Italiae locis, vlterius circum
Galliam, Angliam cum claſſe nauiget, homineſque in diram captiui- 21
tatem abducat, nobis publicum precum ſolatium relinquens. Hanc
ſuam potentiam vt eo melius tueri poſſit, quatuor in vniuerſum naua-
lia habet: Vnum in Peru pro vrbe Conſtantinopolitana, alterum Cal- 22
lipoli pro portu Euxino, tertium in Sues pro ſinu Arabico, quartum
ad Balſeram ad tuendum ſinum Perſicum. BERT. *in Breuiar. tot. Orb.*
pag. 6. 5. Sequitur Rex Perſarum cuius ditiones et regna annotant 23
CLVVER. *in introd. Geogr. lib. 5. c. 12.* BERT. *in breu. t. o. p. 68.* Sunt
in his regionibus duo illi celeberrimi fluuii Tigris et Euphrates, qui 24
in Armenia orti diuerſis fontibus poſtea iunguntur, effunduntque
ſe in Mare Perſicum ſiue rubrum. BERT. *d. l.* CVRT. *l. 4.* Olim regias 25
naues in Phaenicia Perſarum Regem habuiſſe PEZEL *part. 1. mell. hi-*
ſtor. pag. 138. narrat. Praeterea Rex Perſarum in ſinu Perſico obti- 26
net inſulam et ciuitatem Ormutz, vrbem elegantem emporiumque
gemmis, vnionibus atque aromatibus, quae India, Perſis et Arabia
mittunt celeberrimum CLVVER. *in intr. Geo. lib. 4. c. 15.* QVADVS *lib.*
2. enarr. Geogr. c. 10. Inueniuntur in hac vrbe negotiatores plurimi 27
QVAD. *d. l.* ex omnibus regionibus. BERT. *in Geogr deſcript. Reg.*
Ormutz. adeo vt Turcae dicant: *Si le monde eſtoit vn anneau, Ormutz*

Digitized by Google

en ſeroit la pierre. BERT. *d. l.* Hanc Ann. 1623. Hiſpano Perſa eri-
28 puit. BERT. *in breu. orb. pag. 68.* Indiam Ganges eius regionis flu-
uius maximus mediam ſecat, BERT. *in breu. orb.* hunc vti et Indum
nauibus ſulcauit *Alex. M.* CVRT. *lib. 8.* ex iisque in Indicum mare ſe
demiſit, vt alterum orbem quaereret. Vti hoc CVRT. *d. l.* fuſius ex-
29 ponit. Diu Europaeis quia tam longinqui maris nauigatio nondum
30 certa eſſet, incognita fuit. CLVV. *d. l. lib. 5. c. 8.* At primus Guaſco
Gamma Portugalenſis an. 1497. ab Hiſpanis profectus ſuperato bonae
ſpei Promontorio, atque vniuerſa Africa circumnauigata Indiae o-
ram maritimam perluſtrauit. BERT. *in deſc. Ind. Or. p. m. 719.* Inuen-
ti Indi ſunt nauigiis circa ſcopulorum crepidines haerentes. Poſtea
31 Hiſpani eam occuparunt, et non ſolum oras maritimas multis pro-
pugnaculis munuerunt, ſed etiam ſibi Indicam nauigationem ſolis aſ-
ſerere voluerunt, de quo iure infra *n. 641.* Vid. BENZON. *prolix. in*
32 *hiſt. nou. orb.* Ipſi Indi hodie cum Hiſpanis et Hollandis, qui Hi-
33 ſpanis ſubditi non ſunt commercia inſtituunt. EMER. METER. *in Hiſt.*
Belg. part. 2. lib. 28. Adiacet Indiae Inſula Sumatra, quam PLIN.
et PTOLOM. Taprobanam nominant, exacteque deſcribunt. De Ma-
34 gno Chamo, Tartaris, Scythis, Chinae Regibus. *vid.* HONT. *in Enar.*
Geogr. CLVVER. *in introd. Geog.* BERT. *in breuia. t. orb.* qui prolixe
eorum ſitum, maria, flumina &c. deſcribunt. Vbi imprimis notan-
dum quod de Quinſay regia regis Chinarum vel Tartari ex PAVLO
VENETO CLVV. *Mont. d. l.* referunt, quod in ea ſint pontes lapi-
35 dei duodecim mille, quorum quidam tantae altitudinis, vt maiores
naues erecto malo ſubmeare queant.

36 Ex Aſia in Africam ſecundam Orbis partem tranſimus, et quod
mare, praeſertim Mediterraneum attinet, potentiſſimi in eo fuere
Poeni ſeu Carthaginenſes eorum primi, Tyro oriundi. Paeni adeo
38 potentes in mari fuerunt, vt omnibus mortalibus nauigatio eſſet pe-
riculoſa. POMPEI. FEST. *in verb. Tyr. Mar.* Illis poſtea deuictis Aga-
39 thocles Siculorum R. maris potitus eſt, ſed non diu, dominatus enim
ille breuibus Carthaginenſibus reſtitutus eſt. Extant illuſtria poten-
40 tiae marinae documenta, quod vsque ad bellum Punicum primum
Carthaginenſes maris Dominium citra controuerſiam obtinuerint.
POLIB. *lib. 2. et 3. Hiſt. et paulo poſt:* Maris imperium ſine omni con-
trouerſia a Maioribus acceptum. Et patet vlterius hoc ex foedere
inter

Digitized by Google

inter eos et Rom. *Olymp. 68.* diu ante bella Punica icto, ibi. Ne na-
uigando Romani, Romanorumue ſocii vltra pulchrum promontorium 41
(Africae eſt) extra quam ſi tempeſtatis aut hoſtium vi fuerint coacti.
In ſecundo foedere inſuper eſt, ne quis Romanorum aut Africam, aut 42
Sardiniam appelleret, niſi aut commeatus accipiendi gratia, aut na-
ues reficiendi. POLYB. *d. l.* Nunc temporis Africam tenent Aethio- 43
pes, Turca, Tuneti Reges, cuius Regni caput eſt Tunetum am- 44
pliſſimum emporium, quod ex cadaueribus Carthaginis erutum fre-
quenter a Venetis et Genuenſibus inuiſitur. Carolus V. ingenti claſ- 45
ſe adornata illud Turcae eripuit et Regem quondam Turcae vectiga-
lem regno reddidit. THVAN. *lib. 7. hiſt.* IOV. *Hiſt. lib. 33.* Idem im-
perio Philippi II. R. Hiſpan. fecit Iohannes Auſtriacus. STRAD. *in
Hiſt. Belg. lib. 20. p. 702.* ſed illi ipſi Philippo adhuc viuo a Turcis e-
reptum eſt. EMAN. METER. *Hiſt. Belg. Vol. 2. lib.* In foedere Tur-
cae cum Gallo A. 1604. contracto Turca concedit liberam piſcationem 46
et veniam indagandi corallia Gallo in fretis et ſinubus aliquot maris
Africani inter regna ſua Algerianum et Tunetanum. SELD. *Lib. 1. c. 19.*
Reliquam partem Africae claſſibus plerumque et maxima potentia ob- 47
errant Turca, Luſitani, et Rex Hiſpaniae caeteris omnibus metuen-
di, ſibi inuidentes. CLVV. *lib. 6.* GEG. *c. 10.* Vbi addit, quod contra 48
Mauritaniam iaceant famoſiſſimae illae Inſulae Fortunatae numero ſe-
ptem, CLVV. *d. l.* quarum vna Canaria dicitur, a canum multitudine
cum PLIN. autumantibus. GERHARD. *Mercator. in Atlant. Ger. Friſ.
in Geogr.* Tandem de Europa dicendum, tertia et quidem minima 49
orbis parte ſi reliquis confertur, at omnium optime culta et a claris-
ſimis gentibus mari terraque valentibus inſeſſa. Quarum quidem 50
primo nominantur Graeci et inter hos Athenienſes et Lacedaemonii.
De Laconibus *Demonſt. ait 3. Philip.* θαλάσσης μὲν ἦρχον καὶ γῆς ἁπά-
σης mari dominabantur et terrae vniuerſae. De Athenienſibus idem *in* 51
orat. d. Haloneſo. nihil aliud a vobis poſtulat (Philippus ſc. Macedon.
R.) quam vt mari praeſiciatur, vtque confiteamini vos ſine Philippo
nec mare tueri poſſe. Hi enim praepollebant mari, et aliquando
caeteris leges ponebant. Caput foederis cum Laconib. icti eſt, vt 52
Lacones quidem mari vtantur, ſed minime nauigent naui longa, ve-
rum alio nauigio, quod remis actum vecturam talentorum quingen-
torum non excederet. THVCYD. *lib. 4.* et conceſſerunt tandem Laco-
nes,

nes, vt Athenienſes mari duces eſſent, AEMIL. *in Vit. Timoth.* qui-
53 bus adſtipulatur DEMOSTH. *orat. aduerſ. Leptin.* ibi Dominos vos ma-
ris (Byzantio Thraſibulo tradito) fecerunt adeo vt decimam vendere-
tis. Deuicto etiam Artaxerxe Longimano, inter caetera cautum, vt
54 ſemper a mari Graeco curriculum equi abſtineret, neque intra In-
ſulas Cyaneas et Chelidonias nauem longam vel roſtratam haberet.
55 PLVTARCH. *in Vita Cimon.* Poſt Graecos ſequuntur Itali, inter quos
olim Spineta vrbs ad Padi oſtium mari valuit, et ex prouentibus eius
Delphos Apollini decimam miſit. STRABO *lib. 5.* deinde Tyrrheni
56 maris domini fuerunt. DION. HALICAR. *n. or. Roma. lib. 1.* illudque diu
obtinentes a ſe denominarunt. DIOD. SICVL. *bibliot. lib. 5.* Tandem
57 omnis poteſtas ceſſit Romanis, qui ſubacta Italia et deuicta Carthagi-
ne aemula vrbis, finitimas gentes, et cum illis mare ſibi ſubdiderunt
non minus de mari ſaepius quam terra triumphantes. Erat illud im-
58 perium ad quod conſtituendum et Virtus et Fortuna contenderant.
Fl. l. 1. quod primum et ſolum poſt hominum memoriam ortu et oc-
caſu fines ſui regiminis terminauit. HALICAR. *lib. 1.* et inde meretur
59 omnibus anteponi nationibus *l. 1. C. d. iuſt. Codic. confir.* quia totum
60 fere orbem ſibi adiunxit, *Nou. 24. in praef.* et hoc eſt quod Poeta ait;
Imperium Oceano famam gens terminat aſtris.
61 Equidem ante bellum Punicum primum Carthaginenſes mari ſu-
periores fuerunt, eo vero exorto claſſis nauium 160. intra ſe-
xageſimum diem quam caeſa fuerat ſylua in anchoris ſtetit, et hac
62 C. Duillius Carthaginem in ipſo mari deleuit; et pudebat nobilem
populum ablato mari raptis inſulis dare tributa, quae iubere conſue-
uerat. FLOR. *lib. 2. c. 2.* LIV. *lib. 21.* PLIN. *lib. 16. nat. hiſt. c. 19.* Belli
igitur ius primam maris potentiam Rom. tribuit. Similiter Cilicio et
63 Phaenicio mari dominabatur vt patet ex foedere Antiochi Syriae R. ibi
tradito Antiochus naues longas armamentaque earum; neue plures quam
64 decem naues actuarias quarum nulla plus quam 30. remis agatur, ha-
beto; neue nauigato circa Calycadnum, neue Sarpedonem promon-
toria, extra quam ſi qua nauis pecuniam, ſtipendium et legatos, aut
65 obſides portabit. LIV. *lib. 38.* POLYB. *in excerp. legat. c. 30.* Annibal
omnia concedit Rom. addens Carthaginenſes incluſos littoribus Africae
vos (quando ita diis placuit) externa et iam terra marique videmus re-
66 gentes imperia LIV. *lib. 30.* Poſtea etiam caſtigatus eſt ſenatus Car-
thag.

Digitized by Google

thag. quod contra foedus exercitum et nauales materias habuerat LIV. *Lib. 38.* et placuit quod extra fines exercitum duxiſſent bellum iis indici LIV. *lib. 39.* De Scipione Afric. CLAVDIAN. ait *praef. in lib. 3. ad* 67
Stilic.

Ergo ſeu patriis primaeuus manibus vltor
Subderet Hiſpanum legibus Oceanum.

De Pompeio PLIN. *lib. 7. nat. hiſt. c. 26.* omnem oram maritimam a 68
praedonibus liberauit, et imperium populo Rom. reſtituit: idem FLOR. *lib. 3. c. 6.* ſolebat illud imperium in piratas ſpeciali mandato ſicut Pompeio et Antonio factum, decerni. Neque tamen iurisdictio 69
tantum a Pompeio exercebatur, ſed ipſum territorium marinum quod inuaſerant Cilices, armis recipiebatur. Vnde MANIL. *Aſtron. lib. 4.*

Quis te Niliaco periturum littore magne,
Poſt victas Mithridatis opes, pelagusque receptum
crederet?

Tiberius Nero (ex legatis Pompeii) Gaditanum fretum, vbi primum 70
maris noſtri limen aperitur, obſedit. De latiſſimo Rom. imperio DION. HALICAR. *orig. Rom. lib. 1.* ait, vniuerſi maris domina eſt (Roma) 71
non ſolum illius quod intra Herculis columnas habetur, verum et ipſius oceani (nota hyperbolen) quacunque eſt nauigabilis. et APPIAN. *Alex. in praef.* Maris mediterranei totius tenent Romani dominium. 72
Vnde et MELA *lib. 1. c. 1.* (de eodem loquens) id omne qua venit, quaque dispergitur vno vocabulo noſtrum mare dicitur. CASSANDRA 73
apud Lycophr. populo Rom. praedixit γῆς καὶ θαλάσσης σκῆπτρα καὶ μοναρχίαν. Et Venus ad Iouem apud VIRG. *Aeneid. 1.*

Certe Romanos olim voluentibus annis
Hinc fore ductores renouato ſanguine Teucri 74
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent.

Hoc fine etiam duumviri nauales fuerunt Romae claſſis ornandae et 75
reficiendae cauſa. LIV. *lib. 40. n. 42.* IOH. WILHELM. *d. Magiſt. Ro. cap. 25.* tributis comitiis creati, LIV. *l. 9. Roſin. lib. 6. Antiquit. Rom. c. 20.* Hoc iure hinc inde nauigarunt, et ingentem ſaepe claſſem in 76
mari habuerunt, quod ex LIV. *lib. 41.* paſſim notat VEGET. *de re milit. lib. 5. ibique* STEWICH. Probatur quoque legibus quibusdam *L. 3. Ne* 77
quid in l. publ. vbi in littora imperium habere dicitur *L. 13. §. fin. d. iniur.* vbi conductori interdictum datur, ſi publice conduxit. Nam

I vis

Digitized by Google

78 vis ei prohibenda eſt, quo ſecure conductione ſua fruatur. Licet
non approbem quod non alia ratione inter publica referatur *in d. §. fin.* quam cauea et balnea, quae in proprietate populi ſunt, et publica dicantur quatenus pro mercede conducitur eorum vſus *l. 15. d.*
79 *V. S.* Nam publicum aliquando non minus populi ſed omnium gentium intelligitur. *vid. ſupr. c. 4. n. 18.* Vox enim populus non ſem-
80 per hunc vel illum in indiuiduo, ſed omnes gentes ſignificat. SEN. *ep. 105. et Nat. qu. 1. c. 3.* PLIN. *lib. 2. c. 7.* IOH. ISAC. PONTAN. *l. 2. c.*
81 *6.* Ita aduerſus eum qui molem in mare proiecit, interdictum vtile competit ei, cui forte haec res nocitura eſt. *l. 2. §. 8. ne quid in loc. publ.* ſi nemo damnum ſentit, tuendus qui molem iecit *d. §. 8.* et ſi quis in mari nauigare prohibetur iniuriarum habet actionem *d. l. 2. ſ. 9.* et ARIST. ICtus ait quod mari occupatum eſt fieri publicum *l. 10. d. R. diu.* et de Inſulis Italiae dicitur quod Italiae pars ſint *L. 9. d. iudic.*
82 Tranſeuntibus iam nobis ad praeſentes Italiae et caeterae Europae Principes ſine Sacrilegio omitti nequit, quin primo loco Impp.
83 Roman. Germanus ponatur, vbi ſtatim difficilis at elegans quaeſtio ſuboritur, an etiam hodie regnantis Impp. maieſtas et ſupremum Imperium in maria ſe extendat? Ad pleniorem quaeſtionis enucleationem praemittendum, quid anteceſſores ipſius iuris in mari obtinue-
84 rint. Hic Dd. turba ſe offert, qui vniuerſale imperium in omnia maria ipſi concedunt ex ratione quod mundi Dominus dicatur. LVC.
85 *2. l. 9. ad L. Rhod. d. iactu l. 6. §. 2. d. excuſ.* Dominus Orientis, Occidentis, Meridiei et Septentrionis. BALD. *in conſil. 359.* ZIERITZ. *d. Praerog. Princ. n. 1036.* CLVT. *ſyll. rer. quot. conc. 9. lit. e.* lex ani-
86 mata in terris *Nouell. 105. c. 2. in fin.* cuius territorium eſt totus orbis. *Abb. vol. 2. conſ. 51.* qui omnes prouincias, *gloſſ. in C. venerab. X. d. Elect.* populus, *Bl. in l. 1. C. de ſum. Trin.* reges et regna tenet.
87 CASTALD. *tr. d. Imper. quaeſt. 52.* Mundi appellatione etiam maria ve-
88 niunt. CALVIN. *in Lexic. Iur. in ver. mund.* cum ſint ipſius pars. CLVV. *in introd. Geogr. lib. 1. c. 1.* Hinc de populo Romano PETRON. *Arbit. in Satyr.*

Orbem iam totum victor Romanus habebat.
Qua mare, qua terra, qua ſidus currit vtrumque.

89 Et vetus inſcriptio de Auguſto, Orbe mari et terra pacato, Iano cluſo, bis enim Ianum Quirinum terra marique parta pace cluſit. SVETON.

TON. *in Off. c. 22.* Sed haec opinio plena faedae adulationis. Nun-
quam enim 1. Impp. imo nec Romani ipſi totum terrarum orbem ſi- 90
bi ſubiectum viderunt. *l. 5. §. 2. l. 7. l. 19. d. capt. et poſtlim. reuerſ.*
multo minus maria terris maiora. 2. Quid iuuat mare mundi partem 91
eſſe, ſi modo non terrae ſit. 3. quis titulus et quod medium hic fin-
gi poteſt. 4. Textus adducti ſynedochice loquuntur ſumta voce 92
mundi pro maiori eius parte, non quidem per ſe, ſed contempla-
tione Rerumpubl. et regnorum aliorum. PAVRM. *d. Iurisdict. lib. 2. c.*
1. n. 21. Ob medium enim inhabile generalis locutio reſtringitur ad 93
orbem Rom. nec operatur niſi in quantum poteſt EVERHARD. *in topic. le-*
gal. loc. 5. num. 1. REINK. *tr. d. regim. ſecul. l. 1. l. 3. c. 13. n. 21.* REINHARD.
KONIG. *d. Stat. Imper. ap. Arum. v. 2. I. P. diſ. 16. n. 17.* Sic Cyrus, ESDR. *1.*
v. 2. 3. Artaxerxes, ESD. *14. v. 2.* Nabuchdonoſor, *Dan. 2. v. 37.* vniuerſi 94
mundi domini dicuntur, quod tamen nimis crude de toto orbe intel-
ligitur, ſed bene de parte mundi, praeeminentique in ea poteſtate. AR-
NIS. *d. Iur. Mai. c. 2. n. 3. pag. 20.* 5. caetera Dd. effata vt deliria con- 95
temnimus. Alii temperant hanc ſententiam, et volunt quod Impp. 96
omne illud dominium quod in maria Romana habuerunt, teneant;
ideo quod lege Regia, quae de eius imperio lata eſt, populus Ro- 97
manus omne imperium et poteſtatem in eum conceſſerit §. *6 d. I. N.*
G. C. l. 1. princ. d. conſt. princ. LANS. *diſc. d. l. Reg. th. 40.* LIMN. *1. I.*
Publ. c. 12. n. 67. et per conſequens etiam dominium maris *arg. l. 9.*
d. iudic. Is vero qui in alterius locum ſuccedit, eodem iure vtitur 98
quo autor illius vti potuit *l. 165. §. 1. d. R. I.* et ſurrogatum ſapit na-
turam eius cui ſurrogatur *l. 10. §. 2. ſi quis caut. in iudic.* participat- 99
que de omnibus illius priuilegiis cui ſurrogatur *l. 10. C. de aquae d. l.* 100
51. §. pen. de minor. Hac etiam poteſtate Imperatores in diuerſis littori-
bus vſi ſunt, vti exemplis aliquot demonſtrari poteſt. De Auguſto 101
SVETON. *in Vita c. 49.* ait quod vnam claſſem Miſeni et alteram Ra-
uennae ad tutelam ſuperi et inferi maris collocauit, quarum haec
Galliam, Hiſpaniam, Mauritaniam, Africam, Aegyptum, Sardi-
niam, atque Siciliam in proximo habebat, illa Epirum, Macedoni-
am, Achaiam, Prophitidem, Pontum, Orientem, Cretam, Cyprum
petere poterat. Meminit etiam *Tac. 1. ann.* quod imperium Oceano 102
ſepſerit, et claſſes, legiones connexuerit *n. 3.* ſicut et in breuiario im-
perii claſſes deſcriptae *id d. l. n. 4.* Caligula quia conchas tanquam 103

Digitized by Google

ſpolia Oceani Capitolio, Palatioque debita in littore Batauico lege-
rat materiam dedit decreti triumphi maximi, et quantus vnquam a-
104 lius fuit SVETON. *in Calig. n. 46.* Veſpaſianum IOSEPHVS dominum
maris et telluris dicit *de bell. iudai. l. 3. c. 27.* Traianum PLIN. *in Pa-*
105 *negyr. p. 44.* ſic introducit: Non exturbatis prioribus dominis omne
ſtagnum, omnem lacum, omnem ſaltum poſſeſſione circumuenis, nec
vnius oculis flumina, fontes, maria deſeruiunt: ecquid Caeſar non
ſuum videt, tandemque imperium Principis, quam patrimonium,
106 maius eſt. Antoninus Pius ſe Dominum mundi legem vero maris
nominat, nec aliter leges maritimas Rhodiorum effectum ſortiri de-
bere dicit quam quatenus ſuis non derogent *l. 9. ad. l. Rhod. d. iact.*
107 et OPPIAN. ad ipſum HALIEVT. *lib. 3.* Tuis ſub legibus mare voluitur
et piſcium turba per mare diſpoſita. Hic antequam vlterius progre-
diamur, error eorum detegendus, qui ex hac *l. 9.* contrarium de-
108 monſtrare allaborant. Caſus *l.* hic eſt. Imperatore Antonino
Eudaemon ſupplicem libellum obtulit, vt ſibi bona reſtituerentur
direpta a publicanis facto naufragio in Italia. Locus nau-
fragii falſo eſt Italia, legendum potius in Telo vna Inſularum
inter Sporades, quae Cycladibus, in mari Aegeo ſeu Icario adiacent.
109 SAM. PET. *l. 3. miſc. c. 11.* CLVV. *in introd. Geograph. lib. 4. c. 20.*
HEIDMAN. *in man. ad Geog. vet. cap. 9. n. 372.* Geographia enim et
diſtantia loci repugnat, vt Italiam legamus, et Cycladum hic fit men-
tio, quae in mari Graeco ſparſim iacent, vt patet ex POLYB. *lib. 4.*
c. 10. STRABON. *lib. 10.* et *Tabul. Graec. Geogr. Sophiani.* vnde ſequi-
tur non potuiſſe naufragium fieri in Italia, et direptionem iuxta In-
ſulas Cycladum. Reſpondet Imperator: Ego mundi Dominus, lex
110 autem maris. Vulgatam lectionem diuerſimode alii explicant; Qui-
111 dam hunc l. ſenſum dicit, mundi lex princeps eſt, lex maris ex
lege Rhodia petenda. At his repugnat conſtructio Graeci ſermonis.
Et ſi is deberet ſenſus eſſe, ita loquendum fuiſſet: Ego dominus or-
bis, lex Rhodia autem maris, ea lege decidatur &c. At vt ſunt ho-
die verba concepta legem illam, quae domina eſſet maris, diuerſam
ineſſe oportet a lege Rhodia, qua res maritimae finiri debent. Nam
112 illa videtur generalis, haec ſpecialis. Pars Dd. emendant. Alii ex-
113 ponunt ita, quod quidem imperator ſit Mundi Dominus, maris ve-
ro tantum lex. Inſipide! annon mare pars eſt orbis, τοῦ κόσμου? Po-

namus

namus diſtincta eſſe mare et orbem, cur ſibi diuiſum Imperium Im-
perator cum lege aſſignat? ſuum in terra, legis in mare? nonne
lex ſub Imperatore eiusque poteſtate? *L. 31. d. ll. Nou. 105. c. 2.* quid
lex niſi ipſius placitum. *§. 6. d. Iu. N G. C.* et vnde lex maris niſi ex 114
dominio? Rurſus quaenam illa lex cum qua diuiſum imperium? An
Rhodia? Non poteſt. Nam de illa nihil adhuc dictum. Et abſur- 115
dum cum tot ſint leges, et maioris authoritatis eam κατ᾽ἐξοχὴν legem
dici. Et quid ſi Rhodii controuerſias nauticas decidant, inde ſequitur 116
negatio dominii? Annon cum Rhodiis Imperator concurrere in iu- 117
riſdictione poteſt, vt praeuentioni locus ſit, et ſi Rhodus tantum do-
mina maris, quomodo Imperator eam coercere poteſt vel plane tol- 118
lere. Imo quid illud lege Rhodia controuerſiae maris decidantur, ni- 119
ſi Romanae leges repugnent, E. et Romana lex domina maris, et tan-
to magis, quia Rhodiam vincit. Ridiculum etiam legem in mari do-
minari, cum Imperator ſit dominus legis, et ita ipſe per eam in mari 120
dominetur? Praeterea quid hoc eſt quod Imperator ſe dominum or-
bis dicit, an aliter eum regit, quam per leges, cum legibus ſolutus
ſit nulla lex vel in terra vel mari ſupra eum fingi poteſt. Si lex vl-
la eſt domina maris, per eam ipſe eſt dominus maris. Si dominus
eſt orbis, per leges in orbe dominatur. Non videtur ergo hic eſſe
verborum ſenſus. Iohannes IGNEVS *in d. l. 9.* tradit, Imperatorem eſſe 121
mundi et maris (non tamen vniuerſi) dominum? cum et in mari LL. 122
dare poſſit, et de rebus maritimis iudicare quaſi viua lex maris. Idem
ALCIAT. *lib. 1, diſpunct. c. 5.* Haec quidem vera, ſed l. ſenſum non
efficiunt planum. Conuenit huic opinio *Franciſci de Amaya 1. obſeru.*
1. §. 76. quod ſcilicet Imperator ſit mundi Dominus, tamen velit in
rebus fiſcalibus (vbi inter fiſcum et priuatum res agitur) iuxta LL. 123
nauticas controuerſiam terminari, quamuis non opus habeat *arg. §.*
fin. Quib. mod. teſt. infir. Hoc quidem verum eſt, ſed illud manet 124
dubium, quae lex maris ſit, et iuxta quam Imperator velit contro-
uerſias inter fiſcum et naufragos decidi. Apertius SAM. PETIT. *miſc.* 125
l. 3. c. 11. probat, quod Imperator ſit Dominus maris, quia 1. leges
dicere vult iis, qui nauigant. 2. inter Eudaem. et publicanos vult
controuerſiam terminari, et 3. clare fatetur ſe poſſe Eudaemoni ſuc- 126
currere etiam ſine lege Rhodia, ideoque 4. eatenus admittit Rhodio-
rum ſententiam, ne ſuis legibus aduerſetur. Alias *in fine miſcell.* ait,

quod Imperator dicat, ego quidem Dominus mundi, at ventus (ὁ δὲ
127 ἄνεμος ita enim corrigit) maris imperium habet, nec poſſum facere
quo minus naufragium paſſus fueris. De caetero quid iuris iudicent
Rhodii. Hanc ſententiam pluribus incruſtat IOH. ISAC. PONT. *2. diſſ.*
128 *hiſt. 14.* nec omnino negligenda, cum Imperator dominium maris
non adimat. Lectionem antiquam retinet (interpunctione tantum
129 mutata) SELDEN. *1. d. mar. clauſ. c. 25.* et binas explicationes affert
dominio maris, et legum ſenſui aptas 1. punctatione ita facta (ἐγὼ
130 μὴν τῦ κόσμυ κυριος, ὁ τε νόμος τῆς θαλάσις. i. e. Ego quidem mundi Dominus, ſed vero huiusmodi, ſeu illa lex, ſeu Mos eſt maris,
ſcilicet vt naufragorum bona fiſco cedant. Lege Rhodia decernatur
quatenus noſtrae non repugnat.) refert ſe ad rem a publicanis geſtam,
131 qui more maritimo naufragorum bona publicarunt: ideo dicit, ego
mundi Dominus, at lex illa maris, ſeu conſuetudo eſt, vt naufrago-
132 rum bona cedant fiſco: quia vero huic mori poterant vel ex priuilegio, vel ex qualitate bonorum pro re nata obtinente lege temperamenta addi quorum ratione forſan aut publicandis eſſet hac cauſſa bonis abſtinendum, aut conquerenti ob temporalem aliquam exceptio-
133 nem non agendum, hinc *legibus Rhodiis* rem ſuccincte ſine circumſtantiis
narratam finiendam voluit, ſed quatenus ſuae legi non aduerſaretur. 2.
134 Punctatione intermiſſa hoc modo (ἐγὼ μὴν τῦ κόσμυ κύριος. ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης τῷ νόμῳ τῶν ῥοδίων, id eſt: Ego quidem mundi dominus ſed vero
lex ſeu mos ille maris, ex lege Rhodiorum nautica decernatur, quatenus noſtrae non aduerſatur) vt talis ſenſus emergat, impp. laeſis tam
mari quam terra velle ſuccurrere, ſed an queritanti ſit ſuccurrendum,
135 et quodnam ius ſit maritimum, decernatur ex Rhodiorum LL. quae
in mari permittentibus nobis obtinent, vbi noſtris non reluctantur.
136 Haec SELDEN. *d. l.* Has explicationes IOH. ISAC PONTAN. *2. diſc. 14.*
carpit, cum nulla forma dicendi ſit, qua lex maris ex L. Rhodiorum
137 nautica iudicetur. Quid enim eſt lex lege iudicetur, vel lex nautica
ex lege nautica Rhodiorum? Vbi etiam lex idem ſignificat, quod mos,
138 Imo abſurdum eſt, vt paucis verbis interiectis νόμος et legem, et
139 conſuetudinem ſignificet. Verum eſt quod conſuetudo pro lege ſit,
140 ſed quod idem quod lex ſit, nequit dici. Si etiam νόμος ille maris,
qui ex lege Rhodia iudicare debet pro conſuetudine accipitur, quis illum morem inuexit, vt res maritimae terminentur lege Rhodiorum.
Forſan

Forſan Rhodii cum mari dominarentur? At non potuerunt niſi per 141
vim, non enim aliter ipſis alii inuiti paruiſſent. At cum Romani
gentium domini facti, quis dicet eos paruiſſe Rhodiis? Primus Au-
guſtus propter eorum peritiam in mari eorum leges ſequendas dixit,
ſed ita niſi ſuae, vel aliae leges Romanae ipſis eſſent contrariae. Prae-
terea ſi haec mens fuit, vt lex Rhodia mos maris iudicetur quid opus 142
fuit Antonino ſe dominum orbis dicere? Quo pertinebit χέσις par-
ticularum, τ8 μὴν,]8 δὲ. Nonne ſimpliciter dixiſſet ſe velle res ma- 143
ritimas diſceptari ex lege Rhodia. Nuperus *autor in comment. ad d. l.* 144
ita vno ſpiritu legit ὁ δε νόμος τῆς, θαλάσσης τῷ νόμῳ τῶν Ροδίων
κρινεσθω τῷ ναυτικῷ. At quid hoc eſt ὁ νόμος κρινέσθω τῷ νόμῳ? non-
ne hoc aenigmaticum? Nonne male vox νόμος in primo ordine poni- 145
tur pro iure protenſo in mari, quod ius ſτῷ νόμῳ ναυ]ικῷ Rhodiorum
debeat iudicari. Anne Imperator cum ſuis legibus ſub Lege Rhodio-
rum? Nunquam dicent eius poteſtatis gnari. CLAVD. SALMAS. *lib. d.* 146
mod. vſurar. cap. 5. approbat Petiti opinionem de vento. Duo enim
naufragus Impp. proponit, ſe naufragium feciſſe, et poſtea a publi- 147
canis direptum eſſe. Ad prius reſpondet Impp. ſe mundi dominum, 148
maris autem ventum, nec potuiſſe impedire quo minus naufragium
faceret vento in mari dominante. Ad ſecundum, an iure vel iniuria
direptus ſit id diiudicandum ex lege Rhodia, quae decidit maritimas
controuerſias niſi lex Romana obſtet. Prius probat veterum fide, 149
qui crediderunt ventis, et tempeſtatibus ius in mare et ideo iis ſacri-
ficarunt. Vetus inſcriptio. DEDIT. AEDE. TEMPESTATIBVS. MERETO
VIRGIL. *2. Aeneid. et tempeſtatibus agnam.* Antiphanes vocat ventum 150
κύριον χρημάτων. Apud Poëtas Neptunus maris, Aeolus ventorum
dominus dicitur. Ad meliorem autem legis intellectum SALMAS. *d. l.* 151
tres emendationes affert. 1. pro verbis τῷ νόμῳ τῶν Ροδίων κρίνεσθω τῳ
ναυ]ικῳ legit τῷ νόμῳ τῶν Ροδίων κρινεσθω τὰ ναυ]ικά. h. e. lege Rhodia
res maritimae, et nauticae terminentur. Idem dicit HARMENOPVL. 152
lib. 2. tit. 11. §. 1. τὰ ναυτικὰ Πάν]α ῥοδίῳ τέμνεἶαι νομῳ, omnia nautica
Rhodia lege decidantur. GOTHOFR. *ad d. l. litt. u. 2.* pro verbis, ἐν]ῇ 153
Ιταλια legit παραλία i. e. quod non in Italia, id enim uerum eſt, vt
ſupra diximus *n. 109.* vel iuxta inſulam Telos, ſed in ipſo littore nau-
fragium factum. 3. pro verbis, ὑπὸ τῶν δημοσίων legit, ὑπο τῶν δησο-
σιωνῶν Δησοσιῶναι ſunt publicani, non οἱ δημόσιοι. Publicani quia non 154 155
ſunt

Digitized by Google

ſunt originarii Cycladum, ſed ibi plurimum ſunt ad vectigalia et portoria colligenda, ideo δημοσιῶναι τὰς κυλλάϑας οἰκοῦντες dicuntur. Intendebant publicani naufragia quae ex alto in littus expelleren-
156 tur ad fiſcum pertinere, eaque ſe poſſe vindicare. Illud ſciebant naufragi, ideo vt cauſſam commendatiorem facerent, dicunt ſe non in alto, ſed ἐν πεϛαλίᾳ, id eſt, littore cum iam terram attigiſſent,
157 naufragium feciſſe. Qui caſus aliud ius videbatur poſtulare. Quid enim ſi quis in ipſo portu naufragium feciſſet, an nauis fiſco vindican-
158 da, quaſi in alto naufragata? Tales igitur caſus, cum dubii, remittit Imp. ad Legem Rhodiam, qua Auguſtus voluit nautica decidi, nam
159 ipſe eo tempore nondum legem tulerat de naufragiis. Rhodiorum autem lex erat, τὰ ναυάγια τῶν τελωνῶν εἶναι, i. e. naufragia fiſci eſſe.
160 Hanc legem poſtea cum ipſe de naufragiis legem tulit, abrogauit, vt patet ex *l. 1. C. de naufrag.* HVGO GROTIVS *in flor. Sparſ. ad ius Iuſtin.*
161 *in h. l.* habet tertiam SALMASII emendationem. Pro ἐν τῇ Ιταλίᾳ vero
162 legit, ἐν τῇ Ικαρίᾳ ſubaudi θαλάσσῃ, i. e. in Icario mari, vbi ſitae ſunt Cyclades. STRAB. *lib. 2.* In caeteris ſuetam lectionem retinet:
163 et ita explicat. Solebant publicani bona naufragorum, quorum Dominus latebat, in cuſtodiam ſumere, et pro ea cuſtodia aliquam partem retinere. Ea pars quae eſſet definitum erat lege Rhodia nauali, quae
164 pro iure gentium in illo mari vigebat. Dicit igitur Antoninus ſe quidem mundi dominum, i. e. rebus quae in terra geruntur ſaepe ſe leges figere, et refigere. At res maris habere ex conſenſu populorum ius ſuum Rhodiis legibus deſcriptum, quod mutare non eſſe ſui moris.
165 Sed neque Auguſto placuiſſe. Ergo ſequendum illud ius, niſi aliquid eſſet ſpecialiter Romanis legibus definitum. Huc vsque *d. l. 9.* quae licet varie explicetur, hoc tamen relinquitur, quia in mari Imp. leges figat, eius eſſe dominium.

166 Hoc marini dominii iure Impp. Pertinax vectigalia, quae in mari excogitauerant Tyranni remiſit HEROD. *p. 185.* Iohanni epiſco-
167 po Euchaitenſi *in Iambic. p. 51.* Conſtantinus Monomachus Impp.
168 orientis vocatur telluris et maris dominus. Impp. Valentinianus et Valens claſſem Seleucianam ad auxilium purgandi orientis aliasque
169 neceſſitates habuerunt. *l. vn. C. de Claſſ.* De Impp. Theodoſio quid diceres, qui imperator ſeu Rex eſt fere vniuerſi telluris et maris.
170 THEMIST. *or. 5.* Officium Helleſponti conſularis ſanctione Theodoſii

et

Digitized by Google

et Honorii Aug. e vicarii Aſiae poteſtate in Proconſulis Aſiae transfertur *l. vnic. C. de off. Com. ſac. patr.* de Theodoſio Honorii Patre 171
CLAVDIAN. *4. conſ. Hon.*

Sed laudes genitor longe transgreſſus auitas
Subdidit oceanum ſceptris.

Leo Auguſtus a Varadato terrae mariſque dominus dicitur CONCIL. 172
CHALCED. *part. 3. tom. 3. p. 1.* Alibi etiam in Iuſtiniani Nouellis occurrit Helleſpontus cum Ponto Polemoniaco prouinciae ſeu praefe- 173
ctūrae nomine coniunctus. Nou. 20. in fin. praef. Ego, vt dicam quod ſentiam, nullus dubito quin dominium illud maritimum Impp. orientales retinuerint: ſaltem cum imperium in occidentem et Germaniam a Carolo M. translatum eſt, quid dicendum? Putant ICti Ger- 174
maniae imperii Rom. decus actiue et paſſiue ad nos translatum, idem 175
ergo de dominio maris, quatenus ſub imperio fuit, dicendum eſſe. ARVM. *vol. 1. I. publ. diſc. 2.* REINKING. *d. regim. ſecul. lib. 1. claſ. 2. c. 3.* Quod accipio quatenus loca maritima tenuerunt. Carolus M. Galliam, 176
Italiam ſub ſe habuit, ſine dubio ergo ius maris aſſeruit. Fridericus II. tulit conſtitutionem de bonis naufragorum *Auth. Naufrag. C. de* 177
furt. et Epitaphio ipſius inſcriptum:

Qui mare, qui terras, populos ac regna ſubegit.

GEORG. GVALTH. *in Tab. Antiquit. Sicil. p. 93.* Demum intra fines Ger- 178
maniae praeſertim a tempore Auſtriacorum, imperio reſtricto, vmbra ſaltim in Italia poteſtatis relicta, nihilominus Auſtriaci ſibi ius maris populi Rom. iure vtentibus attribuerunt. Caroli V. tituli leguntur 179
in receſſibus imperii, inter quos Rex Oceani reperitur dictus. No- 180
ſtra aetate Ferdinandus II. ſuum ius demonſtrare voluit, quod in Oceanum et mare Balthicum haberet titulo dato Alberto Wallenſteinio (antea de Ducatibus Megapolit. et Friedland. inueſtito) *des Oceaniſchen vnd Baltiſchen Meers General.* Ego quamquam ſummam Impp. 181
poteſtatem reuerenter et ſubmiſſe agnoſco, non tamen video quomodo ei hodie ius in praedicta maria competat, nulla maria poſſidenti. Ius ad rem habet, quando terras reoccupat, interim quo iure ſub im- 182
perio hae regiones fuerunt, eo etiam deſciuerunt accedente inſuper bello cum exteris et internis diſſenſionibus. Quim ius maris in dominiis ſubiectis ex Triaſte in mare Adriaticum habeat non repugno, 183
nec directum dominium in fluminibus Germaniae denego: multo mi- 184

K nus

Digitized by Google

185 nus ſi quae maria ſub aliis regnis, veluti Hungariae habeat. Verum vniuerſale ius, vel ſaltem quod Romani vel antecedentes Impp. in oriente
186 habuere, ei dari nequit, repugnante veritate. Nec facit titulus Caroli V. cum tanquam Regi Hiſpaniarum vt late terra marique dominanti ei
187 competat. Multo minus Wallenſteinii faſtus, de eo enim quid reges accolae Balthici maris ſenſerint; inferius dicemus *num. 358. 359. 360. et ſeq.*

188 Hodie in Italia primas obtinet Pontifex Romanus qui dominium maris eccleſiae habet, ita enim vocatur in Bulla excommunicationis, prid. Paraſceu. in delinquentium excommunicationem promulgari ſolita, ibi, *excommunicamus omnes piratas, curſorios ac latrunculos diſcurrentes mare noſtrum, praecipue a Monte Argentario vſque*
189 *ad Terracinam.* Non deſunt ex Pontificiis, qui vt totius ſyſtematis Papam dominum faciunt; ita et hic omnem aquam ad molendinum eius trahunt, ſc. per mare noſtrum intelligi omne mare Chriſtiano-
190 rum. GRAFF. *lib. 4. deciſio. c. 18. n. 53.* MART. *p. 1. d. Iudic. c. 17.* ſed cordatiores id non explicant niſi de mari, quatenus praecipue patri-
191 monii Pontificis eſt. LAERT. CHERVB. *in Bullar. tom. 3. p. 251.* VGOLIN. *d. cenſur. Pontif. reſeru. p. 2. c. 3. §. 1. Ant. d. ſuſ. rele. d. cenſ. Bull. Caen.*
192 *n 4. diſp. 25.* Habet Papa in ſua poteſtate multas vrbes ad mare Tirrhenum et Adriaticum. *Aut. relat. d. Stat. vrb. Rom.* interque illas Anconam celeberrimum totius mundi propter capacitatem portum.
193 IOV. *l. 31. hiſt. Ant. Pigh. in Herc. prod.* ex quo ſuas triremes in mare demittit. *Aut. Com. d. princ. Ital. pag. 11.* In concilio Generali Lugd.
194 ſtatutum, ſi papa moriatur in mari, eius electionem fieri debere in ciuitate ſeu loco cui ſubeſt mare. *gloſſ. ad c. vbi pericul. 3. §. porro 6. d.*
195 *Electiion.* CAEPOLL. *d. S. R. P. c. 26. n. 18.* Et huius maris liber vſus ciuibus Romanis conceditur, vt ibi piſcentur, quocunque tempore
196 nullique prohibendi ius eſt. *Stat. Vrb. Rom. lib. 3 c. 71.* Regnum Neapolitanum vndique a mari infero, et ſupero portuoſum eſt, in quibus Rex Hiſpaniae ingentes claſſes ad defenſionem Neapolis et Si-
197 ciliae habet. IOVI. *l. 1. Hiſt. p. 11.* Principes quoque Italiae in littoribus maris cenſus conſtituere valent, quia quod natura liberum eſſe voluit, proprium fecerunt, vt eſt Mare Tirrhenum, quod Piſis et Thus-
198 ciae inſeruit. BEN. BON. *lib. d. cenſ. art. 16. §. 40.* Magnus Dux Florentiae ſicut neminem recognoſcit in terra ſuperiorem, ita nec in mari.

Digitized by Google

ri. SFORT. ODD. *Conſ. 38. n. 37.* Et hac de cauſa Piſis et Inſula Ilua 199
quam THVAN. *lib. 5. hiſt.* deſcribit, inſtructiſſimum habet nauale, et
in eo magnam copiam ligni, Stuppae, cannabis, aliarumque rerum
ad aedificandas naues neceſſariarum. *Aut diſcur. d. Princ. Ital. p. 204.*
Alit etiam immenſum numerum nautarum in Italia, Liburno, aliiſque maritimis locis, quos ad impugnandum Turcam cum ſuis triremibus emittit. *Lib. 48.* THVAN. Duci Subaudiae ius maris et impo- 200
nendi vectigalia competere vsque ad centum milliaria aſſerit CACHERAN. *dec. Pedemont. 155. n. 4.* Quin idem de Ducibus Mediolani, 201
Ferrariae, Mantuae, Vrbini, Parmae, Mutinae, ſit dicendum, facit, quod dicantur ſuperiorem non recognoſcere, vt prolixe probat LVD. RODOLF. *d.* SABLONET. *tr. de orig. dign. et pot. Duc. Ital.* HANFM. *de re monet. conc. 5.*

Inter Reges offert ſe initio Angliae Rex, cui latos fines et vni- 202
verſale fere maris dominium SELDEN. *lib. 2. de clauſ. mar. per totum* aſſerere conatur. Ab Oriente Mari Auſtrali, ab Occidenti Deuca- 203
lidonio, a Septentrione Germanico, a Meridie Vergiuio imperitat.
Et hoc per omnia tempora regni deducit. Ante Iulii Caeſaris ad- 204
ventum maxime in Oceano Auſtrali nauibus vitilibus (britannico nomine Syllies) vſi ſunt. IVL. CAESAR. *d. bell. Gall. lib. 1. n. 54.* LVCAN. *pharſ. 4. Auien. in or. marit.* et orae maritimae ſaltem a Mercatoribus
Gallis fuerunt frequentatae. IVL. CAESAR. *lib. 4.* Septentrionale ma- 205
re tanquam imperii ſecretum habuerunt. TACIT. *in Vita Agric.* quod notat Galgarus Caledonius quando milites ad pugnam hortatur his
verbis: Nunc terminus Britanniae patet. TAC. *d. l.* ibi, nihil nobis 206
ſecurum ne mare quidem, imminente nobis claſſe Romana. (quibus verbis tamen in Septentr. mari nullum dominium ſed tantum fugae
ſeceſſum deſcribi putat IOH. ISAC. PONTAN. *lib. 1. c. 2.*). Poſtea huius 207
iuris ratione arcem Britannicam *t' Huys te Britten* iuxta pagum Catwicum in Hollandia cuius rudera 1552. et nuper ann. 1620. viſa, Caligula exſtruxit. *vid.* SVETON. *in Calig. 46.* HADR. IVNI. *in Bat. c. 10.* CLVV. *de trib. oſt. Rhen. c. 14.* GVICCARDIN. *in deſcr. Belgii.* GROT. *in ſchol. ad Remp. Hollandic. c. 4.* Claudius primum Britanniam ſube-
git. SVET. *in Claud. n.* et iuſſit tremere Oceanum, SENEC. *in Apocolo* 208
Cynth. eumque patientiam ſeruitutis docuit. EGESIP. *d. excid. Hyeroſol. lib. 8. c. 9.* vnde et aedibus eius naualis corona tamquam inſigne 209

K 2 victoriae

Digitized by Google

210 victoriae praefixa eſt. SVET. *in Claud. c. 17.* Sub Domitiano nouiſſimi maris Caledonii latus claſſis circumuecta eſt. TAC. *in Vita Agric.* IVV. *Satyr. 2.* quo reſpectu Domitianus vndarum terraeque potens a
211 PAPIN. THEBAI *lib. 1.* dicitur. Retinuerunt hanc poteſtatem vsque ad Conſtantium Chlorum vt patet ex Iauoleno qui ſub Adri. et Ant. Pio
212 vixit *in l. 46. ad SCtum Trebelli.* vbi *pr.* mentio Archigubernii claſſis
213 Brittannicae fit mentio. Aeuo inſequente a Conſtantini M. temporibus vsque dum Romani inſulae valedixerunt, Comes littoris Saxonici per Britanniam fuit conſtitutus, cuius officium fuit inſulam terra regere, et mare ab incurſibus Saxonum illud percurſitantium tueri.
214 Hic imperauit vniuerſo mari, quod Galliam, Batauiam, Cimbricam Cherſoneſum, et magnam Brittanniam interfluit. *vid. notit. dig. imper. occid.* SELDEN. *lib. 2. c. 6. et 7.* vbi addit. *c. 8.* quaedam indicia ex
215 veteribus numiſmatis. IOH. ISAC. PONTAN. *lib. 1. diſ. hiſt. 6.* narrat, quod tractum a Rheni oſtiis et paludibus ad Garumnae vsque oſtia, vel ad Santonas vsque veteres vocarint littus Saxonicum, quod omnem illam oram Saxones myoparonibus hoc tempore infeſtam haberent.
216 In duabus Belgicis erat vnus dux Saxonici littoris ad Sequanae oſtium, ab illis ad Garumnam erat dux tractus Ebricani. Et hi Saxones Angliam inuaſerunt, et Nectaridium comitem maritimi tractus occide-
217 runt. AMMI. MARCELLIN. *lib. 27.* Hactenus de Romanis Dominis ma-
218 ris iuxta Britanniam. Exuto eorum ab incolis imperio Anglo-Saxones, qui inſulae nomen dederunt, antea Britannia dictae (populus ex Cimbrica Cherſoneſo, vbi adhuc in ducatu Schleswicenſi territorium aliquod Anglen vocatur, cuius meminiſſe volui ob bene merita nobi-
219 lis, et STREN. Viri Dn. Aſmi Rhumohr, qui ibi Duttebulii habitat, et illam veluti peninſulam cum ſuis pleriſque gentilibus Rhumohriis gu-
220 bernat,) et Dani inſulam et cum eo maris imperium tenuerunt, quod probat SELDEN. *d. lib. 2. c. 10. 11.* ex regni initiis, copiis naualibus, tributis et clientum fiduciariorum officiis, item tributo Danegeldo *Dani-*
221 *geld* ad maris tutelam praeſtari ſolito, cui demum addit teſtimonium
222 Edgari, Canuti (Norw. Angl. et Daniae ſimul R.) ſe paulo liberius, annotante ISAC. PONT. *lib. 3. c. 11.* Dominos maris circumiacentis inſu-
223 lae dicentium *c. 10.* Hinc deſcendit ad tempora quibus Anglia a Wilhelmo Conquaeſtore Normanno et ſeqq. occupata, vbi probat ſex argumentis maria Auſtrale et Germanicum, quod Gallico littore praetendi-

Digitized by Google

tenditur, tam quoad dominium, quam etiam poſſeſſionem ciuilem ſiue naturalem Regum Angliae fuiſſe. I. Ex cuſtodia maris quam Reges Angliae ſibi ſemper aſſeruerunt. Heinricus I. ſuis Butſecarlis (i. e. mi- 224
niſtris nauticis) An. 1101. mandauit, ne quis de partibus Normanniae, 225
Angliae fines adiret. Sub Henrico III. conſtituti ſunt cuſtodes maris, 226
qui claſſe ipſum mare tutarentur: et a tempore Edwardi Admiralii di- 227
plomatibus certis, quorum exempla *c. 16.* habet, conſtituti. vbi adducit aliquot decreta Parlamentaria de la ſaufgarde de la mer. SELDEN. *lib. 2. c. 14.* Sicut et ſemper tributum ad defenſionem maris ab Admiraliis fuit exactum, non ſolum ab Anglis ſed etiam exteris transeuntibus, idque confirmatum ſtatutis Reg. g. g. g. Edward 6. Mariae, Eli- 228
ſabethae, Iacobi, vt teſtantur ſanctiones Parlamentariae. SELDEN. *c. 15.* Fuerunt olim tres vel quatuor Angliae Admiralii, hodie a tempore Edwardi V. vnus. Qui dicitur Admiralius Angliae, Hiberniae, Wal- 229
liae, Caleſſiae, Boloniae, et Marchiarum noſtrarum earundem Nor- 230
manniae, Gascouiae, Aquitaniae, nec non praefectus generales claſſium et marium noſtrorum. Seu Magnus Admiralius noſter Angliae 231
et praefectus claſſium et marium noſtrorum. Hic notandum eſt, quod Aquitaniae, Normandiae, Gascouiae et Picardiae etiam Admiralius dicatur, non vt putat SELDEN. *lib. 2. c. 17.* quaſi ius proprium littorum ſeu quoque modo ad illa pertinens, vel ab Anglis ob vſurpationem amiſſi iuris, quia ducatus illos olim poſſiderunt, retentum, ſed limites duntaxat, transmarini vicem obtinens, quaſi prouincia marina Anglicana eo vsque ſe extendat, et defendenda ſit. Ius enim in illas terras 233
amiſſas regem ſibi ſolenni titulo regis Franciae reſeruare, quo vt pars illae includuntur. II. Quod inſulae Gallico littori praeiacentes velu- 234
ti Ierſay, Garneſay, Alderneia aliaeque aliquot iuxta littora Aquitaniae ad Reg. Angl. pertinent, quas etiam Heinricus V. R. fratri Duci Betfordio in feudum conceſſit, et quod Henricus III. Edwardo filio 235
primogen. inſulas Oleram, et caeteras in Aquit. mari conceſſerit, ita vt manerent Coronae Angliae, nec ab ea alienentur, et licet poſtea quaedam inter eas littora Gallicana ſequuta ſunt, manſit tamen Anglo maris dominium. SELDEN. *c. 20. 11.* III. Ex venia transeundi exteris 236
concedi ſolita, vel ab ipſis etiam petita, et arreſtandi naues poteſtate in ipſo mari. Sic Henricus IV. Ferrando Vitis Hiſpano conceſſit, vt 237
tuto ei nauigare liceret e portu Londinenſi per regna, dominia et po-

Digitized by Google

238 teſtatem vsque ad vrbem Rochelle. SELD. c. 20. Item miſſis a Carolo VI. Gall. R. ad Robertum III. Scotiae R. legatis, qui de foeuere ineundo agerent, tutelae tabulae ab Henrico ſunt impetratae, quibus per vniuerſos diſtrictus, et dominia tam per mare quam per terram irent. Inſula Gerſay habuit priuilegium, vt etiam bel o inter Anglos et Gallos tuto per vtrumque regnum et cum exteris negotiari poſſet.
239 SELDEN. c. 22. in fin. IV. Quod R. Angliae veniam piſcandi exteris concedere ſoleat, et piſcatores in mari defendere. Henricus VI. Gallis aliisque exteris indulſit per vnum annum integrum tantummodo ire per mare piſcando omni tempore et quoties &c. SELDEN. c. 21.
240 Hollandi veniam petunt a praefecto caſtri Scandeburgenſis quando ad halecum capturam iuxta Eboracenſis territorii littora enauigant. CAMBD.
241 *in Britt. p. 586.* V. Quod reges Angliae exteris inuicem hoſtibus, Angl. amicis certos limites poſuerint, quousque vim exercere poſſint.
242 Ita Rex Iacobus certos limites iuxta promontoria et rombos ventorum ductos Hiſpanis et Hollandis ſtatuit, quousque abſtinere a vi deberent, cui adiectum ſi nauis portui, vel ſinui Anglicano immineret, a vi immunis eſſet. Edictum Iacobi R. et delineationem promontoriorum ha-
243 bet. SELDEN. c. 22. n. 2. Hiſpani putauerunt extra eos limites in mari regem eos tenere defendere, de quo poſtulato *infr. vid.* ALB. GEN-
244 TIL. *in Aduocat. Hiſpan. lib. 1. c. 8.* VI. Addit quaedam *c. 23. et 24.* teſtimonia ex archiuis regni, et commentariis Dd. Angliae, quibus dominium regi aſſeritur. Et haec de mari orientali et auſtrali. Idem
245 ius competere R. Angliae in mare Hibernicum ſeu occiduum probat, quod publico Parlamenti decreto et ſeorſim a Reg. Maria, Iacobo I. prohibitum, ne quis exterus non impetrata prius venia in mari Hi-
246 bernico piſcaretur. GERH. MORLIN. *in lib. mercat. c. 35.* Quod demum SELDEN. c. 30. deducit vsque ad ſpatium 600. milliarium verſus Americam, de quo etiam Humbert. Gilfredus cum in nouum orbem colonias deducebat ab Eliſabetha inueſtitus ſit, nec enim opus eſſe dicit, vt quis in occupatione ſingulas partes penetret, ſed ſufficere quam-
247 libet partem introire. *arg. l. 3. d. A. R. D.* Demum in mare vaſtum et Septentrionale R. Angliae dominium tribuit. ALB. GENTIL. *in adu.*
248 *Hiſp. lib. 1. c. 8.* ex illo TAC. *in vit. Agric.* Brittanniae ſeptentrionalia nullis contra terris vaſto atque aperto mari pulſantur, quaſi dicat protendi Magnae Brittanniae imperium longe in Meridiem, Septen-

tentrionem et occaſum. (ex quo tamen nihil aliud colligi poteſt,quam 249
Brittanniae littus a parte Boreali vaſtiſſimo mari allui. ISAC. PONT. *lib.*
1. c.10.) Patet ex foedere, quod inter Henricum Ang. VII. et Iohan- 250
nem II. Dan. et Norw. R. ſancitum, quod Regis Angliae ſubditi poſ-
ſint futuris temporibus ad Inſulam Thyle, i. e. Islandiam libere na-
uigare, ita tamen vt de Septennio in Septennium noua licentia a Re-
gibus Dan. impetretur. Quod etiam renouatum eſt foedere inter 251
Henricum VIII. et Chriſtianum II. inter Eliſabetham et Frideric. II.
Chriſtian. IV. Dan. Reges. Licet putet *c. 32. lib. 2.* SELDEN. illud 252
ius antiquitus Anglis competiiſſe adducta deciſ. Parlam. ſub Henri-
co V. quod etiam litterae Eliſabethae ad Chriſt. IV. A. 1599. Cal. Se-
ptembr. confirmant, vbi ſeptennii petitionis omiſſionem in Danos
reiicit, quod non exegerint, ſibi tamen placere vt ſubditi in poſte-
rum id faciant. Sed nihil definitum fuiſſe dicit CAMBDEN. *in Eliſa-*
beth. t. 2. ann. 1602. Et haec a SELDENO *lib. 2.* adducta R. Angliae ius 253
maritimum ſolide fundant, licet hinc inde variae naſcantur contro-
uerſiae, vt in ſeq. audiemus, et videatur nimio amore patriae fla- 254
graſſe, nimisque late marinum illud imperium extendiſſe, vti de Gal.
Norweg. Dan. pluribus in ſequentibus dicetur. Interim non deſunt
apud alios ſcriptores luculenta teſtimonia. Anglia enim omnium 255
Europae Inſularum maxima eſt. BOTER. *de Reg. Angl. in pr.* vndique
ab Oceano circumfunditur, PHILIPP. HONOR. *in relat. d. Regn. Bri-*
tan. qui tantis aeſtibus concitus accedit, vt mare magnum et naui-
gantibus horrendum a Baſilio dicatur. Quod et Horat. *Carm. lib. 4.* 256
Od. 14. his verbis confirmat:

Belluoſis qui remotis
Obſtrepit Oceanus Brittannis.

Praebet haec maris opportunitas elegantes huic regioni et validos por- 257
tus, in quibus tuto naues conſiſtere poſſint. Hac occaſione ſic Angli 258
floruerunt nauigatione, vt aliis populis fere palmam praeripuerint:
Hinc in varias mundi plagas quotannis ſoluunt, vt prolixe BOTER.
d. l. exponit *p. 84.* (mihi.) Vltra myoparones, quorum ingens nu- 259
merus claſſis ſemper centum nauium numerum ſuperat, et ſi opus eſt
400. aut plures paruo tempore colligi poſſunt. Edwardus III. ad ex- 260
peditionem Caletenſem, Henricus VI. ad obſidionem Bolonienſem
cum mille nauigiis omnis generis venerunt. BOTER. *d. l. Hon. p. 200.*

Maris

Digitized by Google

Maris praefectura ſemper viro alicui primario commendatur, qui tem-
261 pore Eliſabethae fuit Franciſcus Drake, qui quantam ſibi gloriam pe-
pererit, non ſolum quod fuderit immanem illam claſſem Hiſpanorum,
cuius infra fiet mentio, ſed etiam quod Mexicanum Sinum toto bien-
262 nio victoriis quaſi obſederit, et Anno 1577. Plimutho ſoluens mare
Auſtrale per Magellanicum fretum ingreſſus, orbem terrarum inter
varias fortunae viciſſitudines triennio ſecundiſſime circumnauigauit,
263 apud *Lanſ. Conſ. Europ. pro Brittan. pag. 632.* legi poteſt. Scite de eo
OWENVS. *2. Epigrammat. 39.*

Drake perennati nouit quem terminus orbis.
Quemque ſemel mundi, vidit vtrumque latus;
Si taceant homines, facient te ſidera notum;
Et populus de te diſcet vterque loqui.
Plus vltra Herculeis inſcribas, Drake, columnis
Et magno, dicas, Hercule maior ego.

264 Sub Iacobo Rege illud officium geſſit Georgius Dux Buckinghmiae
265 et hodie ſub Carolo Rege Carolus Dux Eboracenſis. Angliae vicina
266 eſt Scotia, cuius reges, aeque ſibi ius maris aſſeruerunt. Scoti ſupe-
rioribus temporibus nauigiis non abundarunt, neque nauigandi ſcien-
tia plurimum valuerunt. AVTOR *reip. Scot. c. 5. pag 93.* Huic Alexan-
der, Rex Scotorum, cum vel nauigandi inſcitia vel temere ſe mari
committentium auaritia multa fierent naufragia et adeo accedente pri-
vatorum violentia mercatorum ordo prope ad inopiam redactus eſſet,
267 quaeſtus cauſſa Scotos nauigare vetuit. Id inſtitutum, cum prope
annum duraſſet, et multorum ſermonibus tamquam publice noxium
reprehenderetur, tandem peregrinarum mercium breui tanta vis in-
vecta eſt, vt non ſolum rerum copia, ſed pretii vilitas memoriam
ſuperiorum temporum ſuperaret. GEORGIVS BVCHANANVS *lib. 7. rerum*
268 *Scoticarum in fine.* Hodie vero et nauigiorum numerus, et induſtria
mirum in modum augetur. Nam cum Scoti pericula vel maxime con-
temnant, nulla idonea ratio produci poteſt, quare non etiam audaces et
269 induſtrii iuxta nautae fieri poſſint. Longinquas tamen expeditiones non
ſuſcipiunt. Sed quo merces ſuas conuehunt, vti pluribus narrat
AVCTOR. *reip. Scotic. cap. 5. d. pag.* Sic Parlamentaria ſanctione ſub
Iacobo rege ſtatutum, vt piſcatores piſces captos in portus Scoticos
inferrent, ne rex ſuis vectigalibus defraudaretur, nec ſubditi maris

vſufructu.

vſufructu. Alexander III. Scotiae Rex, Monae inſulae praefectum im- 270
poſuit, qui, quoties opus eſſet, cum tredecim triremibus, et quin-
gentis claſſiariis ſubſidio ei foret. HECTOR BOETIVS *Scot. hiſt. lib. 13.*
Teſtatur GVILIELMVS WELIOTODVS, *ICtus Scotus, de Dom. maris. cap. 3.* 271
quod inter Batauos et Scotos ob frequentes lites tandem conuentum
fuerit, vt Bataui abſtinerent ab oris Scoticis ad 80. milliaria. Idem
ius Scotus habet in Orcades, quae olim Norwegis paruerunt, tan- 272
dem Scoto cum omni iure ceſſerunt, tempore Alexandri III. reti- 273
nuit tamen ius quoddam Daniae Rex, cui Chriſtianus I. cum Mar-
garetham, filiam, Iacobo III. Scotiae regi nuptum collocaret, renun-
ciauit. MVNSTER. *Lib. 2. Coſmogr.* CAMBDENVS *in Inſul. Brit. p. 849.*

Proxima Hibernia. De huius incolis refert AVCTOR *Reipubl.* 274
Hiberniae pag. 237. quod maritimarum rerum ſatis ſint imperiti, in-
nata potius ſocordia, quam alio induſtriae aut ingenii defectu, habe-
re tamen multas naues mercibus deducendis idoneas, et aduerſus pi- 275
ratas leuiter armatas, quibus in Franciam atque Hiſpaniam nauigare
ſoleant. Hodie tria illa regna Angliae Rex poſſidet, et quidem Sco- 276
tiam et Angliam nomine magnae Britanniae, vnione facta a Iacobo I.
vt pluribus declarat LANS. *in Conſult. Europ. pag. 655.*

Sequitur regum Galliae ius in mari. Gallia duobus maribus al- 277
luitur Mediterraneo, et Oceano Britannico, qui ſinum Aquitanicum
facit. SAYSELL. *d. Rep. Gall. lib. 2. p. 106.* (mihi). In mari Mediter- 278
raneo praepotens olim fuit Maſſilia, Phocenſium colonia. Ex hac o-
lim Pythias, ſuperato Herculis freto, poſtquam Gades eſſet praeter-
greſſus, vniuerſum propemodum Septentrionem luſtrauit, et Thu-
len Graeciae aperuit. ex STRABONE *Pontan. lib. 2. c. 4.* Illa adhuc ſitu 279
et opere praepotens in Aſia, Africa, aliiſque remotiſſimis regionibus
negotiatur. LANS. *in Conſil. Europ. pr. Gall. p. 219.* In portu eius claſ- 280
ſem R. Galliae habet, qua dominium maris mediterranei tuetur. Nec
vnquam in dubium id vocatum eſt. Saltem in mari Aquitanico non 281
idem Regi Galliae eſſe, ſed dominium illius Reg. Angliae compete-
re, aſſeruit SELDEN. *ſupr. p. 224.* Galli ſe tuentur quod olim circa
Liguris oſtium Veneti populi naues habuerint plurimas, quibus in Bri-
tanniam nauigare ſoliti, et ſcientia et vſu rerum nauticarum caete-
ros antecelluerunt, et in magno imperio maris atque aperto, omnes
fere qui eodem mari vti conſueuerunt, iis fuerunt vectigales. IVL. CAES.

Digitized by Google

lib. 4. d. bell. Gall. Hibernia dicitur Gallico mari opportuna. TAC.
282 *in vit. Agric.* De vicinis Brittanniae Normannis, aliisque Oceani
283 Gallici populis refertur, quod piraticam in ſumma laude habuerint.
LVPAN. *de Mag. Fra. lib. 1. v. admir.* Et iam ſub tempore Caroli
Magni reperitur, Rotlandum maris Brittannici praefectum ab EGIN-
284 HARTO *in Vita Caroli M.* nominari. Putat quidem SELDEN. *lib. 7. c.*
285 *18.* ibi eum tantum littoris praefectum dici, quaſi littorum tantum
286 cuſtodiam habuiſſet. Refutatur tamen hoc ab AYMON. *lib. 4. c. 90.*
his verbis. Redeunte verna temperie, medio fere Martio, Rex A-
quisgrano digreſſus, littus Oceani Gallici perluſtrauit, et in ipſo ma-
ri quod tunc piratis Normannicis erat infeſtum, claſſem inſtituit, prae-
ſidia diſpoſuit &c. Quae ſane dominium maris probant ſatis, cum
287 claſſis iuxta continentem haerere non potuerit. Hac etiam de cauſa
ſumma apud eos dignitas Thalaſſiarchi ſeu Admiralii eſt, cui totius
belli maritimi credita eſt prouincia, praeterea procuratio portuum,
triremium et naualium. VIN. LVPAN. *d. Mag. Fran. lib. 1. in Ver. Ad-*
288 *miral. l.* Iudicat SELDEN. *d. l.* Admiralios illos tantummodo regimen
et iurisdictionem in perſonas et res nautarum habuiſſe. Cui aſſenti-
289 ri nequimus ob Lupani effatum, qui totius rei maritimae, et belli
290 ei prouinciam datam aſſerit. Nec negari poteſt, in littore Armorico
Principes olim Britanniae vectigalia nauibus impoſuiſſe, aliaque iura
vindicaſſe, quae Nobilitates ſuper nauibus ſunt dictae: BERT. ARGENT.
in hiſt. Britt. min. lib. 1. c. 13. at hoc ius ceſſit poſtea R. Galliae, vti
et cum Normannia regno Galliae accreuit, et demum pulſo Henrico
291 Anglo Aquitania. Vnde quatuor Admiraliatus in Gallia inſtituti, A-
quitanniae, Celticae, Narbonenſis prouinciae, Britanniae, quos
tamen ſaepe vnus geſſit. Eius ſedes praecipue ſunt, Lutetiae et Ro-
292 thomagi. CHOPPIN. *d. Dom. Fr. lib. 2. tit. 15. §. 12.* Charondas, ICtus
293 dicit LUDOVICUM Regem dominum ſupremum marium quae circum re-
gna ſunt, eſſe, quod in eius poteſtatem ſint relata, quae iure Natu-
rali fuerunt communia. *in not. Codic.* HENR. III. *lib. 20. tit. 7. conſt.*
294 *28.* LVD. SERV. *tom. 2. playdois n. 6. Regia praeterea l.* cautum, tertiam
partem eorum quae pelago extrahuntur, ad Regem pertinere, alteram
ad praefectum maris, vltimam demum ad claſſiarios repertores. EDIC.
295 FRANC. I. *d. A. 1543.* CHOPP. *d. Dom. Fran. lib. 1. tit. 15.* Et ſane re-
peritur catalogus Admiraliorum Franciae *ap.* PASQV. *rech. lib. 2. c. 14.*
Fatetur

Digitized by Google

Fatetur quidem IOHAN. TILLIVS *lib. 2. de reb. Gall.* diu nullum obti- 296
nuiſſe R. Galliae in mare imperium, et atteſtatur SAYSELL. *d. republ.*
Gall. nullam rem maius praeſidium maiores opes et incrementa Re- 297
gno Galliae daturam, quam ſi non ſolum, Rex ſed etiam maritimae
ciuitates, ſumma ope anniterentur, vt frequentes nauigationes habe-
rent. Sed inde dominium non adimitur, cum forſan illis tempori- 298
bus, de quibus TILIVS loquitur, non opus fuerit claſſem in mari habe-
re, vnde male negatur dominium, et ſufficit nunc habere. SAYSELL.
tantum accuſat ignauiam Gallorum, eos tamen rei maritimae ſatis a- 299
ptos iudicans. Et licet maximas nauium vires R. G. ſaepe non alue- 300
rit, tamen ad defenſionem nunquam peregrinis auxiliis ipſi opus fuit,
quia nonnunquam in Oceano ducentae naues in vnum corpus redigi
potuere, et in mari Prouinciae quadraginta triremes aliquando fue-
runt inſtructae. PHILIPP. HONOR. *in relat. d. reg. Galli. p. 521.* Tem-
pore Franciſci I. dignitas admiralii ſumma fuit. IEAN. DE SERRE *in Vit.* 301
Franciſ. Similiter imperio Caroli IX. COLINIVS *in laniena Pariſienſi* 302
Ann. 1572. trucidatus id officium geſſit. *Ann. 1612.* Admiralius Hen- 303
ricus Momoranzius fuit. Nec minus anno praeterlapſo 1639. Epi- 304
ſcopus de Bordeaux illo officio ſtrenue functus, non ſolum mare in-
ſtructa claſſe tutando, ſed etiam depopulando primarios portus in
Biſcaia ibique R. Hiſpan. claſſem diſiiciendo. Proſtant edicta ſub 305
FRANCIS. I. HENRICI II. III. IV. LVDOV. XIII. quibus de Admiralium Iu-
riſdictione agitur, in quibus ſaepe dicitur *Lieutenant par le mer, et*
greues d'icelle. In foederibus inter Gallum et Anglum ictis Admi- 306
ralius Angliae et Admiralius Galliae pariter nuncupari ſolent. SEL-
DEN. *lib. 2. c. 18.*

Luſitani dominium aſſerunt titulis ſuis. Ita enim Emanuel inſcripſit. 307
Luſit. R. Dominus Conquiſtae (i.e. bello quaeſitae) nauigationis &c. vti et
nauigationis dominos eos nominat IAC. VALDES. *d. dign. R. Hiſp.* Et hoc
vsque ad mare Atlanticum extendunt Luſitani, prohibendo ne quis 308
ibi nauiget. Quod regina Angliae ita ſolum negauit, vt iuſtum titu-
lum non adeſſe ſignificaret. SELD. *lib. 1. c. 17.* De quo *infra n. 851.* 309
pluribus agemus. Eadem ſententia Hiſpano tum fuit, quamdiu Lu-
ſitanorum iure, a quo a Iohanne IV. ante quadriennium depulſi ſunt,
vtebantur. Carolus V. paſſim in Receſſ. Imperii legitur *König der* 310
Inſulen Indiarum *vnd* Terrae Firmae, *des Meers* Oceani (vbi SELDEN.

lib. 1. c. 17. inſulas Oceani interpunctione deleta non ipſum Oceanum in-
311 telligit, vtpote Ferdinando ab Alexandro V. Pontif. donatas) et *in Con-*
ſtit. Crim. in praef. ibi: Inſularum Canariae, nec non Inſularum Indiarum
312 et Terrae Firmae, maris Oceani Rex &c. Et hanc opinionem tuetur CO-
VARRV. *in cap. peccat part. 2. §. 8.* IOH. DE HEV. *in Laby. d. commerc. tit.*
313 *3. c. 1. §. 12.* Poteſt Princeps alicui piſcationem concedere in certa parte
314 maris. GR. LOPEZ. *par. 3. tb. 28. l. 11.* Hinc etiam Rex Catholicus duabus
claſſibus, quarum vnam in noſtro mari, alteram in Oceano tenet, o-
mnia imperii ſui membra tam in Europa, quam in nouo Orbe poteſt
315 vnire. BOTER. *in iudic. d. pot. R. Hiſp.* Latum vero imperium Rex
Hiſpaniarum obtinet, adeo vti ipſi Hiſpani imperii ſui centrum vbi-
que, circumferentiam nullibi eſſe dicant. DAN. OTT. *in diſſ. l. P. c. 6.*
litt. c. et decuplo maius eſſe, quam Turcarum Imperatoris, dicit BODIN.
316 *2. d. Rep. 2.* LIPS. *d. magn. Rom. lib. 1. c. 3.* Et hoc pluribus quoad
potentiam naualem deducit BOTER. *d. l.* vbi ſingulariter Cantabros
laudat, quod excellentes ſint tam in arte militari, quam nautica, et
pari audacia armato hoſti obuiam procedant, et Oceano ſaeuienti. *p. 443.*
317 (mihi *in rep. Hiſp.* Quis non admiretur ingentes illas claſſes, quas
ad tutanda maria, et ad euehendas opes ex India quotannis eo R.
Hiſpan. delegat. Iam ſi quis naues quas in Africam, Italiam, Bel-
318 gium, aliasque prouincias, tum ad Iuriſdictionem maris aſſe-
rendam, tum ad faciendam piraticam emittit, enumerare velit:
319 operam habebit. Inſigne documentum nobis praebuit ſtupenda illa
claſſis, quam An. 1588. ad occupandam Angliam ex Portu Coronenſi
miſit. Nauigabat illa, tanquam alter quidam orbis, in aquis, et fatale
illud plus vltra etiam in Britanniam finitimasque prouincias extendere
cupiebat. Notum eſt vulgare prognoſticon d. An. 1588.

320 *Das Iahr tauſend fünff hundert achtzig acht,*
Das iſt das Iahr das wohl betracht.
Geht die Welt nicht unter
So geſchicht doch groſs Wunder.

At haec ab Anglis Duce Fr. Drake et Hollandis miſere disiecta eſt.
THVAN. *Lib. 89. hiſt.* EMAN. METERAN. *in hiſt. Belg. lib. 15.* LANS *in*
321 *Conſil. Europ. pr. Britt. pag. 614.* Simile fatum habuit hac maior quam
An. 1639. ad ſubiugandos Hollandos et mare Balthicum ex omnibus
Hiſpaniae et Italiae portubus Menſe Septembr. emiſit. In faucibus
enim

Digitized by Google

enim Angliae et Flandriae eam Hollandiae Admiralius Marten Her- 322
berths Tromp, Batauus aggreſſus ad uada coegit, et obſeſſam in arenis per totum menſem, cum nebuloſo aëre abire tentaret, ſummo cum honore diſſipauit.

Boreae populi olim praeter viros armaque claſſibus valuerunt. 323
TAC. *in lib. d. Germ.* Inter eos ſunt Moſcovitae, quorum nauigatio- 324
nes ab hiſtoricis non ſunt conſignatae, praeterquam quod CHYTR. *in Chron. Saxon. fol. 676.* NEAND. *in deſc. paru. orb.* mentionem faciunt celebris cuiusdam emporii, quod Nouogardiam vocant, et ab Hanſeaticis ciuitatibus, quae ibi collegium habuerunt, frequentibus nauigationibus viſitatum, ait SIGISMVND. AB HERBERST. *in Hiſt. Moſcou. fol. 79.*
Regio quidem ab innumeris fluuiis irrigatur, inter quos multi egregii 325
et memorabiles ſunt, tum nauigatione, tum magnitudine. MATTH. QVAD. *enar. Geogr. lib. 3. c. 8.* Sed incolae parum ea dona faciunt, vtpote ingeniis ad feritatem et ſyluam natis. Interim Hollandi et alii 326
quaeſtuoſam ibi exercent mercaturam. EMER. METER. *in hiſt. Belg. p. 2.* SELDEN. *lib. 2. c. 32.*

Alias inter Boreales primi Norwegi, qui priſco ſeculo vsque 327
in Thulen nauigarunt. PLIN. *lib. 4. c. 16.* Ad illos pertinuit inſula Mona inter Britanniam et Hiberniam et ſimul ius maris. IOH. ISAAC. PONTAN. *lib. 1 diſſ. hiſt. 17.* Nec minus Ebrides, iuxta quas magnam potentiam 328
marinam exercuiſſe refert VITAL. *eccleſ. hiſt. lib. 10.* Et cum illae inſulae poſtmodum Alexandro Scoto cederent: Hetlandia cum Orcadum 329
inſulis excepta fuit, nec aliter iſtae traditae quam vt certam ſummam Scotus numeraret, et a Reg. Norwegiae recognoſceret. *id. c. 16.* PONT. *lib. 1. c. 19.* In vetuſtis Dan. hiſtoriis de Haraldo Hildano R. ita le- 330
gitur (ſed nec quisquam maris dominationem abſque eius nutu vſurpare praeſumpſit,) quippe quoddam in Danorum Rep. diuiduum terrae et Pelagi imperium fuit, et Pelagus Selandiam Scaniae velut interſito ponte committere viſus. SAX. *Gram. lib. 8. hiſt. Dan.* Olo R. recepta pelagi dominatione 70. maritimos Reges nauticarum viri- 331
um certamine conſumſit. SAX. *Gramm. lib. 7.* Imo Norwegi in vlti- 332
mam vsque Thylen (quam Islandiam eſſe contra RAM. *lib. 1.* GEORG. VIRGIL. *Merit. in Opuſ. ſu. Geogr. And. Ian. d. Island. p. 361.* (mihi) ſtatuunt MERCAT. *in Atland. min.* HONT. *enarr. Geogr. lib. 6. c. 6.* PONT. *lib. 1. c. 21.*) nauigiis penetrant et eo vsque dominium maris

 exer-

Digitized by Google

333 exercent. Patet ex foedere quod Henric. 6. Angl. R. cum Erico Pomer. tunc Norweg. R. fecit, ne Angli illud mare penetrarent, niſi ſoluto antea vectigali, et abſque licentia R. Norweg. nullos portus intrarent, vel piſcaturam exercerent. IOH. ISAAC. PONT. *d. l.* Sic Anno
334 1555. claſſem in Septentrionale mare emiſit ad piratas coercendos, et tuendum liberum nauigationis vſum. THVAN. *lib. 16. Hiſt.* Fridericus
335 II. Daniae R. mercatoribus Anglis corporis Moſcouitici Anno 1583. conceſſit hyperborei maris vſumfructum, retento dominio. SELD. *lib. 1. c. 19.* Hac de cauſa Danus (ad quem Norwegia deuenit) Anglorum
336 piſcationibus offenſior, Anno 1599. Anglos, prope Norwegiam piſcantes ex inopinato oppreſſit, naues et bona confiſcauit, et nautas cruciatibus ſubiecit. CAMBDEN. *in Eliſabeth. de Anno 1600.* Variis autem
337 tractationibus haec res agitata, Bremae inter legatos Eliſabethae et Friderici, productis documentis ab Eliſabetha, quibus Anglis ius aſſerere voluit, ſed Danici legati cum poteſtatem recognoſcendi vel informandi foedera non haberent, nec muniendi vectigalia nec conceden-
338 di piſcationem in Mari Islandico ſine ſpeciali Regis licentia, ſimulque, inhiberent piſcationem, proteſtatione ab Anglis de nullitate facta,
339 re infecta diſceſſum eſt. CAMBD. *d. l.* Hodie Rex Daniae collegium mercatorum Islandiae inſtituit, quibus capturam balaenarum in dictis
340 locis, et commercia dedit ſolis Danis. Vltra Islandiam in mari, quod Groenlandiam alluit, (vulgo pulmoneum ſeu iecoreum *Leber-Zee* a fructibus dictum,) Rex Daniae dominium habet, et ibi piſcationem
341 concedit, et vectigal accipit. IOH. ISAAC. PONT. *lib. 1. c. 23.* Putat SELDENVS quidem *lib. 2. cap. vlt.* etiam Regi Angliae marinum hic
342 ius eſſe, ideo quod Angli 1553. per illud mare primam viam aperue-
343 runt ad Moſchos. At fallit: iam olim Corteſii, Gabotii, Gomeſii id tentarunt, et hodie Galli, Angli, Hollandi eo penetrant, quibus nullum exinde ius maris, dum Moſcouiae Princeps ad petitionem
344 Anglorum illis ſolis ius appulſus concedere noluit, ſed omnibus commercia aequa reliquit. Imo Anno 1612 ad Spitzbergam vbi praecipua balenarum captura, ſigna ab Hollandis tanquam primo ibi adue-
345 nientibus ſunt defixa. PONT. *d. l.* Quam potentiam olim in mari Britannico cum Anglia Daniae Regibus parebat, habuerit, ex ſuperioribus, inprimis Danegildo, patet, et *pluribus* perſequitur PONT. *l. 1, c. 8. 9. 10.*

Praeter

Digitized by Google

Praeter Regem Daniae in mari Germanico vulgo *Nord-See*, 346
non nimiam poteſtatem obtinet Rex Sueciae, Patet hoc ex litteris regis Daniae ad ordines Sueciae, *de Dato Hafn. 10. Octobr. An. 1610*, vbi iuxta Lappones vsque Carolus Dominium maris extendit, et vectigal ex piſcibus ab illis accepit, et hoc fine fortalitium in praefectura Wardhuys extruxit. Adiacet iſti Gottenbergum, vbi inſtructiſſimam clas- 347
ſem in anchoris Rex alit: et ex qua Generalis Commerciorum ſocie- 348
tas, quam Argonautica Guſtauiana promittit, inſtitui debebat, procul ante illam Wilhelmo Wſſelinx, vt *ex libello Francf. A. 1633. Menſe Iunio excuſo*, videre eſt. Quod vero in transactione Haffniae habita 349
A. 1613. inter Chriſtianum IV. Daniae, et Guſtauum Adolphum Sueciae R. renunciat R. Sueciae iuri et ſuperitate et dominio maris aliisque regalibus, quae in Norwegia, Norlandia, et diſtrictu Wardhuſenſi ad dictum Oceanum vindicauerat: SELDEN. *l. 2. c. 19.* id ego, vt res 350
ipſa docet, de certis locis intelligendum puto, ſcilicet Norw. Nordl. Ward. non vero de poteſtate, quam remotius a littoribus in ipſo mari habuit, et ſuis claſſibus ſemper tutatus eſt, multo minus de iure, quod ſe iuxta Sueciae littora ad illud mare apud Gotteburgum exten- 351
dit. In aperto ſane eſt, vtrumque regem mari potentiſſimum: et in quouis regno Admiralios inueniri. De Admiral. Dan. officio, quod 352
ſcilicet naues aedificet, veteres reſtauret, et ſingulis annis ea ordinet, 353
quae ad tutandum Oceanum et res nauticas pertinent, *vid. Aut. reip. Dan. in Diſc. de Polit. Dan. reg. ſtat. p. 269.* (m). Habet Rex inſtru- 354
ctiſſimas naues, quarum praecipuas Sophiam, quae hoc anno vadis immerſa periit, Chriſtinam; Regnum, Vrticam &c. 1631. Haffniae conſpexi. Aeque Rex Sueciae vltra quinquaginta naues bello paratas ha- 355
bet, quarum quaedam 60. imo 70. 80. tormentis inſtructae, ſicut *Rycks-Appel*,). Nec difficile eſt ipſi, ſex nautarum millia inuenire, non ſolum remiges, et nauales ſocios, ſed etiam Magiſtros et miniſtros nauium. 356
AVT. *reip. Suec. in diſc. d. pot. Reg. Suec. p. 189.* (m). His praeeſt Architalaſſus *Rycks-Admiral*, cuius officium, vt naues ſemper idoneis 357
nautis, aliisque ad nauigationem rebus inſtructae ſint. AND. BVRC. *in deſcript. Suec.* Eminet vero plurimum horum regum maritima pote- 358
ſtas in mari Balthico. Et eluxit ſingulariter, eo tempore, quando dux Wallenſteinius a Caeſare de Megapolitano Ducatu inueſtitus fuit, addito ei inſuper titulo Generalatus maris Balthici et Oceani. Increpat

Digitized by Google

359 pat hunc titulum Rex Daniae in litteris ad Illuſtriſſimum noſtrum prin-
cipem Bogislaum XIV. fel record. A.1628. de dato *auff dem Orlog Schiff*
bey Rhuden, et profitetur ſe omnibus viribus et conatibus hanc vel
veram vel quaſi poſſeſſionem interrupturum. BALTHAS. HENKEL. *de*
360 *bell. prot.* GVST. ADOLPH. *p. 22.* Rex Sueciae vlterius progreſſus, et
peculiarem ſibi maris Balthici tutelam eſſe aſſerit, vt patet ex cauſſis
361 belli Germanici Guſtaui Adolphi glor. mem. Hanc tutelam integram
et in ſolidum anteceſſoribus eius aſſeruit Maximilianus Imp. in pacifi-
catione Stetinenſi A. 1570. vbi ſpecialiter etiam hoc iuſſerunt Sueci
362 annotari. Hoc iure vſus, Guſtauus Adolphus cum lecta illa claſſe
A. 1630. in ipſis Iubilaeis Auguſtanae noſtrae confeſſionis Vindeliciis
Imp. Carolo V. exhibitae in Pomerania appulit, non ſolum vt nouo-
363 rum Dunckerkanorum ex portu Wiſmarienſi erumpentium fero-
cia retuſa nauigantium ſecuritati proſpiceret, ſed et, vt inſolito et hor-
364 rendo illo maris Generalatus titulo reiecto ſuum ius contra omnes per-
turbatores aſſereret, euentu ſane felici et proſpero. Hinc grauis ex-
ſurgit quaeſtio, quae iam quindecim annis armis et bipennibus agi-
365 tata, an Rex Sueciae ſatis cauſſae habuerit ſuſcipiendi belli contra
Imp. Romanum, quod Wallenſteinium Generalatus marini titulo
inſigniuerit, et exinde poſſeſſionem maris perturbarit? Negatiuam
366 pro Imp. I. probat vniuerſalis praeſumptio et dominium quod illi in
maria et littora competit. *l. 9. ad l. Rhod. d. iact.* Qui autem vni-
uerſale territorium habet, in omni ſuperioritatis et iurisdictionis iure
fundatam habet intentionem *l. 5. §. 4. d. offic. praef. vrb.* NICOL. BOER.
367 *deciſ. 50. n. 11.* Vnde 2. Dd. dicunt, quod ille, qui iurisdictionem
habet et territorium in terra, illud etiam cenſeatur habere in mari.
368 *l. vnic. C. de claſſi. vbi Bart. Angl. Luc. d. Pen.* De connexis enim idem
iudicium. *l. 2. §. 2. ad L. Aquil.* Impp. autem habent dominium in terra,
et ſummam poteſtatem. *l. 3. C. de quadr. praeſcript.* E. Et hoc 3.
maxime procedit in mari Balthico, iuxta quod Duces Pomeraniae
et Megapolitani feuda ab Impp. poſſident, et ſumma regalia ſeu ſu-
369 perioritates in Balthico mari ab eo recognoſcunt. Cauſa autem pro-
xima et immediata efficacior eſt, et plus operatur, quam cauſſa re-
mota *l. 64. §. 2. pro ſocio L. 57. locat. l. 15. ad L. Aquil.* TIRAQV. *tr.*
370 *ceſſante cauſſa par. limit. 20. n. 4.* Ideoque in omnibus negotiis et
actibus cauſſa immediata potius attenditur BALD. *in L. 3. Vol. 1. C. d.*
rer.

Digitized by Google

rer. per. cum ſecunda non niſi ex influxu cauſae primae operetur ZAS. *conſil. 1. vol. 2. 4.* Quod poſſeſſores illius maris ſe quodammodo ex- 371
emerint ab Imperio Romano, vt de Sueco teſtatur *Auth. diſc. de ſtat. Vrbis Rom. p. 9.* HERING. *tr. de Fideiuſſ. c. 7. n. 577.* HANFMANN *d. re monet. reſol. 7.* KIRCHOV. *in Conſil. Germ. 4. conſ. 17. n. 28.*
De Dano AD. BREM. *d. ſit. Dan.* HELMOLD. *in Chron. Slau. c. 50. 91.* 372
CRANTZ. *lib. 6. Dan. c. 17* qui, quod iuramentum fidelitatis praeſti- 373
terit et ab Imperatore Friderico inueſtitus fuerit, addit. CONR. RITTERSH. *in Or. I. d. Frid. quam praemiſſ. part. feud.* De Boruſſia, non
contemnenda maris Balthici parte, idem dicendum, cum clientelare 374
praeſidium, quo abrepta ab imperio ordinariae iurisdictioni non prae- 375
iudicet. GVMPELZHAIMER *d. iur clientel. th. 2. lit. K.* imo Albertus ob
ſuſceptum Poloniae patrocinium proſcriptus ſit, *R. Ab.* de *Anno 1500. §.* 376
von wegen des Hochmeiſters et quae Polono in comitiis d. An. 1548. Dantiſcum et Elbingam vindicanti reſponſa. Vid. *ap.* SLEID. *comm. de Relig. lib. 20.* BODIN. *1. cap. 9.* SCHONB. *5. polit. 7.* MVNST. *lib. 3. Coſmogr.*
Eadem ratione Liuonia Polono ceſſit, VIET. *concl. 3. d. exemt.* CHYTR. 377
lib. 20. Saxon. PAVRM. *d. Iurisdict. c. 4. n. 28.* in qua tamen Rigam ſuam et imperii ciuitatem appellauit Maximilianus *R. Ab. de An. 1567. §. Wir haben auch aus gantz.* REINK. *d. regim. ſecul. lib. 1. claſſ. 2. c.*
9. n. 35. Notum autem eſt, quod is, qui ſe imperio eximit, ab eo de- 378
ficere dicatur *R. Ab. zu Trier und Cölln. d. An. 1512. §. Nemlich welche Stände.* qui vero deficit imperii hoſtis iudicatur *l. 14. ex quib. cauſ.* 379
mai. l. 3. §. fin. ad. l. Corn. d. ſicar. ZOANETT. *d. Rom. Imper. n. 85.* Aduerſus hoſtem autem aeterna auctoritas eſt. VIET. *d. exem. concl. 7.*
in fin. Supereſt igitur Imp. manus iniectio, vt auulſas Aquilae 380
pennas recolligat, eamque de nouo inueſtiat. Et quia regna non a- 381
ctionibus, ſed armis, vindicantur: FORSTNER. *in annot. ad* TAC. *p. 72.* Legiones aſſumendae, vbi LL. deficiunt. Veniendum ad arma vbi lo-
cum inuenire iuſtitia apud aduerſarium nequit. CASSIOD. *lib. 3. va-* 382
riar. 117. Nullum enim bellum iuſtius, quam quod pro rebus repetundis ſuſcipitur. LIPS. *5. Polit. 4.* Nec intereſt, an mox, an ex inter-
uallo. WES. *par. vt poſſid. n. 6.* CVIAC. *par. C. d. praeſcr. 30. ann.* quia 383
non deſerta ob id belli cauſſa, ſed ſuſpenſa ſolum ad tempus, cum rem bello amiſſam repetere ſit merae facultatis, ſempiterna ergo manent ea iura. IASON. *in l. 3. n. 4. d. Iurisdict.* et eſt in omne aeuum 384

Digitized by Google

Diuis Auguſtis integrum ſuas ab incubatoribus vindicandi prouinci-
385 as. FELIX. *c. 20. cum non lic. X. de praeſc.* DIET. *d. imp. Rom. concl. 206.*
386 HERM. KIRCHN. *C. vlt. d. legat.* Iuſtiniani exemplo, qui feroces Van-
dalos et Gothos diu exultantes tandem compeſcuit, et ſub iugum mi-
ſit. §. 1. *prooem. Inſtit. l. 1. C. de off. praef. pract. Nouell. 8. c. 20. Nou.*
387 *30. c. 19.* PROCOP. *d. bell. Vandal. lib. II.* Denique 5. ſunt tituli, quae-
dam praeſumtiones et praeſeruationes iuris in rem aliquam ſibi com-
petentis, *vti* BAVD. *lib. 1. d. induc. Belg.* loquitur. Sic Rex Angliae
titulum Galliae, Hiſpanus Hieroſolymae et Hollandiae ſui iuris gra-
tia retinent; eiecti Palatini Palatinatus, Duces inferioris Saxon. Weſt-
388 phaliae et Angriae. Verum iuſtam Regi Sueciae praeter alias hanc
fuiſſe belli cauſſam, aſſerit *Dn.* BALTHASAR HENCKELI *p. mem. ami-
cus et Fautor meus ſingularis in libr. d. bell. protect. Guſt Adolfi ex*
389 *ſeqq.* rationibus. 1. Tuetur ſe immemoralis temporis praeſcriptione,
quod Balthici maris ſummam protectionem ab eo tempore habuerit,
390 cuius initii non extat memoria. HENCKEL *p. 21.* Tempus immemoria-
le autem habet vim priuilegii et conceſſionis. *l. fin. d. aq. pluu. arc. l. 3.
§. 3. d. aqu. quot.* COTHM. *conſil. 79. n. 72.* SIXTIN. *d. regal. lib. 1. c. 5.*
391 *n. 139.* Fauor et veneratio antiquitatis et temporis immemorialis lo-
co tituli, REINK. *d. reg. ſecul. lib. I. cl. 5. c. 2. n. 18.* et poſſeſſio curſu
ſuo abſoluta titulum praeſumptum manifeſto aequivalentem conci-
392 liat. KNICH. *tr. d. iur. territ. c. 3. n. 53.* Immemorialem vero prae-
ſcriptionem, cuius non extat initium, locum habere contra ſummum
principem maxime in iis, quae ſummo principi ſiue imperatori reſer-
393 uata ſunt, qualia regalia, iurisdictio in omnes immediata, quae iuris
praeſumtione ſolus Imp. habet, affirmat et pluribus deducit
394 KNICH. *d. l. in com. ad ius Sax. c. 9. n. 222.* 2. patet ex prin-
cipiis iuris quod in concurſu praeſumptionum fortior infirmiorem
excludat *l. fin. quod met. cauſſ. arg. l. 7. et ibi Gloſſ. d. reſtit. in integr.*
MENOCH. *1. praeſc. 30.* SCHNEIDEW. *ad §. 3. n. 4. d. ſuſp. tutor.* For-
395 tior autem naturaeque regulis ſuffulta praeſumtio eſt, omnem rem eſſe
a primaeuo ſtatu et liberam. *c. ius gentium diſt. 1. pr. d. libert.* VIETOR
de exemt. concl. 27. Hinc BACHOV. *in not. ad Treutl. v. 1. diſ. 1. th. 5. l. a.*
396 ait, quod belli iure, quo Romani prouincias occuparunt etiam pro-
uinciae ſe recte Romanis, eodem ſcilicet belli ſeu gentium iure, ſubdu-
cant, cui adſtipulatur BESOLD. *in tr. d. Appell. c. 2. n. 8.* Proinde
tradunt

Digitized by Google

tradunt ICti, quod contra libertatem perſonarum ſeruitus nullo tem- 397
pore praeſcribatur, *l. fin. C. d. long. temp. praeſc. quae pro libert.* ſed
bene contra ſeruitutem libertas: *l. 1. l. 2. C. eod.* WESENBEC. *par. ff. d.* 398
ſeruit. n. 5. Idque fauore libertatis et odio ſeruitutis. Eſt enim li-
bertas res maxime fauorabilis, *l. 206. de R. I.* gratiſſima, *l.* PAVLVS *d.* 399
fideicom. libert. quae non recipit aeſtimationem, *arg. l. 13. ad l. aquil.*
l. fin. de his qui deiec. propter quam multa ſingularia in iure ciuili in-
uenta, *§. fin. d. donat.* et recepta. *l. 24. de fideicommiſſ. libert.* Denique 400
3. in dubio pro poſſeſſore concluditur, *§. 4. d. interd.* meliorque eius 401
eſt conditio quam petentis: *l. 28. com. diuid.* ſunt enim poſſeſſionis
multa commoda, tum in eo, quod poſſeſſor fructus lucratur, et eſt 402
quaſi dominus, *l. 48 d. adq. poſſ. l. 136. d. R. I. l. 22. C. R. V.* proque
domino habetur tamdiu, quoad liquido non demonſtratur contrari-
um. *l. fin. C. de R. V.* tum in eo, quod, etiamſi eius res non ſit, qui 403
poſſidet, ſi tamen actor non poſſit rem ſuam eſſe probare, rema-
neat in loco ſuo poſſeſſio, et contra petitorem iudicetur. *§. 4. d. in-*
terd. Cum ergo per tam longiſſimas metas dominium maris Balthi-
ci Rex Sueciae habuerit, nec ab vllo in eo turbatus ſit, ſequitur eum 404
non ſolum poſſeſſorem, ſed etiam Dominum eſſe, maxime cum do- 405
minia ex poſſeſſionibus coeperint, vt argute ICtus diſſerit in *l. 1. d.* 406
acquir. poſſ. WESENB. *part. de acquir. poſſ. n. 7.* Hinc poſſeſſio ius 407
reſiſtendi via facti propria authoritate contra omnes, qui poſſeſſioni
impedimentum aliquod creant, affert *arg. l. 29. §. 1. ad. L. Aquil.*
BART. *poſt gloſſ. in l. 1. §. 1. ad interd. per L. 1. §. 27. de vi et vi arm.*
WESENB. *in parat. d. l.* Imprimis autem 4. Rex Sueciae vrget, quod 408
ex antiquo iure ſpecialiter Regibus Sueciae protectio maris Balthici
competat, vid. *Manif. cauſar. belli.* ibi: *praeſertim vero cum iuſta hu-*
ius maris tutela ab antiquo Regum Sueciae peculiaris fuerit. Iam vero
ea quae certam ſemper habuerunt obſeruationem, non ſunt temere 409
mutanda, *arg. l. 2. d. conſt. princ.* 5. Hoc vlterius deducit ex pa- 410
cificatione Stetinenſi, quae An. 1570. facta, vbi Imperator ſine omni
diſſenſu vel contradictione hoc ius approbauit. Nemo autem in ſui 411
praeiudicium cenſetur quid approbaſſe. Cum ergo Rex ſpecialius 412
ius habeat, merito ei ſtandum, quia in toto iure generi per ſpeciem
derogatur, *l. 80. d. R. I.* et vniuerſalia, quae tamen potiora ſunt ge-
neralibus, BAR. *in l. 32. §. 2. d. vſufr. legat.* non extenduntur vltra 413

Digitized by Google

quam ſalua verborum proprietas patitur. BR. *in l. 20. §. 1. d. lib.*
414 *legat.* WESENB. *vol. 1. conſ. 26. n 35. 6.* Ex dicta pacificatione eluceſcit quod Maximilianus Regi Sueciae eminentiam confirmationis priuilegiorum in mari Balthico ſoli reliquerit. THVAN. *hiſt. 45. p. 939.* et
415 hoc ſingulariter notandum, dicit HENCKEL. *p. 24.* ne ea, quae notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, habeantur pro neglectis *l. 15. §. 26. d.*
416 *iniur.* Datio autem et confirmatio priuilegiorum a nemine fieri poteſt, niſi a ſuperiore. HOSTIENS. *in ſum. tit. d. priuil. Auct. reſponſ. 1.*
417 *in cauſa fin. n. 14.* 7. Argumentum eſt, quod nemini debeat ſuum auferri, FELIN. *in nou. d. iudic.* et quidem non ſubditis, qui alicui non
418 ſunt obligati CAST. *Conſil. 216. Tap. d. conſt. Pr. c. 1. n. 53.* Turbatio autem poſſeſſionis eſt fere ademtio. Quapropter recte facere iuſtamque belli cauſam ſe habere Sueciae Rex dicit, quod dominium
419 maris a nouitio poſſeſſore et turbatore ſibi vindicet. Nam turbatione quauis maius eſt, in praeiudicium Regis nomen officii nouum fingere et ſibi adſcribere, *Dd. ad. l. 1. C. d. mut. Princip.* THOLOS. *Syntag. iur.*
420 *lib. 36. c. 40. n. 1.* et non ſolum tituli inſoliti vſurpatio ſecum trahit iniuriam, ſed etiam inueteratae tutelae Regi competentis priuatoriam ſententiam. HENKEL. *p. 25* Quae facta cum fuerint potentiora ver-
421 bis: *l. vlt. c. d. diuerſ.* CRAVETT. *conſ. 408. n. 5.* mouerunt, vt fatale illud imprecor arma armis imperatori opponere fuerit coactus. Quanquam vero hanc controuerſiam priuatis componere difficile ſit, cum ſciam
422 quod Henricus IV. Galliae Rex olim dixit, que les differents de Roy ne ſe vuident pas par canon de la Philoſophie, mais par canon de la guerre, id eſt, Regum controuerſias non per canones Philoſophorum, ſed tormenta bellica finiri: Ideo poſſum [illegible]to iudicium ſeponere, et
423 pati, vt diui Auguſti et Guſtaui reciprocantem ſerram trahant: amore tamen veritatis, ſine praeiudicio vllius partis, de quo proteſtor, ſtatuo, argumenta adducta Impp. cauſam non fundare. 1. Vniuerſale
424 enim dominium terrae, quod nunquam fuit male extenditur ad ma-
425 ria, vt ſupra probat *c. h. n. 90. et ſeqq.* 2. Effatum illud non ſemper procedere, cum a Separatis ſit, nec dominium probare, occupato ab alio mari, ſed tantum praeſumptionem inducere, quae contrariis
426 probationibus elidatur. *Vid. ſupr c. 5. n. 42.* Ad 3. quod illud ſit in quaeſtione an de mari Principes inueſtire potuerint, et dubium adhuc, an illi exinde ius maris habeant, vt *in c. 7. et 8.* audiemus. Ad

4. Rex

Digitized by Google

4. Rex Sueciae in cauſis belli reſpondet, ſe ne glebam quidem impe- 427
ratoris beneficio poſſidere, ſed omnia ſe debere Deo, Maioribus et
victricibus armis. Nec exemptionem ſibi poſſe obiici, qui nunquam 428
ſubditus fuerit, cum Suecia ſe nunquam Aquilis ſubmiſerit. Et hoc 429
ex ipſis Archiuis imperialibus et proprio teſtimonio probari per *l. 12.*
C. de Haeret. et Manich. vbi Gothi foederati dicuntur, foederatorum
autem vna eademque eſt poteſtas. HAENON *diſp. polit. 13. th. 21.* A 430
Gothis vero originem Suecos habere, affirmat CRANTZ. *in ſua Sue-* 431
cia. SIGISMVND. BAR. *ab* HERBERST. *in Hiſt. Moſcou. fol. 129.* L. PAVLIN.
lib. 2. et 3. Hiſt. Arct. DN. HEN. GIESEBEBERT *Faut. meus pl. honor. in*
Orat. 2. d. orthodoxo. Guſt. Adolfo p. 16. Et ſane ſi hiſtorias in me- 432
dium ponere velimus, inueniemus, Gothos non ſolum non obedien-
tiam praeſtitiſſe Romanis, ſed potius Romanos Gothis, eosque ſum-
mam potentiam in Hiſpania, Germania, Italia habuiſſe, et caput ſu-
per Orbis caput extuliſſe, et quam pro nihilo ſacra imperii inſignia
habuerint, oſtendit triſte illud excidium quo Romam tempore Iuſti- 433
niani Magni Duce Totila imbuerunt. PAVL. DIAC. *lib. 17.* IORNAND.
d. ſucceſſ. regn. pag. (*mihi*) *1505.* MVNSTER *in Coſmograph. lib. 2. d. I-*
tal. fol. 321. et diuinam, ſanctam, auguſtam illam vrbem, captiuam, 434
ſeruam et cadauer effecerunt, ſolique hominum de victore gentium
populo triumpharunt. IOH. *lib. 1. hiſt. pr.* Ad 5. reſpondit clariſſi- 435
mus belli Dux Ambroſius Spinola apud BAVDIVM *lib. 1. de induc.*
bell. Belg. quod tituli ſine re ſint mera ſomnia blandientis ingenii,
imo hunc titulum Imperator nunquam habuit, quomodo ergo ſibi
reſeruare poteſt?

Vlterius inquirendum eſt, an dominium maris Balthici vni 436
ex his duobus regibus in ſolidum competat, an vterque habeant; *Clar.*
DN. HENCKEL. *in d. lib.* tutelam ſoli Regi Sueciae aſſignat. Nuper
Anonymus Danus in Scripto *mare Balthicum* dicto *pag. 31.* domini- 437
um Regi Daniae attribuit ex ratione, quod duo in ſolidum vnam rem 438
poſſidere non poſſint, multo minus dominium habere. *l. 3. §. 5. d.*
acquir. poſſeſſ. Regem vero Daniae dominium habere: E. id non 439
poſſe competere Regi Poloniae. Contra illum enim diſputat. Addit
2. quod non niſi voluntate Regis Daniae Anno 1630. copiae milita-
res, quas Hamilton, Eques Anglus, ſubſidio R. Sueciae deportauit,
per fretum *Elſenör* transire potuerint, et quod 3. R. Sueciae vigore

440 pacti de Anno 1614. non ante fuerit fas nauigationem Rigam verſus
prohibere, et impedire, antequam eam obſidione cinxerat. MARE.
441 BALTH. *pag. 30.* Sed haec argumenta illud non euincunt, quod auctor
illius Scripti volebat. Si enim contra R. Poloniae voluiſſet diſputare,
re, non debuiſſet rationes extraneas ab aliis petitas in medium afferre.
442 Nec ſequitur. Ita R. Sueciae fecit: E. R. Poloniae non habet ius
maris. A diuerſis enim male concluditur, imprimis vbi ratio diuer-
443 ſitatis in aperto eſt. Videtur autor illius Scripti hoc intendere, quod
ſi rationes illae poſſent R. Sueciae, qui ad mare ſedet, ab eius do-
minio excludere, multo magis eae valiturae ſint contra Regem Poloniae,
444 qui ab eo remotus eſt. Verum illud praeſuppoſitum nimia confiden-
445 tia ſtatuit. Nam ex adductis rationibus illud non ſequitur. Etenim
primo quaeſitum eſt, nec dum probatum, dominium R. Daniae in ſo-
lidum competere: nec valet argumentatio dominus eſt. E. in ſoli-
dum eſt: cum duo pluresue rem pro indiuiſo, vel pro partibus do-
446 minii, habere poſſint. *l. 17. l. 15. d. A. R. D.* Altera ratio eſt particu-
laris non de Suecis, vel toto mari Balthico, ſed de extraneo, ſubſi-
dio copias ferente, vel loco tantum, ſeu tranſitu iuxta arcem Cro-
nenburgum loquitur, ex quo male infertur ad ipſum mare. Tertia
447 ratio pacto nititur, et ſimul tali, quod ius eſſe demonſtrat. Sicut
etiam ex actis patet, quod R. Carolus Anno 1610. nauigationem ver-
ſus Rigam, et Curlandiam prohibuit, et mandati diploma in Daniam
ad publicanos Helſingoram ibi affingendum miſit, demum hoc fine
naues exploratorias eo ablegauit, et contrauenientes ademtione mer-
448 cium, et nauium puniuit. Rem ipſam quod attinet, videtur vetus eſſe
diſputatio. IOHANNES MAGNVS *in Archiepiſc. Vpſalienſib. c. 15* ait. Termini
regnorum Sueciae in medio freti Oreſund. Et hac de cauſa Sueci
ſemper voluerunt liberrimum per illud tranſitum ſibi ſuisque nauibus
eſſe, indecorum reputantes, pro vſu ventorum aliquid dari vel accipi.
Inde in omnibus pactis in vtroque regno libera nauigatio et ius trans-
eundi reſeruatum. Et cum illud reſtringi viſum, ſaepius et hoc anno
449 bellum ſumptum. Exiſtimari poſſet, mare, quatenus cuiusque regis
littora alluit et veluti medio incluſum eſt, ad vnumquemque regem
priuatim pertinere. Sic hactenus, quod ſciam, Rex Sueciae ſolus ius
in eo habuit ab Inſula Oelandia, et Calmaria vsque ad finem maris
450 Botnici, et Sinus Finnici, vti et iuxta littora Liuoniae. Contra Rex
Daniae

Digitized by Google

Daniae poſſidet Belthum (proprie ſic dictum) et mare quo inclu-
ditur Iutia, Selandia, aliaeque inſulae, et littora Holſatiae aluuntur
Quod ad inſulas et qua vicina Pomeraniae, Boruſſiae et Megapolis 451
territoria attingit, et quouſque in medio non eſt determinatum, vtri-
uſque commune eſſe ex ratione quod duo poſſint vnius rei eſſe domi- 452
ni *d. l. 17.* vel obtinebit, ſi potiora alterius iura, antiquum remedium,
vti poſſidetis, ita poſſideatis. Ita in mari Liguſtico, Mediterraneo &c. 453
quatenus nulli ibi poſiti limites, obſeruatur. Id etiam demonſtrant 454
actus poſſeſſorii. Nam ambo hi Reges ſaepe validas claſſes in mari
habuerunt, bellum geſſerunt, et nunquam eo finito de dominio vni in
ſolidum attribuendo aliquid conuenerunt. Praeterea data occaſione vter- 455
que ſine querela alterius partis et praeiudicio ius in mari exercuerunt.
Rex Daniae iuxta inſulam Ruden prope Wolgaſtum ab Anno 1630. vs- 456
que ad nouiſſimum bellum nauem bellicam habuit, quae vectigal exe- 457
git. Rex Sueciae non procul Dantiſco in portu Pillow, flagrante in- 458
ter eum et Polonum bello, idem fecit. Haec dum ita cogito, oritur 459
inter hos duos Reges in mari Balthico funeſtum bellum. Nam exer-
citus Suecicus in Germania *ineunte Decembri An. 1643.* totam Holſa-
tiam cum Iutia occupat. Nec minus ab altera parte ex Suecia aliae
copiae, Scaniam, Blekingam et finitimas prouincias infeſtant. Cau-
ſae belli publicis ſcriptis publicatae. Acriter ſuper ipſis ab vtraque 460
parte et acerbis inſolitisque inter Reges verbis certatum. Variae eae
fuerunt, et inter alias pro ſumma habita commerciorum perturbatio.
Illa narrata conſiſtunt in eo, quod contra libertatem a Suecis ab imme- 461
moriali tempore in freto Elſingorae habitam vectigal pro Sereniſſim. 462
Reginae vinis exactum, certificationes ſuper mercibus diſputatae, 463
earumque vnilateris contra pacta d. A. 1591. et 1624. facta interpreta-
tio, ad haec naues detentae, earum dimenſio, et viſitatio inſtituta,
praeterea erecta in praeiudicium ſuperioritatis Sueciae noua Haffniae
tribunalia, ab illis conceſſae ad Regem appellationes, vbi licet abſo- 464
lutoria obtenta, quod nihilominus naues non reſtitutae, vel quinta
pars mercium detracta fuerit. Idem Hollandus ante aliquod annos 465
in freto Danico cauſa querelae contra Regem fuerat ſine remedio cum 466
Sarcaſmo dimiſſus. Fuit autem Seren. Regina Sueciae bello ſuperior. 467
Quippe media aeſtate Martinus Thyſius ex Hollandia ſub auſpiciis 468
Suecorum cum conductis nauibus vi fretum diſrupit, et eius aditum
aperuit.

Digitized by Google

aperuit. Circa finem autem anni primi *13. Octobr. An. 1644.* tota claſ-
469 ſis Danica prope inſulam Femeram maximam partem cum toto apparatu, tormentis, captis admiraliis et claſſiariis, in Suecorum poteſtatem deuenit, reliquiis ad Syrtes Langelandiae alliſis, et tempeſtate
470 conquaſſatis. Hoc anno 1645. Wrangelius inſulam Bornholmam ipſis ademit. Mox Hollandi ſub Admiralio Witte Wittenſohn cum inſtructa claſſe aduenientes Regem cum omnibus nauibus ita portui inclu-
471 ſerunt, vt nullus ipſi pateret exitus. His poſtea Regia claſſis ſub ductu
472 Erici Ryningi acceſſit. Rex in anguſtiis conſiſtens, pace in finibus regnorum Bromsbröae facta, Suecis, omnibusque foederatis veluti Hollandis, Pomeranis, Megapolitanis, liberam, vt ante, nauigationem per fre-
473 tum conceſſit, et inſuper inſulas Gotlandiam et Oeſelam cum prouincia Herentala, Iemptia et Lappia in perpetuum, Hallandiam vero cum omnibus vrbibus loco cautionis in triginta annos tradidit. Ex
474 his patet, autorem ſcripti valde ſua opinione falſum eſſe, dum dominium maris Balthici ſoli Regi Daniae aſſignauit. Nam qua terminos, loca, ius, et actus exercitos, Rex Sueciae ipſo ſuperior eſt. In cae-
475 teris ſua iura aſſerit, et reſpectu regis Poloniae, qui nihil in eo iuris habet, multum valet. Hinc cum R. Poloniae *Anno 1637. ſeqq.* Dan-
476 tiſcanis nouum telonium imponere volebat, conſtituto publicano Spiringo, cum aliquot nauibus in mari: R. Daniae, ius ſuum imminui cenſens, ex inopinato illas oppreſſit, et Haffniam deduxit, vix Publicano ſe ſaluante. Redditae fuerunt poſtea naues, ſed ſaluo iure regni.

477 Verum R. Poloniae, rebus cum Dantiſcanis nondum finitis, noluit a conatu ſuo deſiſtere, ſed operam omnem adhibuit, vt no-
479 uum telonium marinum erigere poſſet. Hinc quaeſtio ſuborta eſt, an iure hoc facere valeret? Aſſeruit Anonymus quidam, Polonus, diſcurſu neceſſario ad amicum emiſſo, cui cum Danus Anonymus ſe opponeret, libello (Mare Balthicum) inſcripto, alius quidam Polonus vel forſan is ipſe itidem Anonymus Antimare Balthicum An. 1639. edidir, vterque acriter deſudantes pro regis ſui iure. Polonus potiſ-
480 ſimum ſui Regis ius fundat in ſeqq. 1. Quod DEVS et natura non mi-
481 nus de fluminibus, portubus et ex his dependenti dominio maris Poloniae proſpexit, quam aliis regionibus. Exemplum adducit 2. Bo-
482 ruſſiam, quae ex primaeua inhabitatione Poloniae pars eſt, (vt

patet

patet ex diuiſione Leſci, Poloniae Regis, qui vni filio Sclauos ad mare habitantes reliquit) et mari alluitur, ſimulque foecunda eſt Viſtula et aliis fluminibus nauigabilibus, quae mare excipit. 3. Quod titulum 483
non habuerit, voluntatis fuiſſe, nec inde ius perdidiſſe, non aliter, ac Danum vel alios, qui nunquam tali titulo vſi. 4. Potuiſſe Poloniae 484
Regem ſemper claſſem educere, quod autem non fecerit, factum ob intercedentem cum transmarinis regibus amicitiam, exinde vero nullam deminutionem iuris ſequi, cum tanquam res merae facultatis, 485
nullam praeſcriptionem admittat. 5. Quod teſte ADAMO BREM. *in Chron. d. ſit. Daniae* Sclaui (Polonorum maiores) ad littus Auſtrale habitauerint: ibi. *latera illius ponti ab Auſtro Sclauii* ibi. *aliquas inſulas etiam Sclaui poſſident.* His Autor *diſc. Maris Balthici* in contrarium affert, quod 487
et conſtitutiones Regni Poloniae, et literae Regis et Legationes fuerint falſae, R. Daniae competere ius maris. 2. Quod ex Geographorum tabulis id conſtet. Relicta veteri Poloniae circumſcriptione et 488
incerta et nimis extenſa *Mar. Balth. p. 2.* Vt hodie Polonia definitur ad Septentrionem Pomeraniam et Boruſſiam, ad Orientem Maſſouiam et Lituaniam, ad Meridiem Ruſſiam et Hungariae montes, ad Occidentem Sileſiam et Morauiam habet. Vbi ſane Geographi nullius Polonici maris mentionem faciunt, ſed ſaltem Pomeranici, vel Boruſſici. Contra vero Dania ex Inſulis fere conſtat, alibi ad ſeptem, 490
alibi ad quatuor, interdum propius, aliquibus in locis ad teli iactum attingit continentem, ipſa natura quaſi tribuente maris dominium. Et quod hoc ius habuerunt 3. Reges Daniae, antequam ciuitas Dantiſcum ad dictum mare fundata, vel nomen ordinis Teutonici fuerit 491
auditum. Ideo etiam 4. in diuiſionem hereditatis venerit. Helgo 492
enim diuiſit cum fratre Roe, vt ille haberet mare, alter terram. Rex 493
Olaus diſpoſuit, vt alternis vicibus Froto et Haraldus terrae et maris imperium curarent. *Mar. Balth. p. 21.* Quod 5. multas expeditiones 494
pro tuendo mari et perſequendis piratis Daniae Reges ſuſceperint. CRANTZ. *in Wand.* SAXO *Grammat. per tot. Mare Balth. p. 27.* 6. Vocabulorum etyma et titulorum formulae id declarent. 7. Euincat 495
conſtitutio Admiraliorum, quos R. Poloniae nunquam, ſicut Daniae, 496
habuerunt. Item 8. ſaluus conductus in hoc mari. Quem ſolus R. 497
Daniae habeat, et qua de cauſſa Hollandorum naues bellicae quae alias per Boreale mare deducunt, non audeant fretum ingredi ſed co- 498

N gantur

gantur ſubſiſtere iuxta ſcopulum Lappe, et ibi onerariarum reditum
exſpectare, quae tamdiu ſub tutela R. Daniae ſunt. MAR. BALTH. *p. 28.*
499 Quod 9. tranſitus petitus ſit. R. enim Poloniae Anno 1635. menſe Iu-
lio tranſitum per fretum Danicum rogauit, quem tamen impetrare
non potuit, antequam indicaret numerum nauium. Idem iam an-
500 tea fecerat Anno 1632. per Legatum Dänhoff et Anno 1634. et rur-
ſus Anno 1635. cum copiae militares in Anglia conſcriptae pro Regni
proceribus per fretum illud ad bellum cum Moſcouiae Duce iuxta
501 Smolenſcum ibant. Sicut id grato agnouit animo Rex literis ad R.
Dan. ex caſtris ad Smolenscum datis, quomodo etiam ante peraman-
502 ter et maiorem in modum rogarat. Similiter cum eodem anno ro-
garetur R. Daniae, vt ſubditis interdiceret commerciis cum Suecis,
reſponſum accepit, Mare ſuum eſſe, nec poſſe pati, vt ratio com-
503 merciorum ſuis ſubditis praeſcribatur. Quod certum indicium eſt,
504 quod ſi velit Rex illud mare pro lubitu claudere poſſit. Sicut et 10.
fauces illius freti *Helſenoer* tanquam compedes vtriusque maris ſolus
Rex Daniae ſub ſua poteſtate habet, et ſaepe clauſit. Nam A. 1621. ſuppe-
tiae ex Anglia a Iacobo VI. Rege Polono contra Turcam miſſae, cum ad
505 fretum peruenerant, retrocedere coactae, ſaltem quod non mature ſal-
uum conductum petierant. Idem Anno 1622. Arturo Aſtano et An.
506 1623. Alexandro Muraeo accidit. Et Anno 1624. cum Sigismundus
R. idem rogaret, ex Haffnia II. Maii, habitis prius Comitiis regni,
507 reſponſum: Regem impoſterum ne regni iuribus fiat praeiudicium,
nemini daturum tranſitum. Cui etiam Sigismundus acquieuit. 11)
Vltimum eſt quod iam antea mandato Friderici II. Daniae Regis cum
508 naues ad tutelam maris Boruſſici Gedanenſes emiſiſſent, illae iuxta
inſulam Bornholm interceptae et Hafniam deductae fuerint. Et Si-
gismundi vltimi capitaneis non aliter fuit tranſitus datus, quam inter-
509 poſita cautione indemnitatis, cui cum contraueniſſent, naues Lubecen-
ſium ſpoliando, manus eis iniecta mandato Regis, nec antea dimitti
potuerunt, quam Rex Poloniae animaduerſionem eorum ſuſciperet.
Aeque, cum Anno 1635. per Wilhelmum Forbeſium a rege Daniae
510 rex Poloniae peteret liberum tranſitum, et tutum in portubus rece-
ptum, vtrumque rex conceſſit, conditionibus adiectis, vt ſimul re-
511 gi Suaeciae idem liceret, et negotiationibus illud non eſſet periculo.
Quid

Digitized by Google

Quid in hoc dubio dicendum? vt rem dicam, argumenta Dani, prae-
ualent Poloni, licet regeri poſſit, et quidem 1. quod facit autor an- 512
timaris Balthici, quod legationes, conſtitutiones, rex ipſe loquan-
tur de freto tantum circa *Helſenöer*, vel operam fuiſſe, et auxilia ro-
gata iure vicinitatis et amicitiae, ad auertenda communia pericula. At
replicatur: primum acciperem, ſi copiae viſae litterarum non eſſent 513
tam generales. Alterum vel impotentiam ſignificat vel nullum ius. 514
Ad 2. reſpondi non accurate ab Hiſtoricis omnia conſignata. Replic.
interim argumentum firmum in vetuſtis, vbi loquuntur hiſtoriae. Ad 515
3. 4. 5. quod praeſumtionem tantum inducant. Replic. ſed quae fir- 516
mat ius, donec de contrario conſtet; ad 6. quod Duces Lithuaniae 517
ſint generales exercituum regni bellique in mari et terra adminiſtra- 518
tores. Replicari poteſt, non ſufficere titulum, vt autor antimaris 519
indicat, et inſpiciendam conſtitutionem Ducum, an expreſſe ſe ad
mare extendat. In generali enim adminiſtratione veniunt tantum ea 520
quae ſub poteſtate Principalis, cui hic mare dubium redditur.
Ad 7. reſpond. Anti-Mar. quod iſtae claues eadem ratione ad 521
totum Oceanum ſe extendi poſſent. Cui replic. quod ibi ſit res cer- 522
ta, quatenus ſibi arrogent Accolae Reges ius maris, qua deficiente id
commune manſit. Haec pro Dano contra Polonum volui addere.
Iam ad Poloni argumenta reſpondeamus. Ad 1. quod ſit a diuerſis, 523
vt enim ſupra capite 5. n. 42. demonſtratum, ius maris ſe non fundat 524
in portubus vel littoribus, nec ita adquiritur. Ad 2. quod Boruſſia 525
ſit Poloniae pars, eſſe in quaeſtione, nec argumentum a primo tem-
pore valere, cum ſingulis ſeculis continui termini, et non interrupta
poſſeſſio eſſe debeat, vt alicui ſuum ius integrum relinquatur. Hu- 526
ius tamen argumenti imbecillitas altius repetenda eſt, nimirum a quo 527
tempore, et quo iure Rex Poloniae Boruſſiam habet. Indubitatum
eſt, quod illa terra pertinuit olim ad Magiſtros Ordinis Teutonici, 528
qui eam tanquam feudum ab imperio habuerunt. R. A. d. Ao. 1500. §.
von wegen des Hochmeiſters aus Preuſſen, vbi expreſſe dicitur, funda-
tum eſſe Ordinem ſuper natione Germanica, ideo agendum cum Re-
ge Poloniae, ne eum offendat. Idem aſſeritur *in §. ſequent. weiters*
iſt beſchloſſen et diſponitur ſimul de mutuis auxiliis ab ordine imperio, 529
et rurſus ab imperio ordini praeſtandis. Pluribus id defendit Magi- 530
ſtri ordinis legatus in comitiis imperii Anno 1548. SLEID. *lib. 20. com-*

N 2 *ment.*

Digitized by Google

531 *ment. d. relig.* Succedente tempore Rex Poloniae ius protectionis in Boruſſiam acquiſiuit. Etenim cum inteſtina eſſent inter Magiſtros et Nobilitatem diſſidia, primum Ao. 1440. Equeſtris ordo et quaedam
532 ciuitates de foedere ſanciendo deliberarunt. Illo vero, lite coram Caeſare et Imperii Electoribus mota, per ſententiam antiquato, demum Anno 1445. obedientiam exuerunt, et clientelae R. Poloniae ſe ſubmi-
533 ferunt. Qui etiam contra imperium eorum defenſionem ſuſcepit, vs-
534 que dum in contradictorio iudicio An. 1453. Viennae lata ſententia plene illud foedus propter expreſſum aliquod antiqui cum Regno Poloniae caput, ne quis alterius ſubditos contra proprios dominos de-
535 fenderet, ſublatum fuit. Apertum igitur, quod ſeceſſione a Magiſtro
536 facta, quidam Boruſſiae ſtatus ius maris in Reg. Poloniae transferre non potuerint, cum ipſi tanquam priuati eius non fuerint capaces, ſed ſi
537 quod fuiſſet, manſiſſet Magiſtri Ordinis. Hic enim ſub imperio Rom.
538 vsque ad Albertum, qui deficiente auxilio imperii, cum ſe amplius contra Sigismundum auunculum R. Poloniae defendere non poterat, Boruſſiam ſub feudi lege Polono conceſſit, mutata inſuper religione, et ducta vxore Dorothea, R. Daniae filia. THVAN. *lib. 1. hiſtor.* Sed hic
539 idem Albertus conuentui Norimbergenſi An. 1524. praeſens ſubſcripſit. SLEID. *lib. 4. pag. 95.* poſtea etiam ob feloniam proſcriptus fuit,
540 SLEID. *lib. 8. pag. 512.* non obſtante legati Polonici contradictione, quaſi ius diceretur non ſubdito. *Idem d. lib. 10.* Tandem huic ſuffectus fuit
541 Waltherus Cronenbergius, SLEID. *lib. 8.* qui etiam cum ſuis ſueceſſoribus ab An. 1544. vsque ad 1613. comitiis imperii ſubſcripſerunt. ARVM.
542 *tr. d. Comit. c. 7. n. 133.* Putant quidem Poloni, fiducia inter Albertum et R. Poloniae conſtituta, et demum An. 1525. transactione facta, vt rex quae occuparet loca retineret, ſimul dominium maris iuxta illa littora conceſſum, et huc vsque a rege armis defenſum fuiſſe. Sed
543 videndum, an iura maris Balthici habuerit Magiſter Ordinis, quae trans-
544 ferre potuerit. Quod ſane negandum, vel enim 1. habuiſſet, quod Iacolis ſucceſſerit. At illos habuiſſe ne verbo quidem hiſtorici memi-
545 nerunt: vel 2. quod mare a piratis vindicauerit, occupata Gotlandia. At illud interregni tempore factum, et cuilibet licet etiam priuato pi-
546 ratas perſequi, vel 3. quod Elbingenſes et Dantiſcani commercia ha-
547 buerunt. At inde nullum ius maris. Vel 4. quod littora vicina habuit, at ſaepe dictum inde non ſequi ius maris. Denique licet trans-
actio

Digitized by Google

actio inita, illa in praeiudicium imperii nihil operari potuit, fuerunt 548
enim omnia illa Magiſtri acta abolita nec clientela etiamſi iuſta ordina-
riae imperii iuriſdictioni praeiudicat. *Schutz und Schirm giebt keine* 549
Obrigkeit. GAIL. *2. obſeru. 54. n. 7.* Bellum quoque parum ius Polo- 550
niae R. roborat, cum fuerit illicitum contra pacta et alterius ſubditos.
Idem iudicium de portubus Gedano et Elbinga, quas vrbes R. Polo- 551
niae ſibi ſubiectas putat. Id enim valde dubium: non ſolum ex eo, 552
quod hae ciuitates in catalogo imperialium vrbium, quem Goldaſtus
habet, reperiantur, ſed ex *R. A.* d. An. 1518. §. *in Sachen*, vbi exe- 553
cutoriales Thomae iudici dantur contra has ciuitates, quod fieri non
potuiſſet ſi Polono ſubiectae eſſent. *lege fin. d. Iuriſdict.* Hac ratione
ſemper ad comitia euocatae fuerunt, SLEID. *lib. 20.* quod anno 1640. 554
repetitum, vbi ad Ratisbonenſem conuentum, licet non comparuerint, 555
citatae ſunt. Facit, quod inter Hanſeaticas ciuitates numerentur, et 556
imprimis Dantiſcum inter quatuor metropoles ſeu *Quartier-Städte*
vna eſt. REINKING. *lib. 1. claſſ. 4. c. 20. n. 53.* Hae autem ciuitates o- 557
mnes ſub imperio ſunt, non enim ſubditis licitum fuit, exteras in id
foedus recipere. WEHNE. *pr. obſeru. verbor. Hanſee-Städte.* Ex qui-
bus et maxime nupera citatione patet, quod repetendae Boruſſiae con- 558
ſilia adhuc in imperio vigeant. Nec refragatur protectio R. Poloniae
in Dantiſcum. Illa enim ſubiectioni imperii non praeiudicat. R. Gal- 559
liae protector Argentorati eſt: ipſa tamen imperii ciuitas. LIMN. *lib.*
7. I. P. tit. d. argentor. Ad 3. et 4. Hactenus id factum non eſſe, nec 560
facile fieri potuiſſe, res ipſa demonſtrat, nec vicinos Pincipes id paſſu-
ros, probat Danus nupera nauium abductione. Ad 5. dominium con- 561
tinentis non infert ius maris, ſecundum dicta ſupra *c. 5. n. 42.* Ego
quanquam alio fine loquantur Antagoniſtae, puto, ſaluis iuribus, quae
ſibi Suecus et Danus in mari Balthico tribuunt, nullum in eo Poloniae
regem habere. Ex ſolida ratione quod nunquam illud mare occupa- 563
uerit, vel claſſe vel ratione territorii, ita vt in mari degentes ab eo
cogi potuerint, ac ſi in terra verſarentur. Nec vlli actus poſſeſſorii 564
demonſtrari poſſunt; facile ergo corruet dominium, cum a poſſeſſio-
nibus illud incipiat. *l. 1. ff. 1. de acquir. poſſ.* Nec ex eo ſolo *vt ſupr.* 565
c. 5. n. 42. dictum, poteſt mare occupatum intelligi, quod quis ter-
ras poſſideat, nec animi actus ſufficit ſed externus actus requiritur,
vnde occupatio poſſit colligi. HVGO GROT. *l. 2. c. 3. n. 11.* Promittunt

N 3 quidem

Digitized by Google

566 quidem Poloni Henrico III. Gall. regi electo Poloniae regi, quam pri-
mum ad regnum veneriт, claſſem neceſſariam ad tuendos portus et do-
minium maris, ditionem regni et prouinciarum,adiacentium,ſuo ſumptu
567 alere. IAN. IANVSZOWSKY *in lib. 3. ſtat. P. fol. 109.* Sed promiſſio haec
effectu deſtituta tantum priuata locutio fuit, quae nihil importat, et
quis ſcit, an reges vicini paſſuri fuiſſent, a quorum contradictione
568 haec res pendet. Attamen poſſit huic diſcurſui obiici quod haec tam
late diſputata ſaltem ius in mari regibus Sueciae et Daniae eſſe pro-
bent, nullatenus vero imminuant R. Poloniae ius iuxta littora Bo-
569 ruſſiae, quod ſolum ſaluum eſſe cupiat. At reſpondetur, ſi in ſolidum
eſt Polonus Dominus, Danus eſſe nequit. Prius aſſeruerunt comitia
570 regni Poloniae, licet vane, et quidem contradictione, quod illud ius
longa poſſeſſione continuatum et non interruptum fuerit. Compila-
tor vero diſcurſus neceſſarii illud tanquam amiſſum inuectione telonii
571 reducendum putat. Contra reges dictos ius ab immemoriali tempore
non interruptum habuiſſe, plus quam notum eſt. *Mar. Balth. pag. 27.*
572 Praeterea R. R. Suec. et Daniae illud ius in Boruſſiae littora habuerunt,
antequam nomen Teutonici Ordinis notum fuit. Licet igitur hodie
(quo iure dictum eſt) R. Poloniae ſibi littora vindicet, nequit tamen
573 alteri ius tot ſeculorum ſpatio firmatum adimere. Faſſus id eſt rex Po-
lon. An. 1632. per legatum Dänhoff, quando petiit vt conſilia commu-
nicentur, quomodo telonium Suecicum in Pilow regi Daniae aeque
vt R. Poloniae praeiudicans tolli poſſit, vbi promittit, ad R. Daniae
574 tamen placitum, quod ſui foret officii facturum. Hinc ſumme ini-
quum eſſet, ſi R. Poloniae, propriae confeſſionis oblitus, iam ſimile te-
lonium, vtpote regnis et vicinis ciuitatibus noxium, et quod antea
ipſe deteſtatus erat, mari in quo nullum ius habet, imponere velit.
575 Manet ergo verum Dantiſcanorum (licet conqueratur compilator ne-
ceſſarii diſcurſus) effatum, regis et reipublicae regni Poloniae ius ſiue
dominium non longius in mare ſe extendere, quam quousque equo
albicanti pertingere poſſunt. *Mar. Balth. p. 9.*
576 Reſtat, vt de ducibus Pomeraniae, Holſatiae, Megapolis,
accolis maris quaedam addantur. Putant enim et hi ſibi ius maris
577 Balthici competere, Pomerani habuerunt olim claſſes in mari, et bella
maritima geſſerunt. HELMOLD. *in Chron. Sclau. lib. 1. c. 2.* Megapo-
litani olim R. Daniae claſſe vicerunt, et captiuum abduxerunt, de
victoria

victoria Roſtochii in aede D. Mariae monumentum. Holſatus An. 1635. menſ. Nou. incepit cum R. Perſiae et Mag. D. Moſcouiae contrahere, vt libera eſſet nauigatio et merces per Liuoniam deferrentur in Holſatiam, legatis dicto anno ablegatis, qui Anno 1639. menſe Aug. reuerſi. Sed vt veritatem dicam, de occupatione non conſtat. 580 Nec de dominio continentis aut iure commerciorum inferri poteſt ad dominium marinum. Si claſſe valuerunt, alteri regum inter ſe inimicis, vel Hanſaticis ciuitatibus auxilium tulerunt, vnde nullum ſequitur dominium.

579

In Graecia, Thracia et finitimis Europae locis hodie mari dominatur Turca, hic enim ſuccedens Imp. Conſtantinopolitanis mare Aegeum ſimul cum Ponto acquiſiuit, hunc Nigrum, illud Album mare dicens, et inde ſe dominum tam Albi quam Nigri maris inſcribens, vt videre eſt ex foedere ab Achmete Imp. Turcic. et Henrico IV. Gall. rege Pariſiis contracto Anno 1604. Coriolanus CIPPICVS *d. bello Aſiat. lib. 2. in reb. geſt. Perr. Mocenici Imper. Veneti* ait, quod 583 Turca duo munitiſſima Caſtella, vbi Helleſpontus coit, aedificauit; ad quae multas bombardas conſtituit, praefectisque caſtrorum mandauit, ſi qua nauis illis inuitis tranſire vellet, bombardis fractam ſubmergerent. Fuit olim Byzantium praemium victoriae, vt qui eo potiretur, inter Laced. et Athen. maris dominus haberetur. XENOPHON. 584 *lib. 1. hiſt. Graec.* PEZEL. *melliſ. hiſt. p. 52* Vnde etiam omnium ciuitatum caput erat. *ſſ. fin. de Satisdat.* Illam nunc nobis ereptam lugemus, nos illa deſtitutos, cum videmus immenſas claſſes, quas ad 585 frenanda maria ex illa Turca educit. Cui Sclauonia, Dacia, Illyrium, Carinthia parent, quin habeat in vicina maria ius maris, praeſumitur ex ſitu loci. 586

581

582

Praeter dictos Principes et reges ſunt aliquot illuſtres reſpublicae in Europa, quae ſibi ſumma iura nauigandi attribuunt. Inter eas prima eſt vrbs Venetiae; cui in mari Adriatico alii dominium tribuunt, quod in mari aedificarit. CONTARENVS *de rep. Venet.* Nam qui in mari aedificat, facit illud ſuum. *ſſ. 2. de rer. diu. L. 6. pr. eod.* Quo reſpectu etiam Venetos nunquam ſub Romano imperio fuiſſe tradit RVIN. *conſ. 66. lib. 3.* ARNISAEVS *d. iur. Mai. c. 2. n. 4.* Sed ab eo tempore libertatis initium nactos eſſe. VIET. *de exemt. concl. 2.* verum haec ratio non id probat, quod intendit. Nam quamuis is qui 590 in

587

589

in mari aedificat id quod aedificat ſuum facit, non tamen illa aedifi-
catione ſtatim imperii ius conſequitur. ANTON. WAC. *ad l. 2. d. A. R.*
591 *D.* Differunt enim dominium et iuriſdictio. OLD. *conſ. 176.* DEC. *con-*
592 *ſil. 528. n. 9.* Quidam illud ex iuriſdictione in perſonas nauigantium
deducit. PAC. *de Dom. M. Adriat.* Quod ſuo modo verum eſt, vt
593 ſupra dictum *cap. 5. n. 61.* Non nemo quodammodo dominium dicit.
ANG. MATTHAEAC. *Prof. Patauinus de vi et rat. vniu. iur. lib. 1. c. 36.*
594 plurimi dicunt verum dominium eſſe, et praeſcriptione iam ab ali-
quot ſeculis adquiſitum PR. BL. *Ang. ad tit. de rer. dom. et L. 13. de*
iniur. FR. DE INGEN. *in epiſt. ad lib. Vincent. pro Venetis Scripta con-*
tra Volenzol. Hiſpanum. CAEPOL. *d. S. R. P. c. 28. n. 1.* CARDIN. TVSC.
595 *ta. at. in imper. Rom. membr. 25.* Vnde et iura Maieſtatis ipſis tri-
buunt ARNIS. *d. iur. Mai. d. c. 2. n. 4.* PAVRMEIST. *d. iuriſdict. lib.*
596 *2. c. 4. n. 38.* et domina et regina maris Adriatici dicitur, ſicut eleg.
597 epigram. SANAZAR id expreſſit:

Viderat Hadriacis Venetam Neptunus in vndis
Stare vrbem, et toti ponere iura mari.
Nunc mihi Tarpeias quantumuis Iupiter artes
Obiice, et illa tui moenia Martis, ait:
Si pelago Tyberim praefers, vrbem adſpice vtramque,
Illam homines dices, hanc poſuiſſe deos.

598 Nec minus venuſte OWEN *lib. 2. Epigr. 18.* ad magnificos Venetos:

Imperii emporii (mirum) fundamina veſtri
Funditus in fluido ſunt ſolidata ſalo.
Ne ſolum mutis habitentur piſcibus vndae
Aequoris incultas incoluiſtis aquas.
Orbis in Oceano quae quondam pars fuit, vrbs eſt:
Natura ante ſalum quod fuit, arte ſolum.
Imperio ſedem hanc aeterno plus prope vobis,
Quam ſibi conſtantem, conſtituiſtis aquam.
Quid mirum? veſtram conſiſtere legibus vrbem,
Legibus exleges cum teneatis aquas.

599 Illud dominium ſe eo vsque extendit, vt vectigalia mari impo-
nere, CAEPOLL. *d. l. n. 6.* alios eo prohibere, *id. n. 7.* ANG. DE VBALD.
conſ. 290. veniam nagiuandi concedere, ANT. PEREGR. *d. Iur. fiſc. l. 8.*
600 *c. 19.* piſcaturam vetare poſſint. *id. ſ. 43.* Quamquam vero huic aduerſen-
tur

Digitized by Google

tur Neapolitani, tamen propria quorundam ICtorum confeſſio eos redarguit. Veneti ſunt domini maris Adriatici ad 80. paſſuum millia ab aquis Graduntis vsque ad Lauretum oppidum, ait MART. ICTVS NEAPOLITANVS *de Iuriſdict. p. 1. c. 33. §. 25.* Flumina et ma- 601
ria appatronata vocat FR. CAPIBLANC. *tit. 14. §. 27.* Idem appro- 602
bat Pontifex in cauſſa Venetorum et Anconitanorum, in qua Abbas Ner- 603
uoſiae cui Gregorius V. concilio Lugdun. generali eam commiſerat, pro Venetis iudicauit. SELD. *lib. 1. c. 6.* Inſigne huius dominii eſt, quod quotannis dux Venetorum, naui Bucentauro vectus, comitante Senatu, Feſto Aſcenſionis DOMINI, Annulo in mare deiecto, ad perpetuandum dominium id ſibi verbis quibusdam deſpondet. *Delic. Ital. in Venet. deſcript.* PAVL. MERVLA *Coſmogr. P. 2. lib. 4. c. 36.* Fuit olim
maior Venetorum potentia, cum Iſtri, Liburni, Dalmatae, Illyrici ora, 604
inſula Cyprus parebant, ſed ea variante res humanas fortuna mutata eſt. PONT. *lib. 2. c. 7.* Cum Venetis de potentia maris LEANDER *d. inc.*
reip. Venet. diu certarunt Genuenſes, qui etiam Ianuenſes dicuntur, 605
CAEPOLL. *d. l. n. 29.* princeps Liguriae vrbs, TH. BOZZ. *d. Ital. ſtat.* et maris imperium in Liguſtico habens. CAEPOLL. *d. l.* BEN. BON. *tr. d. cenſib. art. 16. §. 4.* illudque vsque ad inſulam Corſicam extendens. AVTH. *diſc. d. Princ. Ital.* Sed vide plur. de Venetorum potentia apud TH. GRASWINK. *in tr. liberta Veneta.*

Inter alios populos liberos non minimi hodie Belgae, olim 606
generali vocabulo Flandri ſeu Flammenki a primario comitatu dicti. Eorum praecipui Batavi et Seelandi, quos liberam rempublicam habe- 607
re decretum maieſtatis, quod ordines confoederati Ann. 1587. fecerunt, 608
demonſtrat, et ſemper talem habuiſſe per omnium temporum variatio-
nes, deducit HVG. GROT. *in republ. Batau. c. 1. et ſeqq.* Vnde non ali- 609
ter, quam ſub qualitate liberi populi, cum Hiſpano inducias facere voluerunt, in quod etiam Hiſpanus tandem conſenſit, BAVD. *tr. de induc.* 610
Bel. Belg. licet variis ſtrophis illud hodie eludere attentet. ALEX. PATRIC. *in Mart bellic. lib. 2.* Belgae dominium maris habent in toto 611
mari Flandrico, ait SELDEN. *lib. 2. c. 29.* Nec dubitandum, quin ipſo- 612
rum ſint interiora Hollandiae maria, veluti *Zuyder-See* et quatenus exteriora Oceanus circa Selandiam, Hollandiam, Friſiam, lambit vt
frequentibus ſinubus quaſi pars terrae intercipitur. Sed hoc non con- 613
tenti, in nouum orbem penetrant, vbi multas terras et portus ſibi ſub-

 egerunt

614 egerunt, mari ob magnitudinem libero relicto. A paruis initiis ſtudio
rei naualis ad tantam potentiam peruenerunt, vt cuiuis hodie admi-
615 rationi ſint. Hodie enim Vnitarum Prouinciarum ſtatus cum quali-
bet repub. vel principatu, copiis, opibus, gloria, potentia, foederi-
bus, omnique rerum cumulo, quae ad magnitudinem faciunt, certare
616 poteſt. LANS. *in Conſul. Europ. cont. Hiſpan. p. 525.* Scribit GVICCIARD.
in Belg. tit. Holland. iam ſuo tempore 500. naues Hollandos habuiſſe,
inter eas quasdam, quaternas, quinas, communiter ternas corbes in
ſummo malorum faſtigio praetuliſſe, quasdam 300. et 50. communi-
617 ter centenas laſtas continuiſſe. Sed quid hae naues ad numerum il-
larum, quas hodie ſub ſuo imperio Hollandi habent? Auſim affirmare
nullum principem vel Monarcham tantum velorum inſtruere poſſe,
618 quam ſolos Batauos, Attendat quis, quod CASP. ENS. *in hiſt. Belg.*
notat, in Hollandia quotannis circiter millenas naues conſtrui, ocea-
no ſulcando aptas, quarum ſingularum nuda fabrica et materia ſine
619 armamentis binis conſtet aureorum ſcutatorum millibus. Nouimus,
quod Daniae rex ob iniuriam, legato ſuo Caio Rantzouio illatam, An.
1587. ſexcentas naues vna vice per Cimbricum fretum nauigantes de-
620 tinuit. METERAN. *in hiſt. Belg. par. 1. lib. 14.* Ameſtelodamum, pri-
mariam Belgii et fere Germaniae vrbem, tot vnico ſaepe die ex diuer-
ſis oris et regionibus appellunt vela, quot annus integer dies comple-
621 ctitur. ISAAC. PONTAN. *in hiſt. vrb. Ameſtelrod. lib. 2. c. 19.* Si quis
vero iam omnes naues illas, quae ex lacu Fleui et Moſae oſtiis in Scotiam,
Angliam. Galliam, Hiſpaniam, Luſitaniam, Norwegiam, Italiam,
Aegyptum, Moſcouiam, Turciam, veteris denique et noui Orbis in-
ſulas ſoluunt, enumerare velit: is maritimam Hollandorum potentiam
622 admirabitur. Hae naues non ſolum ſummam auctoritatem Hollandis
conciliant, ſed etiam omnibus neceſſariis rebus ſic inſtruunt, vt nul-
623 lius rei defectus ibi animaduertatur. Ipſa Hollandia terra eſt frugum
expers, ſabuli plena, praeterque paſcua nihil habens, quod incolis
ſuppeditet, cum interea naues ex omnibus mundi portubus tantam co-
piam auri et argenti, frugum, vini, aliarumque neceſſariarum rerum
importent, vt Peruuianas venas, Siciliae agros, Galliae vineta hic qua-
624 ſi renaſci videantur. Non immerito ergo IOSEPH. SCALIG. *in admi-
randis Batauiae ſic Douſam* affatur:

Igno-

Digitized by Google

Ignorata tuae referam miracula terrae,
Douſa, peregrinis non habitura fidem.
Omnia lanitium laſſat textrina Minerua:
Lanigeros tamen hinc ſcimus abeſſe greges.
Non capiunt operas fabriles oppida veſtra;
Nulla fabris tamen haec ligna miniſtrat humus.
Horrea triticeae rumpunt hic frugis acerui;
Paſcuus hic tamen eſt non Cerealis ager.
Hic numeroſa meri ſtipantur dolia cellis;
Quae vineta colat, nulla putantur, habet.
Hic nulla, aut certe ſeges eſt rariſſima lini;
Linifici tamen eſt copia maior vbi?
Hic mediis habitamus aquis; quis credere poſſit?
Et tamen hic nullae, Douſa, bibuntur aquae.

Voluit quidem PONTVS HEVTERVS *in ſu. hiſt.* vt Flandrorum nauigationes extolleret, Hollandos deprimere, et illos his in hac arte praeferre. Sed contrarium a tempore Tiberii ex Taciti annalibus et comitum hiſtoria, aliisque monumentis deducens MARC. ZVER. BOXHORN. *in apolog. pro nauigat. Hollandor.* egregie eorum gloriam contra Flandros vindicat. 625

Heluetiorum terra celeberrimis Europae fluminibus, Danubio, Rheno, Rhodano originem dat, et inueniuntur hic ampli lacus. In tanta tamen aquarum copia hic rarae naues, cymbis tantum in Liburnicarum modum vtuntur, nec nauigant, niſi vento ſecundo, obliquare ſinus neſciunt, remis fere adſident. Regio etiam montoſa ventos arcet, vnicum nauigationis praeſidium. DAN. HEREM. *de Heluetior. rep.* Interim iurisdictionem fluminum et vectigalia ſibi reſeruant, quod de Bernatibus SIML. *lib. 1. de rep. Heluetior.* BODIN. *l. d. Rep. 9.* teſtatur. 626 627

Praeter enumeratas mundi partes adhuc aliam Geographi ponunt, quam Americam a Veſputio Americo, THVAN. *lib. 1. hiſt.* nominant, vel nouum orbem propter nuperam ipſius inuentionem. Hunc an primus detexerit Columbus, infra dicetur *part. 2. c. 3.* Hoc certum, quod ſumptis et exoratis nauibus tres nauigationes eo feliciter inſtituit, et demonſtrauit, reſtare adhuc alium, qui occupari poſſit, orbem. Vid. elegant. BENTZON. *in lib. d. hiſt. nou. orb.* Praecipui poſt hunc 628 629

Digitized by Google

630 inter Hiſpanos fuerunt Ferdinandus Corteſius, Blaſcus Nonius, et
631 Megullanes. Corteſius in poſtremum occidui littoris ſinum delatus, ad Mexicana regna terreſtri itinere contendens, ſubactis Indis,
632 Themiſtitana vrbe potitus eſt. IOV. *hiſt. l. 34.* Nonius diu Pariae terrae et Darienae regionis littora legens, reperit Iſthmum ad Vrabanum ſinum, quo duo maria ingentia dirimuntur. IOV. *hiſt. lib. 14.* Ma-
633 gelanes alterum Dariae terrae littus in orientem obuerſum quinque nauibus percurrit, et legendo oram praeteruectus lineam Capricorni, nec multum inde prope ad Antarcticum circulum et ad ipſam Aequatoris lineam Moluccas quaeritans, immenſas Inſulas Iauanem, Peruam, et Subutham inuenit. GERHARD. MERCAT. *in de-*
634 *ſcript. fret. Magell.* Hos ſequuti ſunt Alphonſus Ninus, Barth. de Caſis, Franciſc. Bizardus. BENZ. *lib. 3.* SCHROET. *in deſcript. Americ.*
635 Et cum iam certo conſtaret, ſupereſſe nouum orbem, Hiſpani ſedulo eniti coeperunt, vt eum ſuae ſphaerae, quam in inſignibus habent, ac-
636 commodarent. Nec minus aliae gentes expeditiones in Americam,
637 finitimas inſulas et loca inſtituerunt. Inter quas ex Anglis celebres ſunt Franc. Drake, Thomas Candiſchius, Rein. Granville. SCHRÖ-
638 TER *d. l.* Ex Gallis Nicolaus Durandus, Dom. Gurgius. THVAN. *lib. 7.* Iohannes Ribaldus, cuius ductu famoſa illa expeditio in Floridam ſuſce-
639 pta. BENZ. *in deſcript. expedit. Florid.* Ex Germanis Iohannes Stade, Hen-
640 ricus Schmidt, SCHRÖTER. *d. l.* Ex Belgis Oliuerius de North, aliique ce-
641 leberrimi nautae. METER. *lib. 14. part. 1.* Quanquam igitur omnes populi eo nauigent, tamen vindicant ſibi Luſitani illud mare, quod duos Orbes interiacet, tantis ſpatiis diſcretos, vt plurimis ſeculis famam
642 ſui non potuerint transmittere. Quod ſi Caſtellanorum qui in eadem cauſſa ſunt, portio accedat paruo minus omnis Oceanus duobus populis mancipatus eſt, aliis tot gentibus ad Septentrionum redactis
643 anguſtias. Ita enim aiunt diuiſiſſe Pontificem Alexandrum VI. per lineas graduum coeli, vt quaecunque reperirentur a parte Orientali, eſſent Portugalenſium; a parte Occidentali, Caſtellanorum et regis Catholici; ita finienda: vt linea polo arctico ad antarcticum ficta, quae diſtaret a qualibet inſularum (vulgo de los Azores y capo verde) centum leucis verſus occidentem et meridiem, res donata terminaretur. LAERT. CHEROBIN. BVLLAR. *tom. 1. pag. 399.* HIER. DE MONT. *tr. d. fi-*
644 *nib. reg. c. 7. 8.* Hodie Hiſpani, ſucceſſores Regum Caſtiliae et Por-

tugalliae

Digitized by Google

tugalliae, ſibi eas prouincias aſſerunt, et hac de cauſa ſe inuitis neminem eo nauigare debere, aut mercaturam cum diſſitis illis populis exercere, operoſe contendunt. Maximis animi motibus, et ſcriptis 645
hinc inde emiſſis, hoc agitatum Anno 1608. cum de pangendis induciis inter prouincias Belgii Hiſpano ſubditas, et Confoederatas, quae ab eo deſciuerant, ageretur. Vt plurimum hoc vrſerunt Hiſpani 646
Pacificatores, vt Hollandis liberam illam nauigationem extorquerent, et ſibi tanquam concreditum partum ſeruarent. BAVD. *lib. 2. d. induc. bell. Belg.* METER. *lib. 28. hiſtor. belg. part. 2.* At Hollandi huic poſtu- 647
lato conſentire noluerunt. METER. *d. l.* Vnde quaeſtio ſuborta, an iure Hiſpani hoc poſtularent? Quibus affirmantibus ſe oppoſuerunt Hollandi, et feliciter eorum cauſſam ſuſcepit HVG. GROT. *tunc temporis aduocatus Fiſci Holland. et Weſtfriſl. in libell. d. liber. Mar.* Vbi argumenta Hiſpanorum dextre diſſoluit. Tria ſibi Hiſpani compe- 648
tere dicunt. Indiarum dominium, ius nauigandi ſolum, mercaturam aeque, tali etiam ratione, vt reliquos populos arcere promiſcuo vſu iure poſſint, et quidem iisdem titulis hanc ſuam opinionem defendunt. De his iuxta ductum HVG. GROTII paucis agemus. Pri- 649
mum quod attinet ſcilicet dominium: hoc Hiſpanis ideo competere nequit, quia nemo eſt dominus eius rei, quam nec ipſe vnquam, nec alter ipſius nomine poſſedit. Habuerunt et habent iſtae inſulae 650
ſuos reges, ſuas reſp. ſuas leges, ſua iura. Luſitanis mercatus, vt a- 651
liis gentibus conceditur, itaque tributa pendunt et ius mercandi exorant, aperto ſigno, Dominos ſe non eſſe, ſed vt exteros aduenire. Et quia dominium ſine titulis eſſe nequit, aliud enim eſt rem habere 652
aliud ius ad rem conſequendam, videndum ſaltem an hos Luſitani poſſint oſtendere. I. Afferunt inuentionem. Verum inuenire non 653
eſt oculis vſurpare, ſed ſi res mobilis, apprehendere. *l. 13. C. de fidei.* ſi immobilis, cuſtodia ſepire. *l. 3. §. 3. in fin. d. aquir. poſſ.* At prae- 654
ſidia illic habent nulla Hiſpani, et repertio ſatis refellitur, quod iam 655
olim Taprobanes, PLIN. *lib. 6. c. 22.* vti et Indi noti Romanis fuerint.

Impiger externos currit Mercator ad Indos. 656

HORAT. *lib. 1. epiſt. 1.* Praeterea inuentio nihil iuris tribuit, niſi in re quae ante inuentionem nullius fuit. *l. 3. d. A. R. D. §. 18. eod.* At Indi publice et priuatim rerum poſſeſſionumque ſuarum dominium habuerunt. BENTZO *d. nou. orb. per tot.* II. Donationem Pontificis allegant. Aſt 657

illa

658 illa ſubſiſtere nequit ſine traditione, quae hic nulla *§. 40. d. R. D.* nec
659 Pontifex poteſt res alienas donare. *l. 9. d. Donat. l. 14. C. eodem.* Vn-
660 de Attaliba venuſte dixit, Papam inſigniter fatuum et impudentem eſ-
ſe oportere, quod aliena tam liberaliter largiretur. BENTZ. *de occu-*
661 *patione lib. 3. c. 3.* Immo ipſi Pontificii, qui Papae ſummam poteſta-
tem agnoſcunt, eam reſtringunt in ordine quoad ſpiritualia, et nulla-
662 tenus ei vllam competere in populos extra eccleſiam. Et hoc reſpe-
ctu hunc titulum Theologi Hiſpani, vt iniuſtum, carpunt. VIET. *de*
Ind. pag. 1. n. 28. AYALA *lib. 1. c. 2. Tom. 22. quaeſt. 66.* III. Belli ius
663 nominant. At illud locum non habet, niſi iure praedae *i. e.* poſt oc-
664 cupationem, quae hic deficit, et cum plerisque gentibus, quas Hol-
665 landi acceſſerunt, id temporis nullum fuit Hiſpanis bellum. Immo nec
666 praetextus belli hic ſunt. Proponunt quidem infidelitatem iuſtam
belli cauſam eſſe. HIER. DE CAEVOLL. *in ſpec. com. opin. qu. 906. n. 107.*
667 CARD. TVSC. *p. 1. concl. 34. n. 33.* Vnde et Hiſpanos Moſis ac Ioſuae
exemplo defendit CAMPAN. *de Hiſpan. Monarch. c. 6. fol. 21.* putans,
Indos fuiſſe exſtinctos prouidentia ſingulari diuina, vt olim Cananaeos,
668 Amalekitas &c. Sane vt nunc Hiſpani, ita olim Iudaei, communes
669 orbis praedatores habiti fuerunt. Nam PROCOP. *in Vit. Beliſ.* teſta-
tur, ſe in Mauritania, Africae prouincia, vidiſſe quasdam columnas in-
ſcriptas his litteris: Nos Mauriſii, qui fugimus a facie Ieſu, latronis, fi-
670 lii Naue BESOLD. *diſc. polit. de incement. imper. c. 3. n. 5.* Me Her-
cule quam pie, ſancte! Quo praecepto CHRISTVS hoc mandauit?
671 quae arma in conuertendis gentibus adhibuere Apoſtoli? Non eſt fi-
des ex numero illarum rerum, quae cogi, ſed quae ſuaderi debent.
Infidelitas et religionis diuerſitas non eſt cauſſa, populum, a noſtra
iurisdictione et imperio remotum, aggrediendi. COVARR. *in c. peccat.*
§. 10. HAENON. *diſp. polit. 7. th. 5.* BESOLD. *de increm. imper. c. 3. n. 3.*
672 Quod Euangelium miſeris illis homunculis annunciatum eſt? Lex Hi-
ſpanica, quam ſanguine Draconis ſcriptam ſic B. COSA refert, audi-
673 ta eſt. Cacici et Indiani huius loci: vobis omnibus notum facimus,
vnum eſſe Deum, vnum Papam, et vnum Regem Caſtellae, qui ha-
rum rerum eſt Dominus, ſtatim accedite et auctoramentum Lege
674 Clientelae inite. Sumpſit lubido dominandi vnicum hoc pallium,
cum tamen religio populo inuito obtrudi nequeat, nedum quis co-
gi, vt, quod non credit, credat tamen. ARN. CLAPM. *d. Arcan.*

rerp.

Digitized by Google

rerp. lib. 4. c. 21. Voluntarium militem elegit CHRISTVS, *C. non eſt,* 675
qu. 1. non coactum. Vere ergo TERTVLLIANVS ait, hoc ad irrele- 676
gioſitatis elogium concurrit, adimere libertatem religionis, et inter-
dicere opinionem diuinitatis, vt non liceat mihi colere, quem ve-
lim, ſed cogar colere, quem nolim. Nec perinde animis impera- 677
ri poteſt, vt linguis. CVRT. *lib. 8.* Coactus qui credit, non credit, ſed 678
credere ſe ſimulat, vt malum euitet. Qui mali ſenſu aut metu ex- 679
torquere aſſenſum vult, eo ipſo oſtendit, ſe argumentis diffide-
re. GROT. *lib. 6. Relig. Chriſtian. pag. 314.* Et quis ſanctiores factos 680
Indos putabit? Hiſtoriae exempla in ſummam deſperationem inciden- 681
tium abunde referunt. BENTZO. *d. occ. nou. orb.* Nouimus, Indiani 682
cuiusdam agonizantis reſponſum, monacho datum, nolle ſe coelum
petere, ſed potius inferos, ne ſibi domicilium cum gente crudeli
(*κακολύκυς* liberos intellexit,) commune eſſet. B. CASA. *d. l.* Quem 683
auctorem licet mendacii conuincere ſoleat *Auctor des Lermbläſers fol.*
78. tamen idem concordi cum eo ore effatur LEONHARD. APOLL.
hiſt. Peruu. lib. 4. pr. Omittimus, quod in multis partibus religio- 684
nem Luſitani non promoueant, ſoli lucro intenti, quod et Hiſpani
Scriptores teſtantur, non miracula ſc. non ſigna audiri, non exem-
pla vitae religioſae videri, ſed ſcandala et impietates. Et ſane, qua 685
fronte tam ingens pretium factae conuerſionis poſcent? fides non tol- 686
lit ius naturale aut humanum, ex quo dominia profecta ſunt. Immo
credere, infideles non eſſe rerum ſuarum dominos, haereticum eſt, 687
et ob hoc ipſum eripere illis, furtum et rapina. VICT. *de Ind. pag. 1.*
n. 4. 5. 6. Vnde et in Hiſpania a Theologis Dominicanis decretum, 688
et a Carolo V. approbatum, ſola verbi praedicatione, non bello, Ame- 689
ricanos ad fidem traducendos. Turpius ſe proſtituunt, quando IV. 690
terram pro derelicto ſe occupaſſe effutiunt. Credo ſane, Indos nul-
lius fuiſſe, vel rerum ſuarum dominium pro derelicto habuiſſe, et illud
reliquiſſe. Probant hoc cum Papa ex litteris donationis Conſtantini- 691
anae. Mexicum, Peruuia nonne tenebantur a propriis dominis?
Cum ergo iure naturali iniquum ſit, quemquam ſua re ſine facto ſpo- 692
liari: *Leg. 2. d. R. I.* Quis Hiſpanos recte feciſſe putet? Non poſſe 693
duos eſſe poſſeſſores vnius rei in ſolidum VLP. *in L. 5. commod.* do-
cet: neceſſe ergo fuit, vt Erinacio Hiſpano Indi vi adacti alicubi ce-
derent. Quadrat in Hiſpanicos latrones elegans effatum liberioris 694
cuius-

Digitized by Google

cuiusdam latronis ad Alexandr. Magn. ſcilicet ſe quia vno Myopa-
rone mare infeſtum haberet, latronem; illum, quia orbem terrarum,
695 Imperatorem vocari. CVRT. *lib.3.* Scythae hoc Alexandro M. ita
exprobrant. Si Dii habitum corporis tui auiditati parem voluiſſent,
Orbis te non caperet, altera manu orientem, altera occidentem te-
696 neres. CVRT. *lib. 9.* Quid nos verius de Hiſpano? Cui non vnus ſuf-
ficit orbis, ſed ſuum Regnum ad omnes plagas mundi extendit, vt
697 nunquam ſolis occaſum videat. LANS. *proc. Hiſp. 303.* Sed quo iure?
Indico. Quale hoc? remota iuſtitia, ſunt regna nil, niſi magna la-
698 trocinia. AVGVSTIN. *de ciuit. Dei lib. 4 c. 4.* Denique quomodo
donatio cum occupatione rei, quae nullius eſt, aut pro derelicto
699 habita ſtare poteſt? Suauis hic contradictio. Nam id, quod meum
eſt, amplius meum fieri nequit: *l. 14. §. fin. de except. rei iud.* nec ſi-
700 cut ex pluribus cauſis nobis deberi, ita idem poteſt eſſe noſtrum. *L. 159.*
701 *d. R. I. l. 3. §. 5. d. adquir. poſſeſſ.* Verae igitur ſed iniuſtae huius
adquiſitionis cauſae ſunt profunda cupido imperii et diuitiarum.
702 SALVST. *in Fragm.* Atque id in magnis animis et ingeniis plerum-
que contingit. CIC. I. *de offic.* His pulcrum videtur ex omni occa-
703 ſione quaerere triumphum. PLIN. *in Panegyr.* Apparuit hoc in Hi-
ſpanis, qui nihil aliud niſi aurum Indicum et Peruuianum quaeſiue-
704 runt. Hoc Hathucius, Dynaſta quidam, Hiſpanorum manus fugiens,
his verbis expreſſit; quoddam adorant auarum numen, cuius cul-
tui vt ſatisfacere poſſint, a nobis multa poſcunt et hoc vnum vnice
agunt, vt nobis libertatem et vitam eripiant. BARTH. CASA *de crudel.
Hiſpan. in Ind.* PIERRE MATTHIE *lib. 1. de l'Hiſtor. de Franc. narr. 4.*
705 BESOLD. *de increm. imper. c. 3. n. 5.* Vim igitur ad Indiam Hiſpani
ferunt, non ius, ſicut in ſumma fortuna illud aequius, quod validius:
et ſua retinere priuatae domus; de alienis certare regius labor eſt. TA-
706 CIT. *15. annal.* Nec tamen haec vis ius afferit, non tam quia iniuſta
eſt, ſed quia contraria vi repellitur, et vix annus labitur, quo Hol-
707 landi non claſſes Hiſpanicas diſiiciunt, vel partem praedae capiunt.
708 Vnde etiam Hollandos poſſimus iſtius maris vel terrae dominos dice-
re, cum rurſus Hiſpanos iniuſta poſſeſſione quotidie exturbent. Nihil
709 ego inuenio, quod reſpondere poſſit Hiſpanus, cur quaedam loca in
India poſſideat? quam quod praedones ſolent, poſſideo, quia poſſideo.
710 *l. 12. d. petit. hered.* Secundo dicunt, mare ſuum eſſe, ideo, quod illud

1. ante

Digitized by Google

1. ante alios nauigauerint, et ſic occuparint. At primum falſum eſt, 711
vt inferius *part. 2. c. 2. et 3.* pluribus dicetur, et nihil magis ridicu-
lum, quam ante alios nauigaſſe, et viam quodammodo aperuiſſe, hoc
vocare occupare. Et nonne omnem partem etiam terrae quis primo 712
ingreſſus, ſi eam occupauit, iam omnes reliqui excludentur? Quin et
illi, qui terrarum orbem circumuecti ſunt, totum ſibi oceanum ad- 713
quiſiuiſſe dicendi erunt? Sed nemo neſcit, nauem, per mare trans- 714
euntem, non plus iuris, quam veſtigii, relinquere. Iam quomodo de- 715
monſtrant poſſeſſionem Luſitani? Quia enim prima occupatio res pro-
prias fecit, idcirco imaginem quandam dominii praefert, quamuis in-
iuſta detentio. At Luſitani mare nunquam praediis cinxerunt ſicut 716
terram, vt in ipſorum poteſtate eſſet, quos vellent, excludere? Ideo
etiam non limitibus, aut natura aut manu poſitis, ſed imaginaria linea 717
ſe tuentur, quod ſi recipitur, et dimenſio talis ad poſſidendum valet,
iam dudum nobis Geometrae terras, aſtronomi etiam coelum eripuiſ-
ſent. Vbi igitur eſt iſta, ſine qua nulla dominia coeperunt, corporis
ad corpus adiunctio? *L. 1. et §. 21. d. acquir. poſſ.* Eſt enim in im- 718
mobilibus quaedam limitatio neceſſaria, quae dominia diſtinguat. *l. 5.*
de iuſt. Apparet igitur in nulla re verius doctores loqui, quam hac, 719
quod mare, quia incomprehenſibile ſit, non minus quam aer nullius
populi bonis poſſit applicari. IOH. FABER. *in §. 5. d. R. D.* Scite er-
go HVG. GROT. *lib. d. mar. libero c. 5.* ait; in tanto mari ſi quis vſu 720
promiſcuo ſolum ſibi imperium et dominationem exciperet, tamen
immodicae dominationis adfectator haberetur: ſi quis piſcatu arce- 721
ret alios, inſanae cupiditatis notam non effugeret. At qui etiam
nauigatum impedit, quo nihil ipſi perit, de eo quid ſtatuemus? cer-
te quae in re priuata inuidia eſt, in re communi non poteſt non eſſe
immanitas. Improbum enim, quod naturae inſtituto et Gentium con- 722
ſenſu meum eſt, id te ita intercipere, vt ne vſum quidem mihi con- 723
cedas, quo conceſſo nihilominus tuum id ſit, quod antea fuit. At
dicat quis, intermiſſam nauigationem primi repararunt, et reliquis 724
gentibus Europaeis ignotam oſtenderunt? At nulla inde conſequentia
ad dominium. Si enim fecerunt gratificando inde reliquis populis, 725
merito exinde gloriam immortalem promeruerunt, qua contenti fue-
runt rerum magnarum inuentores. Si quaeſtus ante oculos fuit, lu- 726
crum, quod ſemper maximum eſt in praeuertendis negotiationibus

727 illis ſufficere debuit. Si vero ideo praeiuerunt, ne quisquam ſequeretur, gratiam non merentur, cum lucrum ſuum reſpexerint, lucrum
728 autem ſuum dicere nequeunt, cum eripiunt alienum. Neque enim illud certum eſt, niſi iuiſſent Luſitani, iturum fuiſſe neminem. Sub-
729 ſequa enim aetas oſtendit, cum artes felicius oriebantur, quantum Veneti, Galli, Angli, Germani, Bataui hac in re valeant. Praeterea,
730 qui mare ſubiici poſſe concedunt, ſolent illud ei attribuere, qui pro-
731 xima iuxta littora habent. At Luſitani in immenſo illo tractu, paucis praeſidiis exceptis, nihil habent, quod ſuum poſſint dicere, et licet mare poſſideant, nihil tamen de communi vſu diminuere poſſunt, dum
732 ſi piſcatura prohiberi poſſit, nullo modo nauigatio, per quam mari nihil
733 perit. Docent quoque leges Hiſpanicae, non impetrata venia in mari nauigare licere. RODER. ZVARI. *Hiſp. in conſ. 2. d. vſ. mar. 3. Part.*
734 *tit. 28. lib. 10. 12.* II. Argumentum ſumunt a donatione pontificia.
735 Verum haec iure nulla, tum quod res, quae non eſt in commercio, vt mare, donari non poſſit, tum quod Papa in ſua poteſtate non ha-
736 buit, et ſi (conceſſo hoc) vt regale pontificatus alienare non potuerit,
737 tum quod nauigatio ad quaeſtum et lucrum ſpectet, quod negotium
738 ſeiunctum a pietatis et religionis cauſſis. Et qui contra naturam diſponere potuit, et totius mundi ius aliis populis eripere, ſolis Luſita-
739 nis vero et Caſtellanis concedere? veriſimile eſt, eum pontificis animum fuiſſe, vt Caſtell. et Luſitan. inter ſe certamini interceſſum volue-
740 rit, aliorum autem iuri nihil imminutum. III. Argumentum ſumunt
741 a praeſcriptione, nulla ratione: nam illa inter reges vel populos liberos non habet locum, maxime ſi ius naturale, vt hoc caſu, obſiſtit. Non
742 enim vſu capiuntur, quae in bonis eſſe nequeunt, deinde quae poſſi-
743 deri vel quaſi poſſideri non poſſunt, vnde et loca iuris gentium pu-
744 blica. *l. 45. d. vſucap.* Sicut alias res populi huic iuri exemtae ſunt. *l. 7. C. de oper. publ. l. 9. C. de aquaeduct. l. 2. d. via publ. et itinere.*
745 Et haec obtinent etiam in immemoriali. Vbi enim lex omnem praeſcriptionem tollit, et hanc ſubmouet, et quia talis priuilegio quodam
746 valet, nullus Dominus generis humani eſt, qui ius illud aduerſus o-
747 mnes vni homini aut populo potuiſſet concedere. Qui enim re communi vtitur, vt communi vti videtur, nec magis praeſcribere, quam
748 fructuarius poteſt vitio poſſeſſionis. Denique ius nauigandi, ſicut res
749 merae facultatis, praeſcriptioni non ſubiacet. Requiritur etiam in imme-

Digitized by Google

immemoriali non ſolius temporis lapſus, ſed conſtare oportet, famam rei a maioribus ad nos transmiſſam, ita vt nemo ſuperſit, qui contrarium viderit, aut audierit. Haec ceſſat hoc caſu. Etenim primi 750
Oceani vlteriora ſcrutati Luſitani Anno 1477. viginti poſt annis ſub rege Emanuele Promontorium bonae ſpei praeternauigarunt. Caſtellani Ao. 1519. circa Moluccas Luſitanis ambiguam poſſeſſionem fecerunt. Ambobus Anno 1595. Batavi. Hinc Angli, Galli, Veneti &c. Nec dubium, quin Africani et Aſiatici idem fecerint. Quae omnia de- 751
monſtrant interruptam poſſeſſionem. Quod vero de praeſcriptione, idem etiam de poſſeſſione dicendum eſt, id quidem vſurpatum, ſed nullo iure, *l. 13. §. fin. in fin. de Iniur.* conſuetudo enim iuri naturali 752
aduerſa corruptela potius eſt, nec legi perpetuae, cum ius poſitiuum ſit, obrogare poteſt. GROT. *de mar. libero c.7.* Tertium quod aſſe- 753
runt, eſt mercatura, et quidem iisdem titulis quibus priora: I. quia occupauerunt: male. Commercia enim ſunt iuris gentium, 754
quod cauſam naturalem ſub ſe habet, quae tolli nequit, et ſi poſſet, ab gentibus omnibus vt fiat, neceſſe eſt. Tum ius mercandi incorporale eſt, quod adprehendi nequit: et licet primi cum 755
Indis commercia habuiſſent Luſitani, (quod tamen falſum,) nullum 756
inde ſpecialius ius haberent. Neceſſarium enim, vt inter multos vnus ſit primus. Nihil valere II. poteſt Pontificis conceſſio: cum, 757
quod ſuum non eſt, concedere nequeat: et haec res non eſt fidei, 758
ſed quaeſtum et lucrum ſpectat: et quomodo Pontifex Indis, vtpote 759
ſibi non ſubiectis et extra eccleſiam degentibus, ius ſuum adimere 760
poteſt? Quomodo ius naturale immutare? idem dicimus III. de prae- 761
ſcriptione, quae hic ob defectum tituli et bonae fidei deficit, nec tempore alienari poteſt, ob rationes ſupra adductas, quin illa quaſi 762
poſſeſſio non ex proprio iure contigiſſe videtur, ſed ex iure communi, quod ad omnes aequaliter pertinet. Nec quod alii populi ne- 763
glexerunt commercia cum Indis, gratia Luſitanorum factum, ſed quia ſibi expedire crediderunt. Ergo adhuc facere poſſunt, cum rei merae facultatis non praeſcribatur. Nec enim, quod libere feci, facere 764
cogor, nec quod non feci, omittere: Et ne infinito quidem tempore 765
effici poteſt, inquit VASQVIVS *qu. Illuſtr. 89.* vt quiddam neceſſitate potius, quam ſponte, factum videatur. Probanda ergo fuit Luſitanis 766
coactio, quae tamen iuri naturae contraria, nec perpetua, nec quoad

P 2 omnes

Digitized by Google

omnes gentes obtinuit, et a Venetis, Anglis, Gallis &c. ſatis feliciter
767 interrupta. GROT. *c. 11.* Queruntur quidem Luſitani, ſibi inuerti lu-
crum. At ſine cauſa, cum iure ſuo vtens, nemini faciat iniuriam,
768 *l. 55. d. R. I.* etiamſi per conſequens alterius damnum adſit. *l. 26. d.*
769 *damn. infect.* Et quis lucra ſolis Hiſpanis promiſit, vt totius orbis mo-
nopolium haberent? Saluum illis mare manet, quo cum aliis genti-
770 bus contenti eſſe poſſunt. Hinc Batauis GROT. ſuadet *cap. 12.* vt qua
pace, qua induciis, qua bello, ſuum ius tueantur, fiducia felicis euen-
tus, quem aequitas et iuſtitiae cauſſa promittit. Et his moti ordines
771 confoederati Belgii Anno 1608. in iniqua illa poſtulata de intermitten-
772 da Indica nauigatione conſentire noluerunt. Non ſolum, quia con-
tra ius gentium erant, ſed quia fundamentum reipubl. et vires tenta-
tae, quae in ſola Indica nauigatione ſaluae recumbunt, et magnis diui-
773 tiarum cumulis, exinde acquiſitis, ſuſtentantur. Nec deerant fidi La-
contes, qui Danaum inſidias patefacerent, hac ſpe et fine remitti iu-
ra imaginariae Maieſtatis, vt ſubdola pace, fallaci titulo, praecipuo
fundo ſui patrimonii deſpoliarentur. BAVD. *lib. 2. d. induc. bell. Belg.*
774 Declarabant quoque Mercatores Indiae orientalis quaſi in rationario
imperii 160. naues milite et annona inſtructiſſimas quotannis emitti in
Indiam, inde immenſos reditus capi, omnes nautas eo beneficio ſu-
ſtentari, qui fame perituri eſſent, vel occaſiones ſeditionis mouendae
quaeſituri. BAVD. *lib. 2. p. 132.* EMAN. METER. *Hiſt. Belg. part. 2. lib. 38.*
775 Vbi elegantem diſcurſum de Indica nauigatione, a Collegio Orienta-
776 lis Indiae inſtitutum, immiſcet. Eius haec breuis ſumma eſt. Inci-
piunt commercia eſſe ſignum amicitiae et pacis, ea inter hoſtes ad-
mitti, et inauditum, vt in tractatibus pacis commercia excludantur,
777 ob quorum libertatem plerumque initur. Si igitur India abſtinen-
dum, ſequi iam hoſtes declaratos Hollandos, ſi forſan ibi reperiantur,
778 et negotiari velint. Nec poſſe ſe defendere, ademto per pacta iure ſe
779 tuendi. Hoc autem non pacem prae ſe ferre, ſed pernicialem dolum,
quo inducantur Hollandi, vt ſponte renuncient, hinc enim ſecurius
780 poſſe opprimi ab his, qui dum tractant verbotenus, pacem; re ſerui-
tutem minentur, quaſi liberrima voluntate negotiationem abdicanti-
781 bus. Hac ratione ſtatum Prouinciarum miſeriorem pace futurum,
782 quam bello fuerit. Impudentiam ſummam eſſe, vt Hollandi, qui
ex Oceano victitant, et in nauigandi arte omnes populos praecellunt,
relin-

Digitized by Google

relinquant illud ſtudium, et maxima parte Oceani abſtineant, cui
propemodum ſoli geniti ſint. Maxime cum in eo pelago vel iis ter- 783
ris nihil iuris Hiſpano ſit, mari natura libero. Eſſe vnicum totius
reipublicae fulcrum, cui in mediis bellis hactenus innixum, et quo 784
Deus vſus ad conſeruationem eius. Hoc ſublato, et potentiam dimi-
nutum iri, cum quantum de mercatura abſcedat, tantum etiam vrbi- 785
bus authoritatis, et fore, vt breui reipublicae pernicies tam diligen-
ter hactenus conſeruatae, appropinquet. Nautas enim eſſe Batauos, 786
nec terram prouentum dare tot incolis, nec ſingulos habere tantum
aeris, vt viuere poſſint de reditibus. Tantum igitur decedere reipu- 787
blicae, quantum amittitur in India. Res aperta. Deductio collegii 788
Indiae Orientalis monſtrat, hoc anno quadraginta naues cum quin-
que millibus armatorum ibi eſſe, vnde ſpes lucri vsque ad tres auri
tonnas exſpectatur. Mercaturam in Guinea conſtare viginti nauibus, 789
et quater mille viris, et quotannis in ea verti duodecim tonnas auri. 790
In occidentalem Indiam nauigarunt hoc anno centum naues cum mil- 791
le octingentis armatis, qui quotannis in naulo et ſale percipiunt plus,
quam decies centena millia Florenorum. Negotiationem coriorum 792
bouinorum in Cuba et Hiſpaniola quotannis cum viginti nauibus et
quingentis viris exerceri ad octo millia florenorum: Breuiter. An- 793
nuos reditus eſſe, quater centies et tricies centies mille florenorum.
Commercia in aliis regionibus ad medietatem non adſcendere, vnde 794
facilis computatio, ſi hoc decedat, quantum pereat reipublicae, hacte-
nus ex ſolis aquis ſuſtentatae. Et licet quiuis mercator ſui lucri gra- 795
tia tranet Oceanum, immenſum tamen exinde reipublicae accreſcere,
cum illa ex multitudine incolarum potentia et diuitiis augeatur. Pri-
uatos quidem commercia exercere poſſe extra Hollandiam, ſed rem- 796
publicam non poſſe conſiſtere, ſi incolae deficiant. Praeterea naues
in mari, etiamſi priuatorum ſunt, tamen iuſtam claſſem conficiunt, 797
qua poſſunt reprimi obnitentes. Et quidem ſine ſumtu reipublicae, 798
cum priuatim a mercatoribus alantur, vt ſubſidio poſſint eſſe reipu-
blicae ſi opus fuerit. Hac ratione potentiam rerumpublicarum ma- 799
ritimam non ad reliquarum diuitias cenſeri, ſed proportionem fieri
ad mercaturam, quantum ea valeat. Hiſpaniae ergo regis oblatio de 800
maieſtate donum eſt veneno illitum, quo attentet ineſcare, ſicut au-
reo vellere principes donare ſolet, vt citius opprimat. Sublata enim 801

Digitized by Google

802 potentia maritima, impune pacem rumpet. Hoc fatentur ipſi
Hiſpaniae legati, non amore pacis, ſed metu, ne Indiam per-
803 dat, regem pacem offerre. Tenendus ergo hic gladius quo
coerceri poſſit, ne poſtea pacis cancellos tranſiliat. Principes
804 enim rationes et conſilia tempori accommodant, quod ſi rebus
gerendis aptum occurrit, licentius rumpunt, quam ſanctius promi-
805 ſerunt. Et hoc ſtatim futurum, cum ſemel India relicta et collegia
806 mercatorum translata alio. Serio reuocabimus amiſſa, oppreſſis ſemel
807 ab Hiſpanis Indis, qui etiam noſtram perfidiam accuſabunt, quod ob-
808 liuiſcentes pactorum eos deſeruimus. Foedius nihil poſſe excogitari,
quam eos ſine auxilio relinquere, qui noſtri lucri gratia Hiſpanum
809 ſibi hoſtem fecerunt. Amicos prodere et praedae exponere, animi
810 eſt ſignum deteſtabilis. Qua fronte poſſunt tot nautae, qui ſuo ſangui-
811 ne nobis libertatem pepererunt, relinqui indefenſi? quomodo illis
812 commercia iure naturali debita adimi? Hoc praemium eſſe partae li-
bertatis, bellatores nautas, qui regem Hiſpaniae, propria legatorum
confeſſione ad pudendam Maieſtatis renunciationem coeperunt, ſper-
813 nere. Auertat hoc DEVS, ne plus quam viginti mille homines contra
nos excitemus vindices libertatis, nos dantes ipſis in praedam, quos
814 turpi proditione perdere voluerimus. Noſtri maiores bella geſſerunt
ob tutanda commercia, quorum tamen reditus tunc temporis non va-
lorem nauium, quae modo in India ſunt, aequarunt. Stultum eſt
815 pati, vt a duabus mundi partibus excludantur adhuc hoſti potentia
praeualentes, et quidem ſub nomine pacis, reuera doli. Nimis care
816 conſtaret titulus libertatis, et loco honoris compedes et vincula acci-
peremus, vnde nobis foris et domi infame opprobrium. Incolae ira-
817 ſcentur, ſi, ademtis commerciis, ſecedere cogerentur in alienas terras.
818 Foederati et amici fidem culpabunt, quippe viſuri, proditos Indos
et ciues. Imo parum nos curabunt imminuta potentia maritima, qua
819 hactenus illis et nobis profuimus: Si non et Turcae dabimus occa-
820 ſionem rumpendi cum nobis icti foederis. Illud inane eſt dicere, nos
debere contentos eſſe commerciis, quibus fuimus vſi ante bellum.
821 Hoc enim eſt quod quaerunt, vt eius tantum ſimus potentiae,
qua tunc valebamus, vt citius opprimi poſſimus. Aeque fun-
822 damento deſtituitur, quod ante bellum non nauigauimus ad In-
dos.

Digitized by Google

dos. Sufficit enim, quod iure gentium facere potuimus, nec 823
Rex Hiſpaniae, etſi harum terrarum dominus fuit, potuit ſine periurio prohibere, cum iuramento incolis adſtrictus fuerit, quod illis libera commercia relinquere velit. Libertatis autem maxima pars li- 824
bero Oceano vti, vt libero aere. Praeterea omnia ab Hiſpanis agun- 825
tur doloſe, qui cum ſenſerunt, antequam liberi fuerimus ab Hiſpano agniti, nolle nos agere, id magnis ampullis promittunt. Sed latet anguis in herba, cum ad rem venitur, adimendo commercia triſtis- 826
ſimam imponent ſeruitutem, dum nos medietate nauium ſpoliant. Si dicetur, regem remittere ius ſuum in prouincias. Id iam antea fe- 827
cit et parum eſt. Si addatur, concedi commercia in Hiſpaniam, id 828
minus eſt, et nos habemus ibi commercia licet per alios: et poſſumus pati, vt Hiſpani nobiſcum negotientur viciſſim. Sane immodicum vectigalis ille percipit ex nauibus noſtris, cum regionis ipſius 829
per amicos viſitamus, interdicto ipſius inſuper habito. Voluit ille prohibitione nos vincere, et res ſucceſſiſſet, niſi in Indiam nauigaſſe- 830
mus. Quod ſi intermiſerimus, in India et Hiſpania ſimul victi erimus. Tandem inglorie hactenus pugnaſſemus pro libertate, ſi iam 831
ſerui eſſe mallemus. Non fuit opus Tyrannidi Hiſpanicae ſe oppo- 832
nere, ſi nolimus cum iis negotiari, qui Hiſpano ne quidem ſubditi ſunt. Quid profuit, denegare decimum nummum, ſi largimur dimi- 833
diam partem, nauigationis redituum? Pacem quidem amamus, ſed 834
ſine conditionibus ſeruitutis, et retento, pro quo tamdiu dimicauimus. Quod ſi placet, aduerſae parti in Europa pacem concludere: reſerua- 835
re bellum in India: nobis perinde erit, vt ſibi mutuo offendamur, illud paci in Europa non noceat. Tria igitur propoſuerunt tandem 836
ordines: 1. vt haec pax omnimodo relinqueret liberam nauigationem, 837
vel 2. vt poſt Tropicum quilibet ſibi vigilaret. 3. vt permitteretur 838
nauigatio ad aliquot annos ſub modo induciarum. Primum et ſecun- 839
dum recuſarunt Hiſpani. Illud, quia non erat in mandatis. Hoc, 840
quia bellum et pax vt diuerſa vna pactione iungi nequirent. Ter- 841
tium acceptarunt, vt decurſo illo ſpatio Hollandi in totum abſtine- 842
rent. Sed illi volebant, vt induciis finitis in priſtinum ſtatum res re- 843
poneretur. Vnde quoad hoc caput infecta re diſceſſum, ordinibus in poſtulata Hiſpanorum annuere recuſantibus. Suſque deque ergo 844
habent Hollandi Hiſpanica interdicta, potius quotannis naues in

Indiam

Digitized by Google

Indiam ablegant, quae etiam locupletes redeunt. EMAN. METER. *d.*
845 *l.* Hoc vt felicius procederet, duas domus Amſtelodami aedifica-
runt, quas vtriusque Occidentalis et Orientalis Indiae gazophylacia
846 ſummo iure vocare poſſis. In haec omnes diuitias comportant, cum
847 Hiſpanis vſumfructum noui orbis diuidentes. Nouimus, quid An.
848 1627. fecerint, quando ditem claſſem auro, argento, gemmisque
ornatam, ſub ductu architolaſſi Petri Heinii Hiſpanis cum magno eo-
rum incommodo eripuerunt. *Contin.* METER. *de Anno 1627.* Neceſſe
849 erit, ſi ſuas res Hiſpanus ſaluas habere velit, vt aequo iure cum a-
liis populis Indicis diuitiis vtatur, alias futurum eſt, vt impenſis aliis
850 regnis poſtremum nihil in reſiduo habeat. Violentum enim nullum
851 diuturnum. Alii quoque populi hoc manopolium deteſtati, MEN-
DOZAE Hiſpano, quando res ab Anglis raptas cum hac vehementi
expoſtulatione repetiit, quod Angli per Indicum Oceanum, quod
ſolis Hiſpanis liceat, impune nauigarent, nihil aliud reſponſum fuit:
852 quam mare liberum eſſe, et Hiſpanos ſibi ipſis haec mala accerſiuiſ-
853 ſe, quod Anglos commercio contra ius gentium prohibuerint.
854 CAMBDENVS *in Hiſt. Angl. ad ann. 1580.* LANSI. *in Conſ. Europ. con-*
855 *tra Hiſpan. 532.* Gallorum expeditionem in Floridam deſcribit BEN-
TZO *in lib. de nouo orbe.* Venetorum in alias regiones ſtudium
GVICCIARD. *lib.13. Hiſtor.* Noſtro ſeculo Guſtauus Adolphus, Sueciae
Rex, glorioſae memoriae de Argonautica ſocietate ineunda cum Ger-
856 manis ex Gothenburgo, animo agitauit. Intentio Regis fuit in Ame-
ricam, Magellanicam, et alias longe diſſitas regiones mercaturam
inſtituere, et quidem ideo, quia ibi pretioſiores eſſent merces, illa
857 negotiatio non aeque cognita eſſet, et quidem ex Gothenburgo Sue-
ciae vrbe, ex qua meliorem, quam alibi haberet commoditatem ob
minus periculum a piratis, qui rari eſſent, deficientibus tutis rece-
858 ptaculis. Sicut id in Hollandia obſeruatum, vbi diu laboratum, an-
859 tequam tale collegium potuit introduci. Voluit autem illam nego-
860 tiationem a collegio, et non a particularibus, tractari, quod alias mer-
ces augerentur, et, quod melius reſiſti poſſet, piratis a corpore,
861 quam a ſingulis, propter ingentes impenſas. Finis ſummus et generalis
862 fuit gloria Dei, quae in propagatione religionis conſiſtit. Deinde in-
crementum omnium regionum Europae, dum eius merces hinc inde
863 vehi poſſunt, receptis etiam exteris in ſocietatem. Particularis fuit

1. Regis

Digitized by Google

1. Regis et regni Sueciae ingens reditus, quem ex teloniis percipe-
ret. 2. Participantium ſocietatis, quorum potiſſima ratio in quaeſtu, 864
ne officium et labor lucro fruſtretur: demum omnium et ſingulorum 865
non exiguum commodum, quod merces vilius, quam antehac, emere
poſſent. Plura *vid. in libell. argonautica Guſtauiana Francofurti Ao.*
1633. excuſo, vbi director ſocietatis Guilielmus Wſſelinx obſtacula re- 866
mouet. Verum vtilem hanc rem interrupit toti orbi funeſtus obitus 867
glorioſiſſimi Regis Guſtaui Adolphi fel. mem. Commendauit quidem ge- 868
neroſus Axelius Oxenſtirn, regis Sueciae Cancellarius, illud negotium A.
1634. ordinibus Germaniae in conuentu Heilbrunnenſi, ſed aeque ſuc-
cedere nequiit, forſan quod Suecia adhuc grauibus bellis innexa, 869
quae auxit Seren. Ioh. Georg. Elect. Sax. Anno 1635. inita Pragae 870
cum Imperatore Ferdinando II. pace, et facta a Suecis ſeceſſione. Huic
acceſſit Anno 1643. ſuper libertate commerciorum atrox cum Rege 871
Daniae bellum: quod tamen, victa claſſe Danica cum ſummo Sueco-
rum honore nondum impleto biennio finitum eſt. Eodem fere tem- 872
pore ſimilem ſocietatem illuſtriſſimus Holſatiae dux Fridericus cum
Rege Perſiae per Moſcouiam inſtituere allaborauit, miſſis eo legatis
Anno 1635. menſe Nouembri Ottone Brügmanno et Cruſio, Iur. Li-
centiato. Hi quidem Anno 1639. menſe Auguſto redierunt Regis 873
Perſici et Magni Ducis Moſcouiae legatis comitati. Praeter appor-
tatos tapetes autem et alia orientalis plagae munera, rurſusque illis ex-
hibita haſtiludia, nihil actum fuit, inſuper capite legationis Anno ſe- 874
quenti 1640. 5. Maii Gottorpii capite minuto.

CAPVT VII.

TERRITORII RATIONE PRINCIPES IMPERII ROMANO-GERMANICI ET LIBERAE CIVITATES IVS NAVIGANDI HABENT IN FLVMINIBVS. ILLA PVBLICA SVNT, ET REGALIBVS ADNVMERANTVR.

SVMMARIA.

1. *Qui ſub aliena poteſtate ius nauigandi habent.*
2. *Status imperii habent ex iure territorii, tanquam regale.* 13.
3. *Territorium quid et qui eius effectus?* 4. 5.
6. *Principes de iure nauigandi inueſtiuntur.*

7. *Ciuitates eo modo accipiunt, quo ſtatus imperii ſiunt.*
8. *Sub inueſtitura territorii quatenus continentur flumina.*
9. *Fluminum vſus in nauigatione.*
10. *Flumina nauigabilia quae?*
11. *Nauium praeſtationes et Angariae ſunt ſpecies regalium.* 12.
13. *In flumine conſideranda aqua, proprietas, iurisdictio.*
14. *Flumina concedi poſſunt, vel generaliter.* 16. 17. 18. 19.
20. *Conceſſione territorii non veniunt flumina.* 21.
22. *Quaeritur: an de mari quis inueſtiri poſſit?* 23. 24.
24. *Res communes occupatae aſſumunt naturam rei priuatae.*
25. *Si territorii maxima pars mare eſt: inueſtitus de illo, et de hoc inueſtitus eſſe cenſetur.* 26.
27. *Principes maris accolae recenſentur.*
28. *Pomerania olim Regio iure gubernata.*
29. *Tempore Friderici Barbaroſſae, Imperatoris, ſe protectioni Imperii ſubmiſit.* 30. 39. 40.
31. *Vineta vbi ſita.*
32. *Eius potentia et mores.* 33. 34. 35.
36. *Eam rex Daniae euertit.*
37. *Iulinum potens olim in Pomerania vrbs.*
37. *Similiter a Daniae rege deſtructa*
41. *Regalia Ducis Pomeraniae maritima quaedam narrantur.*
42. *Duces Megapolitani et Holſatiae in mari olim potentes.* 43.
44. *Principum poteſtas contra reges non extenditur.* 45.
46. *Lubeca vnica vrbs imperialis libera ad mare ſita.*
47 *Haec ius nauigandi bello contra infeſtantes aſſeruit.* 48.
49. *Lubeca habet regale fluminis in territorii ſui fluuiis.*
51. *Comes Oldenburgicus titulum praefecti aggerum imperii Reichs-Dickmeiſter habet.*
52. *Reliqui Principes in fluminibus territorii ius nauigandi exercent.* 53.

1 Sub aliena poteſtate ius nauigandi habent ſtatus et membra cuiuſuis imperii: ſed ex diuerſis titulis. Nos hic de reliquis regnis praeter noſtrum, ne in infinitum abeat diſcurſus, ſolliciti non erimus.
2 Status imperii Romano-Germanici, quales plerique Principes et ciuitates imperiales liberae hoc ius ſibi vindicant ex conceſſione terri-
3 torii. Eo ipſo, quod ipſis territorium conceditur, ius et exercitium ſummi poſt imperatorem imperii eique annexorum regalium habent.
4 REINK. *lib. 1. claſſ. 5. cap. 3. n. 3.* Eſt enim territorium vniuerſale quid, Prouinciam quandam ſignificans, in qua quis imperatorem immediate recognoſcit. Id. *d. l. n. 8.* hoc effectu, vt in ſuis territoriis
5 iura ſumma et *αὐτοκρατορίας* habeat, et idem fere poſſit facere, quod impe-

imperator in vniuerſo. REINK. *d. l. c. 6.* IOH. LIMN. *4. d. I. P. cap.*
8. n. 8. Nanciſcuntur autem diuerſimode ſtatus territorium. Prin- 6
cipes de eo inueſtiuntur ſub nomine *der Landes-oder hohen Obrigkeit.*
REINK. *cap. 2. n. 6.* Liberae ciuitates accipiunt per cooptationem in 7
numerum et ordinem ſtatuum, quod nomen in iis otioſum eſſe non
debet. *id. d. cl. cap. 5. n. 10.* Inueſtitura enim de territorio iisque 8
annexis regalibus facta, ſub ea etiam continentur flumina *c. vnic. quae*
ſint regal. Horum principalis vſus eſt in nauigatione, *lib. 1. §. 14. d. flum. §.* 9
4. de R. Diu. et dicuntur exinde nauigabilia, quod natura ſua apta ſint na-
uigationi, et in iis nauigari poſſit etiamſi re ipſa et actu in ipſis nun- 10
quam ſit nauigatum. *l. 1. §. 12. de flum.* SIXTIN. *de Regal. lib. 2. c. 3.*
n. 13. Hinc accurate in *d. c. vn.* ea flumina deſignantur, quae naui-
gabilia ſunt. BORCH. *in d. c. vnic.* Sicut etiam nauium praeſtationes 11
in d. c. vnic. Regalibus annumerantur, BR. *in l. 1. C. de naufr.* BEN.
STR. *tr. d. nauib. p. 2. n. 25.* SIXTIN. *d. l. n. 19.* quae non aliter exi-
guntur quam quia principes ſummum ius nauigandi in flumine ha-
bent. Ad has pertinent Angariae quae ſimiliter inter regalia refe- 12
runtur. Et haec in fluminibus Principum et ciuitatum poteſtas rega- 13
lium iure ſatis defenditur. Sunt autem in flumine conſideranda a- 14
qua, iurisdictio et proprietas, de quibus omnibus *infr. part. 2. c. 5.* 15
agimus vberius. Dubium non eſt, quin ſupremi Monarchae iuris- 16
dictionem et proprietatem ſuo iure habeant, *infr. d. l.* ſed ſicut cae-
tera regalia ad imperii Principes et ſtatus peruenerunt priuilegio, in-
veſtitura, vel quae ei ſimilis, praeſcriptione; ita etiam flumina, vt ho-
die ea iure territorii poſſideant. SIXTIN. *Ar. d. Regal. lib. 2. c. 3. n. 31.*
Non autem ſolum ſpeciali, ſed etiam generali conceſſione et inueſti- 17
tura, quae omnia regalia habet, flumina veniunt. PEREGR. *tr. d. iur.*
fiſc. lib. 1. tit. 2. n. 100. ROSENTH. *d. Feud. cap. 1. concl. 14. n. 75. vide*
ſupra n. 8. 9. Hinc ſub vocabulo regalium, germanice *Herrlichkei-* 18
ten, veniunt flumina cum caeteris regalibus. BORCH. *Part. 2. conſ. 18.*
ver. ſimilit. Quod tamen ita intelligendum eſt, ſi flumen pars ter- 19
ritorii eſt, vel medium illud interfluit. Nam vbi flumen limes quo-
dammodo vel principium territorii eſt, ad illud pertinere tanquam
acceſſorium nequit. MATTH. *d. Afflict. in c. vn. n. 7.* Generali igi- 20
tur territorii, vel caſtri cum territorio facta conceſſione, nullum re-
gale ſpecialiori notatione dignum venit. *Afflict. deciſ. 122. n. 3.* MYNS.

Digitized by Google

21 *Reſp. 39. n. 6.* Niſi aliquorum reſeruatio facta ſit, vel regalia ſolita
ſint concedi cum territorio. PRVCK. *cap. 5. d. n. 66.* ANT. GABRIEL.
6. cum opin. tit. d. conſuet. concl. 1. n. 34. vel territorium ſimul regale
feudum ſit. REINKING. *d. l. c. 3. n. 19.* De quo nos h. l. loquimur.
22 An vero ſimiliter de mari (particulari ſcilicet) poſſit fieri in-
feudatio, dubium remanet? Negatiua arridet iis, qui mare commune
dicunt. Nobis affirmatiua: ob *ſupra* dicta, quod mare fieri poſſit pri-
23 uatum; quo poſito, nihil impedit, quo minus inueſtitura de eo fiat.
24 Res enim communes ſemel priuatae factae, naturam eius aſſumunt, adeo,
vt in feudum dari poſſint. BVS. *diſp. polit. 11. th. 27.* BESOLD. *diſſer.*
25 *d. iur. rer. c. 1. n. 8.* Et hoc maxime obtinet, ſi de territorio quis
inueſtiatur, eius enim adpellatione comprehenditur mare adiacens,
quod pro eius parte habitum, CAEPOLL. *d. S. R. P. cap. 26. n. 3* et di-
ſtrictus in mari dicitur, IOH. AND. *in C. vbi peric. d. elect. in 6.* CARD.
26 TVSC. *lit. m. in concl. 86.* adeo, vt exiſtens in mari dicatur eſſe in di-
ſtrictu ciuitatis, cuius eſt mare, vt ei reddi poſſit. BL. *in l. 1. C. d.*
ſent. ex. breu. recit. CAEPOLL. *d. l. n. 28.*
27 Principes in Germania ad mare ſunt Duces Pomeraniae, Megalo-
polis, Holſatiae, Comites Oldenburgicus, et Friſii Orientalis. Inter
28 hos latiſſimam oram iuxta mare Balthicum poſſidet Dux Pomeraniae,
(Vandalica lingua Pamozzi dictae, *ein Land am Meer.* MERCAT. *in At-*
29 *lant. in deſcript. Pomer. Sigismund. ab Herberſtein in Moſcou. p. 127.*)
30 olim iure regio gubernatae. Vti enim ex hiſtoriis conſtat, vsque ad
tempora Friderici Barbaroſſae Pomerania nulla ratione ſuperiorem
recognouit: ſed libera et ſui iuris terra et mari dominata eſt. Et
31 quidem potentiam maritimam ſatis probat Vineta nobiliſſima vrbs in
oſtio maris, vbi hodie Diuenow ſe exonerat, iuxta inſulam Vſedom
32 ſita. Fuit ſuo tempore maxima omnium, quas Europa habuit, ciui-
tatum, a Sclauis, Graecis et Barbaris inhabitata. Nam et aduenae Sa-
33 xones cohabitandi licentiam habuerunt modo nomen Chriſtianitatis
non publicarent. Caeterum moribus et hoſpitalitate nulla gens ho-
34 neſtior et benignior potuit inueniri. Hanc ciuitatem circa annum
35 Chriſti 796. Daniae Rex, maxima claſſe ſtipatus, funditus euertiſſe di-
36 citur. Praeſto ſunt adhuc antiquae illius ciuitatis monumenta. HEL-
MOLD. *Chron. Sclau. cap. 2.* GOBLER. *lib. 1. Chr. Lubec.* In huius lo-
37 cum ſucceſſit Iulinum, quae deleta Vineta, ex commerciis immen-
ſum

Digitized by Google

ſum creuit, vsque dum Anno Chriſti 1170. a Rege Daniae, Waldamaro, combuſta eſt, relictis in ciuitate Wollino ruderibus. MICR. *Part.* 38
2. Hiſt. Pomer. §. 16. Poſtmodum ex praegnantibus cauſis, cum vndique infeſtarentur Principes, ſub imperat. Friderico Barbaroſſa An. 39
C. 1181. ſe protectioni imperii ſubmiſerunt. CRANTZ. *lib. 6. Vandal. c. 14.*
et ab eo prouinciam tanquam feudum recognouerunt, vbi nullum dubium, quin omnia retinuerint in mari antea habita. Quod etiam 40
regalia, quae paſſim iuxta mare exercent, veluti ius portus, bona 41
Naufraga, iurisdictio in delinquentes in mari &c. ſatis demonſtrant,
Land-Tags Abſcheid de Stetin §. *den handthierenden Kauffmann.* Idem
de Ducibus Megapolit. dicere licet, qui olim claſſibus valuerunt, et 42
late dominati ſunt. Nec Holſatiae ducibus, qui iuxta littora ſuam 43
iurisdictionem habent, mare infrugiferum eſt. Haec tamen omnia, 44
ita intelligenda ſunt, quatenus hi Principes ſuum ius contra R. R.
Suaeciae et Dan. adſerere poſſunt, haec enim, quae protulimus, praeſumtionem tantum faciunt, quae facile refellitur. Et poteſt quis in 45
mari, quatenus littora alluit, ius maris habere, illaeſo iure reliquorum. Ad hoc Balthicum mare Lubeca ſita eſt, vnica omnium imperialium ciuitatum, quae ſine moleſtia territorium ad mare demittit. 46
Huic nauigandi ius eſſe, experientia ſatis docet, ad illud tuendum 47
ſaepius etiam grauia bella cum regibus Daniae geſſit. HENRIC. GOBLER. *lib. 3. Chron. Lubec.* et ideo firmum propugnaculum ad oſtium 48
Trauae, quo ſe contra irruentes defendere poteſt, exſtruxit. Habet etiam haec vrbs ex priuilegio et vſu antiquo ius fluminis in fluuiis, Traua, Stecknitza, Eſſe &c. intra territorium vrbis fluentibus. 49
Ad mare Germanicum *Noord-See* Comites Friſiae Or. et Oldenburgicus habitant. Ille ex Friſia opportune nauigare poteſt; Hic ex Viſurgi. Et habet Oldenburgicus ſpeciale illud officium, vt nominetur 50
ratione imperii *des Reichs Dychmeiſter*, quod aggeribus ſit praefectus. 51
GRYPHIAND. *d. inſul. cap. 6. n. 3.* Reliqui duces et principes celebria
flumina habent, quae cum partes ſint territorii, nullum dubium eſt, 52
quin in iis nauigationis iura habebant. Electores Brandenburgici ius
dilucide probant conſtitutiones de vectigalibus et nauigatione. SCHEPLIZ. *in conſuetud. Marcb. lib. 4. tit. 5. et tit. 22.* De aliis videndi doctores. 53

Digitized by Google

CAPVT VIII.

NOBILES DE IVRE NAVIGANDI INVESTIVNTVR.

SVMMARIA.

1. *Nobiles mediati et immediati de fluminibus inueſtiuntur.* 2.
3. *Conceſſio mit Waſſern quid importet?* 4.
5. *Vaſallus an poſſit nauigationem prohibere?* §. 5.
6. *Ab vno regali non ſit argumentatio ad aliud.* §. 6.
7. *Inueſtiturae ſtricte intelligendae* §. 7.
8. *Proponitur quaeſtio, an Princeps in fluminibus per nobilium praedia labentibus, Iurisdictionem territorialem exerceat?* 8.
9. *Eadem ratio viae publicae et fluminis.* 9. 10.
10. *Nobiles non concurrunt cum Principibus in iurisdictione territoriali.* 11. 12. 13. 14.
15. *Nobiles non poſſident ius fluminis vt regale.* 15.
16. *Nobilis de parte maris inueſtitus omnes vtilitates capit.* 16.

1 Similiter nobiles, tam immediati, quam mediati, in mari non ſolum ex
reſeruato iuris gentium vſu, quam priuatim, ex occupatione par-
tis littoralis SIXTIN *volum. 2.* MARP. *conſil. 14. n. 151.* quam in fluminibus
2 ius nauigandi ex inueſtitura habent. COTHMAN. *vol. 4. conſ. 1. n. 72. et 2.*
3 *n. 2.* Videmus quotidie, nobiles tam ab Imp. quam aliis principibus
ita de fluminibus inueſtiri, *mit Waſſern, allen Nutzungen, Ehren vnd
Würden*, quae verba omnem fluminum vſum, eorumque incrementa
vaſallo adiiciunt. SCHEPLIZ. *conſ. Marcb. lib. 4. c. 22. ſ. 2.* Vt nimi-
rum, quomodo in patrimonio ſunt principis, ad ceſſionarium vaſallum
4 pertineant. Nam qui ex conceſſione principis flumina publica tenet,
perinde ea poſſidere videtur, prout erant apud principem. HEIG. *2.
part. illuſtr. quaeſt. 40. n. 18.* Quo circa huiusmodi vaſallum nauiga-
5 tionem per flumina publica in loco ſibi conceſſo prohibere et vecti-
galia imponere nauigantibus poſſe, tradunt. MATTH. DE AFFL. *in c. quae
ſint regal. poſſ. tr. d. acq. n. 4.* PEREGR. *d. iur. fiſc. c. 2. n. 100.* Quod
6 mihi durum videtur: cum a regalibus fluminis ad regalia angariarum
7 vel vectigalis non ſit procedendum. Diuerſa enim illa ſunt, et re-
gulariter inueſtiturae ſtricte accipiuntur. CACHERAN. *deciſ. Pedem. 32.
num. 14.* ZAS. *in epit. feud. par. 1. in ſin.*

8 Quaeritur hic an princeps in fluminibus, quae per latifundia no-
bilium fluunt, iurisdictionem territorialem exercere poſſit? Hanc quae-
ſtionem

ſtionem BIDENBAC. *in illuſtr. quaeſt. 13.* mouet: ſed non plane decidit, 9
inclinans potiſſimum in ſententiam negantem, hac ratione, quod in
via publica vti iusque ſit iurisdictio pro dimidia parte, idem ergo di- 10
cendum de flumine quod ſimiliter ſe habeat. *l. 24. d. damn. infec. arg.*
l. 7. §. 3. d. A. R. D. Verum ergo puto in ſimplici iurisdictione vel 11
mero imperio poſſe nobilem cum principe concurrere: LEOPOLD *d.*
concur. iurisdict. qu. 9. imo nobilem (ſi litterae inueſtiturae id in ſe con-
tinent, ea ſolum exercere: ſed quae iurisdictionis territorialis ſunt, 12
ſi contingant eius actus, veluti ius conducendi aliquem per flumen, &c.
id ſolius territorii Domini eſſe. Haec enim in ſumma poteſtate gu- 13
bernandae prouinciae conſiſtit, ideoque incommunicabilis priuato.
Iurisdictio vero in facultate iuris dicendi, quae quotidie variis titulis 14
a nobilibus adquiritur. Praeterea nobiles ius fluminis, vt regale, non 15
poſſident, ſed tantum vt ius percipiendi vtilitates, priuati enim ſunt,
regalia autem Principum. *d. vn. quae ſint. regalia.* Idem dicimus, ſi no-
biles inueſtiti de parte aliqua maris, in tali enim omnes vtilitates ipſo-
rum ſiue in piſcando, ſiue nauigando, ſunt. Hoc frequens in Ger- 16
mania, praeſertim in iis prouinciis, vbi eorum arces et terrae ad mare
ſitum acceperunt. Tale praedium Aſmus Rhumor, Nobilis Schleswi-
cenſis, cuius ob bene merita memini, ad mare cum omni vtilitate poſ-
ſidet.

CAPVT IX.

CIVITATES MVNICIPALES SVBDITAE IN MARI NAVIGANT EX LIBERTATE IVRIS GENTIVM. IN FLVMINIBVS NON ALITER, QVAM FACTA POTESTATE A PRINCIPIBVS: QVAE AN CONCESSIONE OMNIMODAE IVRISDICTIONIS VENIAT, ET PRINCIPI IVS ADIMAT, DISQVIRITVR.

SVMMARIA.

1. *Ciuitates municipales in mari nauigant, ex iure Gent.* 1.
2. *Quoad regalia habentur pro priuatis.*
3. *Regale eſt accidens territorii.*
4. *Ciuitates municipales definitae ſunt quantitate agrorum.*
5. *Non entis nulla ſunt accidentia.* 6.
7. *Ciuitates pactitiae certis conditionibus Principes agnoſcunt.* 8.
9. *Hamburgum ius nauigandi in Albi habet.*

10. *Bre-*

10. *Brema in Viſurgi.*
11. *Haec Coloſſum, Rolandum dictum, in ſignum commerciorum oſtentat.*
14. *Mare commune eſt.*
15. *Qui prohibet in eo nauigare iniuriarum poteſt conueniri.*
16. *Illud limitatur.* 17.
18. *Vſus fluminum innoxius ad libertatem nauigandi reſeruatus eſt.*
19. *In fluminibus ciuitates nihil iuris habent.*
20. *Ciuitates a Principibus impetrant conceſſione.* 21.
23. *Ciuitates regalia multa in vim priuilegii habet.*
24. *Effectu conueniunt regalia et priuilegia, a ciuitatibus reſpectu regalium acquiſita.*
25. *Praeſcriptio vim legis habet.* 26. 27. 28.
29. *Qui ſuo iure vtitur, nemini facit iniuriam.*
30. *Conceſſiones Principum ſunt vel ex titulo oneroſo, vel lucratiuo.* 31. 48.
32. *Exemplum oneroſi eſt in ciuitate Rhemenſi.*
33. *Vbi illa, dubitatur.*
34. *Eodem titulo Magdeburgum acquiſiuit.*
35. *Negotiatio maritima ſuper frumento an alibi, quam Magdeburgi, fieri poſſit. Borcholtus decidit.* 36. 37. 40. 41.
38. *Vniuerſalis negatiua potentius negat, quam vniuerſalis affirmatiua affirmat.*
39. *Vnius incluſio eſt alterius excluſio.*
40. *Transactiones cuſtodiendae ſunt.*
42. *Vſui fluminis et iuri gentium non obſtat ſpecialis in eo conceſſa alicui nauigatio.* 43. 44. 45.
46. *Pro Magdeburgo etiam in eadem cauſſa Petrus Friderus Mindanus conſuluit.* 47.
49. *Domini volentis rem alienare, voluntas non eſt inhibenda.*
50. *Titulo lucratiuo id conceſſum olim ciuitati Tarſenſi.* 51. 52.
53. *Eo iure ex donatione Ducis Witzlai portum mea patria Gryphiswaldium acquiſiuit, cum mero mixtoque ibi imperio.* 54.
55. *Maiores fuerunt diligentes in promouenda nauigatione.*
56. *Elogium de Gryphiswaldia.*
57. *Nauigatio ibi diu intermiſſa.* 58.
59. *Votum autoris, vt redintegretur.*
60. *Conceſſione iurisdictionis omnimodae an comprehendatur ius nauigandi, ſi vrbs ad mare ſita?*
61. *Id Colerus exiſtimat.*
62. *Generali conceſſione ius nauigandi venit.* 63.
64. *Largiſſime beneficia principum interpretanda.*
65. *Autor diſſentit.*
66. *Sub vocabulo iurisdictionis non veniunt regalia.* 67. 68. 72.
69. *Nec ea, quae ſpecialiter tribuuntur.* 70.
71. *Quae magni momenti ſunt. ſpeciali nota digna ſunt.*
73. *An princeps danato in flumine iure nauigandi ſibi ademiſſe videatur?*

74. *Affir-*

Digitized by Google

74. *Affirmat Colerus.*
75. *Emtio venditio, et donatio ſunt tituli habiles ad transferendum dominium.* 76.
77. *Autori haec opinio diſplicet.*
78. *Conceſſio in dubio communicatiue intelligenda.*
79. *Princeps non praeſumitur ſibi regalis vſum adimere.* 80.
82. *Ciuitas muncipalis regalium incapax.*
83. *Praeſcriptio contra principem non obtinet.*
84 *Liberalitas nemini debet eſſe damnoſa.* 85.
86. *Donatarius ad remunerandum obligatus eſt.*

Supereſt vt de ciuitatibus municipalibus diſpiciamus. Illae ex liberta- 1
te iuris gentium in mari nauigant. In fluminibus vero, quia quo-
ad regalia habentur pro priuatis, *l. 16. d. V. S. l. 15. ad Sct. Maced.*
MYNS. *5. obſ. 1.* GAIL. *1. obſeru.* regalium iure nauigationem ſibi adſcri- 2
bere nequeunt. Regale enim eſt accidens territorii quod ab Impp. 3
ciuitates municipales non habent. Principes autem, quibus ſubſunt,
non poſſunt id conſtituere, KNICH. *tr. d. iur. territ. cap. 1. num. 121.
et c. 3. n. 53.* ſed tantum ciuitates certa forma et quantitate agrorum 4
definire. PAVRM. *2. d. Icdict. 8. n. 31. 39.* Non entis igitur nullae ſunt 5
qualitates, et incapax regalium ea exercere nequit, quia omne exer-
citium praeſupponit cauſſam, conceſſionem ſc. vel tacitam vel expreſ- 6
ſam. ANT. FAB. *in C. lib. 3. tit. 12. def. 17. n. 1.* Vtraque propter medium
inhabile ſc. territorium hic deficit. COTHMAN. *vol. 2. conſ. 55. n. 25.*
Hoc tamen ad ciuitates pactitias, quae certis conditionibus principi- 7
bus ſunt ſubiectae, non eſt extendendum. GAIL. *2. obſ. 54. n. 10.* Sunt
enim ciuitates in Germania, quae principes ſuperiores certis de cauſ- 8
ſis recognoſcunt, quod iurisdictionem vero, vel iura publica, ſiue re-
galia attinet, ea proprio iure habent. TH. MICH. *d. iurisdiction. concl.
139. lit. b.* Sic Hamburgum regalia ab impp. habet, eorumque cauſſa li- 9
beram ſibi in Albi flumine nauigationem aſſerit, contra regem Daniae.
REINK. *lib. 1. cl. 5. c. 4. n. 23.* Idem Brema facit, quae contra telo- 10
nium Comitis Oldenburgici excipit, quod libera ſit, huiusque rei te-
ſtem Coloſſum Rolandum in vrbe oſtentat. GRYPH. *in tr. d. Coloſſis ſeu* 11
Rolandis c. 2. et ſeq. Deficienti regali et ſuprema Iurisdictione, nihil- 12
ominus tamen ciuitates hinc inde nauigare tam in libero mari, quam
fluminibus, videmus. Quo iure? Quod mare attinet, illud commune 13
eſt, *l. 13. §. fin. d. iniur.* quo nemo debet prohiberi, ne nauiget, imo

R poteſt

14 poteſt contra prohibentem actio iniuriarum intentari: *d. l. 13.* quod ta-
men procedit, quando ciuitas municipalis contra aliam ciuitatem mu-
15 nicipalem vel hominem priuatum ius ſuum intendit; nequaquam
16 quando contra regem vel principem, qui ex occupatione prima ſum-
mum ius in mari habet. Nam tunc non amplius res eſt nullius, ſed oc-
17 pantis. §. *1. de rer. diu.* Qui vero rem communem occupat, ille, quam-
diu in poſſeſſione eſt, alterum ea vti volentem, prohibere poteſt, *l. 6. d.*
18 *rer. diu.* quia res facta eſt priuati. §. *12. d. rer. diu.* Quatenus tamen
innoxius vſus eſt, ob libertatem commerciorum princeps nauigatio-
19 nem non impedit. *l. 5. d. iuſt.* In fluminibus nihil iuris ciuitates mu-
nicipales ſibi vindicare poſſunt, cum ſint principis, vel eius, qui rega-
20 lia habet. *cap. vn. quae ſint regal.* Si igitur illis vti velint, impetrare
neceſſe habent conceſſionem a Principibus, qui ciuitatibus poſſunt
vſum et exercitium fluminis concedere, non vt iis vtantur, tanquam
21 regali, ſed vt priuilegio. Sic videmus, tales ciuitates habere ius mo-
22 netae, HANF. *d. re monet. concl. 4.* merum et mixtum imperium, KNICH.
d. iur. territ. ius teloniorum, GODEN. *conſ. 32. n. 15.* vectigalium,
HENR. KLOK. *d. iur. vectigal. concl 12.* fodinarum, ſalinarum, minera-
23 lium collectae. C. KLOCK. *d. contrib. concl. 11.* Licet enim effectu con-
ueniant cum regalibus, re ipſa tamen ſunt ſeparata, cum tantum in vim
priuilegii concedantur, ſc. vt emolumenta regalium habeant.

24 Poſſunt etiam id ius acquirere praeſcriptione temporis imme-
morialis, quae vim priuilegii et ſpecialis conceſſionis habet. MYNS. *l.*
25 *obſeru. 30. l. 2. pr.* Ibi vetuſtas quae pro LL. habetur. *d. aq. pluu.*
arcend. et hoc in regalibus tam minoribus, quam maioribus, obtinet.
PRVCKMAN. *d. regalib. c. 5. n. 98.* SIXTIN. *tr. d. regalib. lib. 1. c. 5. n. 144.*
26 Praeſumitur enim ex vſu tanti temporis, initio ius nauigandi pacto et
27 voluntate domini conſtitutum eſſe. Vetuſtas enim legis vicem habet,
quoniam vnusquisque ſuae rei modum dicere poteſt, *l. 20. C. de pact.*
28 et quia ignoratur principium eius vſus, qui tam longiſſimo tempore
durauit: merito praeſumitur bono principio et titulo inductus eſſe.
29 *d. loc. et itin. publ. 28. d. probat.* Qui igitur ius nauigandi in flumi-
ne praeſcripſit, eo vti citra poenae metum poteſt. Etenim quod le-
ge permittente fit, poenam non meretur. *l. 5. C. d. metat. et epid. l. 4.*
C. ad l. Iul. d. adult.

Con-

Digitized by Google

Conceſſiones vero principum, vel ex titulis oneroſis, vel lu- 30
cratiuis, procedunt. Per titulum oneroſum, veluti venditionem, COTH- 31
MANNVS *conſ. 1. vol. 4.* aut ſimilem poſſe hoc ius adquiri, nemo ambigit. Exemplum habet COLER. *conſ. 1. num. 4.* vbi Rhemenſi ciui- 32
tati ex flumine Werra vsque ad mare ius nauigandi Dux Albertus
vendidit. Mihi videtur nomine ciuitatis Rhemenſis aliam ſignifica- 33
ri. Fluuium enim Werram, qui in Franconia et Haſſia labitur, nullus
Germaniae Principum vsque ad initium maris poſſidet, vt ex eo nauigationem eatenus concedere poſſit. Sic Magdeburgum cum Ar- 34
chiepiſcopo Ao. 1309. tranſegit, datis 600. marcis Stendalienſis argenti, ne in toto Archiepiſcopatu tranſuectio eſſet, (*die Korn-Schiffung*)
quam Magdeburgi. Hinc cum poſtmodum lites orirentur, an etiam 35
ex aliis locis (*die Korn-Schiffung*) fieri poſſet, conſultus ſuper hoc caſu BORCHOLT. *vol. 1. conſ. 6.* reſpondit, quod non: tum quod clare 36
hoc dicatur in litteris transactionis, quod nullibi (*nirgends*) item (*weder oben, noch vnter der Elbe,*) quam ibi, fieri debeat. Vniuerſalis au- 37
tem negatiua fortius negat quam vniuerſalis affirmatiua affirmat. DEC. 38
conſ. 490. n. 6. et alias vnius incluſio eſt alterius excluſio, tum 2. quod
transactionis maxime geminatae, a ſucceſſoribus et capitulo approba- 39
tae, et a Caeſare confirmatae, inuiolabiliter ſint ſeruandae, *l. 2. C. de* 40
transact. DEC. *conſil. 240. 3.* ob praeſcriptionem immemorialem iam 41
per aliquot ſecula continuatam. BL. *in C. ſi delegat. n. 28. Ex. d.*
praeſcript. Nec obſtat quod fluminum ſit communis vſus. *l. 24. de* 42
damn. infect. et nauigatio iuris gentium cenſeatur. R. vſum non im- 43
pediri, ſed tantum quaeri, an a Magdeburgo incipere debeat: 2. reſtringi poſſe multis modis liberum vſum per vectigalia, transactiones, 44
et praeſcriptiones, interuerſa alteri poſſeſſione, et eo acquieſcente, notum eſſe. 3. Quae iuris gentium ſunt, mutari poſſe, *vt ſupr. cap. 5.* 45
n. 77. 78. diximus. Et idem in praedicta cauſſa PETR. FRIDERVS 46
Mindanus ſtatuit in conſilio Magdeburgenſibus exhibito, et mihi a cla- 47
riſſimo viro PET. ENGVER. Anno 1635. eius ciuitatis t. tempor. Syndico monſtrato.

Idem quod per donationem, vel alium titulum lucratiuum, 48
vt precarium, fieri poſſit, certi iuris eſt. Quilibet enim eſt rei ſuae
moderator et arbiter, *l. 21. C. de mandat.* COTHMAN. *d. v. conſ. 2.*
n. 4. et non eſt impedienda voluntas domini rem ſuam alienare vo- 49

50 lentis, *ſ. 40. d. rer. diu.* Cum autem flumen princeps donat: videtur
etiam donaſſe ius nauigationis, in qua maximus eius vſus. *ſ. 4. d. R. D.*
Traianus Auguſtus Tharſo vrbi praeter territorium circumiacentium
51 agrorum ius ac dominium Fluuii et maris adiacentis conceſſit. CHRY-
SOST. *orat. 34.* Quod etiam de dato vrbibus iure maritimo teſta-
52 tur THEOD. BALSAM. *in concil. Chalced. can. 4.* Exemplum talis dona-
tionis illuſtre exſtat in patria mea Gryphiswaldia, cui celſiſſimus et
53 illuſtriſſimus Princeps Witzlaus An. 1297. 4. Idus Septembr. ex ſum-
mo fauore et beneuolentia conceſſit pagum *Wick*, cum poteſtate, vt in-
54 flumine *Ricke* portum faceret, iuxta oſtium illius fluminis *Däniſchen
Wick*, vbi ſe in mare Balthicum exonerat, data ſimul facultate, quic-
quid ad vtilitatem fluminis pertinet, agendi, et mero mixtoque impe-
rio, vti pluribus hoc teſtatur inſtrumentum donationis ſuper tali actu
55 confectum. Adhibuerunt etiam maiores noſtri ſummam diligentiam
56 in promouendis nauigationibus per totam Europam: quod etiam Sec-
ceruit. in poemat. de vrbibus Pomeraniae annotuit.

Latis Gryphswaldia campis,
Diffuſoque lacu, laetisque vligine riuis,
Prataque, per virides riuis tendendibus agros.
Hinc populum cernes, ſtudiis frugalibus auctum,
Patriciaeque viros celebres a nomine ſtirpis,
Qui procul Heſperios pelago ſcrutantur Iberos,
Et ſalis, et piperis gratiſſima dona reportant.

Nunc malo publico calamitas ſuccedentis temporis, et propria
57 incolarum ignauia, quae agriculturae, etiam ante militares incurſus,
per ſe honeſtae, ſed contra huius vrbis fundationem, intenta fuit,
58 eo rem redegerunt, vt flumen ante portas virgultis increſceret, et vbi
olim ingens numerus nauium ripas tetigit, vix cymba adpareat, alie-
nis etiam conductis nauibus, ſi res exigit. Mecum certa eſt opinio,
59 hanc vrbem nequaquam incrementa recepturam, niſi ad priſtinos vi-
uendi modos remeet, quod vt fiat, votum commune eſt, et quouis mo-
do pereuntis patriae conditio.

60 Quaeritur an in conceſſione Idictionis omnimodae ciuitatibus
factae comprehendatur ius fluminum ſiue nauigandi, ſi vrbs ad flu-
61 men ſita ſit? Id putat MATTH. COLER. *conſ. 1. n. 291.* vbi refert, du-
cem Albertum ciuitati Rhemenſi in fluuio Werra vendidiſſe integrum
iudi-

iudicium maius et minus, ac ius ad ipſum, pertinens tam intra ciuitatem quam extra, in terris in mari circumquaque cum fructibus et attinentis: vnde concludere videtur generali illa conceſſione et renun- 62
ciatione ius nauigandi etiam venire. Et huic adſtipulantur SOCIN. 63
IVN. *conſ. 80. n. 3. et lib. 3.* RAPHAEL CVMAN. *conſ. 102. conc. 2.* ideo
quod dictio omnis ſit vniuerſalis, et nihil excludat: CLEM. *vn. §. iisd. de* 64
foro compet. et quod largiſſime debeamus interpretari beneficia principum, quaſi dando ea ciuitatibus incrementa addere velint. Nullum 65
autem illuſtrius dari poſſe, quam ſi concedatur nauigatio, in aperto eſt. Verum hic calculum ſubducimus, tum quod vocabulo iurisdictio- 66
nis omnimodae intelligatur in dubio iurisdictio ciuilis et criminalis,
a diuerſis autem mala ſit illatio, *l. fin. de calumn. l. 12. §. 1. de adqui-* 67
renda poſſeſſ. tum quia regalia ſub iurisdictione non continentur, vt 68
ſpecies ſub genere, partim, quia ſoli principi reſeruantur, BORCH. *in c. vnic. quae ſint regal.* partim quia non niſi ſpecialiter alicui tribuntur.
In generali vero conceſſione non veniunt ea, quae ſpecialiter et nomi- 69
natim concedi debent. *c. cum in general. de off. vicar. in 6.* Quae enim 70
magni momenti ſunt, ſpeciali nota ſunt digna, *c. fin. de praebend.* iuris- 71
que expediti eſt, pro omiſſis et neglectis haberi ea, quae ſpecialiter notari debent, ſi nominatim et expreſſe eorum non fiat mentio. *l. 15.*
§. 26. de iniur. Hinc generali conceſſione, ait BOER. *deciſ. 50.* PRVCKM. 72
ad rubr. quae ſint regal. cap. 5. vel pertinentiarum nomine non veniunt regalia, MYNSING. *reſp. 39. n. 7.* KNICHEN. *d. iur. territ. c. 1.* maxime ſi ſubiectum non ſit habile.

Sed dubitatur: an princeps donato vel vendito in fluminibus 73
iure nauigationis, ſibi eam poteſtatem, (ne amplius in eo flumine nauigare poſſit,) adimat? Affirmat id COLER. *1. n. 298.* in dicto caſu aſſeren- 74
do, quod ciuitas Rhemenſis prohibere poſſit, ne ad ſuſtentationem aulae principes nauigent. Ratio, quod venditio et donatio ſint tituli 75
iuſti et habiles ad transferendum dominium: *§. 40. d. rer. dominio* cui accedat praeſcriptio in prohibitione conſiſtens, et principum ius 76
plane imminuens. FRANCISCVS BALB. *p. 5. q. 6. n. 2.* Mihi haec ſententia plane erronea videtur: non tam quia in dubio conceſſio quae- 77
uis communicatiue non abdicatiue fieri putetur, KNICH. *d. iur. ter. c. 1.* 78
n. 396. quam quod plenum nauigandi ius ſit de regalibus, quod gene- 79
rali iurisdictionis conceſſione non venit: nec etiamſi ſpeciali titulo

80 concedatur, ſibi princeps regalis vſum ademiſſe videatur. Ciuitas
81 enim regalium incapax eſt, nec quicquam ratione iurisdictionis de iis participare poteſt. LEOPOLD. *d. concurſ. iurisdict. qu. 11.* Nec tanti
82 eſt, quod addit de praeſcriptione. Illa enim contra priuatos, nequaquam vero contra principem, vtpote intentioni principis et conditioni
83 acquirenti refragans, locum habere poteſt. Et hoc maxime obtinet in donatione, quae ita attemperanda, ne, qui res ſuas in alias contulerunt, ab iis quandam patiantur iniuriam vel iacturam. *§. 2. d. donat.*
84 *in fin.* Liberalitas enim nemini debet eſſe damnoſa *l. 7. qu. teſt. aperi.*
85 donatario naturaliter ad gratiam referendam obligato. *l. 25. §. 11. de petit. her.*

CAPVT X.

SINGVLI IN MARI NON SOLVM COMMVNI GENTIVM IVRE FRVVNTVR, SED ET PROPRIVM IN EO IVS SIBI ACQVIRERE POSSVNT, IN PRIVATIS AQVIS LIBERE VT DOMINI NAVIGANT, NEC EARVM VSV PROHIBERI DEBENT. POSSVNT QVOD IBI HABENT NAVIGANDI IVS IN ALIVM PLENE, VEL CONSTITVTIONE SERVITVTIS, ALIENARE.

SVMMARIA.

1. *Singuli habent ius nauigandi in mari et fluminibus.* 2. 4. 5.
3. *Etiam ſine venia principis.*
6. *Maris proprium ius quomodo quis acquirere poteſt?* 9.
7. *Si quis in eo turbatur, interdictum habet.* 8.
10. *Et alios prohibere ea parte poteſt.*
11. *Occupatio illa fit ſepibus.*
12. *Molibus,* 13. 14. 15. 16. 17.
18. *Pilis.*
19. *Inſula;*
20. *Lucullus, exciſo monte, ad villam ſuam mare admiſit.*
21. *Inde Xerxes Togatus dictus.*
23. *Sergius idem fecit.*
24. *Taxant illum luxum Saluſtius et Ambroſius.*
25. *Conditiones recenſentur, ſub quibus occupatio maris a priuato fieri poſſit.* 26. 39.
27. *Extra diuerticulum mare commune manet.*
28. *Seruitus mari imponi nequit.*

29. *Quae-*

29. *Quaeſtio an quis prohibere poſſit, ne quis in mari nauiget, vel piſcetur ante aedes ſuas? proponitur.*
30. *Negatiua oppinio LL. conuenit.*
31. *Contrarium Imp. Leo ſtatuit ſi quis ſeptis mare includeret.* 32.
33. Ἐποχὴ *quid?*
34. *Rationes Leonis.* 35. 37.
36. *Prothyrum quid.*
38. *Hugo Grotius conſtitutionem Leonis limitat.*
40. *Qui maris particulam occupat, non debet publicae commoditati nocere.*
41. Ἐποχαὶ *quomodo ſterni debent.*
42. *Poteſt quis ius habendi* ἐποχὴν *praeſcribere in alterius fundo.*
43. *Dummodo ipſi locarium praeſtet.* 44.
45. *Priuati in propriis aquis, lacubus, et fluminibus; iure dominii nauigant.* 46. 47 48.
49. *Flumina ſunt duplicia.*
50. *Flumen priuatum quid?* 51. 52. 53.
54. *Priuatus non debet impediri libere vti ſua aqua.* 55. 36.
57. *Nemini ius ſuum detrahendum.* 58.
59. *Aqua noſtra, vt aliis rebus, libere vtimur.*
60. *Quaeritur: an princeps in priuatorum praediis poſſit prohibere piſcationem, vti venationem?* 61. 62.
63. *Princeps nemini poteſt ſuum auferre.*
64. *Poteſt quis ſuum ius, quod in aquis habet, alteri concedere.*
65. *Vſusfructus nauis in aquis quomodo conſtituatur et quam diu duret?* 66. 67.
68. *Realis ſeruitus in aquis alteri concedi poteſt.*
69. *Quot ſunt requiſita ſeruitutis realis?* 70. 71.
72. *Effectus ſeruitutis realis.*
73. *Lacus ad ſeruitutem aquae ductus non habet perpetuam cauſſam, ſed ad nauigandum.*
74. *Seruitus nauigandi affirmatiua eſt.*
75. *Ei opponi poteſt negatiua.*
76. *In hac non currit praeſcriptio.*
77. *In affirmatiua patientia domini neceſſaria.* 78.
79. *Seruitus nauigandi ſimilis ſeruituti itineris.* 80. 81.
82. *A rubrica in dubio ducitur argumentum.*
83. *Et poteſt vt textus allegari.* 84.
85. *Si flumen interuenit, an poſſit conſtitui via?* 86.
87. *Diſtinguitur an ponte vel pontonibus traiiciatur.*
88. *Ratio diuerſitatis.*
89. *Alius caſus ſeruitutis viae reſpectu fluminis.* 90. 91. 92.
93. *Omnibus modis, quibus dominia transferuntur, etiam ius nauigandi conceditur.*
94. *Nemini debet libera rei adminiſtratio adimi.*
95. *Ius traducendi rates minime nauigationis ſpecies.* 96.
97. *Illud ius variis titulis concedi poteſt.* 98. 99.

100. *Ius*

Digitized by Google

100. *Ius Grutiae apud Comites plumarios in Hollandia eſt.*
101. *Licet aquam ducere ex publico in priuatum-*
102. *Dummodo non noceat vel praeiudicium ſit.* 103.
104. *Ex flumine nauigabili non licet ducere.*
105. *Ex non nauigabili licet ſine venia principis.* 106. 107.
108. *Qui ducit, ex capite debet ducere non per fundum alterius.* 109.
110 *Limitatur tripliciter.* 111. 112.
113. *Quae requirantur, vt quis ius ducendi habeat?*
114. *Inter plures ducentes praefertur, qui in publicam cauſſam ducit.* 115.

1 Quod vero ius competere ciuitatibus diximus, illud aeque ſingu-
2 lis de ciuitate tribuimus. BEN. STR. *d. Nau. p. 2. n. 2.* Nauigia
enim cum habere permiſſum ſit, *l. 1. C. d. nauib. non excuſ.* omni iure
3 poſſunt nauigare, etiam ſine venia principis, GOTHOFRED. *ad d. l. 1.*
4 *lit. y.* ſiue in mari, ſiue in fluminibus. Ibi, quia commune eſt *l. 3. §. 1.*
5 *Ne quid in loc. publ.* Hic quia vſus publicus eſt *§. 4. d. R. diuiſ.*
6 Imo maris proprium ius ad aliquem pertinere poteſt, et ſi ius
ſuum prohibeatur exercere, interdictum vti poſſidetis ei competit.
7 *l. 14. d. iniur.* Nec obſtat, quod interdicta ad priuatas cauſas, non vero
8 ad publicas pertineant. Reſpondet enim Ictus in *d. l. 14.* quod iam
ad priuatam cauſam haec res pertineat, nullatenus vero ad publicam,
vtpote cum de iure fruendo agatur, quod ex priuata cauſſa contin-
9 gat, non ex publica. Quicquid enim ita occupatum eſt; illud non
10 amplius eſt iuris gentium, ſicut ipſum mare *l. 4. d. R. D.* Ideo ſi quis
in diuerticulo maris, ſicut in diuerticulo fluminis, locum aliquem oc-
cuparit, ibique piſcatus ſit, alium, eodem iure vti volentem, prohi-
11 bere poteſt: *l. 7. d. diuerſ. temp. praeſc.* veluti, ſi locum aliquem pa-
12 lis circumſepiat, atque ita priuatum faciat. Solitos fuiſſe Romanos hoc
modo partem maris ſuam facere, autores annotarunt. HORAT. *Lyr. 2. od. 18.*

13 *Mariſque Baiis obſtrepentis vrges.*
Summouere littora.

et *lib. 3. od. 1.*

Contracta piſces aequora ſentiunt.
Iactis in altum molibus.

14 *Vellei. Patercul.* iniectas moles mari, et receptum ſuffoſſis montibus
15 mare. SENEC. *in except. controu. 5.* maria ſubmouentur proiectis moli-
bus. PLIN. *lib. 2. d. terr. c. 33.* vt freta admittamus, eroditur aquis.

LAM-

LAMPRID. ſtagna ſtupenda admiſſo mari. CASSIODOR. *9. c. 17.* Quantis 16
ibi molibus marini termini inuaſi ſunt, quantis in viſceribus aequoris
terra promota eſt. TIBVLLVS ait:

Claudit et indomitum moles mare, tentus vt intra, 17
Negligat hybernus piſcis abeſſe minus.

VLPIANVS *in l. 2. §. 8. Ne quid in loc. publ.* tuendum dicit, qui molem
in mare iacit. POMPONIVS *in l. 30. § fin. d. A. R. D.* affirmat, qui in 18
mare pilas iactauit, et ſuperaedificarit, aedificium ſuum facere, et li-
cere alicui in mari inſulam facere. Sic Lucullus, exciſo apud Neapo- 19
lim monte, ad villam ſuam maria admiſit, PLIN. *lib. 10. c. 54.* et curſus
maris et piſcibus alendis curricula conſtituit, inque ipſo mari alueos, 20
et plenos piſcibus euripos villis ſuis circumdando caenacula fabrica-
vit. PLVTARCH. *in Lucull.* Qua de cauſa etiam Pompeius M. eum 21
Xerxem togatum adpellat. VEL. PATERC. *lib. 2.* Et huius generis
GROT. *d. mar. lib. c. 5.* fuiſſe putat maritimas piſcinas, quarum VARRO
d. re ruſt. lib. 3. c. 17. et COLVMELLA *d. re ruſtic. lib. 8. c. 16. 17.* memine- 22
runt, quod ſcilicet quaeſtus villaticus ſit ex mari, et certus reditus,
ad lautitias tamen locupletum, qui ita maria ipſa Neptunumque clau-
ſerunt. Nec MARTIALIS alio ſpectauit, *lib. 10. epigr. 10.* cum de Formia-
no Apollinaris loquitur:

Si quando Nereus ſentit Aeoli regnum,
Videt procellas tuto de ſua menſa.

De C. Sergio VAL. MAX. *lib. 9. c. 1. n. 1.* peculiaria ſibi maria excogita- 23
uit, aeſtuariis intercipiendo fluctus, piſciumque diuerſos greges ſepa-
ratos molibus includendo. Quid ea memorem, inquit SALVST. *in* 24
coni. Catil. quae nemini credibilia ſunt, a priuatis compluribus ſub-
uerſos montes, maria conſtructa eſſe? Et AMBROS. *de Nab. c. 3.* ait,
inducis mare intra praedia tua, ne deſint belluae.

Hoc vero priuatum in mari adquiſitum diuerticulum ita intel- 25
ligendum eſt; primo, vt de exigua maris portione accipiatur, quae
in fundum priuatum admittitur, quaeque reſpectu magnitudinis fun-
di ipſius pars eſſe poſſit. Secundo, vt illum ſolum, et tam diu ob- 26
tineat, donec occupatio durat. *l. 45. d. vſucap.* Extra diuerticulum 27
idem non eſt, ſed mare commune manet, nec ei ſeruitus imponi pot-
eſt, *l. 13. com. praed.* Ideoque ſi prohibitus quis fuerit in mari piſcari 28
vel euerriculum ducere, contra prohibentem habet iniuriarum actio-

S nem,

Digitized by Google

nem, quaſi re propria vti prohibitus eſſet. *l. 13. §. fin. d. iniur. l. 9.*
Ne quid in loc. publ.
29 Sed ſi ante aedes meas vel ante praetorium, (id eſt, in prothy-
ris aedium ſeu praetorii mei) aliquem piſcari prohibeam, quid dicen-
30 dum, teneor ne iudicio iniuriarum an non? Reſp. ICtus, me teneri
in d. §. fin. ideo, quod mare commune omnium ſit, ſicut aer. Addit
ICtus, vſurpatum quidem id eſſe, (i. e. conſuetudine receptum) ſed
31 nullo iure: adeo vt quis contemta illa prohibitione iniuriarum ad-
huc agere poſſit. *d. §. fin.* Hoc Imp. Leo poſtmodum mutauit, et
voluit πρόθυρα id eſt veſtibula maritima eorum eſſe, qui oram habita-
32 rent, eosque ibi ius piſcandi ſolos habere, *Nou. Leon. 56. 102. 103. 104.*
cum hac tamen conditione, vt ſeptis quibusdam remoratoriis, (quas
ἐποχὰς Graeci vocant, CVIAC. retia in mari extenſa confixis palis, *14.*
33 *obſeru. 1.*) locus iſte occuparetur. Et hoc iuſte fieri putat Leo *Nou. 56.*
34 ideo quod iniquum ſit, praedii dominos dormire, et alios orarum emo-
35 lumenta venari, tum 2. quod id in terrenis iuris ſit, vt qui dominus
domus ſit, is praeter illius vſum veſtibulum quoque poſſideat. Pro-
36 thyrum enim eſt pars aedificii *l. 14. §. 1. com. diu.* idem ergo hic di-
37 cendum, cum eadem ſit ratio; 3. quod ex agris alienis nemo fructus col-
ligere poſſit ſine benignitate domini, vel dato pro loci vſu vectigali.
Quis ergo inuito hic aliquid obtrudat? Et hanc opinionem CVIAC.
38 *d. l.* approbat. HVG. GROT. vero *cap. 5.* cenſet illud contra rationem
introductum, et non aliter recipiendum, quam quod exiſtimauerit
Leo, non fore, vt quis exiguam maris portionem alteri inuideret, qui
toto mari ad piſcandum admitteretur.
39 Demum haec a priuatis facta occupatio ita intelligenda, ne quis
magnam maris partem etiamſi poſſit, publicis vtilitatibus eripiat, illud
enim non tolerandae eſt improbitatis, quam etiam AMBROS. *lib. 5. Hex.*
40 *c. 10.* reprehendit: Spatia maris ſibi vendicant iure mancipii, piſcium-
que iura ſicut vernaculorum conditione, ſibi ſeruitii ſubiecta comme-
morant. Iſte, inquit, ſinus maris meus eſt, ille alterius. Diuidunt
41 elementa ſibi potentes. Ἐποχὰς vero iſtas ita ſterni voluit Leo *Nou.*
57. vt intermittatur ſpatium vlnarum 183. a ſuperiori vicina epocha, et
totidem ab inferiore, quem modum qui non ſeruauerit, in ponenda
et conſtituenda epoche, cogitur eam transferre in alium locum, ſi quis
42 modo ei ſuppetat idoneus. Quod ſi modus praedii ſui translationem
ſiue

Digitized by Google

ſiue mutationem loci non ferat, et poſſederit prothyrium vicini, in id-
que *ἐποχὴν* porrexerit ſuam per decennium, vicino praeſente et tacen-
te, aut vicennium vicino abſente, non poterit moueri poſſeſſio tot an-
norum. *Nou. Leon. 104.* ſed integrum ſeruatur vicino *προθυρίου κέρδος* 43
id eſt ſolarium vel locarium. *arg. l. 2. §. 1. ad L. Rhod.* Additur in *Nou.*
Leon. 102, vt cogatur non habenti locum idoneum ad aedificandam epo- 44
chen intermiſſo ſpatio legitimo, vicinus de ſuo conferre, et inuitus
inire cum eo locorum ſocietatem, ſi modo illi praeſtetur competens
locarium ſiue lucrum.

Poſſunt praeterea priuati libere et dominii iure in priuatis 45
lacubus et fluminibus nauigare. Id de lacu priuati dominii facto af- 46
firmant *l. 4. §. 6. d. cenſib. l. 13. §. fin. v. in lac. de iniur.* De flumi- 47
nibus priuatis COEPOLL. *de S. R. P. c. 32.* Flumina enim alia publica, 48
alia priuata eſſe, tradit ICtus *in l. 1. §. 3. de fluminibus.* Priuatum flu- 49
men, *ſecund. gloſſ. ad d. ʃ. 3. eſt*, quod manu factum eſt, et quod 50
non perpetuo fluit. SIXTIN. *de regal. lib. 2. c. 2. n. 9.* BVRSAT. *conſ.*
41. n. 12. vol. 1. Vel, definiente COEPOLLA *tr. de S. R. P. c. 32.* flumen
priuatum dicitur, quando eſt in dominio vnius tantum, puta, quia in- 51
cipit ex fonte, qui in agro alicuius oritur et diſcurrit per eius prae-
dia vsque ad flumen publicum vel mare *arg. l. 10. ʃ. 1. ſi ſeru. vindic.*
vel cum proprietas illius fluminis vel aquae competit vni tantum do- 52
mino. COEPOLL. *d. l.* Priuata ſunt, inquit VVLTEI. *ad §. 2. de R.*
Diu. quae ſunt in vſu et dominio priuati alicuius hominis, ſiue in 53
priuato loco illa orta ſint, ſiue Princeps priuato conceſſerit, ſiue quis
praeſcriptione vel quo alio iuſto titulo flumen, aut partem adqui-
ſiuit. Cum igitur talis aqua, quae in alicuius fundo naſcitur, ſit aqua 54
priuata: *d. l. 10. l. 6. C. d. ſeru. l. 8. d. aqua pluu. arc. l. 6. fin. regun-*
dor. l. 23. §. 1. de S. R. P. WESENBEC. *vol. 2. conſ. 58. n. 4.* nullo iure
prohiberi poterit dominus aquae, ſi in ea cimbis et lintribus pro vti- 55
litate ſua nauiget. *arg. l. 1. ʃ. 11. de aqua quot. et aeſtiu.* Poteſt enim
quis aqua ſua pro beneplacito vti, *textus in l. 24. §. fin. l. 26. de* 56
damn. infect. et vtilitas eius aliis intercipi. *d. l. 26. l. 20. C. de ſeru.*
Nemini enim ius ſuum detrahendum, *ʃ. 2. de his qui ſui vel alien. iur.* 57
nec debet quis pro alienis commodis ſuas inuenire difficultates, *l. 35.*
C. de inoffic. teſt. vel alieno odio praegrauari: *l 33. C. eod.* Maxime
cum is, qui in ſua aqua nauigat, faciat hoc ad ſuam vtilitatem et in nul- 58

Digitized by Google

lius iniuriam, et vtatur in flumine priuato iure ſuo. *l. 26. de damn. in-*
59 *fect. l. 1. §. 12. de aqua pluu. arcend.* WES. *d. conſ.* Quid enim prohi-
bet, quo minus aqua noſtra vt caeteris rebus vtamur? *l. 1. §. 4. et §. 9.*
de fluminibus. SIXTIN. *de Regal. d. l.*

60 Quaeritur hic, an Princeps priuato poſſit prohibere, ne in ſuo
nauiget vel piſcetur, ſicut venationem in priuatis locis prohibuit?
61 Quod quidem aliqui ex identitate rationis affirmant. Sed verior ne-
62 gans opinio, quod naturalis ſocietatis vinculum non patiatur, vt alte-
ri damno ſimus, et iniuriam faciamus. *arg. l. 7. C. de ſeru. export. l. 38.*
63 *§. 2. de R. V.* nec principis poteſtas eo extendenda, vt priuato ſine
cauſa ſuum auferre poſſit CAROL. TAP. *ad tit. d. conſt. Princip. c. 1. et*
ſeq. per tot. Beſold de iur. Mai. cap. per totum.

64 Sicut autem primarius effectus dominii eſt ſuam rem in alium
alienare vel totam, *l. 20. C. de mand.* vel conceſſione ſeruitutis: *l. 5. l. 6.*
de fund. dot. l. 1. C. eod. poteſt, qui priuatum aquam habet, alteri vel
totam concedere, vel in ea ſeruitutem, ſiue perſonalem ſiue realem con-
65 ſtituere. Illam, ſi vſumfructum nauis vel aquae conceſſerit. De vſufructu
66 textus in *l. 10. §. 7. qu. vſusfruct. amitt. l. 12. §. 1. de vſufruct.* Vſusfru-
ctus autem nauis in eo eſt, vt ad nauigandum mittatur, licet tempeſta-
67 tis periculum ſit. *d. l. 12.* Nauis enim, vt res, tenetur ſeruire perſo-
nae, *Arg. l. 1. de vſufruct.* et paratur vt nauiget. *d. l. 12.* COEPOLL. *de*
68 *S. R. P. c. 29. n. 4.* Realis ſeruitus conſtituitur, ſi alicui iter per la-
cum vicinum conceditur, vt nauigando in fundum vicinum venire
69 poſſet. *l. 23. de S. R. P.* Vt autem haec ſeruitus locum habeat, duo
70 *in d. l.* ICtus requirit. Primo, vt lacus ſit perpetuus, hoc enim eſt de
natura realium ſeruitutum, vt perpetuam cauſam habeant. *l. 28. de S.*
71 *V. P.* WESENBEC. *part. d. ſeruit. n. 9.* Secundo vt ſint fundi vicini.
l. 37. l. 38. d. tit. l. 14. d. §. 3. d. al. leg. WESENBEC. *d. l. 1. 3.* Cui igi-
72 tur talis ſeruitus conſtituta eſt, is pati cogitur, vt vicinus in vicini
praedium nauiget, et aqua tamdiu, quam in nauigatione eſt, vtatur ad
vtilitatem praediorum. *d. l. 23. arg. l. 2. l. 3. de S R P.* COEPOLL. *d.*
73 *S. Real. 2. n. 6.* Licet enim lacus ad aquaeductum vel aquaehau-
ſtum perpetuam cauſam non habeat, ad nauigandum tamen habet. DO-
74 NELL. *11. Com. 3.* Haec autem ſeruitus affirmatiua eſt, veluti ius
mihi eſt per illum lacum nauigandi ad praedium meum, cui opponi
75 poteſt negatiua, veluti, aduerſario non eſſe ius nauigandi per lacum,
quae

Digitized by Google

quae re ipſa libertatem lacus aſſerit. Vbi notandum, quod in negati- 76
ua hac ſeruitute non currat praeſcriptio, niſi prohibitione interueni-
ente. MATTH. COLER, *conſil. n. 307.* Sicut in confeſſoria opus eſt con- 77
feſſione, quae patientia, dum quis nauigat, veluti traditione confirma- 78
tur. *id. d. l. n. 308.*

Hoc ius nauigandi ſeruituti itineris, quae eſt ſeruitus ruſtici 79
praedii, adſcribitur a Dd. CVIAC. *n. obſ. 3.* ALTHVS. *in dicaeolog. c. 22.* 80
n. 34. TREVTL. *v. 2. diſp. 17. theſ. 4. lit. b. per Leg. 23. §. 1. de S. R.*
P. arg. rubricae, quae loquitur *de ſeru. ruſtic. pr.* A rubrica au- 81
tem in dubio ſumitur firmum argumentum et perinde vt ius commu- 82
ne et textus allegari poteſt. HOSTI. *in aur. ſum. tit. vt Eccl. benef.* 83
FELIN. *in rubr. vt lit. non conteſt.* CLVD. *tr. de condict. ob cauſ. dat.* 84
non ſec. in prooem. n. 5. et ſeq.

Sed ſi flumen interueniat, poteſtne conſtitui via? Affirmat 85
ICtus PAVL. *in l. 38. de S. R. P.* ſi per vnius praedia flumen currat et 86
illud aut vado tranſiri poſſit, aut pontem habeat. Diuerſum, ſi pon- 87
tonibus (genere nauigii) tranſiiciatur. Ratio diuerſitatis, quod illo 88
caſu perpetua cauſa ſit, quae hic deficit, quia cum pontones non
ſemper ad manum ſint, non licet ire, quoties libet vel expedit. DO-
NELL. *lib. 2. comme c. 2.* Alioquin ſi tua praedia mihi vicina ſunt, 89
deinde flumen, poſtea Titii praedia, rurſus via publica, in quam
iter mihi adquiri volo: diſpiciamus, ne nihil vetet, a te mihi viam 90
dari vsque ad flumen, deinde a Titio vsque ad viam publicam. Sed
videamus: num etſi tu illorum praediorum dominus ſis, quae trans 91
flumen inter viam publicam ſint, idem iuris ſit: quia via conſum-
mari ſolet ciuitate tenus, vel vsque ad flumen, in quo pontonibus
traiiciatur, vel vsque ad proprium aliquod eiusdem domini praedium, 92
quod ſi eſt, non interrumpi videtur ſeruitus, quamuis inter eiusdem
domini praedia flumen publicum intercedat *l. 38. de S. R. P.*

Denique omnibus modis et conuentionibus, quibus dominia 93
rerum earumque vſus transfertur, etiam ius nauigandi per ſe ſolum,
vel vna cum praedio alienari poteſt. Quilibet enim liberam rerum 94
ſuarum adminiſtrationem habet. *l. 2. qui a par. manum.* Id COTHMAN. 95
Conſil. 1. vol. 4. probat de iure traducendi rates et ligna, minima ſpe- 96
cie nauigationis, *einer Floß-Gerechtigkeit. l. 1. §. 14. de flum.* quod nem- 97
pe poſſit vendi, *d. conſil. n. 70.* locari, *n. 70.* precario concedi *aufnach-* 98

Digitized by Google

99 *barlichen Willen, n. 55. vnd Vergünſtigung, d. v. conſ. 2. n. 20.* Sic a-
pud Batauos habetur (ius Grutiae dictum) in tractu Delphenſi, quod
100 penes comites Plumarios (*Pluym Grauen*) ſemper extitit, ex quo cocto-
res cereuiſiarum pro vſu aquae centeſimam ſoluunt. HADR. IVN. *in Ba-
tau. c. 19.*
101 Praeter aquas autem, quas quis in ſuis fundis habet, licitum
etiam eſt ex publica aquam in ſuum praedium ducere, *l. 2. l. 3. de a-*
102 *quaeduct.* dummodo non alius praeuenerit, THESAVR. *deciſ. 245.* vel
103 aliquid praeiudicii inde oriatur. GILCKEN. *ad §. 2. de R.* MENOCH. *de*
104 *retin. poſſeſſ. rem. 6. n. 89.* In fluminibus vero nauigalibus vel non
nauigalibus haec recepta eſt differentia: vt ex illis ſine venia Prin-
cipis ducere non liceat in fundum priuatum, et ſi quis contra fecerit,
105 fundo priuetur: *l. 2. C. de aquaed.* MART. LAVDENS. *tr. d. fiſc. qu. 174.*
106 Ex his vero liceat ſine venia Principis, *arg. ff. 2. §. 4. d. R. D.* RIMI-
107 NALD. *conſil. 197. n. 24.* ita tamen, vt illae aquae rurſum in illud publi-
cum flumen reuertantur. IASON. *in l. 2. d. fluminib. n. 11. et 15.* Obſer-
108 uandum etiam eſt, qui aquam ex fluminibus in ſuum fundum ducit,
109 vt ex capite ducat, *l. 1. §. 7. 8. d. aqu. quotid. et aeſtiu.* non per fun-
dum alienum, vel in praeiudicium alterius, *arg. l. 1. §. 29 eod. Bott.*
110 *conſ. 76. n. 5.* THESSAVR. *d. l. n. 1. et ſeq.* niſi modicum ſit, id enim
non curatur, *l. 1. §. 6. Ne quid in flumin. publ.* vel ſeruitus conſtituta,
111 VINC. FRANC. *deciſ. 183. n. 16.* COEPOLL. *d. S. R P. cap. 4.* aut conſue-
112 tudo ſit, vt liceat ducere, RIMINAL. *d. l.* quae iuxta Dd. factum homi-
113 nis, et centum annos requirit. *l. 3. ff. 4. d. aqu. quot.* AYM. *d. alluvion.*
114 *lib. 2. c. 34. n. 5.* Idem obtinet, ſi plures ducere velint, quo tamen
115 caſu, qui in publicam cauſam ducit, praeferendus eſt ei, qui in priuatam
vult ducere. *arg. l. 14. ff. 1. quem ſer. amitt.* RVTG. RVLAND. *tr. d.
Commiſſ. par. 4. lib. 2. cap. 14. n. 24.*

FINIS PARTIS PRIMAE.

PARTIS

Digitized by Google

PARTIS SECVNDAE.

CAPVT I.

TRADITVR DE AQVIS ET QVID ILLAE. EARVM CREATIO, TEMPVS ET LOCVS. MARE QVID. ALLVVIO IN EO LOCVM NON HABET. NON EST TERRA MAIOR, VEL PROFVNDIOR. AQVARVM DIVISIO.

SVMMARIA.

1. *Aquae nauigationis locus.*
2. *Ridendi qui naues in montibus collocant.* 3.
4. *Simon Steuin ſecit currum velinolum.*
5. *Aqua quartum elementum eſt.*
6. *Aqua inſtabilis eſt.*
7. *Deus creauit aquas ſecundo die.*
8. *Quaenam illae aquae ſupernae?* 9. 10.
11. *Tertio die terra ab aquis ſeparata.* 12. 13. 14. 15.
16. *Quomodo hoc factum, ingenia ſe torquent.* 17. 18. 19. 20. 21.
22. *Nec inueniunt.*
23. *Dei opus eſt, terras dilatare, et aquas denſare.*
24. *Philoſophia hoc aliquo modo attingit.* 25. 26. 27.
28. *Locus aquarum eſt oceanus.* 29 30. 34
31. *Ex quo veniunt et redeunt omnes caeterae aquae.* 32. 33.
34. *Mare quid.* 35. 36. 37. 38. 39.
40. *Quaeritur: an in mari alluuio locum habeat?*
41. *Affirmatiua probatur.* 42. 43. 44.
45. *Negatiua verior.* 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52.
53. *Deus mari terminos ſtatuit.* 54. 55 56. 57.
58. *Et ſuper eo terram fundauit.* 59 60.
61. *An mare altius terra?* 62. 64. 65.
63. *Reges quidam mare Rubrum cum Aegyptiaco coniungere voluerunt.*
66. *Merulae opinio de altitudine maris terraeque rationi et experientiae conuenit.* 67. 68. 69 70. 71. 72 73. 74.
75. *Keckermanni conciliatio adducitur, et eius rationes.* 76. 77. 78. 79.
80. *Terra eſt maior mari.* 81. 82.
83. *Mare profundum eſt.* 84. 85.
86. *Terra magis.* 87. 88. 89.
90. *Vnum mare profundius altero.* 91. 92. 93.
94. *Salum vnde dicatur.*
95. *Rationes diuerſi diuerſas de ſalſedine maris tradunt.* 96. 97. 98. 100. 101.
99. *Ad ſalſedinem duo requiruntur.*

102. *Flu-*

102. *Flumina dulcia ſunt.*
103. *Salſedo proficit ad nauigationem.* 104. 105. 106.
107. *Aqua marina non exſtinguit incendium.* 108. 109.
110. *Aequor vnde dicatur?* 111.
112. *Color maris varius.*
113. *Maria purgantur ſtato tempore.*
114. *Mare Balthicum genus ſimi Danck eiicit.*
115. *Eiiciunt maria mortacina.* 116. 117. 118.
119. *Sputo non inficitur mare.*
120. *Omnes aquas Deus homini conceſſit.* 121.
122. *Felicitas non eſt ſolum in terra.*
123. *Aquarum diuiſio.* 124. 125.

1 Pandunt iam ſe nobis aquae , et commodum nauigationi locum,
2 et materiam exhibent. Sine enim illis delirus neceſſe ſit, qui
nauigare poſſe ſibi vel aliis perſuadere cupit. Reperti in Italia,
3 qui naues quae ſupra montium cacumina ferrentur, aedificarunt. Sed
ingenii fuit exercitium, a mechanicarum artium peritis oſtenſum, vltra
4 nihil habens vtilitatis. BOTER. *lib. 8. d. Polit. c. 3.* Noſtro tempore
eximius mathematicus Simon. Steuin. currum veliuolum fecit, qui
adhuc Scheuelingae, in Hollandiae pago, prope Hagam Comitum, vbi
eum aliquoties vidi, aſſeruatur, eo artificio, vt aptatis velis duarum horarum ſpatio quatuordecim milliaria conficere poſſit. HEGENIT. *in itiner.*
5 *Holland. pag. 140.* Sed de illis ingenii inuentis non ſumus ſoliciti.
Conſideramus aquam, vt quartum elementum, terram ambiens, et inter
6 caetera ſua dona nauigationi ſe idoneam praebens. Haec vno loco
non conſiſtit, ſed terram hinc inde interfluit, volente ita ſummo naturae opifice, vt terra producere animantia, et ea fouere poſſit. MAGIR.
7 *3. Phyſiol. cap. 4. §. 9.* Creauit autem Deus ter optimus maximas aquas
ſecundo die, et diuiſit aquas, quae erant ſub expanſo, ab aquis, quae erant
8 ſuper expanſum. *Geneſ. 1. v. 6. 7.* Vbi inter eruditos quaeſtio, quaenam
9 illae aquae ſupernae ſint? Plerique, quos ſequitur DAV. PARAEVS *ad d. l.* per
eas nubes intelligunt. At GERHARD. MERCAT. *in fabr. mund. cap. 9.* coelum limpidiſſimum ideo interpretatur, quod aer, qui ſub nubibus
eſt, firmamentum, ita ab immobili loco et ſitu dictum, nominari nequeat.
Geneſ. cap. 1. v. 7. Pſ. 148 v. 4. 5. Sunt enim illae in expanſo, et
nihil aliud, niſi aquae, vi caloris diurni euaporatae, et frigore aeris
10 rurſus concretae. *Iob. 26. v. 8. Pſalm 8. v. 12. Pſalm 104. v. 3. Ierem. 10. v. 13.*

10. v. 13. Leuata ita terra, et medietate aquarum abyſſi ſupra expan- 11
ſum eueċta, die ſecundo, terra nihilominus aquis infra relictis, quas 12
vocat Moſes aquas ſub coelo, vndique operiebatur, quia grauior a-
quis ſe ipſam pondere ſuo immergebat, et aquae tanquam leuiores
vndique eam circumdabant. Ab his aquis nudanda erat, vt conſpi-
cua, et habitabilis fieret, nec tamen penitus deſtituenda, ne abſque
humore eſſet infoecunda. Iubet ergo Deus aquas congregari, quae 14
ſub coelo ſunt, in locum vnum, vt appareat arida, et vocauit ari-
dam terram, et congregationes aquarum illarum maria. *Geneſ. 1. v. 9.*
10. Fuit hoc opus tertii diei, nam ex prima creatione aquas habuiſ- 15
ſe ſitum inter elementa, vt ſub expanſione coeli et aeris totam terrae
molem tegerent, iam dictum eſt. DAV. RVNG. *ad d. c. Geneſ. v. 9.*
Quomodo autem hoc factum ſit, in eo euoluendo ingenia laborant. 16
ARISTOT. *1. meteor.* cum vnum corpus globoſum ſcripſiſſet ex aqua 17
terraque conflari, magnas ſimul terrae concauitates fabricat, inque
eas vniuerſum aquae elementum deriuat. AVGVSTIN. *lib. 1. in Geneſ.* 18
c. 12. ſcribit, aquam prius fuiſſe rariorem, tenuioremque, et inſtar ma-
teriae nebuloſae terram operuiſſe, poſtea vero coactam valde den-
ſatamque minore eguiſſe loco. BASIL. *ad Gen. cap. 1.* THOM. *p. 1. qu. 69.*
aquam antea circumfuſam toti terrae ita fuiſſe tertio die in vnum lo- 19
cum coactam, vt in maximam elata ſublimitatem, altiſſime extumue-
rit. Quidam putant, terram multis tunc partibus profunde deſediſſe, 20
aliis contra plurimis in ſublime elatis extumuiſſe, factasque eſſe ma-
gnas concauitates et valles profundas, quae tantae aquarum moli
conſtituta veluti vaſa, *iuxta Pſalm 104. v. 6.* Certa hic omnis ſapien-
tia derelinquitur. Credenda haec, non ad decempedam rationis ex- 22
aminanda ſunt. Si aliquid dicendum, potuit Deus poros et meatus 23
terrae dilatare, vt plus aquarum abſorberent, potuit et aquas con-
denſare, vt ſpatio anguſtiore quam prius continerentur. *Pſalm 33. v.*
7. Fidem huic philoſophia facit, quae docet, quod etiam experien- 24
tia hactenus firmauit, elementum terrae et aquae vnum globoſum
corpus conſtituere, vt vtrumque commune habeat, centrum tum 25
grauitatis, tum magnitudinis, et vt alibi quidem terrae regiones e-
mineant, alibi vero aquarum tractus latiſſime pateant, praeſertim 26
verſus polos, vtque totus orbis ſit circumnauigabilis, licet non vbi- 27
que ad rectam lineam curſus teneri poſſit. DAV. PAREVS *in comment.*

T *ſupr.*

28 *ſupr. Geneſ. 1. v. 9. 10.* Locus autem ille peculiaris aquis factus eſt
Oceanus, in quo omnia maria continentur, et dicitur locus vnus,
vt opponatur multis, vel omnibus locis ſeu toti ſuperficiei terrae,
29 quam Deus non vult amplius tegi vbique, ſed tantum in vno loco,
latiſſime tamen patente, et diſtantibus aridae terrae regionibus varie con-
30 tinuato. PAR. *d. l.* Quamuis enim videamus tot diuerſa et tam diſſita
aquarum loca in tot maribus, lacubus, ſtagnis, fluminibus et palu-
31 dibus, et etiam nonnulla nulla inter ſe communione iungi videantur,
32 tamen locus ille, quem aquis Deus deſignat, nihil aliud, quam ſta-
tiones ab habitabili terra ſeparatae, imprimis immenſum illud ſpati-
um, quo reciprocat Oceanus terram vel circumeundo, vel viſcera
eius per venas ceu tubulos quosdam vel canales, et ſiphunculos in-
33 grediundo. MERVLA *cap. 1. de marib.* Id SALOMON. *Eccl. 1. v. 7.* aper-
tum facit, omnia flumina in mare intrant et mare non redundat, ad
locum, vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant. Illud
34 eſt immenſum et intentatum experientia pelagus, totius orbis vincu-
lum, terrarumque cuſtodia, inagitata remis vaſtitas. SENEC. *ſuaſor. 1.*
35 Hae aquae omnes ita congregatae, vocantur maria. Nam il-
36 la acceptio qua membrum ſeu brachium vniuerſalis Oceani denotat,
37 non adeo attenditur. HONTER. *in rudim. geogr.* Eſt autem mare (ita
dictum ab amaritudine BECMAN. *in verb. mare.* COEPOLL. *tr. de S.*
38 *R. P. cap. 26. n. 23.*) nihil aliud, quam reciprocantium aquarum ge-
neralis collectio. ISIDOR. *lib. 13. orig. c. 14.* BR. *tr. de Inſul.* COEPOLL.
39 *d. l.* Sicut enim diximus, ex congregatione aquarum oritur. *Geneſ.*
40 *1. v. 10.* MAGIR. *in phyſ. l. 4. c. 8.* Vnde quaeſitum fuit a philoſophis
pariter et ICtis, quia tot flumina et amnes in mare intrent, an non al-
luuio in eo locum habeat, et maius reddatur, vel redundet aut ſu-
41 pra littora excreſcat? illud affirmant IOH. FABER *ad §. 21. de R. D.*
PETR. GREGOR. THOLOSAN. *Syntag. lib. 2. c. 2. n. 4.* SIXTIN. *vol. 2.*
42 *Conſil. 14.* MARPVRG. *n. 753. ex §. 21.* quem dicunt generalem, et
quod compertum ſit, mare non minus ac flumen alluendo et refluen-
43 do latenter adiicere *l. 51. d. contr. emt. l. 7. §. 1. 3. de A. R. D.* et prio-
44 ris littoris terminos deferere. HILLIG. *in Donello lib. 4. c. 27. lit. a.*
45 Sed verior eſt ſententia negantium, ex ratione, quod, quantum aquae
in ipſum influat, tantundem rurſus exeat, et radiis ſolis exhauria-
46 tur, inque vapores euaneſcat. ARISTOT. *2. meteor. 2.* Affert ex ISI-

DORO

Digitized by Google

DORO *13. orig. c. 14.* MERVLA et has cauſas, quod 2. accurrentes illas 47
vndas maris vaſtitas non ſentiat, 3. amarior aqua dulces quae afflu- 48
ant, conſumat: 4. nubes multum aquarum ad ſe adtrahant, 5. marinam 49
aquam partim venti, partim ſol exſiccent; et 6. mare per occulta 50
quaedam terrae foramina percoletur, et ad caput amnium fontium-
que reuolutum recurrat, et ita flumina reuertantur, vnde exierunt.
MERVL. *cap. 1. de marit. pag. 125.* MAGIR. *d. l. in Comment. lit. b.* Fal-
ſum ergo eſt, quod mare alueum mutet, id enim impoſſibile, et ſi 51
aliquando vltra littora excurrit, id vi ventorum contingit, quorum ra-
bie poſita, redit ad priſtinum locum. Nunquam etiam mare latenter 52
aliquid adiicit, nec enim aeſtus eius id patitur, potius connexa et in-
tegras regiones disterminat, vt infra ſuo loco dicemus. AYM. *Par-
menſ. tr. de* ALLVVION. *lib. 1. c. 2. n. 8.* Eſt autem hoc opus, ex quo 53
omnipotentia ſummi Dei eluceſcit, qui ſicut mare 1. a terra ſeparauit,
ita ipſi terminos conceſſit, quos non egrederetur. *Iob. 38. v. 8. Quis* 54
*clauſit oſtiis mare? circumdedi illud terminis meis, et appoſui illi vectem
et oſtium. Et dixi. Huc vsque venies, et non procedes amplius, et
hic confringes tumentes fluctus tuos. Ierem. 5. v. 22. An non me time-
bitis ait Iehoua? an non a facie mea timebitis? qui poſui arenam ma-* 55
*ri ſtatutum ſempiternum, nec praeteribit illud; commouebuntur quidem,
et non praeualebunt. et intumeſcent fluctus eius, et non tranſibunt il-
lud. Pſalm 104. v. 9. Terminum poſuiſti eis, quem non tranſibunt.*
Inde etiam in ſacris Abyſſus aquarum vocatur, fundum quidem ha- 56
bens, ſed inperueſtigabilem. *Pſ. 104. v. 6.* Et hic fundus eſt alueus 57
maris, quem ſolius omnipotentis Dei manus conſtituit, et ſuper eum 58
terram fundauit. *Pſalm 24. v. 2. Ipſe ſuper maria fundauit eam. Pſ.* 59
136. v. 6. Qui extendit terram ſuper aquas. Scite BVCHANAN. 60
Pſalm 24.

Ille ſuper pelagus ſolidum connexuit orbem,
Stabilis vt vndas inter inſtabiles foret,
Et toties rapidis pulſatus fluctibus, omnes
Compage firma ſuſtineret impetus.

Haec ita dicta vlterius occaſionem diſputandi doctis dederunt, an ma- 61
re altius terra ſit? Voluerunt id adſtruere BASILIVS *Homil. 4. in He-* 62
xaem. Thom. Par. 1. quaeſt. 69. CATHARINVS *Comment. ad Geneſ. c. 1.*
ſumto argumento a mari rubro, cum Segoſtes Aegypti, et Darius 63

 Perſa-

Digitized by Google

Perſarum Reges coniungere mare Aegyptiacum ſunt conati, quod
ſane propter inundationem non tentaſſent, niſi mare rubrum altius eſ-
64 ſe terra Aegypti compertum habuiſſent. Idem CIC. *2. de Nat. Deor.*
inquit: mare cum ſupra terram ſit, medium tamen locum expetens,
congregatur vndique aequaliter, neque redundans, neque ſeſe effun-
65 dens. Facit etiam pro hac opinione, quod in mari ſtantibus littora
depreſſiora videntur, et quia in ordine Elementorum terra eſt infi-
66 mo loco, ſequitur, altiori aquam conſiſtere. Verum recte MERVLA
lib. de mar. cap. 1. pag. 103. (mihi) ait, ſi quis dubitat, terram, quae
apparet extra aquas, eſſe ſuperiorem aquis, non tam eget ratione,
67 quam adplicatione ad ſenſum. Cernimus enim, motum aquae fieri
ſemper verſus locum decliuiorem, quae ſi altior eſſet terra, profe-
68 cto in eam vt in locum humiliorem neceſſario deflueret. Hinc 2. in
ſacris nauigaturi dicuntur deſcendere in mare. *Pſalm 107. v. 23. Ion.*
69 *1. v. 3.* Imo 3. ſine miraculo non poſſet aqua, quae natura ſua gra-
uior eſt aere, quae fluxa, quae labilis, conſiſtere, vt partes eius, quae
70 terra ſublimiores, ad eam non delaberentur. Demonſtrat id expe-
71 rientia. 4. Si enim mare altius eſſet terra, pari ventorum et remi-
gum vi et impulſu eadem nauis multo velocius ferretur, ad portum
ſeu littus tendens, quam ex portu ſeu littore diſcedens: diſcedens
enim ex littore adſcenderet, et in arduum obnitens, difficiliorem ha-
72 beret progreſſum; contra ad littus accedens, tanquam per decliuia
73 deſcendens, magno impetu ferretur. Facit huc 5. et illud, quod, quo
magis nauis ex portu diſcederet, eo melius, commodiusque ab iis,
qui ſunt in portu vel littore cerneretur, vtpote quae magis et magis
ſemper in locum altiorem adſcenderet. Quod tamen contra euenit.
74 Denique 6. inſulae ſupra mare exſtant, et flumina magno impetu in
mare currunt, quod fieri non poſſet, ſi mare terra altius foret. ME-
RVLA *d. l.* PAREVS *in Geneſ. c. 1. v. 9.* CONIMBR. *4. de coelo c. 14.*
75 *quaeſt. 4.* Pro conciliatione KECKERM. *Part. Spec. comment. naut.*
quaeſt. 1. ponit, quod diuerſo reſpectu mare ſit depreſſius, et al-
76 tius. Altius reſpectu littorum et orarum, ad quas ita appellit,
vt ſenſim tantum in globum extumeſcat, atque tandem in me-
77 dio ſui faſtigiatum altitudinem obtineat maiorem, quam in iis par-
tibus, quae a maris medio vergunt ad littora, quarum quidem par-
tium altitudo hoc modo decreſcit, vt quo proprius ad littora accedunt,

eo

Digitized by Google

eo ſint ipſis littoribus, ſeu partibus terrae, depreſſiores, ita nimirum 78
vt terra in littoribus mari ſit altior. Fundamentum huius eſt, quod 79
aqua ſit rotunda, et non minus quam terra conſtituat globum, cuius
etiam idem ſit cum mundi centro centrum. ARIST. *2. d. cael. c. 4.* SCA-
LIG. *exerc. 7*

Ex hac quaeſtione occaſionem Peripatetici ſumſerunt ſtatuen- 80
di, aquam decuplo eſſe terra maiorem. Sed id falſum eſt, et ſi ve-
rum, periculum eſſet, a tanta aquarum copia vniuerſam terram abſor-
ptum iri. Habet quidem aqua multos receſſus, ſed inde latius con- 81
tinente patere, non eſt veriſimile. Docent etiam nauigationes noſtro- 82
rum temporum, orbis noui ingentes terras repertas eſſe, tribus parti-
bus orbis hactenus habitati magnitudine pares, aut maiores: nec ta-
men omnes adhuc eſſe perueſtigatas. *D.* PAREVS *d. l. pag. 165.*

Ad altitudinem maris pertinet profunditas. Scribunt SOLIN. 83
cap. 54. PLIN. *lib. 6. c. 22.* illam imperſcrutabilem eſſe. Addit OLAVS
MAGNVS *lib. 2. hiſtor. Septent. 10.* quod in Norwegia nullis immenſiſſi- 84
mis funibus ne quidem tantis, quantis maxima nauigia onerari que-
unt, addita etiam plumbi, ferriue maſſa, explorari poſſit. BVRGENS 85
ad c. 1. Geneſ. dicit, profundius eſſe terra. Mihi cum KECKERM. *d. l.*
hoc erroneum videtur. Cum enim conſtet terrae profunditatem 6070. 86
milliaria continere, nemo adhuc repertus fuit, qui vltra triginta ſta-
dia profunditatem maris eruerit, ex PRISCIANO. ALEXANDER. PICCOL.
lib. ſingul. d. magnit. terr. et aquae. Fateor tamen hic, quae de altitu- 87
dine maris *15.* ſtadiorum Fabianus apud PLIN. *lib. 2. cap. 12.* prodidit,
vtpote nullam fidem faciens, quo tempore menſus ſit, valde incerta
eſſe. Quae OLAVS habet, vt plura illius autoris, non merentur fidem. 88
Imperſcrutabile autem mare dicitur, tum ratione abyſſi et internorum 89
meatuum, tum locorum in India Orientali, quorum vaſtitas non quae-
ſita, nequaquam vero reſpectu totius. Illud verum eſſe poteſt, quod 90
profunditas maris diuerſa ſit, licet indiſcreta eius dorſi ſit aequalitas.
ISIDOR. *13. lib. 14.* Sic maria verſus Auſtrum profundiora eſſe, quam 91
quae ad Septentrionem ſunt, nautae hodie vnanimiter ediſſerunt.
Hinc mare Indicum, quod vere Auſtrinum, abyſſum ISIDOR. *13. c. 20.* 92
nominat. In mediterraneis etiam Pontus Aegeo, hoc Siculo, Sicu- 93
lum Tyrrheno et Sardoö cedit. ARIST. *lib. II. meteor.* MERVL. *cap. 1. diſſ.
de marib. pag. 131*

T 3 Voca-

94 Vocatur mare alio nomine Salum, vel ἀπὸ τῦ σαλεύεσθαι,
95 vel a ſalſedine, quam mare habet. Cauſas illius varias dant. Anaximander cenſuit, ideo eſſe, quod ad ipſum flumina ſalſa magno numero
96 confluant. ANAXAGORAS et PLATO propter venas ſalſas. PLATONICI propter nonnullas partes terrae in imo maris ſalſas, ANAXIMENES et
97 DIOGENES ſolis ſtellarumque actioni attribuunt, ARISTOTELES *2. meteor. 3.*
98 hanc rationem dat, quod vi ſolis partes et tenuiſſimae, et ſuauiſſimae maris extenuentur in vaporem; craſſiores autem magisque aduſtae relinquantur, quae deinde cum aqua maris permiſtae ſalſum illum et amarum ſaporem efficiant. Duo enim ad ſalſedinem requiruntur,
99 ſiccum terreſtre, et aduſtio: ex illo fit ſapor, ex hac vero ſalſus ſapor. Inde mare verſus Auſtrum et in aeſtate magis eſt ſalſum, quoniam ſol eo tempore et loco plus vaporum dulcium exrrudit. ARIST.
100 *d. l.* Maris etiam ſumma aqua ſalſior eſt, quam profunda, quia illam
101 magis, quam hanc, ſolis calor exercet. Praeterea marina aqua calefacit et exſiccat, caeterisque aquis grauior eſt, facilius ſuſtinet et leuat pondera. MAGIS. *l. 3. phyſ. c. 8. n. 9. et ſeqq.* KECKERM. *d. l. probl. 3.*
102 E contrario flumina per varios et anguſtos terrae meatus fluunt, percolantur, et amaritudinem illam amittunt. SCALIG *ex. 46.* MAGIS. *d. l. in Comm. lit. c.*

103 Salſedinem autem maris multum ad nauigationem proficere, KECKERM. *d. l.* tradit, propter craſſitiem, quae nauium molem et one-
104 ra ſuſtinet. Illa autem ex ſalſedine eſt, quae praeterea ſeruat naues
105 a carie et putredine. Vnde facilius in dulci aqua, quam ſalſa, naues
106 merguntur, ideo quod illa propter ſubtilitatem facile cedat, haec
107 propter craſſitiem reſiſtat. Illud in praeliis naualibus obſeruatum eſt, aquam marinam non extinguere, ſed irritare incendium. MACROB. 7.
108 *Saturnal. 13.* PLVTARCH. *10. Sympoſ. quaeſt. 9.* Huius cauſſa eſt, quod aqua marina vel in ſe habeat pinguedinem, ſeu oleoſitatem quandam, qua ignis alitur, vel quia aqua marina ex ſalſedine craſſior fit, et
109 magis terreſtris. Quod autem terreſtre eſt, id ſiccum eſt, quod ſiccum, ignem alit. KECKERM. *d. l.*

110 Mare etiam aequor dicitur, ab aequalitate, iuxta CICER. *2. Acad. quaeſt.* quod omnia in eo aequa et plana, vel quia aequaliter
111 ſurſum eſt. ISIDOR. *13. cap. 14.* Nam quamuis aquae fluctuantes nonnun-

Digitized by Google

nunquam velut montes erigantur: tamen tempeſtatibus, quae ſe commouerant, ſedatis, poſitisque ventis, rurſus adaequantur.

Color maris non eſt certus et conſtans, ſed pro ventorum 112
qualitate mutatus, vt nunc flauus ſit, nunc ater, nunc viridis. ISIDOR. *lib. 13. cap. 14.*

Illud obſeruandum, quod PLINIVS *2. nat. hiſt. 98.* omnia ma- 113
ri plenilunio notat purgari: quaedam etiam ſtato tempore. Circa Meſſanam autem et Mylas ſimo ſimilia a mari exſpui in littus purgamenta. In maris Balthici littoribus alicubi inuenitur galba, Germ. 114
Danck, ſpecies fimi, quo etiam in defectu aliorum ruſtici ad ſtercorandum agrum vtuntur. Ratio huius eſt, quod nihil patiantur ma- 115
ria foedi, nihil inquinati, quicquid violentia perit tempeſtatum, id omne ad littus expellunt. Videmus quotidie in littoribus cadauera 116
defunctorum, brutorumque, tabulas naufragas, et ſimilia. *Latinus* 117
in Panegyr. de Charybdi ſcribit, quod eructet naufragia, et contortas fundo rates. Inde poteſt ratio ſumi, cur veteres in purgationibus 118
et luſtrationibus morbisque medendis aqua marina vſi. SENEC. *in Hippol.* APVLEI. *11. metamorph.* LACTANT. *5. Inſtit. diuin. 20.* Superſtitioſiſſimum autem eſt, quod PLIN. de Tyridate Mago refert, quod 119
crediderit, ex ſputo maria infici.

Omnes has aquas DEVS ter optimus maximus homini dedit, vt 120
eum non ſolum terrae, ſed etiam maris, incolam faceret. STRAB. I. *Geogr.* Mirum ergo non eſt, quod nauigationes tam olim, quam 121
hodie, mortales in eo inceperint, cum ſine illis mari vti non poſſint. Ridendus autem eſt apud veterem Iuuenalis commentatorem Aglas A- 122
reas, quem Apollo, cum rogaretur quis finem verae felicitatis impleuerit, declaraui feliciſſimum, ideo quod nunquam patrio agello exceſſerat.

Sunt autem aquae, in quibus nauigatio fit, vel principales, 123
vel minus principales. Illae ſunt mare, flumen, lacus, ſtagnum. Ma- 124
re rurſus vel extimum vel internum. Hae ſunt palus, riuus, lacu- 125
na, ciſterna, piſcina, foſſa. AYM. *tr. d. alluuion. lib. 1. cap. 15. n. 3.* De ſingulis ordine quantum propoſito ſufficit, videbimus.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT II.

OCEANVS, MARE MEDITERRANEVM QVID? VTRIVSQVE VARIAE A PLAGIS MVNDI VEL LITTORIBVS APPELLATIONES. MARE NON GELASCIT. FRETVM, SINVS, QVID? RECENSIO PRAECIPVORVM SINVVM ET FRETORVM.

SVMMARIA.

1. *Oceanus quid?*
2. *Veteres crediderunt, eum terram ambire.* 3. 4. 5. 6. 7. 8.
9. *Recentiores quo vsque hoc verum, melius ſciunt.* 10. 11. 12.
13. *Oceani encomia et immenſitas.*
14. *Etymon Oceani.* 17.
18. *Eius diuiſio antiqua.* 19.
20. *Recentior.* 21. 22. 23.
24. *Oceani reſpectu littorum variae appellationes.*
25. *Septentrionali ſubſunt Atlanticus.* 26 27. 28. 29. 30.
31. *Gaditanus, Hiſpanicus, Ibericus, Cantabricus.* 32. 33. 34. 35.
36. *Aquitanicus, Gallicus Britannicus, Caledonius.* 37. 38 39.
41. *Germanicus, Cimbricus.* 41.
42. *Arctous, alio nomine dictus Hyperboreus, Mare Cronium, mortuum, pigrum, concretum, Amalchium, Glaciale,* 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49.
50. *An maria gelaſcant, quaeritur?* 53. 54.
51. *Ouidii et Herodoti, veterumque de eo ſententia.*
55. *Diuerſa ab his noſtratium nautarum et ſcriptorum.* 56. 57. 58. 59. 60.
61. *Mare Balthicum an aliquando congelatum fuerit?* 62. 63. 64.
65. *Sarmaticus, Tartaricus, Scythicus.* 66. 67.
68. *Eius aqua dulcis eſſe dicitur.*
69. *Occidentalis Magellanicum et Peruuianum.*
71. *In Orientali ſunt Sericus Sinenſis Archipelagus, Indicus, Gangeticus, Perſicus, Arabicus, Mare Aſperum.* 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78.
79. *Mare Rubrum vbi?*
81. *Vnde ita dicatur?* 82.
83. *Sententia Ioannis Beringi affertur.* 84. 85. 86 87.
88. *Huius maris prolixitas, et circa eam Delrionis error.* 89.
90. *Mare internum quid?*
92. *Fretum quid?*
93 *Sinus quid?* 94. 95. 96. 97.
98. *Maria interna vel ſinus et fretum ſunt, vel alterutrum eorum.* 99.
100. *Mare Herculeum vbi? et quae eius ſynonyma.* 101. 102. 103. 105.
104. *Cur mare magnum dicatur?*
106. *Eius initium et progreſſus oſtenditur.* 107. 108. 124. 125. 127. 138. 141. 143. 148. 153.

109. *Hoc*

Digitized by Google

109. *Hoc maris variae a littoribus et aliunde appellationes.* 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 126. 128. 133. 134. 135. 136. 142. 144. 145. 149. 150. 152.
129. *Mare Aegeum vnde ſit dictum?* 130. 131. 132.
133. *Helleſponti deriuatio.* 139.
140. *Locus, vbi Xerxes mare ponte ſtrauit.*
146. *Anguſtia Boſpori Thracici fere commercia ſenſuum admittit.* 147.
151. *Ponti vndae dulces.*
154. *Mare Perſicum Sinus primum fit iuxta Balſoram fretum.* 155. 156.
157. *Rubrum mare eſt Sinus ad vrbem Adan, fretum ad Mecha.* 158. 159.
160. *Locus, per quem Iſraelitae ſiccis pedibus iuerunt, indigitatur.*
161. *In mari rubro ſunt vniones et Corallia.*
162. *Hoc mare algoſum dicitur.*
163. *Balthicum mare nomen a latratu habet.* 164.
165. *Sinus eſt iuxta Cimbricam Cherſoneſum, Fretum iuxta Oreſund.* 166.
167. *Appellatur etiam Sueuicum mare, ſinus Venedicus et Codanus.* 168.
169. *Mare Album eſt in Ruſſiae et Lapponiae finibus.*
170. *Mare Auſtriacum olim lacus Fleui dictus.*
171. *In illo Romani nauigarunt.*
172. *An pagus vel Sinus fuerit, ſitque, dubium.* 173. 174. 175.
176. *Freta maris extimi recenſentur.*
177. *Magellanicum et la Maire ab inuentoribus nomen nacta.*
178. *Occaſio inuentionis.* 179. 180. 181.
182. *Fretum Anian, Weigatzi, Forboſeri et Dauis ubi?* 183. 184. 185. 186 187.
188. *Fretum Herculeum maris Mediterranei oſtium eſt.*
189. *Herculis columnae quae?* 190. 191.
192. *Freti Herculei ſynonyma.* 193.
194. *Gades inſula vbi?*
195. *Inſulae fortunatae et Heſperides quo loco ſitae?* 196.
197. *Freta Siculum, Helleſpontus, Boſporus, Thracicus, Cimmerius, Fretum Ciliciae, Euripi, Gallicum, Elſeneur, referuntur.* 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 207.
205. *Freti Gallici quae latitudo?*
206. *Vectigal in Freto Sunt exactum, reciſum eſt.*
208. *Sinus Maris extimi praecipui ſunt, Mexicanus, Iucatanus, Gangeticus.* 209. 210. 211. 212.
213. *In mari Mediterraneo ſunt ſinus Adriaticus, Tarentinus, Carcinenſis.*
214. *In mari Balthico, Finnicus, Bothnicus.* 215.
216. *Stubbenkamer vbi, et an in eo antro Piratae habitauerint.* 217. 218 219. 220. 221.
223. *Vitium peregrinationis hodiernae taxatur.* 224. 225. 226.
227. *Auctores de maribus tractantes remiſſiue allegantur.* 228. 229. 230.

1 Oceanus proprie vniuerſa illa aquarum marinarum moles eſt, quae extimas principum terrae partium oras ampleɛtitur.
2 MERVLA *cap. 2. diſſert. de marib.* Haec enim totam terram per circuitum, inſtar magni et latiſſimi circuli, ambiens efficit, vt ter-
3 ra ſupra et infra aquis ſit conteɛta, idque ex Dei iuſſu, tum ad perfeɛtionem et ornatum vniuerſi, tum in plantarum et animantium vſum. MAGIR. *in Phyſiologia lib. 4. cap. 8. in comment. lit. g.* Vete-
4 res hoc obſeruarunt, inprimis ORPHEVS *in hymnis*, vocat Oceanum

Ὅς περικυμαίνει γαίης περὶ τέρμονα κύκλον

5 DIONYSIVS AFER,

Ὠκεανὸς περιδέδρομε γαῖαν ἅπασαν

6 MANIL. *lib. 4. Aſtronom.*

Ipſa natat tellus pelagi luſtrata corona
Cingentis medium liquidis amplexibus orbem.

7 SENEC. *in Oedip. in fin. chor. act. 2.*

Lucida dum current annoſi ſidera mundi:
Oceanus clauſum dum fluctibus ambiet orbem.

8 *Videatur* ARIST. *in lib. de mund.* POMPON. MELA *3. Geogr. 5. Strabo 1.*
9 *Geogr.* Nos, quod illi crediderunt, vel conieɛturarunt, vt explora-
10 tiſſimum ſcimus. Nam verſus meridiem Oceanum terram circumire per Fretum Magellanicum inter Africae, Aſiae, Americaeque Auſtraliora et lata terrae adhuc incognitae littora, docuerunt nos nauiga-
11 tiones. An autem idem poſſit Oceanus, Septentrionem verſus, ad-
12 huc ignoratur. Certe ſi liceat: duplici aquarum faſcia duo vaſtiſſimorum marium annuli, et coronae inter ſe quaſi colligantur, vna quidem inter Europae, Africaeque Occidentalia, Aſiae vero Orientalia; altera inter huius Occidentalia, Aſiae vero Orientalia. MERVL.
13 *d. l.* Hoc reſpeɛtu Oceanus ab Homero nominatur rerum origo,
14 ORPHEO circulus terrae, a Cyrillo eius inuolucrum, ab *aliis* mundi baltheus: ab Acicio apud Liuium terrarum amplexus, a SENECA *in Suaſor. 1.* totius orbis vinculum, terrarumque cuſtodiae. LVCANO
15 vnda mundum coercens; POETIS paſſim immenſus, infinitus, rerum parens, coelo conterminus, cuius perpetuo humore fontes, flumina, maria, imo nubes et Sydera ipſa paſcantur HADR. IVN. *in Batau. hiſtor. cap. 15. fol. 203.* Deriuatur Oceanus SOLIN. *c. Polyhiſt. 26.*
16 ISIDOR. *lib. 13. origin. 13.* BECKMANN. *in originib.* ab ὠκὺς quod eſt

citus

citus et νεῖσθαι fluere, quaſi praecipiti velocitate per interiora maria
et alibi diſcurrat. HONTER. *in Rudim. Geogr. in pr.* Annotat etiam 17
ISIDOR. *d. l.* dici poſſe κυάνεον a purpureo colore, quo vt coelum ni-
tere, a nonnullis putatur.

A veteribus iuxta quatuor mundi plagas totidem appellatio- 18
nes accepit. Ab oriente Eous dictus, id eſt, orientalis; ab occiden-
te Occiduus ſiue Occidentalis, a meridie Notius, id eſt auſtralis, a
Septentrionibus, Septentrionalis. CLVVER. *in Introd. Geograph. lib. 1.* 19
c. 10. Caeterum quum in vlteriores mundi partes nauigatum, Ocea-
no recens conſpecto recentia quaedam ſunt impoſita vocabula, in
quatuor ſcilicet partes vniuerſo Oceano diuiſo. Nam qui citra Ae- 20
quinoctialem inter Europam, Africam, et Americam protenditur Se-
ptentrionalis dicitur, vel *mar del Nort.* Qui vero vltra inter Afri- 21
cam et Americam, Auſtralis ſeu mar d'Ethiopia i. e. mare Aethiopi-
cum. Qui inter Aſiam, Americam et Magellanicam ſeu Auſtralem 22
terram interfuſus eſt, Occidentalis vel mar del Zur, ſeu Pacificum,
quod non vt alibi exagitetur. Qui denique ſecus Sinarum littora in- 23
ter Moluccas et Africae Orientalia eſt Eous vel Orientalis, hodie
mar d'India indigitatur. MERVL. *d. l.* CLVVER. *d. l.*

Praeter haec prout quamque regionem perfundit, diuerſa a 24
littoribus ſuis vocabula trahit. SEPTENTRIONALIS imprimis varia no- 25
mina habet. I. nominatur Atlanticus, ab Atlante, Mauritaniae monte 26
vel eius promontorio. STRABO ſcribit eouſque deſinere Indiam, et
Auſtrale et Orientale latus in Atlanticum pelagus procurrere. HERO-
DOTVS omnia maria in duo diuidit, quorum Atlanticum et Rubrum 27
vnum putat, alterum Caſpium. Quo ſenſu verum eſſe poteſt, quod 28
Zoſimus habet, Rhenum in mare Atlanticum decurrere. CICERO et- 29
iam omnem terram, quae ab Europaeis colitur, Atlantico mari tradit 30
circumfundi. Immo, teſtante SVIDA, omnia maria innauigabilia olim 31
Atlantica dicta fuerunt. II. Gaditanus eſt pars Oceani Atlantici, a 32
Gadibus Inſula prope Mauritaniam, quae fertur mari ab Africa auul-
ſa eſſe, et nomen dediſſe Freto maris interni. III. Hiſpanicus, qui 33
Hiſpaniam alluit. IV. Ibericus, qui iuxta ea loca Hiſpaniae fluit, 34
vbi Tagus ſe exonerat. V. Cantabricus, qui Cantabriam Hiſpaniae 35
regionem; VI. Aquitanicus, qui Aquitaniam Galliae prouinciam; 36
VII. Gallicus, qui caeteram Regni partem tangit. VIII. Britanni- 73

 cus,

38 cus, qui Britannicas Inſulas, quo nomine olim omnes in Septentrio-
39 nali mari nominatae, circumfluit hodie, qui regnum Britanniae at-
tingit. IX. Caledonius, a Caledoniis, Scotiae populis, qui ſyluam
40 habebant Caledoniam, dictus. Hodie Scoticus. X. Germanicus, qui
vltra Britanniam ad vsque Cimbros ſiue Iutiam, Daniae regionem, Ger-
41 maniam lambit. XI. Cimbricus, qui inter Iutiam prope promon-
42 torium Schagen ad Codanum ſe inſinuat. XII. Arctous, qui in ſub-
43 iectis Arctico polo locis eſt. Alias Hyperboreus, a gente in extimo
44 hoc Septentrionis littore poſita. Dicitur et mare mortuum ſeu mo-
rimaruſa ob perpetuam caliginem, et alienum molliorum Syderum
ibi adſpectum, maligna et pruina tantum albicante luce, vt PLINIVS
45 *ait. 4. hiſtor. 13.* TACIT. *de moribus Germ.* vocat mare pigrum, ac
prope immotum. Ideo, quod nullis ventis, vt *in vit. Agricol.* ait,
46 attollatur. ALTHAM. *d. l. pag. 533.* Vocatur etiam mare Cronium a Sa-
47 turno, qui in his locis regnare creditus. Item Sidus frigidum, vel
mare concretum, et Amalchium, quod gentis illius lingua Congela-
48 tum, ſiue glaciale ſignificat: a glacie nempe, cuius ex dulcioribus
fluuiorum aquis concretae et lapſu temporis calore ſolis abruptae, vio-
49 lenter terris immenſa fragmina in eius ſuperficie ita innatant, vt mo-
bilium inſularum inter ſe concurſantium ſpeciem praebeant. Ex eo
50 enim, quod Herodotus mare Boſporicum, et Scythicum; et Pon-
tum OVID. *de Ponto* in his verbis:

51 *Ipſe vides certe, glacie concreſcere Pontum.*
Ipſe vides gelido ſtantia vina gelu.
Ipſe vides, onerata ferox vt ducat Iazis
Per medias Iſtri plauſtra bubulcus aquas.

52 ſcribant gelaſcere, non ſequitur mare vere adſtrictum eſſe. Nam a-
53 qua marina propter amaritudinem aſpera eſt, et nunquam contra-
hitur, aſſerente Diſario ac Auieno apud MACROB. *7. ſaturn. 12.* vbi
54 addit, quod in quibuſdam locis glacies videatur, non ideo eſſe, qua-
ſi aqua marina in glaciem concreſcat, ſed quia plurimum in illis re-
gionibus fluuiorum eſt, qui in ipſa maria ſe exonerent, ſuperficies
maris, cui dulces aquae innatant, gelaſcere, et incolumi aqua marina,
55 videri in mari gelu, ſed ab aduenis vndis coactum. Sic in Ponto
fruſtra quaedam, et profícias gelidas de vndis fluuiatilibus viſas. Hol-
56 landi id teſtantur, qui per fretum Vaigetium, ab illis Naſſouium di-
ctum,

ſtum, Sinarum regna cogitantes, Septentrionale pelagus aliquoties, ſemel etiam ad 80. altitudinis gradum, nauigarunt. Inciderunt qui- 57
dem ſaepe in vitae pericula propter glaciem, ſed illud prope littora et portus, cum terris adnauigarent, factum; vt illa non tam videatur ex mari nata, quam ex littoribus ventorum vehementia, et vndarum impetu in altum prouoluta. MERVL. *cap. 1. diſſ. de marib. p. 129.* Notant etiam Nauarchi Hollandi in ſuis Diariis, vento mutato mare 58
nunc nauigabile, nunc contra fuiſſe, item quod nullo non loco lineam a prora nauigantes demittere potuerint, absque vllo obſtaculo, ad explorandam maris altitudinem, quod ſi mare congelatum fuiſſet, facere nequiiſſent. Fruſtra ergo illud mare glaciale vocatur, et ideo 59
non nauigabile. Purum etiam ſub Polo mare media hyeme, tempo- 60
re verno nauigabile, aeſtate glacierum fragminibus, quae vel terris calore ſolis abrupta, vel a fluminibus eructata, obſeſſum, praecipue ad littora, et in fretis atque anguſtioribus locis. Ex his iudicium fie- 61
ri poteſt, de ſermone vel fabula verius, quam maiores narrare ſolebant, et ALBERT. CRANTZ *lib. 8. cap. 7. Wandal.* habet, quod tantum gelu aliquando fuerit, vt concreto mari Balthico ex Pomerania et reliquis adiacentibus oris pedatim in Daniam iter fieri potuerit, diſpoſitis per oportuna loca in glacie hoſpitiis, ſi quid commeantibus interueniſſet. Nam ſi de vere Septentrionali, hoc falſum, vbi remo- 62
tiſſimo ſole frigora neceſſario maxime penetrabilia: aeque falſum erit de reliquis, quae propiora ſoli, cuius calor iuuare ſolet maris na- 63
turam, ne aquae in glaciem conuertantur. Neceſſe eſt, vt veteres de auditu potius hoc narrent, quam quod viderint, vel ſe res ita 64
haberet, aut ſi quid tale factum fuit, de aduentitia glacie vel itinere iuxta littora accipiendum erit, quomodo CRANTZ. *ipſe lib. 10. Wandal. in fin.* de alio tempore id explicat. Nam vt bene addit, mediis in fluctibus raro eſt tanta quies, vt conſtringi patiatur. XIII. Sarmaticus, qua Sarmatiam inter, Lappiam et flumen Obium affunditur. 65
XIV. Tartaricus, qua Tartariae, et XV. Scythicus ſeu Barbaricus, 66
qua Scythiae littora ambit. Illius aquam PLIN. *lib. 6.* hauſtu dul- 67
cem eſſe annotauit. Quod verum eſſe poteſt de mari Caſpio, quod 68
Scythici partem facit, ob ſalis a fluuiis conſumtionem, non de ipſo mari Scythico, cuius eadem cum reliquis maribus conditio.

69 AVSTRALI ſubſunt Aethiopicus, qua Aethiopia circumluitur
a promontorio bonae ſpei ad vsque oſtia fluminis nigri.
70 IN OCCIDENTALI eſt 1. Magellanicicus, qui a freto Magellani
Braſiliam vsque pertranſit. 2. Peruuianus, qui ab altero littore A-
mericae regnum Peru attingit.
71 IN ORIENTALI I. eſt Sericus ad Sericam regionem *hodie. Kit-*
72 *taga*. II. Sinenſis ad regionem Sinarum, *Hiſpanis China*. Hinc ſequi-
73 tur III. Hippadis pelagus, vulgo Archipelagus S. Lazari ob multitu-
dinem inſularum in eo, ad comparationem Archipelagi Europaei, id
74 eſt, maris Aegaei, dictus. Inde a meridie eſt IV. Oceanus Indicus,
qua Indos, Perſas, Arabes, et Aethiopes ab oriente alluit. Hic vero
75 ea parte, qua a Gange, Indiae, flumine adfunditur, V. Gangeticus dici-
76 tur *hodie Bengalenſis ſinus*. Qua Perſidem tangit, VI. Perſicum mare.
77 Qua Arabiam VII. ab Auſtro percutit, Arabicum. Hinc VIII. ad Cer-
78 nen ſeu Minuthiam inſulam, *vulgo Madagaſcar*, Aſperum ob breuia
79 et Syrtes, quibus refertum eſt, dicitur. CLVVER. *d. l.* Totum au-
tem hoc mare Indicum, quod Gangetici, Perſici, Arabici et Aſperi
nominibus diſtinguitur, alio nomine mare Rubrum Latinis; Graecis
80 Erythraeum appellatur. De ratione nominis incerta res eſt. Alii a
81 ſolis repercuſſu: alii arena terraque talem colorem reddi, alii hanc
82 ipſius naturam eſſe dicunt. Hos omnes refutat CVRTIVS *lib. 8.* his
verbis: *Mare certe, quo adluitur, ne colore quidem abhorret a caete-
ris. Ab Erythro, rege, inditum ipſi nomen eſt, propter quod ignari ru-*
83 *bere aquas credunt.* Mihi non diſplicet ſententia, quam a Viro Cla-
riſſimo, Iohanne Beringio, *olim, cum Leidis eramus, contubernali, iam*
84 *collega coniunctiſſimo,* audiui, dici mare Rubrum ab Idumaeis acco-
lis, qui rurſum nomen habeant ab Edom ſeu Adam, quod ſignificet
85 terram rubram. Solitos autem fuiſſe veteres maribus et terris nomina
ab inhabitatoribus imponere, ex ſacris litteris et profanis hiſtoricis de-
86 ducit VAREN. *in opuſc. de Ophyr.* Quo dato ſimul falſitas rubrae
aquae, quam nauigantes eo aperuerunt, et incerta coniectura de regis
Erythri in inſula eius maris Ogyri ſepulcro conuellitur. Eſt autem hoc
87 mare in ſe velut flumen, et ſunt in ipſo montes aquis imminentes, et
ſcopuli, et Syrtes patentes latentesque, et viae nauium ibi bene diſcer-
nendae. GEOGRAPH. NVBIENS. *part. 5. clim. 3. pag. 108. quam ex Arabico
in latinum idioma* GABRIEL SIONITA, *et* IOHANN. HESRONITA *verte-
runt.*

Digitized by Google

runt. Prolixitas huius maris inchoando nauigationem ex Inacho in 88
amplum aquae conſumit quatuor dies remigationis, latitudo vero, vbi
ſinus ampliſſimus eſt, dimidiatum diem nauigationis, in quo cum quo-
tidie reciprocatio aquarum fiat, vadoſum aeſtuarium eſt. HEROD. *in Eu-*
terp. libr. 2. p. 148. Immerito ergo a GVILAND. *in pap. oper. et* MARTIN. 89
Delr. ad Senec. reprehenſi Seneca, et Euſtathius, dum ille Tigrim ru-
benti freto miſceri, hic Indiam ad idem pertingere, tradunt. Plur.
vid. *de nominibus mar. apud* SOLIN. *cap. 26.* ISIDOR. *13. Orig. 15.* GEMM.
FRISI. *in add. ad Coſmogr. Appian.*

Internum mare dicitur, quod ex vaſto Oceano per freta ter- 90
rarum interiora ingreditur. Illud duo conſtituunt, Fretum et Si- 91
nus. Fretum eſt mare arctioribus ſpatiis et anguſtiis coarctatum.
Germanis *die Hofden.* KECKERM. *in Syſtem. Geogr. lib. 1. c. 3. in fin.* 92
Sinus eſt maris excurſus quo terra primum anguſte, mox latioribus 93
anfractibus dirimitur. KECKERM. *d. l.* ſeu iuxta Altham. *in Com. de*
mor. Germ. pag. 26. Sinus ſunt flexuoſi maris anfractus, et excauati 94
maris in terram receſſus. HONTER. *in rudim. Geogr. pag. 9.* definit
curua littora, quaſi brachiis partem Oceani, aut cuiusuis maris, 95
fluminisue recipientia. Quod recte obſeruauit, non enim in Oceano 96
ſolum, ſed etiam in mediterraneis, vel fluminibus aliis ſunt ſinus ma-
ris, quaſi receſſus. Germani dicunt, *einen Wick oder Inwick.* Sunt 97
autem maria vel ſimul fretum et ſinus, aut ſaltem alterutrum eorum. 98
Simul fretum et ſinus ſunt mare mediterraneum, Perſicum, Rubrum, 99
Balthicum, Album, et Auſtrinum.

Inrer haec princeps eſt, quod per fretum Herculeum infundi- 100
tur, procurrens inter Europam, Aſiamque minorem ſiniſtras, et A-
fricam dextram, ab Occidente in Orientem, ad oras vsque Syriae.
Hoc *κατ' ἐξοχὴν* Mediterraneum dicitur, quia terram veteribus 101
tunc temporis cognitam quaſi mediam ſecaret. ISID. *13. orig. 16.* Grae-
ci nominant *ἔσω θάλασσαν* medium mare. SALLVST. *1. Hiſtor.* Roma-
ni, florente republica, mare Noſtrum dixerunt. MEL. *lib. 1. c. 1.* He- 102
ſperium ab Heſperia, quomodo olim Italia, Hiſpania, Lybia, *Eu-*
ſtathio dicta, Africanum *Luitprando*, Thyrrenum *Oroſio* per ſynecdo- 103
chen partis pro toto. Auguſtiſſimum eius nomen eſt, quo etiam in ſa- 104
cris claret, vt mare Magnum dicatur. *Numer. 34. v. 6. Eſaia 15. v. 47.*
Pſalm 114. v. 25. vel quod nullum maius accolae noſſent, nondum O-
ceanum

Digitized by Google

ceanum ingreſſi, vel quod nullum internorum maius, ISIDOR. *13. c. 16.*
vel quod in eo alia maria ſunt. SERV. *ad lib. 3. Aeneid.* vel quod omnes
105 plagas terraſque medias interlueret. OROS. *1. cap. 2.* Hiſpani vo-
cant Mar di Leuante, quia vt Oceanus occidentem, ita hoc orientem
106 eſt verſus. Oceanus igitur ab occaſu Solis per fretum Gaditanum
gremia terrarum irrumpens, limen aperit interni aequoris iuxta *Soli-*
107 *num*, cui progreſſus et longe lateque diffuſus, *vt Pompon. Mela* ait,
vaſteque ſedentia littora abigens, Aegyptium dat Aſiae, Gallicum
Europae, Africum Lybiae: Minores autem intuens et partes quaſi
partium varia prouinciis, inſulis, populis, et aliunde indit nomi-
na SOLIN. POLYB. *cap. 26.* MANIL. *in Aſtronom. lib. 4.* ISIDOR. *lib. 13.*
108 *cap. 16.* SERVIVS *ad 3. Aeneid.* Sic I. Ibericum vocatur ab Hiſpania,
109 priſcis Iberia dicta. II. Balearicum, qua inſulas Balearides hodie Ma-
110 iorcam et Minorcam circumluit III. Gallicum ſpeciatim, qua Nar-
111 bonenſem Galliam attingit. IV. Liguſticum, qua Liguriam lambit
112 iuxta Genuam. V. Sardoum a Sardinia. VI. Tuſcum a Tuſcia, Ita-
113 liae parte, Tyrrhenum Graecis a Tyrrheno, Lydi fratre, vel Tyrr-
henis nautis, quos in hoc mare ſe praecipitaſſe, DION. AFER, et MELA re-
ferunt. Liburnum *M. Tullio* improprie, quia Liburnia ad mare ſu-
perum regio eſt. Latinis mare inferum apud Solinum reſpectu Ha-
114 driatici, quod ſuperum vocatur. VII. Siculum a Sicilia, nobiliſſima
115 huius maris inſula, quod et Auſonium dictum. STRABO *lib. 2.* VIII. Ar-
116 golicum, quod Peloponneſum alluit. IX. Corinthium a Corintho, floren-
117 tiſſima vrbe in Iſthmo Peloponneſi. X. Creticum a Creta. XI. Carpathium
118 ab inſula Carpatho. XII. Pamphilium a Pamphilia, regione minoris Aſiae.
119 XIII. Cyprium a famoſiſſima inſula XIV. Aſiaticum ab Aſia, ſiue minore,
120 ſiue maiore. XV. Syrium a Syria, nobiliſſima maioris Aſiae parte. Hoc rur-
121 ſum quoad partem Phoenicium a Phoenice prouincia, et Tyrium a Tyro,
122 Phoeniciae et totius mundi celeberrimo emporio. Eadem haec aqua-
123 rum internarum moles ſui curſus fere medio verſus Circium inter ex-
124 trema Italiae et Epirum prouoluta XVI. Ionium dicitur, vel ab Ionia,
regiuncula vltima Italiae, vel ab Ionio, Illyriorum Rege, vel ab Io-
nibus, ibi in traiectu maris demerſis, vel ab Io, Inachi filia, quae ex Do-
125 dona profugiens illud mare traiecit. Inde verſus Corum ſe fundens
Italiaeque lauans ſuperiora, vocatur Hadriaticum ab Adria, Piceni op-
pido. Hadriacum *Lucano*, Hadrianum *M. Tullio*, Hadria ſimplici-
ter

Digitized by Google

ter *Senecae, Tacito, Straboni.* Hodie a potente vrbe Venetiis *Golfo*
di Venetia. Latinis mare ſuperum reſpectu Tyrrheni, quod inferum. 126
Huius pars Illyricum, cuius *Actor. 15.* mentio, et Dalmaticum, a re-
gionibus ita denominata. Eadem maris Mediterranei aqua vlterius
ad Cretam inſulam, torto in Septentrionem latere, per orientaliora 127
Graeciae littora et minorem Aſiam anfractibus magnis et vaſto receſſu
infuſa, nobiliſſimas adlambens inſulas, XVII. Aegeum vocatur Pela- 128
gus. Dubii ſcriptores in etymo. putant dici vel ab Aegeo, Theſei
patre, vel a Neptuno ita veteribus dicto, vel ab Aegea, Amazonum Re- 129
gina, in eo demerſa: vel ab Inſulis, in ſpeciem Caprarum poſitis, vel 130
ab vna Inſularum eius figurae, vel a promontorio Aeolidis, ἄιγα: vel
ab oppido minoris Aſiae, Caprae imaginem referente, vel quod αἰγὸς 131
inſtar laſciuiat fluctibus: vel ab αἰγίζειν, quod naues ſaepe ſubuertat, 132
praeſertim circa Cyclades. Vocatur etiam hoc mare *Aegon.* VAL.
FLACC. *1. Argon.*

Quanto fremitu ſe ſuſtulit Aegon. 133

STATI. *5. Theboid.*

- - Nec tantas quamuis Tyrrhenus et Aegon
Voluat aquas.

Thucididi dicitur mare Graecum. Europaeis *hodie Archipelagus voce*
graeca. Turcis *mare album.* Eius partes ſunt 1. Myrtoum a Myrtilo, 134
Mercurii filio, vel ab exigua inſula, non procul a Chriſto Eubaeae op-
pido ſita. 2. Icarium a nota Icari fabula, vel vna Cycladum Icaro. 135
3. Euboicum, vel Euboicus ſinus ab Euboea inſula: *hodie Golfo de* 136
Negroponte.

Aegeo, gracileſcente paulatim mari, ſuccedit XVIII. Helle- 137
ſpontus, anguſtiae, ad octingentos paſſus inter Seſtum Europae, et Aby-
dum Aſiae oppida. Nomen ab Helle virgine habet, quae ibi periit.
OVID. *in epiſt. Leandri.*

Fluctibus immodicis Athamantidos aequora canent. 138
Vsque manet portu tuta carina ſuo.
Hoc mare quum primum de virgine nomina merſa,
Quae tenet, eſt nactum, tale fuiſſe puto.
Eſt ſatis amiſſa locus hic infamis ab Helle,
Vtque mihi parcat, nomine crimen habet.

Inde Lycophronti παρθενόκτονον πέλαγος Virgicidum mare. Hoc lo- 139

Digitized by Google

co ex Aſia in Europam contra Graecos, conſtrato in nauibus ponte,
140 (quod hodie non miramur,) exercitum Xerxes, Rex Perſarum, tradu-
xit. ENNIVS *lib. 13. annal.*

Pontibus inſtratis coniunxit littora Xerxes:
Isque Helleſponto pontem contendit in alto.

141 Inde rurſum modice ſe laxans et ſemiorbe turgeſcens altrinſecus, la-
142 taque aperiens terrarum diuortia facit. XIX. Propontidem inter Thra-
ciam et Bithyniam, a qua Bebricia olim Bebricium mare nominatum.
Hodie mar di Marmora ab inſula Proconneſo *hodie Marmora*, quia mar-
moris ferax, dicta. Hic mox ſtringitur et in paucula ſtadia coarcta-
143 tur, fitque XX. Bosporus Thracicus, appellatus ab Io, Inachi filia, quae
144 formam bouis induta mare hoc loco traieciſſe fingitur. Alio nomi-
145 ne Boſporus Chalcedonis ab vrbe adiacente dicitur, et Byzantii por-
tus ab vrbe Conſtantinopolitana, quae olim Byzantium dicta. Angu-
146 ſtia eſt quinque ſtadiorum, quae ſingula 125. paſſus habent. STRABO
147 et MELA *in Geogr.* PLIN. *ſcribit 6. hiſt. 1.* Vtrinque alitum cantus
canumque latratus audiri, et fere vocis humanae eſſe commercia,
manente inter duos orbes Europam Aſiamque colloquio, niſi id ipſum
148 auferrent venti. Hoc modo multis anfractibus fractum mare, mi-
teſcens iam, in aequoream ſe pandit faciem, et, quantum poteſt ca-
149 dere ſub adſpectum, XXI. pontum aperit, qui alias Euxinus dicitur,
Euxonius ἄξενος, id eſt inhoſpitalis, ob immanem accolarum ferita-
150 tem. PLVTARCHO vocatur ποντικὸν πέλαγος, Herodoto mare Cim-
merium, a Cimmeriis populis, qui adhabitant, Apollonio Caucaſium
151 a monte vicino, Turcis mare Nigrum. Hoc mare dulcius, quam
caetera, ex multitudine fluminum, quae ingrediuntur. SENECA *in
Med. act. 2.*

Quodcunque placidis flexibus Phaſis rigat,
Pontusque quidquid Scythicus a tergo videt.
Paluſtribus quae maria dulceſcunt aquis.

152 Succedit poſtremo XXII. Maeotidis Palus a populis Maeotis, qui ho-
153 die Tartarorum pars, nomen habens. Vocatur a Plinio Temerinda,
voce Germanica, vt ORTELIVS *in Lex. Geograph.* iudicat, quaſi
l'meers Ende, quod ſit maris ex freto Herculeo irrumpentis finis.
Ita enim oculis videtur. Nam quod Caſpium mare ei coniungi ſta-
tuant, id ex ſecreta copula eſt.

Alte-

Digitized by Google

Alterum mare internum eſt Perſicum inter Perſiam, vnde 154
illi nomen, et Arabiam felicem. Primo ſinus, quem inter promon- 155
torium Aſoborum (hoc eſt *capo Mochandan*) et Armuziam, (*hodie* 156
Ormuz, nobiliſſimum emporium,) excipit fretum, vulgo *Balſora*, mox
mare, quod olim Babylonium ab vrbe Meſopotamiae dictum, *hodie*
mar Elcatif. et Meſendin. vid. BERT. ET MERCAT. *in Geogr. ſub Aſia.*

Tertium eſt RVBRVM, olim ſinus Arabicus, PLIN. *2. hiſt. 67.* 157
inter Arabiam felicem, et Africam. Sinus primo, vbi ad dextram
vrbs Aden. deinde fretum, noſtro tempore BABELMANDEL. hinc MAR 158
DE MECHA, ab vrbe Arabiae felicis, vbi Mahomet ſepultus. In hoc
ſinu proxime vallem Hiroth e regione Baalzephon eſt traiectus, per 159
quem Iſraelitae ſiccis pedibus iuerunt. *Exod. 14. v. 9.* et ſit eius men- 160
tio *in l. 19. §. 18. de aur. arg. mund. leg.* COEPOLL. *de S. R. P. cap. 26.*
n. 29. vbi dicitur, quod vnionum ſit ferax. In ſacris paſſim vocatur 161
mare algoſum, ſeu caricoſum, *Schilffmeer*, *Exod. 15. v. 22.* quod in eo 162
iuncus et carex vberrime proueniat. PLIN. *lib. 13. c. 25.* STRABO *lib.*
16. IOH. ISAAC. PONTAN. *de vſu globi cap. 1.*

Quartum eſt BALTHICVM. Nomen accepit a Balthia, peninſu- 163
la, quae tria Aquilonaria regna, Sueciam, Norwegiam et Daniam 164
continet, PLIN. *4. hiſt. n. 13.* a latratu, quem fluctuum et aeſtuum col-
liſio edit, ei indit nomen. CONR. CELT. *in od. lib. 3.* Illud ſinuoſo o- 165
re caput Cimbricae Cherſoneſi Schagen praegreſſum, factis aliquot
Danorum inſulis, per Sundum nobiliſſimum Daniae fretum, infundi- 166
tur verſus Orientem, inter hinc Germaniae, Pruſſiae, Liuoniae,
Ruſſiaeque, inde Gothiae et Sueciae littora. Dicitur Sueuicum a po- 167
pulis, qui adhabitant: Venedicus et Codanus ſinus, ex eadem cau- 168
ſa. Germanis *die Oſt-See. vid.* ALTHAM. *in com. de morib. German.*

Quintum eſt mare ALBVM, quod arctoum pelagus terris im- 169
mittit inter Ruſſiam, Moſcouitarum et Lapponum fines. Batati vo-
cant *die Wittſee.*

Sextum eſt mare AVSTRINVM, *die Zuyde-See*, olim lacus 170
Fleui dictus. In hoc nauigaſſe veteres Romanos, multa TACITI loca 171
euincunt. *1. annal.* ibi: *impoſitas legiones per lacus vexit. 2. annal. ibi: la-*
cus inde ad Oceanum vsque. Quidam putant, fuiſſe paludem antiqui- 172
tus, et per illum exiiſſe vnum Rheni oſtium in mare. Quod eſſe
poteſt. Hodie non male mare vocatur. Quippe per aliquot freta 173

174 iuxta inſulas Texel, Vlie, Ameland &c. ex Oceano irrumpens, ſinum
175 vltra viginti milliaria efficit. Vid. de eius amplitudine CLVVER *tr.*
de trib. oſt. Rhen. cap. 23. et 24. et copia nauium, quae quotidie per
illud mare Amſterdamum, totius orbis ocellum, appellunt IOH. ISR.
PONT. *in deſcript. vrb. Amſterd.*

176 Freta ſolum vel in mari extimo ſeu Oceano reperiuntur, vel
177 in Mediterraneo. In Oceano ſunt ſex nobiliora. Inter illud 1. eſt
Magellanicum. Nomen habet a Magellano, eius inuentore. Is An-
178 no 1522. 24. Aug. quamprimum maris procellae deſederant, ſoluit
179 ex ſinu D. Iuliani, in quo aliquamdiu Caſtellanorum et Portugallen-
180 ſium aeque, vt maris, procellis exagitatus erat. Poſtquam aliquot dies
Auſtrum verſus nauigaſſet, venit ad inſulam ſanctae crucis. Hic v-
na nauis alliſa ſpem dedit reliquis vlterius penetrandi. Itaque 22.
181 Nou. fauces eius detectae ſunt, quas Magellanus 22. die ingreſſus per
fretum delatus eſt in aliud mare, quod a tranquillitate Pacificum di-
citur. MERCAT. *in Atl. Mai. ſub Mapp. Fr. Magellan.* OSOR. *lib. 2. de*
reb. geſt. R. Emanuelis pag. 330.

182 II. Fretum Anian, quod inter Americae oras vltimas occi-
dentales, et Tartariae Orientales interiectum. Statuit illud maxima
pars Cosmographorum, dum Americam inſulam eſſe, et a continen-
te diuulſam, ſentiunt. IAC. CHYN. *Lib. Geogr. poſt.* GEMMA FRISIVS
cap. 30. KECKERM. *lib. 2. Syſt. Geogr. cap. 4. n. 5.* aliis contradicenti-
bus. *vid. cap. ſeq. n. 331.*

183 III. Fretum Waigatz, quod et Naſſouium dicitur, proten-
ditur ad ortum vsque ad crucis dictum angulum, deinde ad Arcta-
pelotem vsque ad Diſſidii angulum, paulo ad orientem vergentem.
184 Wilhelmus Barendſon in latere eius auſtrali homines agreſtes inuenit.

185 IV. Fretum Forbiſſeri a Martino Forbiſſero, Anglo, nomen ha-
186 bet, qui anno 1577. tranſitum ad Cathaiam per Septentrionem quae-
rens, peruenit ad fretum quoddam, in quo inſulas et homines plures
reperit. MERCAT. *ſub Mapp. Pol. arct.*

187 V. Eſt Fretum Dauis a Ioh. Dauis, itidem Anglo, nomen ſor-
titum, qui anno 1585. et duobus proximis littora Americae, vel po-
tius Groenlandiae, Circium ſpectantia a 53. gradu ad 75. tranſitum illac
in Chinam ſcrutando perlegit. MERCAT. *d. l.*

188 VI. Fretum la Maire, quod Iacob. la Maire inuenit.

In

Digitized by Google

In mediterraneis maribus maxime claret I. Fretum Hercule- 189
um, quod, vti diximus, inter Europam et Africam, vsque ad re-
ceſſum Aſiae, oſtium mari mediterraneo facit. Dicitur ita ab Her- 190
culis columnis, quas putauere veteres duos illos montes Calpen in
Hiſpania, et Abylam in Africa eſſe, quaſi hic ibi laborum ſuorum me-
tam ſtatuiſſet, ex Africa in Hiſpaniam fabuloſe transeundo. Per 191
quas dum mare irrumpit, videntur quodammodo Africa et Europa
ſcindi. Vnde et limen interni maris PLINIO; oſtium Oceani FLORO; 192
columnarum fretum STRABONI, Oceani gurges PHILOSTRATO, Her-
culis via AVIENO dicitur. Vocatur etiam fretum Gaditanum PLI- 193
NIO *lib. 3. cap. 5.* a Gadibus, inſula huic freto vicina, *hodie Eſtrecho* 194
de Gibraltar, Hollandis *die Straat.* Prope illud fretum contra Mau- 195
ritaniam iacent inſulae Fortunatae, inter quas vna Canaria, a canum
multitudine, dicitur: et in Atlantico Oceano contra Hesperidum pro-
montorium Hesperides, hodie *Isles de Capo Verde*, Poetarum antiquo- 196
rum fabulis clarae. CLVV. *lib. 6. Geogr. cap. 10.* II. Fretum Siculum
inter Siciliam et Italiam, alias Mamertinum, Rhegium, Lybicum 197
dictum. III. Fretum Helleſponti anguſtiae inter Seſtum et Aby- 198
dum oppida, alio nomine Seſtiacum, Abydenum, Athamantidis flu-
entum. IV. Boſporus Thracicus, ſeu Boſporus Chalcedonius, fau- 199
ces Propontidis, fretum Myſium, os Ponti, denotat anguſtias circa
Pontum. V. Boſporus Cimmerius, vel fretum Cimmerium, eſt iux- 200
ta os Maeotidis paludis, vnde et idem nomen habet. VI. Fretum 201
Ciliciae inter Cyprum Inſulam et Ciliciam regionem. VII. Fretum 202
Euripi inter Graeciam et Euboeam. VIII. Fretum Gallicum ſeu Bri- 203
tannicum, eſt inter Galliam et Britanniam, hodie *Pas de Calais.* TACI-
tus nominat fretum Oceani. GRATIVS Fretum Morinorum. AMMIANVS 204
fretalem Oceanum. Latitudo eius tempore Caeſaris triginta millia
paſſuum, hodie vix viginti. IX. Fretum Sond, vulgo Elſenoer, 205
inter Seelandiam et Scaniam. Commodiſſimus locus Regi Daniae ad 206
percipiendum vectigal, hoc anno ad priſcum modum reductum. X.
Sic traiectus Stalprodenſis inter Pomeraniam et Rugam fretum vocari 207
poteſt. Alibi locorum erunt alia.

Sinus denique vel in Oceano ſunt, vel in maribus mediter- 208
raneis, aut fluminibus. In mari praecipuus eſt 1. ſinus Mexicanus, in 209
America iuxta Mexico. 2. Iucatanus inter Hiſpaniolam et Cubam. 210

211 In Aſiatico Oceano eſt 3. Gangeticus, hodie *Golſo di Bengala*, iuxta
Indiam inter Regnum Narſingam et Peguſianos. De reliquis inter
maria interna facta eſt mentio. In quibus etiam ſeparati ſinus.
212 In mari mediterraneo ſinus Adriaticus, Tarentinus iuxta Taren-
213 tum, Carcinetes Sinus ad oſtium fluuii Hypacyris in Scythia.
214 Mare Balthicum in duo brachia diuiſum, a ſiniſtra inter Sueciam
215 et Bothniam, inde Finlandiam, facit ſinum Finnicum; poſt, fre-
to diſcriminante, Bothnicum, a dextra inter Finlandiam et Liuo-
216 niam alium, qui item Finnicus dicitur. Reperiuntur etiam
iuxta noſtrae patriae inſulam Rugiam duo periculoſiſſimi, et for-
217 midabiles ſinus. Alter vocatur *Trumper Wick* a Wittoae, promonto-
rio Arconae validiſſimae olim vrbis, vti ex eius ruderibus videre li-
cet, iuxta albicantia littora ſe inſinuans, vsque ad praecipitium *Stub-*
218 *benkammer* in peninſula Iasmunda, quo alter incipit, et noſtratibus
Pronerwick dicitur. Rupes ſtupendae hic magnitudinis eſt, cretacei
coloris, in imo oſtendens horrendi receſſus antra, ad quae per fle-
219 xuoſos tramites deſcenditur, vbi ſi quis ſupra ſe in altum ſuſpicit,
quaſi montes capitis impendentes, et momento caſuros, metuit, cui in
acumine ſtanti ingentes naues, quaſi aues, apparebunt. In his ſpe-
220 luncis ſermo eſt apud inſulares, patrum tempore famoſiſſimos piratas
221 *Störtenbecker* et *Götke Michel* ſuos receptus habuiſſe. Alii arbitran-
222 tur maris acceſſum illas cauernas erodere, et quotannis poſſe a cu-
rioſo accola obſeruari, quantum abſcedat, quod mihi etiam videtur
223 veriſimilius. His ſimilia in exteris regionibus cum admiratione quae-
224 rimus, et reduces extollimus, patriae rerum incurioſi, quod vitium
eſt hodiernae peregrinationis, a TACITO *in fin. 2. annal.* in Romanis
225 taxatum. Turpe eſt negligere domeſtica, et ſe ibi hoſpitem oſten-
226 dere, vbi maxime deceret domi eſſe. Habent hoc externa, vt ne-
ſcio quo fuco ſe adornent, et plerumque notis patriae rebus beatio-
ra videantur BARCL. *in Euphorm. part. 1.* Quae opinio facile deſinet,
ſi prae noſtris peregrina, niſi quid rarum, flocci habebimus.

227 De ſinubus in fluminibus Rheno, Danubio, Albi, Scaldi,
Sequana, Rhodano, Tyberi, Pado, Tago, Tameſi &c. *vid.* GERH.
228 MERC. *in mapp. reg.* Haec ex multis attuliſſe ſufficiat. Omnia co-
229 gitare nimii eſſet laboris, et ſuperflui. Poſſunt ex his praecipua ma-
230 ria, et in illis freta ſinusque noſci. Caetera in regionibus, vbi quis
viuit,

Digitized by Google

viuit, ſua induſtria addat, et qui plura cupit, videat GEMM. FRIS. *ad Appian. Coſmogr.* ORTEL. *in Lex. Geogr. ſub d. voc.* GERH. MERC. *in Atlant. minor.* MERVL. *diſſ. de marib. cap. 3. et 4.* CLVV. *l. int. Geogr. cap. ii.*

CAPVT III.

DIVERSAE SENTENTIAE AN NOVVS ORBIS SEV AMERICA A VETERIBVS SIT NAVIGATA, ET IN EA SITA REGIO OPHIR, QVO CLASSIS SALOMONIS IVIT ALLATVM AVRVM: AN ANTE SEQVISAECVLVM PRIMVM A COLVMBO INVENTA. QVI ILLVM SEQVVTI IN ORBE DETEGENDO, ET CIRCVMNAVIGANDO. VNDE HOMINES IN AMERICAM DEVENERINT, DISCVRSVS PHILOLOGICVS.

SVMMARIA.

1. *Maria in hominis vſum creata.*
2. *Mediterranea ſtatim, vt genus humanum auctum, nauigata, et ſucceſſu temporis occupata.* 3. 4.
5. *Extimus Oceanus, quando nauigari coepit.* 11.
6. *Salomonis claſſis in Ophir miſſa eſt.* 7. 8. 9. 10.
12. *Diſquiritur prolixe, vbi regio Ophir ſita.* 13.
14. *Franciſci Vatabli opinio quod Hiſpaniola ſit, offertur cum rationibus, quae illam non admittunt.* 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22.
23. *Raphael Volaterranus quibusdam rationibus putat, inſulam Sofalam eſſe.* 26. 27. 28.
24. *Vbi illa ſita?* 25.
29. *Rationum reiectio.* 30. 31. 32. 33. 34.
35. *Proxima vero eſt ſententia Flauii Ioſephi.*
36. *Quam defendunt Varenius et alii.* 37.
38. *Ophir alias terra aurea dicta.* 39.
40. *Vbi illa hodie in India Orientali.* 41. 42.
42. *Rationes Ioſephi.* 43. 53. 56. 57.
44. *Ophir regio a qua nomen habet.* 45.
46. *Cophonus fluuius vbi?* 47. 48. 49.
50. *Terrae nomina ab habitatoribus acceperunt.*
51. *Heuilat vbi?* 52.
58. *Aurum Paruaiim quid? et de eo doctorum ſententiae.* 59. 60. 61. 62. 73.
64. *Aurum obryzum, et nummi obryzati qui* 65.
66. *Quantum temporis claſſis Salomonis in nauigatione conſumſit.* 67. 68. 69. 70.

72. Ve-

Digitized by Google

72. *Veteres non habuerunt magnam ſcientiam nauigandi.* 73. 74. 75.

76. *Curſus claſſis Salomonianae ex quo loco inſtitutus ad terram auream?* 77. 78. 79. 80. 81. 82.

83. *Tyrus vbi?* 84.

85. *Materia nauibus apta poteſt camelis ad locum ſtructurae vehi.* 86. 87.

88. *Sub ſecunda monarchia non reperitur inſignis nauigatio annotata.*

89. *Sub tertia monarchia ſunt celebres nauigationes Alexandri Magni et aliorum circa mare Caſpium.* 90. 91. 92. 93. 94.

95. *Hannonis Carthaginenſis et Eudoxi Cizyceni.* 96. 99.

97. *Coelius Antipater, Cornelius Nepos, et Plinius, quo tempore vixerunt.* 98. 109.

100. *Indi tempeſtate iactati in Germaniam peruenerunt.*

101. *Septentrionalis Oceanus ſub quarta monarchia auſpiciis D. Auguſti nauigatus.* 102. 103. 104.

105. *Schagen, Kattegatt vbi?*

106. *Scopulus Col vnde nomen habeat?*

107. *Tempore Tiberii ſigna nauium in ſinu Arabico inuenta.*

108. *Traiani aeuo Gallia et Hiſpania circumnauigata.*

110. *Romani diu longinquas nauigationes intermiſerunt, et quare?* 111.

112. *Primi Veneti rurſus inceperunt.*

113. *Eorum iter per Alexandriam et Ormutziam in Indiam deſcribitur.* 114. 115.

116. *Commodius illud Luſitanorum itinere ex multis cauſſis.* 117. 118.

119. *Venetos ſequuti Luſitani, hos Angli et Batavi.* 120.

121. *Mare verſus occidentem Ch. Columbus primo aperuit.*

122. *Additur quo medio, cuius ope et auctoritate.* 123.

124. *Fabula eſt quod ab Hiſpano nauta didicerit.* 127.

125. *Difficile non eſt, quod alius faciendo facile fecit.* 128.

126. *Quaeritur prolixe an nouus orbis veterum nauigiis aditus fuerit?* 129.

130. *Affirmatiuam tuentur multi vaticiniis, priſcorum nauigationibus, auctoritatibus.* 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147.

148. *Reiicitur.* 149. 150. 151. 152. 153. 156. 157. 158. 159. 160. 161.

154. *Nouus orbis quis veteribus?* 155.

162. *Auctores referuntur, qui orbem nouum latuiſſe dicunt.* 163.

164. *Cauſſa, cur latuerit, vera, remotis falſis.* 165. 166. 167. 168.

169. *Columbus eſt inuentor noui orbis.*

170. *Traditur, quando, quibus ſumtibus, ex qua ſcientia, et quo ordine detexerit.* 171. 172. 173. 174.

175. *Poſt ipſum Americus Veſputius illuc veniens regioni nomen dedit.*

176. *Hos ſequuti Corteſius et Nonius.* 177. 178. 179.

180. *Diſſidium Luſitanorum et Caſtellanorum ſuper nouo orbe quomodo Papa diremit.* 182. 183 184.

185. *Magellanus, Moluccas quaerens, fretum nouum inuenit, et circumnaui-*

gandi

Digitized by Google

gandi orbis viam ſociis ipſe a barbaris occiſus monſtrauit. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197.
198. *Poſt ipſum illud Angli fecerunt.* 199.
200. *Et Batavi.* 201. 202. 203.
204. *Iacobus le Maire commodius fretum circumnauigationi inuenit* 205. 206
208. *Laus horum Argonautarum comparata cum Theſſali gloria eam deprimit.* 209. 210. 211.
212. *A Septentrione alia via ad circumnauigandum orbem a quibus, et quo tempore quaeſita.* 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240.
241. *Aliquot viis hodie in Americam nauigatur.* 242. 243. 244.
245. *Anguſtiae circa fretum Vaigetium non ſemper glacie concretae.* 246. 247.
248. *Demonſtratur, Nouam Zemblam vsque ſatis penetrari nauibus poſſe.* 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255.
256. *Auctores qui de hac re ſcripſerunt.*
257. *Subnectitur iucundus et elegans diſcurſus de origine gentium Americanarum.* 258.
259. *Americani non fuerunt* αὐτόχθονες. 260. 261.
262. *Nec ab Hiſpanis ſati.* 263.
264. *Sed longe ante ipſorum aduentum in illis terris.* 265. 266.
267. *Trium clariſſimorum virorum ſententiae de ortu horum populorum, et via, qua iuerint, recenſentur.* 268.
269. *Ioſephus de Acoſta putauit, homines eo caſu et naufragio delatos, vel ex vicinia transmigraſſe.* 270. 271. 272. 273. 283. 284. 285.
274. *Acoſta mouet ſibi dubium, qua ratione bruta animalia eo peruenerint.* 275.
276. *Auguſtini ſententia de eo non accipitur.* 277. 278. 279. 280. 281. 282.
286. *Marcus Leſcarbotus cenſuit, Noachum incepiſſe has terras poſt diluuium implere.* 287. 288. 289. 290.
291. *Edw. Bredewodus Americanos a Scythis, ſeu Tartaris, deducit.* 292. 293. 294.
295. *Communiter hoc alii ſequuntur.* 296.
297. *Hugo Grotius ab hac ſententia ſecedit.* 298.
299. *Eius noua opinio affertur, ſcilicet quod pars Americanorum Norwegi ex Germaniae populis, caeteri ex Aſiae Chinenſibus ſint, paucis exceptis.* 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311.
312. *Hanc euertit Ioh. Laet. ſcriptis ad eum notis.* 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319.
320. *Et ſubſtituit aliam, quod nempe America poſt diſperſionem linguarum ſtatim coeperit habitari, et pedetentim a variis populis ex continenti et transmiſſo freto aucta ſit.* 321. 322. 323. 324. 325. 326. 328. 329. 330.
331. *Negatur a quibusdam, fretum Anian eſſe.* 332.

Digitized by Google

333. *Conformitas propoſitarum ſententiarum monſtratur, cum diſcrepantia.* 334. 335 336. 337.
338. *Refutantur, qui cenſuerunt Americanos ex decem tribubus a Salmanaſſare Aſſyrio abductis, repullulaſſe.* 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348.
349. *An olim Chriſtianiſmus in America fuerit?* 350. 351. 352.
353. *America habitari poteſt.* 354 356. 357. 358.
355. *Antipodes eodem modo, ſicut nos capita, ſupra, pedes infra habent.* 359. 360.

1 Omnia haec maria in hominis vſum, qui praecipuus in nauigatione eſt, creata eſſe, iam diximus. Dubium enim nullum eſt,
2 quin mortales, vt res tulerit, mari vſi ſint. Nam quod mediterranea attinet, ſtatim, vt genus humanum multiplicari coepit, vltra terras aquas quaeſiuit, et ſicut in terra euenit, non ſatis habuit, mari
3 communiter vti, niſi et ius in eo haberet contra alium. Inde occu-
4 patio marium venit, de qua *part. 1. c. 5. et 6.* ſatis actum. Euincitur etiam inde, cum nullum ſit intermedium mare, quod accolae non nauigarint, nullam amplius de priſcorum nauigatione eſſe dubitationem.
5 Illud autem dicendum ſupereſt, an extimus Oceanus, et quatenus totum orbem circumfundit, a veteribus nauigatus, vel iis cognitus fue-
6 rit? Statim in prima Monarchia ſe nobis offert decantata Salomonis, Regis Iudaeae, claſſiariorum nauigatio in Ophir, vnde aurum allatum
7 eſt, et res pretioſae aliae. Mentio eius *3. Reg. 9. v. 28. et 3. Reg. 10.*
8 *v. 22. et 2. Paralipom. 8. v. 18. et c. 9. v. 10. 11.* vbi dicitur, quod ex portu maris rubri *Aſiongaber* et Arlat in terra Edom cum ſeruis Regis Hirami ſemel per tres annos iuerint in Ophir, et exinde Salomoni ap-
9 portarint aurum, argentum, dentes elephantorum, ſimias, pauones, gemmas, et ligna thyina, vnde Rex fecerit gradus in domo Do-
10 mini et domo regia, cytharas et pſalteria cantoribus. Similem claſſem, quae in Tharſis iret, Rex Ioſaphatus fecit, ſed haec in portu
11 conquaſſata eſt. *2.* PARALIPOM. *20. v. 36.* Haec ſolide demonſtrant,
12 vltra interna maria patentem Oceanum a priſcis intratum eſſe. Sed frequens ſuper his locis diſputatio eſt, vbi illa regio aurifera Ophir
13 ſita ſit? Diu eam priſcis notam fuiſſe, et iam Arabes tempore IIOBI in eam nauigaſſe, probat eius hiſtoria *c. 28. v. 16.* Inuenio tres in pri-
14 mis ſuper eius ſitu opiniones. Prima eſt Franciſci Vatabli *ad d. l. Reg.*
15 *et Paralip.* Vbi putat, Ophiram eſſe inſulam Hiſpaniolam in oceano occi-

occidentali poſitam. Conſentiunt huic BENEDICTVS ARIAS MONTAN. 16
ad d. l. KECKERM. *Part. 2. probl. 9. naut.* et videtur ideo adſumi, vt
iam tum temporis Americam notam fuiſſe, demonſtretur. Cauſſas ha-
bent 1. quod auri ſit ferax, et 2. diſtet tanto ſpatio ab Aſiongaber, vt 17
tribus tantum annis perfici nauigatio potuerit. At haec ſententia id-
eo ferri non poteſt, quod nouus orbis ſeu America, in qua Hiſpanio- 18
la ſita, tempore Salomonis nondum fuerit detecta, vt mox dicetur *n.*
162. Nec faciunt pro ea argumenta adlata, cum 1. Hiſpaniola non fe- 19
rat alias illas res, praeter aurum Salomoni adportatas, et quod 2. ſtul- 20
tiſſimum fuiſſet, ex Aſiongaber tanta ſpatia emetiri ad Hiſpaniolam, 21
qua per fretum Herculeum in Atlanticum mare deſcendentibus bre- 22
uiori tempore et compendiaria nauigatione ire licuiſſet. Altera opi- 23
nio eſt Raphaelis Volaterrani, putantis, Inſulam Cephalam in Oceano
Aethiopico vltra promontorium bonae ſpei ſub Aegypto ſitam, Ophi-
ram eſſe. Idem ſentit ABRAHAMVS ORTELIVS *in Lex. Geogr. verb. Ophir.* 24
Dicitur haec inſula vel Arx, vti ex Mappis Geogr. MERCATORIS et 25
HONDII patet, hodie Zophal vel Soſala, eſtque ſub gradu 21. circi-
ter aequatoris ſita, velut IOH. DE LAET *in repub. Hiſpan. c. 7. pag. 171.*
adnotauit. Rationes ſunt 1. quod aurifera valde eſt. 2. Quod na- 26
uigatio in Tharſis, quae eſt Africa, facta. Addit his 3. THOMAS LO- 27
PEZ *in Indic. nauig.* hos Soſalenſes habere libros, patria lingua ſcri- 28
ptos, in quibus haec de Salomone legantur. At imbecillia ſunt haec 29
fulciendo argumenta. Nam 1. aurum non ſufficit, ſi non et aliae res 30
Salomoni adlatae ibi reperiantur, vt bene GEORG. AGRICOLA *in libr. de*
veter. et nou. Metall. obſeruat. Deinde 2. vox Tharſis vel idem ſigni- 31
ficat, iuxta B. HIERONYMVM *in cap. vlt. Eſaiae*, quod Ophir, vel o-
mne et vaſtum pelagus: ad haec Africa olim Phut, (hodie Fez) a filio 32
Châmi *Geneſ. 10. v. 6.* non Tharſis dicta. Nec eſt quod Dauidis Kim-
chi vel aliorum Iudaeorum auctoritatem ſequuti haec proferant, vti et
illud, quod B. Hieronymus Carthaginem Tharſis vocarit. Nam Car- 33
thago 150. annis poſt Salomonem fuit condita, vnde eo nauigari eius
tempore non potuit. Et licet Hieronymus ita Carthaginem vocaſ- 34
ſet, non fecit id natiuae ſignificationis cauſſa, ſed quod potentem et
diuitem vrbem ea appellatione denotare voluerit.

Tertia opinio, quae vero quam proxima, eſt FLAVII IOSE- 35
PHI *lib. 8. antiqu. Iudaic. cap. 2. et lib. 1. ad Appion.* Rabani Mauri et

Nicolai Lyrani in dictum locum ſcripturae ſacrae. Hos defendit CA-
36 SPAR. VARRERIVS LVSITANVS *in Opuſculo de Ophir. regione* ſtatuens, hanc
37 regionem apud Indos in Aſia eſſe. Idem poſt eos docent IO. ISAAC.
PONTAN. *in commun. 1. ad var. pag. 394.* BESOLD. *in coniect. de nou.*
orb. n. 6. ſub tract. de increm. inip. SALMVTH. *ad* PANCIROLLVM *lib.*
2. cap. 1. NEANDER *in orbis ter. explic. Part. 1.* PETRVS LAVREMBER-
38 GIVS *3. cent. acer. philolog. 27.* Probat id FLAVIVS IOSEPHVS ex eo,
quod claſſis Salomonis nauigarit in Indiam, ad locum, qui olim Ophir,
39 nunc terra aurea nuncupata. Eodem modo auream regionem Byſin-
40 gidim in India PTOLEMEVS collocat *Tab. 7. Aſiae.* Cum igitur ci-
tra et vltra Gangem nulla pars Indiae ſit, quae aurum gignat, prae-
ter regnum Peguſium, Mallacam, Somatram, quae breui traiectu a
41 reliquis diſtat: ſtatuit VARRERIVS omnem illam oram, quae exinde et-
iam aurea Cherſoneſus dicitur, Ophiram regionem eſſe. Euincit il-
42 lud 2. quod caeterarum rerum, vt pauonum, ſimiarum, gemmarum,
eboris, ligni pretioſi ad muſica inſtrumenta, ingens ibi ſit copia. Idem
43 probat 3. nomen regionis, quod ab Ophiro Iactani filio ex proſapia
Semi habet. *Geneſ. 10. v. 28. Priori Paralipomenon. 1. v. 23.* IOSEPHVS
44 *lib. 1. cap. 7.* Hic enim cum fratribus ſuis ſedem conſtituit in Orien-
45 te, *Geneſ. 10. v. 30.* et a Cophene fluuio Indiae ad Aſſyriam vsque
46 habitauit. IOSEPH. *d. l.* Cophenes autem fluuius in illis locis, quae
47 diximus auream Cherſoneſum eſſe, inuenitur. POMPON. MELA *lib. 3.*
cap. 7. ibi Indus flumina admittit Cophin, et Hidaſpen. PLINIVS *6. nat.*
hiſt. 23. Ibi: *a flumine eiusdem nominis, quod Indi Cophen dixerunt, et*
48 mox ibi: *flumen Cophes influit Sadarus.* STRABO *de Expedit. Alexandr.*
M. ait, *quod Indiam intrabit, et Cophen, flumen eius,* et paulo poſt
Cophen itaque Indus fluit, PLINIVS *lib. 6. nat. hiſt. 21. ibi: vltimo fine*
49 *Cophene fluuio Indiae.* Cum igitur decem filiorum Iactani coloniae
partim in quaedam Syriae loca, partim in illum Indiae tractum, quae
Cophe fluuio irrigatur, deductae ſint: veroſimile eſt, ab vno eorum
50 Ophiro, more tunc recepto, vt nomina ab incolis acciperent terrae,
51 illas partes Indiae interiores Ophiram dictam eſſe. Et quia Heuilath
frater Ophiri, vicina Ophirae loca incoluit, ideo Moſes Indiam ex-
52 primens, eam Heuilath vocat. *Gen. 2. v. 11.* Quod et IOSEPHVS fa-
cit. *Antiquit. 1.* et pluribus deducit HIERONYMVS *dict. loc.* HIERO-
NYMVS DE OLEASTRO *in cap. 2. Geneſ. 4. Exod. 3. Reg. 9. v. 26.* con-
uincitur,

Digitized by Google

uincitur, quod claſſis Salomonia haud occidentem verſus, ſed ma- 53
gis in Indiam orientalem, curſum intenderit. Nam in Idumaeo litto- 54
re ex portu maris Rubri Aſiongaber adornata, et ad eius vſum Tyrii
et Sidonii nautae a Rege Hiramo ſubmiſſi ſunt; quod non opus fuiſ-
ſet, ſi in occidentem debuiſſet nauigatio inſtitui. In Tyrio enim lit- 55
tore claſſis fabricari potuiſſet, et inde per fretum Herculeum conti-
nuis in Hiſpaniolam flatibus nauigare. Probabile autem 5. non eſt, 56
quod India orientali auri ditiſſima relicta, ad illam occidentalem per
tot ſpatiorum millia claſſis miſſa fuiſſet, eam praeſertim regionem, 57
cuius per continentem nulla tunc potuerit haberi notitia. Nec ob-
ſtat, quod BENEDICT. ARIAS MONTANVS *all. loc.* ex conſonantia vo- 58
cis Peruuiam intelligit, ideo quod aurum illud Ophirianum alibi au-
rum Paruaiim *2. Part. 3. v. 6.* dicatur, quaſi Peruuianum, a radice 59
ſcilicet Parah, a qua rurſum Peru non male deducatur. Sed Reſp.
1. A COSTA *de reb. Indic. lib. 1. cap. 13.* nomen Peru nouum, nec 60
ipſis illius terrae incolis cognitum eſſe. 2. FRANC. IVNIVS *ad d. cap.*
in not. marginalib. ait, quod Paruaiim ſit regio Cheuilae, quae rur- 61
ſus pars Aſiae eſt, et praeſtantiſſimum aurum habet, *Geneſ. 2. v. 11.*
1. Reg. 6. v. 20. PLIN. *lib. 6. cap. 27.* 3. BVXTORFF. *in lexic. Talmud.*
eleganter adnotauit, quod 2. PARALIP. *3. v. 6.* non regio quaedam 62
voce Paruaiim intelligatur, ſed aurum indicetur, quod colore ſuo
ſanguinem referat iuuencorum. PAR enim Hebraeis iuuencum ſi- 63
gnificat, et ſunt apud eos ſeptem gradus auri, inter quos hoc iuuen-
corum ſeptimum eſt, quaſi omnimodo bonum, et defaecatum; vn-
de corrupte Obryzum, quaſi Ophirizum indigitari coepit; et num- 64
mi ex puro et optimo auro obryzati dicuntur. *l. 3. C. de veter. nu-*
miſ. pot. l. vnic. C. de oblat. veter. Vide COTHM. *vol. 1. reſponſ. 36.* 65
n. 67. ALCIAT. *5. parerg. 9.* COVARRVV. *tr. de veter. numiſm. c. 3.*
§. 1. n. 5 *Snell. de re num. p. 35.* HORST. *tom. 3. lib. 5. de re num. c. 3.*
n. 8. BESOLD. *in coni. d. l. n. 6.* Similiter non refragatur, quod VA- 66
TABLVS adducit ex hiſtoria nauigationis, quod claſſis ſemel per tres
annos iuerit in Tharſis: conſtare autem hodie ſatis ſuperque quod
ex mari rubro vſque ad auream Cherſoneſum decem menſibus ad 67
ſummum anno nauigatio perfici poſſit. Contra vero triennalem o- 68
ptime conuenire itineri verſus Hiſpaniolam, vtpote longiori. R. I. Var- 69
rer. ſenſum hiſtoriae non hunc eſſe, quaſi neceſſum fuerit trienni-

Digitized by Google

um in nauigatione conſumere, ſed quod tribus annis ſemel claſſis eo
70 ierit. Potuit enim conditio claſſis, quae vitium, vel damnum ex
71 tempeſtatibus acceperat, exegiſſe, vt in reparatione ad futuram na-
uigationem tempus, vt hodie quotidie fieri videmus, inſumeretur.
72 2. R. diſtinguenda eſſe tempora. Nam non fuit illo tempore talis
73 adparatus nauium, nec ea ſcientia nautica, quae hodie, nec inſtru-
menta, vt pixis nautica, nec nocte, ſed interdiu, et plerumque
74 iuxta littora, non in vaſto Oceano nauigabatur. Vnde facile conie-
ctu eſt, optime cum tempore conuenire triennii ſpatium in nauiga-
75 tione impenſum, praeſertim ſi more illius temporis propter maria
vadoſa naucleros mutari, et in portubus alimoniam emi neceſſe fue-
76 rit. Denique non obſtat, quod Cardinalis Caietanus de curſu na-
uigationis opponit, dum exiſtimat, non potuiſſe naues Hirami Salo-
77 monis claſſi, quae in mari rubro erat, iungi, quia illa in Tyro Phae-
78 niciae vrbe erat, nec veriſimile ſit, quod per totum mare mediter-
raneum, et fretum Herculeum omnem Africae oram ſuperato bo-
nae ſpei promontorio circumnauigarit, et ſe intra anguſtias maris
79 rubri ſtiterit. His addit KECKERM. *d. l.* quod ſi in orientem naui-
gandum fuiſſet, quid opus naues in mari Sidonio conſtruere? Reſp.
littus illud, vbi claſſis constructa, ad mare rubrum fuiſſe, ſcilicet in A-
80 ſiongaber et Arlath, quae eſt in terra Edom. 2. dicit VARRER. *d. l.*
81 quanquam obſcure, et poſt eum FR. VATABL. *ad. 3. Reg. 9.* et IOH.
ISAAC. PONT. clarius, naucleros Reges Hirami ex inſula ſinus Perſici
82 Tyro dicto, non ex Tyro, Sidoniae vrbe, ad mare mediterraneum
Salomoni ſuiſſe miſſos. De hac inſula teſtatur STRABO *d. Sin. Perſic.*
83 ibi: *Tyrus inſula in alto mari verſus Auſtrum iacet.* PTOLOMAEVS *in
tab. Geogr.* idem ſtatuit, et eam in exitu ſinus Perſici vbi dilatatur,
84 collocat. STEPHANVS *de vrbib.* ait: *Eſt et Tyrus, inſula in mari Erythraeo.*
Vel 3. ſi adeo praefracte Tyrus Phaeniciae vrbs deberet intelligi, non
85 abſurdum eſſet, dicere, quod Rex Tyri materiam dolatam nauibus
86 aptam, camelis ſuperato Iſthmo inter duo maria interiecto, in Aſiongaber
deportari, et poſtea compingi curarit. Quomodo olim Sultani Ae-
87 gyptii et hodie Turcae, ſi claſſes ibi reficere volunt, facere ſolent. VAR-
RER. *d. l.*

88 In ſecunda Monarchia Perſarum non occurrit de inſigni na-
uigatione hiſtoria.

In

In tertia vero Graecorum Monarchia, et medio mundi ſe- 89
culo, cum Graecis, Romaniſque vna tantum continens, quam Euro-
pam, Aſiam, Africam dixerunt, cognita fuit, ea circumnauigata eſt.
CLVVER. *lib. 1. introd. Geogr. 13.* Etenim maiorem partem Meridiana- 90
lis, Orientaliſque Oceani Alexandri M. victoriae luſtrauere, vsque in
Arabicum ſinum. PLIN. *lib. 2. cap. 97.* Poſt ipſum Seleuco atque An- 91
tiocho regnantibus, ab ortu ex Indico mari ſub eodem ſydere pars to- 92
ta vergens in Caſpium mare, pernauigata eſt Macedonum armis. Cir-
ca Caſpium quoque multa Oceani littora explorata, paruoque bre- 93
uius, quam totus, hinc aut illinc Septentrio eremigatus. PLIN. *d. l.* 94
vbi dicit, huius ingens argumentum eſſe paludis Maeoticae, ſiue ea il-
lius oceani ſinus ſit, ſiue anguſto diſcreti ſitu, reſtagnatio. ID. *d. l.*
Sub hoc tempore florentibus Carthaginis rebus Hanno a Gadibus cir- 95
cumuectus ad fines vsque Arabiae, eam nauigationem ſcripto prodidit.
PLIN. *d. l.* MARIAN. *hiſtor. Hiſp. lib. 1. c. 21.* L. Caelius Antipater, qui 96
tempore ſecundi belli Punici vixit. IOH. GERH. VOSS. *lib. 1. de hiſtor.* 97
latin. c. 8. tradit, memorante PLIN. *d. l.* quod viderit, qui nauigaſſet
ex Hiſpania in Aethiopiam commercii cauſſa. Praeterea Cornelius Ne- 98
pos auctor eſt, Eudoxum quendam ſua aetate, (vixit autem aetate Iulii
Caeſaris Dictatoris, IOH. GERH. VOSS. *d. hiſtor. latin. lib. 1. c. 14*) quum
Lathyrum Regem fugeret, Arabico ſinu egreſſum, Gades vsque pro- 99
fectum. PLIN. *d. l.* Idem C. Nepos tradit de Septentrionali circuitu, 100
Q. Metelli Celeris Afranii in conſulatu Collegae, ſed tum Galliae Pro-
conſuli Indos a Rege Suecorum dono datos, qui ex India commercii
cauſſa nauigantes tempeſtatibus eſſent in Germaniam abrepti.

Sub quarta demum Monarchia latius gentium terrae, in pri- 101
mis Romanorum, ſtudium in nauigando emicuit. Septentrionalis e- 102
nim Oceanus maiore ex parte nauigatus eſt auſpiciis Diui Auguſti,
Germania claſſe circumuecta ad Cimbrorum promontorium, et inde im-
menſo mari proſpecto, aut fama cognita ad Scythicam plagam, et hu-
more nimio rigentia. PLIN. *d. l.* intelligit maritimas expeditiones 103
Tiberii, Druſi et Germanici, in primis Druſi, de quibus TACIT. *in*
Germania ibi: ipſum quin etiam oceanum tentauimus, et ſuper- 104
eſſe adhuc Herculis columnas, fama vulgauit, ſiue adiit Hercules, ſi-
ue, quicquid vbique magnificum eſt, in claritatem eius referre conſen-
ſimus. Nec defuit audentia Druſio Germanico, ſed obſtitit Ocea-
nus

Digitized by Google

105 nus in ſe ſimul atque Herculem inquiri. Promontorium illud Cim-
brorum, quod hodie *Schagen* vocatur, eſt iuxta Iutiam, a qua non
procul *das Cattegath*, ſinus famoſis ſyrtibus et vadis Anhold, Tren-
106 del nobilis. Spectatur ibi excelſa rupes, quae nautis Col vocatur, et
putatur Herculis columna eſſe, ſic dicta Col ab Hercule, mutilatis ſyllabis.
IOH. ISAAC. PONTON. *in obſeru. ad tr. de glob.* ROBERTI HVES *pag. 59.* Da
107 *lechamp. ad* PLIN. *lib. 2. c. 67. lit. a.* Tempore Tiberii, Caeſaris, Auguſti
filii, ſigna nauium ex Hiſpanienſibus naufragiis in Arabico ſinu feruntur
108 agnita. PLIN. *d. l.* Demum ait PLIN. *in pr. c. 67.* ſuo tempore, vixit au-
tem tempore Traiani, VOSS. *de hiſtor. lat. lib. 1. cap. 29.*) a Gadi-
109 bus columniſque Herculis Hiſpaniae et Galliarum circuitu totum na-
110 uigare occidentem. Hae nauigationes poſteriori tempore interce-
dentibus grauiſſimis Romanorum bellis, interna diſſenſione, popu-
111 lorum defectione, et eam ſequuta ab exteris imperii vaſtatione, illo-
que poſtea in orientem translato, coeperunt aliquamdiu intermitti.
BALT. EXNER. *in Val. Max. Chriſt. l. 7. cap. 2. n. 3. 4.* Primum Ve-
112 neti paulo ſupra noſtram aetatem mare Hadriaticum ingreſſi, deue-
ctique per mediterraneum Alexandriam vſque, et hinc aliquantu-
lum terrae emenſi per ſinum Arabicum, ad Indorum populos profici-
113 ſci coeperunt. Hodie cum haec via Sultano Aegyptio, aliiſque in-
114 feſtior deprehendatur, Antiochiam Syriae metropolim, (Aleppo hodie)
portati tendunt, per terreſtre 450. milliarium iter Babylonem, Aſſy-
115 riae vrbem. Hinc milliar. 430. Balſaram, inde mill. 200. Ormuzam,
(hodie Ormus) nobiliſſimum Perſiae emporium, vbi conſcenſis naui-
bus, in quaſuis Indiae regiones vehuntur. Hoc iter maritimo Luſi-
116 tanorum de quo ſtatim dicetur, breuius eſt, vt res ipſa, et milliari-
um docet computatio, delectabilius etiam occurrentibus paſſim anti-
quarum vrbium monumentis, et nouorum populorum ritibus, prae-
117 terea commodius, offerente ſe quotidie recenti cibo potuque, et tutius
nemine infeſtante: quum contra maritimum ſit flexuoſius, terreſtri
Venetorum triplo maius, taedioſum, quod nil niſi coelum videtur, et
118 quotidie certandum eſt cum tempeſtatibus, ſaepe etiam cum fame et
ſiti, pane mucido et foetida vermibuſque infecta aqua, ſi haberi modo
poſſit ſedanda. PAVL. MERVL. *diſſert. ne mar. cap. 1. p. m. 143.*
119 Poſt Venetos Luſitani temporibus infantis Henrici et Iohan-
nis Portugalliae Regis ſecundi, aliud iter in Indiam et regna Sinarum

ſu n

ſunt moliti. Nam primi mare Atlanticum nauigantes, cunctae Mau-
ritaniae et Æthiopiae ora vsque ad promontorium bonae ſpei, circumita
luſtratisque, quae aequatori et tropicis ſubiectae, terris, in Indiam et Si-
nam viam aperuerunt. VARRERI *in d. opuſc.* Hos ſequuti ſunt Angli, et 120
Anno *1595.* Octobri menſe Bataui, Iauam inſulam circumuecti.

Reſtabat adhuc vaſtum verſus occidentem pelagus igno- 121
tum mortalibus et inacceſſum, niſi ex longinquo et dubiis hiſtoria-
rum ſcriptis, fabulisque eius quaedam fama. Primus Chriſtophorus 122
Columbus ex ſyderum ſcientia coniectauit, alium ſupereſſe orbem. Ad
eum detegendum ſpretam eius poſſim a principibus Italiae operam,
vtpote rei nullius pretii, difficilis et ambiguae, impenſuram, Ferdi- 123
nandus Caſtiliae rex amplexus, et Columbum ad quaerendum nouum
orbem paucarum nauium ſubſidio inſtructum, an. *1592.* emiſit. Is e-
uentus potitus ſubito inuidiam Hiſpanorum ſenſit. Qui vt laudem e- 124
ius imminutum irent, inuentionem Columbum in Africae inſula Made-
ra ab aegroto quodam nauarcho Hiſpanico, cui nomen Antonii San-
chez de Huelua BERNH. ALDRET. *l. 4. d. var. antiq. c. 17.* facit, didi- 125
ciſſe; MARIAN. *lib. 26. hiſt. c. 3.* pars eam non ita factu difficilem fuiſ-
ſe, imo iam olim nouum orbem priſcis cognitum fuiſſe, non erubue- 126
re proferre. Sed euanuit ex ſeipſo ficta in inuidiam de nauta Hiſpa- 127
nienſi fabula. Alterum facilitatis adſertum Columbus ipſe ignaros 128
Hiſpanos artis, qua ouum ſtare facerent, ingeniculando, vt facile ſi
ab aliis viſa et inuenta quis imitaretur, edocuit, ſimul eos vt rei in-
ueniendae inidoneos eludens. BENZO *d. occup. Ind. lib. 1. c. 5.* SALM. 129
ad Pancir. par. poſt. cap. 1. pag. 22. Caeterum manſit ambiguum, et eſt
hodie inter doctos non leuis concertatio, an America ſeu nouus orbis
priſcarum nauigationibus aditus et frequentatus fuerit? Adſtruunt il-
lud magni nominis viri. MVNSTER. *lib. 1. Coſmog. c. 28.* ABRAH. VON 130
DER MYL. *tr. de Ling. Belg. c. 25. ſ. 106.* LIPS. *2. phyſ. Stoic. 19.* KECK.
lib. 2. ſyſt. Geog. c. 4. ſ. 4. HEIDM. *manud. ad Europ. geog. vet. c. 2. n.*
67. BES. *coniect. d. nou. orb. n. 10.* LANS. *conſ. Europ. pro Hiſpan. pag.*
467. CLVV. *lib. 6. intr. geog. c. 11.* Fundamenta partim ex veterum 131
vaticiniis, partim ex nauigationibus et ſcriptorum auctoritatibus, de-
ſumunt. Inter vaticinia reperiuntur, quae ex Sibylla Cumana apud
VIRGIL. *Bucol. 4.*

Digitized by Google

132 *Alter erit tum Typhis et altera quae vehat Argo*
Delectos Heroas
133 et alias AENEID. *6.* habentur.
- - - Iacet extra Sydera tellus,
Extra anni, ſoliſque vias: vbi caelifer Atlas
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.
134 Simile SENEC. *in Med. ad fin. actus 2.*
Venient annis ſecula ſeris.
Quibus oceanus vincula rerum.
Laxet, et ingens pateat tellus.
Typhisque nouos detegat orbes:
Neque ſit terris vltima Thule.

135 Eo referunt BENIAM. TVDELENS. et alii, quae apud ESAI. *cap. 18. v. 1. 2.* de gente terribili trans flumen Aethiopiae, et *Obad. v. 20.* de transmigratione Hieroſolymae in Sepharad leguntur. II. Nauigatio-
136 nes veterum allegant illas, quarum *n. 6. 94. ſupr. et ſeq.* mentio facta,
137 nempe 1. Salomonis in Ophir, 2. Hannonis Carthaginenſis, 3. Iam-
138 buli graeci mercatoris, DIOD. SICVL. *lib. 2. bibliotb. n. 55. 4.* Eudoxi Cyziceni, et 5. erroris Menelai. STRAB. *lib. 2.* Auctoritates quod attinet apud Platonem *in Crit. et Timae* cui conſentit PLVTARCHVS *in Solone*, narrant ſacerdotes Aegyptii Soloni, inſulam fuiſſe quondam contra fretum Herculeum, Africa ſimul et Aſia maiorem, nomine Atlantidem.
139 Illam introrſum late patuiſſe et ex ea tranſitum fuiſſe ad alias Inſulas, ex his iterum ad oppoſitam continentem, hanc immani terrae motu
140 hauſtam, et inde mare immeabile factum. Idem de tali inſula DIOD. SICVL. *lib. 5.* tradit, addens illius inſulae ſolum amoenum et frugiferum fuiſſe, et ſcribit MARS. FICIN. *in arg. crit.* hoc in Aethiopum hiſtoriis
141 annotatum reperiri. Haec inquit BESOLD. *d. l. num. 10.* optime Americae conueniunt, ideo, quod eius fragmenta ex inundatione Canariae Inſulae iuxta Africam exhibeant. Ita olim ex illa fuiſſe tranſitum in
142 inſulas, quae continenti praeiacent, ſcilicet Cubam, Hiſpaniolam &c. et ex his in continentem, nempe Peruanum, vel Mexicanum tractum.
143 Praeter haec ARISTOTELES *vel* THEOPHRASTVS *in Libell. d. mund.* ſcribit, in Atlantico mari Carthaginenſes olim ventis abreptos Inſulam vl-
144 tra Gades reperiſſe longe maiorem cognitis tunc temporis habitati orbis partibus, et ſub capitis poena ſanxiſſe, ne quis eam adiret. SIM.

MAIOL.

Digitized by Google

MAIOL. *par. 1. dier. canicul. coll. 14. fol. 472.* Non diſſimile eſt, quod 145
AELIAN. *var. hiſtor. lib. 2. c. 18.* refert, Midam a Sileno didiciſſe, con-
tinentem vnam extra mundum hunc et magnitudinem infinitam, im-
menſamque eſſe. Eo tendit PLVTARCH. *in tr. d. Imag.* dum narrat, ſi- 146
bi vltra Ogygiam inſulam maximam terrae continentem oſtenſam. HO-
MERVS etiam *1. Odyſſ.* orientales et occidentales facit Aethiopes. SENEC. 147
in ſuaſor. 1. ait, fertiles in Oceano iacere terras, vltraque oceanum rur-
ſus alia littora conſpici, alium naſci orbem.

Verum ſi haec penitius conſiderantur, parum praebent opi- 148
nantibus praeſidii. Vaticinia valde dubia ſunt. VIRGILIVS de inſulis 149
maris iuxta Atlantem, in Africa magno numero ſitis, poteſt intelligi.
SENECA non de certo aliquo orbe, ſed orbibus et inſulis loquitur, imo
caſu et poetice illa protulit, necquaeritur, quid futurum ſit? ſed an
iam nouus orbis cognitus fuerit? ESAIAE et OBADIAE loca ex inſpectio-
ne patet, vt aliena adduci. Nauigationes autem veterum ex ſacris et 150
profanis hiſtoriis petitae aeque minus hoc euincunt. Nam vt *ſupra* 151
n. 53. demonſtratum, illae in Indiam orientalem, non occidentalem de 152
qua nunc ſermo eſt, directae fuerunt. Non negatur quidem, veteres 153
aliquando noui orbis meminiſſe, ſed accipiendum id eſt de India ori-
entali et aurea Cherſoneſo, quae tunc temporis illis ita dicta fuit, at- 154
teſtante PLIN. *lib. 6. natur. hiſt. 22.* IOSEPH. ACOSTA *lib. 1. hiſt. des In-* 155
des cap. 11. CORNEL. WYTFLIET *in deſcript. Ptolemaic. fol. 13.*
Imo hae nauigationes caſu potius, quam conſilio, contigerunt, 156
nec certi aliquid ad poſteros de illis translatum eſt, vnde iam
olim Strabo Eudoxi nauigationem, tanquam fabuloſam, exploſit.
VAR. *d. l. ſſ. nec illi.* Auctoritates etiam nihil huc faciunt. Pla- 157
toni narrata, et a DIOD. SICVL. FICM. BESOLD. ſtatumanita
inſula fabulam ex eo prodit, quod a Gratia puero inter cantilenas au-
dita ſit, vel credendum, Platonem ciuitatis incrementum et exitium
per picturam voluiſſe demonſtrare, aut ſi illa ſubmerſio vere facta, de
generali cataclyſmo exaudiendum eſſe. Alias tam vaſtam terrae mo- 158
lem pelagus abſorbere potuiſſe, vt nulla manſerint veſtigia, vix fi-
dem facit. ARISTOTELIS liber dubiae fidei et auctoris eſt, AELIANVS, 159
PLVTARCHVS, SENECA, de inſulis veluti fortunatis, Heſperdibus, et 160
aliis non incommode accipiuntur. HOMERI Aethiopum diuiſio non de

 diſtantia

Digitized by Google

161 diſtantia terrarum, ſed de tranſitu Nili, ſumitur, cuius ratione alii cis,
alii vltra habitantes orientales, dici poſſunt.

162 Recte ergo cum SALMVTHO *ad nou. repert.* PANCIROL. *P. poſter.*
c. I. p. 19. IACOBO MARTINI *diſp. miſcel. fol. 599.* dicimus, nouum
hunc orbem in ſecreto diuinae mentis latuiſſe, nec veteribus eum
163 cognitum fuiſſe. Idem dicunt THVANVS *lib. 1. hiſtor.* IOSEPH. ACOSTA
in lib. 1. hiſt. des Indes cap. II. IOH. ISAAC. PONTAN. *in commun. 1.* AD
164 VARRER. SNELL. *in praef. de hiſtiodrum.* Cauſſam huius rei non opus
165 adducere Carthaginenſium edictum, quod nullum potuit eſſe, aut a
Bonifacio Papa rationes diſputationis ſuper eo non capiente epi-
ſcopo, qui nouum orbem exſtare defenderat, iuxta IOH. WALCH. SCHORN-
166 DORFF. *in decad. fab. 9.* Impoſitum ſilentium, vel barbarorum in
imperia Graeca et Romana inuaſiones, et ſequuta excidia, ſed ſolius
167 omnipotentis Dei voluntatem, qui regnis et imperiis initia, ſigna,
progreſſus et periodos ſtatuit. ESDRAE *lib. 4. c. 4. v. 37.* DANIEL *2. v. 21.*
168 *actor. 1. n. 8.* BESOLD. *in coniect. n. 3. 4.* Huius gratia nouus orbis de-
tectus eſt, et eadem gratia ſeminaria eccleſiarum et ſcholarum in eo
coeperuut inſtitui. BOTER. *in Relat. 4. lib. 3.* PHILIP. NICOLAI. *d. regno*
Chriſti. cap. 1. THVANVS *lib. 1.* THOMAS CAMPANELL. *de Monarchia Hi-*
169 *ſpanica c. 31.* Sicut tempora et eorum vices in manu domini, ita et
170 perſonae, quas inuentionis laude dignari vult. Hoc modo ſyderum
ſcientiam Columbo indidit. Hic ad Geographiae et Aſtronomiae
praecepta globo examinato, neceſſe putauit nauigato oceano in terram
incidere.

171 Primus igitur, qui hunc nouum orbem inuenit, ſaepe dictus
Chriſtophorus Coloneus, vulgo Columbus, Ligur. ſeu Genuenſis fuit.
vir ingentis animi captu, eruditoque iudicio, ipſo Hercule maior.
172 IOVIVS *lib. 34. hiſt.* Is de voluntate Ferdinandi et Iſabellae regum Ca-
ſtiliae An. 1492. e Gadibus ſoluens, ſe ventis committens, et fortunae
173 ingentem inſulam Hayti, quam Hiſpaniolam vocauit, primum dete-
xit, mox ſecunda nauigatione dominicam, totumque Antillarum Ar-
chipelagus; tertia deinde nauigatione Pariam, et Cubam inuenit, poſtmo-
dum Fonduram et occidentalem Indiae Iſtmum attigit. BENZO. *in lib. de*
174 *occup. nou. orb.* Ianua ita patefacta, Americus, Veſputius Florentinus,
175 auſpiciis Emanuelis regis Portugalliae CLVVER. *in Ind. Geogr. lib. c. II.*
176 hoc iter anno 1497. ſuſcepit, et vltra aequinoctialem nauigans, et
ad

Digitized by Google

ad Moluccas tranſitum quaerens, ad ingentem continentem felici Sy-
dere delatus, Americam a ſuo nomine nuncupauit. GERH. MERCAT.
in Mapp. Americ. Poſtmodum ſub Carolo V. Ferdinandus Corteſius 177
anno 1518. ad poſtremum occidui littoris ſinum delatus, ad Mexicana
regna terreſtri itinere contendens, ſubactis Indis, Themiſtitana vrbe
(*hodie Mexico*) potitus eſt, indito regno a ſua natione nomine, nouae
Hiſpaniae. IOV. *lib. 34. hiſtor. in fin.* Non ita multo poſt BLASCVS 178
NONNIVS, diu Pariae et Darienae littora legens, ſub eodem Caeſare re-
perit Iſthmum ad Vrabanum ſinum, quo ingentia maria dirimuntur.
Sed delinitus muneribus regulorum illius tractus in adfectati regni 179
ſuſpicionem veniens pro laude et praemio factae operae capite poe-
nas luit. IOV. *lib. 34.* EXNER. *in val. ch. lib. 7. c. 2. n. 3* Hinc cum in-
ter Luſitanos, verſus orientem; Caſtellanos autem in occidentem po- 180
moeria ſuorum principum pro virili promouere annitentes, diſſidium
eſſet ortum, ne alteri alteris inuidiae eſſent, auctoritate Alexandri VI. 181
Papae nouus orbis in duas partes eſt diſtributus. LAERTIVS CHERV- 182
BINVS *in Bull. Pontif. §. 6.* ſcriptis legibus et conditionibus, vt quid-
quid inſtituta ab Atlanticis maris inſulis, quae Heſperidum dici ſo-
lent, nauigatione, orientem verſus reperiretur, Luſitanorum eſſet; 183
quidquid ad occidentem, Caſtellanis cederet. Sic horum beneficio
pernotuit America, ita illorum orientis pleraque et Moluccae inſu-
lae lucri ſtudio lapſu temporis excurrentium, vt dicerentur etiam 184
perrumpere in adiudicatam Caſtellanis portionem, quae controuer-
ſia decidi non potuit, niſi Ferdinando Magellano, quaſi iudice. Hic
enim Luſitanos odio in Emanuelem ſuum Principem ob non bene 185
penſatam, quam ipſi nauarat, operam, exſtimulatus, dicens, Moluccas 186
ex facta diſtributione pertinere ad Caſtellanos anno 1519. auſpiciis Ca-
roli V. ad quaerendum dimiſſus alia via inſulas, quas dixi, ita naui-
gationem ſuam temperauit, vt ex Hiſpania in Auſtraliora coeli ſpatia 187
ad gradum latitudinis 52. delatus, et inde conuerſa ad occidentem.
Solem claſſe, per inferius haemiſphaerium immenſo coeli mariſque tra- 188
ctu ſuperato, ſub orientem Solem primus fretum, quod nomen a
primo luſtratore nactum inter Americam et incognitam terram auſtra- 189
lem tramenſus, ad Moluccas inſulas, quas quaerebat, tandem naues 190
eius peruenerint: Ac inde per ſuperum haemiſphaerium praeterue- 191
cti eius Socii, littora Aſiae et Africae quatuor nauibus amiſſis, cum

Digitized by Google

192 vna ſuperſtite, quae victoriae nomen habuit, in Hiſpaniam redie-
193 rint, ipſo Magellano in conſpectu fere Moluccarum, quas non attigit, ſed loco illarum immenſi tractus inſulas Iauanem, Pornem et Subatham, ex quibus Moluccae monſtrabantur, commiſſo cum Manthane inſulae
194 regulo, et caeteris barbaris praelio occiſo, ſibi et nunciis ſociis, qui
195 in reditu contra Praxium promontorium a Luſitanis Heſperidum praeſidibus cuſtodiae dati. IOV. *d. l. in fin.* Admirandi et a nemine mortalium tentati facinoris, occaſionem dedit gloriandi terrae globum pri-
196 mum a ſe circinatum. *Vid. hoc prolixe et eleganter deſcribentem* IO-
197 VIVM *lib. 34. hiſtor. in fin.* GERH. MERCAT. *in Attl. mai. ſub mapp. Molucc. et magell.* BERT. *in deſ. fret. magell.* SALMVT. *ad* PANCIROL. *d. l.*
198 Poſt hos Franciſcus *Drake*, anno 1577. ex Plimoutho ſoluens, ſub auſpiciis Eliſabethae Reginae Angliae fretum Magellanicum pertranſiit, et circumnauigato tribus plus minus annis toto terrarum orbe, anno 1580. domum reuerſus eſt, occupata in itinere inſula, cui Virgineae nomen
199 ab Eliſabetha, Angliae Regina, indidit. Idem THOMAS CANDISCHIVS Anglus An. 1586. tentauit. Nam ex Suffolcia ſoluens, ingreſſus fretum Magellanicum, iuxta Peruuiae oras aliquoties cum Hiſpanis conflixit, ablatisque illis pretioſarum rerum ſpoliis, ad Caleforniam cum naui regia per Philippinas, Moluccas, et Promontorium b. ſpei poſt biennium
200 rediit. Hos aemulati An. 1595. Batavi, et inter eos omnium primi IACOBVS MAHV et SIMON DE CORDES, et hos proxime inſequutus OLI-
201 VERIVS DE NOORT, qui ſimiliter per Magellanicum fretum mare pacificum ingreſſi, ac orbem terrarum circumuecti, ad ſuos redierunt.
202 METER. *lib. 14. c. 1.* quum autem Ann. 1598. I. DE WERTH qui idem tentaſſet, repetere fretum coactus fuiſſet, et domum inglorius redire; vt
203 taedioſus per tot anfractus Magellanici freti tranſitus vitaretur. Anno
204 1615. IACOBVS LE MAIRE Amſteldamenſis cum duabus nauibus, ad id deſtinatis, relicto ad dextram freto Magellanico nouum et facilem tranſitum inuenit, et de ſuo nomine fretum LA MAIRE indigitauit. Com-
205 perta tanti tranſitus opportunitate, Rex Hiſpaniarum triennio poſt eo Iohanem Morum amandauit, hoc fine, vt quia ille tranſitus ſine ſyrtibus et periculo eſſet, eum impoſito praeſidio clauderet. Sed po-
206 tentiorem eum eſſe opinione ſua deprehendens, conatu deſtitit IOH. ISAAC. PONT. *in commou. 3. ad* KECK. *probl. p. 426.* Horum Argonau-
207 tarum nauigationes ſi quis cum Iaſonis Theſſali expeditione in Colchidem

Digitized by Google

dem compararit: prae his flocci illa erit, et indigna adnotatione. Quip-
pe ex Graecia duntaxat per Pontum vectus, paucorum dierum iter ha- 208
buit. Hi per inferius haemiſphaerium in orientem penetrantes, rur- 209
ſus in occidentem per ſuperius haemiſphaerium, circumnauigato toto
orbe, vltra Herculis Columnas inacceſſas vias repererunt. Digna Ma- 210
gellani nauis quae inter Sydera, Argo eiecta, ponatur. Meretur enim inter 211
Sydera poni, quae terris et aquis ſuperior, vltra ea nihil intactum re-
liquit.

Sic in omnium oculis et mente ſemper obuerſabatur oriens, 212
et in eo Moluccae. Ideoque quum obſeſſa eſſent illuc itinera, hinc ab
Luſitanis, inde a Caſtellanis; aliis inueniendis operam varii dede-
runt. CASPARVS CORTESIVS verſus Septentrionem anno 1500 pro fre- 213
to quod quaerebat, fluuium inuenit ad 60. altitudinis gradum; et
domum reuerſus, quum anno ſequente, proſperioris ſucceſſus ſpe,
profectus eodem eſſet, periit; cuius fatum ſequutus non multo poſt
MICHAEL CORTESIVS, eius frater. Sebaſtianus Gabottus Venetus auſpi- 214
ciis Henrici VII. Angliae regis, anno 1507. iter ad Moluccaeas et Si-
nas quaeſiuit per Septentrionem: Sed detecto Bacalaorum tractu, a-
quasque permenſus vsque ad 67. altitudinis gradum, in Angliam re- 215
verti fuit coactus ab aduentitia glacie, quae in anguſtioribus locis ma-
rinis ibi aquis innatabat. IOANNES VERASANVS anno 1524. nomine 216
Franciſci Galliarum Regis idem animo verſans, ad caput Baitannorum,
terram cum ſuis ingreſſus in cibum barbaris eſt conuerſus. Ibidem
fruſtra fuit anno 1625. SEBASTIANVS GOMEZIVS, HISPANVS, qui, parum 217
reportans gloriae, barbaros aliquot inde ſecum abduxit. Succeſſe-
runt illis Angli: et inter eos primus HVGO WILLOVGBAEVS, vir eque- 218
ſtris ordinis, qui anno 1553. repertis aliquot ad gradum 72. terris,
frigore aliisque incommodis cum ſuis periit. Eandem perſequens
viam triennio poſt Stephanus Berrouaeus, *Anglus*, inſulas aperuit 219
Galgoieuiam, Nouam Zemblam, aliasque, depugnare coactus cum fri-
gore, glacie, tempeſtatibus, aliisque calamitatum procellis. Hos e-
iusdem gentis ſequuti MARTINVS FORBISHERIVS, Arcturus Pettaeus, 220
Carolus IACKMANNVS, et Ioannes DAVISIVS: quorum primus, quum
anno 1576. ob glaciem parum praeſtitiſſet, ſequenti fretum inuenit 221
ad gradum 61. quod an peruium, pernouiſſe nequiuit; Medii vero 222
idem ad orientem iter anno 1580. moliti nouae Zemblae littora fece-
runt

Digitized by Google

runt notiora; poſtremus denique anno 1585. et ſequente patefecit Bo-
223 realiora Americae; et oras Gronlandiae omnes, pleniore quaeſitorum
cognitione negata, ab glacie frigoribusque ad ſedes ſuos repulſi. Ordo
tandem in Borealis Neptuni genium inquirendi venit ad Batauos et
224 Zeelandos; qui anno 1594. auſpiciis ordinum foederatarum prouinci-
arum et illuſtriſſimi Comitis Mauritii, maris praefecti, ſeptentriona-
le hoc iter verſus Scytharum Sinarumque regna, menſe Iunio, Pente-
225 coſtes die ſuſceperunt. Quum ad nouam Zemblam iunctim ſecundo
ſatis flatu perueniſſent naues Amſtelodamenſes, quarum cura Guiliel-
226 mo BARENDSONIO mandata erat, verſus polum adſcendentes, inſulae,
quam dixi, littora ad 76. vsque gradum penitius, et quam vnquam
antea, diligentius explorarunt, reliquae Enckhuſana vna, altera Zee-
227 landa, quibus praeerat IOANNIS HVGONIS F. LINSHOTANVS, qui ſe-
ptennium iam apud Indos fuerat moratus, fretum Vaigatium perna-
uigantes, in altum latumque pelagus ſunt delatae, ad confinia vsque
228 Oby, nobiliſſimi Tartariae fluuii, et, vt nonnullorum erat coniectura,
ad promontorium fere Tabinum. Sed quum harum Argonautae ſuf-
ficere putarent Oceanum Tartaricum ſe ſatis ad futuram nauigatio-
229 nem rimatos: illarum vero obſtante, quae aquis circa littora innata-
bat, glacie, vlterius ire nequirent; tertio menſe reuerſi ſunt inco-
columes. Anno deinde ſequenti ſeptem in eundem finem adornatae
230 fuerunt naues, quinque in Hollandia, duae in Zeelandia: quarum ve-
ctores eorundem auſpiciis, ductu vero variorum, inter quos primi
loci dictus Guilielmus, ſublatis XIV. Kalendas Quinctilis anchoris,
231 quum iterum proſpero curſu anguſtias Vaigatias ſuperaſſent, ab Ruſ-
ſis, quorum nonnullis omnia ibi cognita erant, viſa et ſulcata, didi-
232 cerunt, inter alia, fretum certo anni tempore ab nauigantibus tranſ-
iri poſſe; quintidui ab eo itinere verſus Boream promontorium eſſe;
quod tranſgreſſis occurrere, inclinans ad Eurum, ingens et ſpatio-
233 ſum mare. Sed quum alias huius rei incerti manerent, Hollandiam
repetentes, Moſam quarto menſe, fauente DEO, ſunt ingreſſi. Anno
denique 1596. iterum cum duabus nauibus, mercatorum apparatu,
234 eandem nonnulli tentantes viam, quum itinere III. Nonas Maii in-
ſtituto, euecti eſſent ad gradum 80. minut. XI. in littora inciderunt
vaſta et ampla, quae Gronlandiae putabantur ob viriditatem. Nam
licet terra ibi, quocunque tandem nomine cenſenda, polo vicinior,

et

et eam ob cauſſam, vt vulgo perſuaſum hactenus, frigidior; gramen
nihilominus herbasque deprehenſa fuit producere voluntarias: et
paſcere ceruos, aliaque id genus animantia, herbis veſcentia: quum e di-
uerſo in Noua Zembla, gradu 76. et ab Arctico verſus aequinoctia- 235
lem ſolisque viam remotius, omnia areant; campis paſſim canenti-
bus, vrſis, vulpibus, aliisque beſtiis, omnia ibi infeſtantibus. Quin-
quageſimo ſexto, poſtquam ſoluerant, die, reuecti ad 75. gradum, 236
communibus ſuffragiis disiuncti; vni quidem verſus Septentrionem
ad 80. gradum reuerſi, ob continuas tempeſtates Colam, (Lapponum 237
eſt oppidum) ſalua naui, remearunt; alteri vero poſt infinitas calami-
tates et inextricabiles fere periculorum ab feris, frigore, fameque
caſus, quum in Nouazembla gradu altitudinis 76. exſtructo, vt pote- 238
rant, tugurio, nouem aut circiter menſes haeſiſſent, relicta inter gla-
ciales Oceani montes naui, Nauarchoque Guilielmo Barendſonio ibi
defuncto, cum duobus lembunculis emenſi aequor quadringentorum
milliarium, Colam multis difficultatibus conflictati, ad nauigationis ve- 239
nerunt ſocios; cum quibus in communem nauem recepti, in Hollan-
diam anno 1597. Nouembris initio reuenerunt, quum nomina variis 240
portubus inſulisque in ſingulis expeditionibus reliquiſſent.

Ita hodie vel ad occidentem vel orientem, aut praeteruecti 241
caput b. ſpei Eurum verſus, aut obuerſis ad Africam proris, per Ma-
gellanicum fretum in Americam nauigamus. An quid eo nauiganti- 242
bus verſus Corum et Septentrionem pateat itineris, adhuc ignoratur:
Nihil enim a praedictis relatum certi. Verſus Boream patere per an- 243
guſtias Vaigatias, vel potius ſupra ſumma Nouae Zemblae littora, in-
dubitatum. Alterutra ſane neceſſe eſt via delatos fuiſſe tempeſtatibus 244
in Germaniam Indos, anno ab V. C. 691. quos ab Sueuorum Rege da-
tos Q. Caecilio Metello, Galliae Proconſuli, notat Plinius. Anguſtias
enim illas non ſemper ab glacie obſeſſas eſſe, iterata nauigatione no- 245
ſtrates didicerunt, cum ipſi Auguſto menſe prorſum verſumque tra- 246
nantes, tum ex annuis inter Ruſſos, Tartarosque, illarum beneficio
vtentes, commerciis. Sed tutiſſimum, pleniore altiorique mari de- 247
currere, et ſeptentrionaliora Nouae Zemblae littora circumnauigare
ad 82. aut circiter altitudinis gradum. Difficile hoc, tentetur modo.
Non obſtabunt tenebrae; nam vt noctes ibi longae, ſic longae etiam, 248
et ex multis compacti diebus dies: non glacies, quae in alto et vaſto 249

mari rarior et prorſus ex proximis littoribus aduentitia: non frigus, quod eo loco deprehenſum mitius, quam gradu 76. et circiter; in-
250 tendi ſuetum et augeri non ob Poli vicinitatem, ſed nunc in his nunc in illis locis ob glaciei, terris vel adhaerentis vel abſciſſae et cum marinis aquis miſtae, copiam: non vada, non ſyrtes; omnia enim al-
251 ta et profunda docuerunt promiſſae paſſim a nauarchis noſtris ad fundum lineae: non venti, qui, vt alibi, ſic iis in locis, nunc aduerſi nunc ferentes; niſi quod, quam alibi, vehementiores; Sol enim in-
252 de remotior vapores non facile conſumit, ſed magis eos eleuans, ventis praebet alimenta: non denique moleſtiam conciliabit iter longum; quum enim ſub aequinoctiali longitudinis gradui tribuantur 15. millia-
253 ria, et progrediundo vel meridiem, vel ſeptentrionem verſus, ſemper minus, adeo vt loco, quem dixi, in gradum tantum tria computentur; quum item Promontorium ſit Tabinum ex veterum mente gradu
254 longitudinis 172. ſequitur, paullo minus eſſe ducentis ab Noua Zembla vsque ad Promontorium, cuius facta mihi mentio, milliaribus; quae ferente vento confici poſſent paucorum dierum ſpatio; accedente Ruſſorum relatione, qui quintiduanum iter adſerunt a Freto Naſſouio
255 vel Vaigatio vsque ad promontorium quoddam, quod non nominant, Tabinum procul dubio; et inde omnia vergere in meridiem. Haec
256 ex PAVL. MERVL. *diſſert. d. marib.* GERH. MERCAT. *in Atlant. ſub mapp. poli Arctic.* BERT. *in Coſmogr. ſub pol. arct.* verbotenus adſcribere volui, vt hiſtoria repertarum intra ſesquiſeculum nauigationum plenior eſſet. Quid vlterius Hollandi egerint, id ex *Continuato Meterano vsque ad 1638.* hauriri poteſt.

257 Occaſione circumnauigati toties orbis ad meliorem eius intellectum lubet iucundum pariter et vtilem ſubiicere diſcurſum de ori-
258 gine gentium Americanarum. Dum enim alii mare tranaſſe, pars terreſtri itinere eo veniſſe, diſputant, non minimam lucem adferret quaeſtioni et veterum nauigationibus ſi de hoc opinio, vero quam pro-
259 xime accedens, proponatur. Non opus autem eſt, ſtatuere, Americanos *αὐτόχθονας;* aut etiam *διοπετεῖς cum* AVGVST. *16. d. Ciu. Dei. 7.*

260 Nam vtrumque ſacrae literae refellunt, illud, dum omne genus humanum poſt diluuium vniuerſale ex poſteritate Noachi proue-
261 niſſe docent: *Geneſ. 9. v. 19.* hoc, dum *Geneſ. 2. v. 2.* aperte dicunt, DEVM a creatione ſeptimo die abſtinuiſſe, et temerarium eſt, ſine fide ſcriptu-

rae

rae aliud adſerere. Ridicula autem omnino eſt BERN. ALDRETI *lib. 4.* 262
c. 17. opinio, putantis, Hiſpanos has terras impleuiſſe, et proinde iu-
re eis dominari. Obſtat enim huic adſerto oceani interiacentis im- 263
menſa latitudo, et quod Hiſpani aduentantes iam prae ſe homines in-
uenerint. Ad haec antiquitus illam terram fuiſſe cultam, euincit ra- 264
tio, alicubi imperii, vrbium ſtructurae, et rurſum ruinae, aedificiorum
ſplendor, lapidum et ſaxorum moles, gigantum oſſa, in primis via
ab vrbe Peruana Quito ad ciuitatem vsque Cuſco, milliarium quingen- 265
torum ſpatio excurrens, de quibus videri poteſt. IOSEPH. ACOSTA *lib.*
1. cap. 19. fol. 39. et cap. 25. In primis hortus regius, in quo arbores, 266
et herbae cum ſuis truncis, ramis, et fructibus, ex ſolido auro, et con-
claue regium, in quo omne animantium genus ex gemmis fuit. ACOSTA
d. l. Reperio autem de origine horum populorum tres clariſſimos 267
viros iamdiu controuertiſſe. Duo autem potiſſimum illis dubia fuiſſe,
nempe qua via populi eo iuerint? et ex qua gente eo euntes primi 268
fuerint?

Primo IOSEPHVS DE ACOSTA *Hiſpanus lib. 1. hiſtor. Indic. c. 16.* 269
dicit, neceſſe eſſe, quod aut mari aut terra venerint. Si mari, aut
animo deliberato, aut caſu. Illud ob veterum in nauigando inſcitiam, 270
et quod lapide magnetis caruerint, maximam partem etiam iuxta lit-
tora et oras nauigarint, factum fuiſſe, non admittit. Statuit ergo pri-
mos incolas naufragio et caſu eo delatos, ſumtis argumentis de Indis, 271
Metello datis, Carthaginenſium naui e mari Mauritaniae eo depulſa, 272
Hannonis et Eudoxi nauigatione, de quibus ſupra *num. 95. et ſeq* dixi- 273
mus. Addens, hoc modo ſine propoſito et induſtria, virtutes herba-
rum, metallorum, lapidum, auri, vnionum &c. per caſus et acci-
dentia repertas eſſe. Mouet autem I. Acoſta ſibi ipſi dubium, nempe 274
ſi hoc de hominibus concedatur, de animalibus, quae ibi grandia,
noxia, venenoſa, nobis incognita, illud dici non poſſe. Inprimis quum
ibi reperiantur animalia, quae apud nos non ſunt, et rurſus quae hic 275
ſunt, ibi non inueniantur. B. AVGVSTINVS *lib. 16. de ciuit. Dei cap 7.* 276
ſe ex his anguſtiis expediturus, illa animalia vel ordinatione Dei ex ter-
ra de nouo producta, vel venationis gratia eo traducta, aut per mare 277
tranaſſe cenſet. Neutrum horum I. Acoſta placet. Non iſtud, quia 278
ex animalibus in arca Noae conſeruatis debuerat propagatio fieri: *Ge-
neſ. 8. v. 17.* nec conforme ordini naturali, nec conueniens guberna- 279

Digitized by Google

tioni diuinae, animalia perfecta, quales leones, tigres, lupi etc.
produci ex terra ſine generatione, et ſi hoc verum, illa animalia repe-
rirentur in omnibus terris et inſulis, quod non eſt, ſicut eo naui-
280 gantes obſeruarunt. *Non illud*, quia incredibile eſt, tigres vulpes et
alia obſcaena animalia, eo venationis gratia traducta, adhaec homines
281 tempeſtatibus actos, ſecum potuiſſe talia animalia portare, ridiculum
282 eſt, et rationi non congruens. *Hoc* intercapedo locorum impoſſi-
bile facit. Putat ergo nouum orbem non omnino eſſe diuiſum, et
283 diremtum ab altero, ſed vtrumque coniungi. Cum enim illa terra
non ſit detecta, multi putant, Baculeos ſuper terram Floridae latiſſime
284 in Arctum, et vſque ad mare Scythicum pertingere. Quo dato, po-
tiſſimum concludit, per terram eo iuiſſe homines, ſicut et animalia, id-
que mutando loca pedetentim, id autem factum a vicinis, quos non
285 nominat, hominibus ſilueſtribus, et feris, qui ſedibus depulſi, coacti
ferint nouas quaerere, et eo migrare, et quidem non ante multa
millia annorum.

286 Aliam ab hac ſententiam profert MARC. LESCARBOTVS
Gallus, *in Hiſtor. nou. Franc. lib. 1. c. 3.* Is refellens opinionem eo-
rum, qui ex Iudaeis hos populos ortos dicunt, et putans, ex conti-
287 nenti homines eo tranſiſſe, et modicum fretum, ſi quod eſſet, potuiſſe
animalia natando tranſire, dilabitur tandem in hanc ſententiam, quod
Noachus poſt diluuium curam dederit replendae huius terrae anima-
288 libus et hominibus. Ait enim, id credibile eſſe, et Noachum, qui diu
vixerit, aliquid egiſſe, vt primum etiam nautam ſciuiſſe modum fa-
289 bricandi nauem, qua traiecerit, fuiſſe hoc ipſi ob mille rerum ſcien-
tiam tam facillimum, quam filiis ipſius, ſedes in Aſia et alibi ponere,
et hoc ex inſula Atlantide, Heſperidibus, Canariis, Gorgonum in-
290 ſulis conſtare, quae ita repletae fuerint. Quod autem cognitionem
DEI amiſerint, id alibi etiam multis populis eueniſſe.

291 Demum EDWARDVS BREREWODVS, *Anglus in diſquiſ. ling. et
religion. c. 13.* tradit, originem harum gentium accerſendam ex Aſia
292 et quidem ex Scythia orientali ſeu Tartaria, quae, ſi non continua, ſal-
293 tem exiguo freto ab America ſeparata ſit. Id putat ex ſitu Ameri-
cae proximo Aſiae, quae magis habitabilis, tum ex ignorantia lite-
rarum, idololatria, inciuilitate morum, et caetera viuendi ratione,
294 quae omnia communia cum Tartaris habeant. Quum contra nulla ſi-
mili-

militudo eruditionis vel ciuilitatis cum Europaeis , vel ſaltem coloris
cum Afris ſit. Hanc opinionem defendunt communiter PHILIPP. 295
MORN. *d. verit. relig. Chriſt. c. 8. fol. 133.* MARC. VELSER. *Boicor.*
lib. 1. BESOLD. *in conu. de nou. orb. n. 15.* vbi addit ex familia Iapheti
hos Scythas fuiſſe, populos migrationibus adſuetos, et quia proximi A- 296
mericae, credibile, quod ſicut vnda vndam trudit, pedetentim eous-
que propulſi fuerint.

A recepta hac plurimis ſententia nuper ideo diuortium fecit 297
HVGO GROT. *in diſſert. de orig. gent. American*, quod in America an-
te Hiſpanorum aduentum nulli fuerint equi , quibus tamen Scythia
abundet, qui etiam eo penetraſſent, ſi continens, vel a Scythis fuiſ- 298
ſent aduecti, ſi fretum intercederet. Aliam igitur et nouam opinionem 299
proponit, diuerſam pro ſitu et conditione populorum in America. Di-
ſpeſcit enim Americanos in eos, qui ſunt ad Septentrionem cis Iſthmum, 300
qui eſt inter nomen DEI, et Panamam, et eos, qui vltra illum Iſthmum ad Au-
ſtrum ſe porrigunt, donec in fretum Magellanicum deſinant. Putat autem 301
Grotius, omnes, qui cis Iſtmum ſunt Panamae, ferme ex Norwegia ortos.
Progreditur vero ita. Iſlandia a Norwegis habitata. Ab ea ventum in 302
Gronlandiam; ab hac in Friſlandiam. Huic proxima Eſtotilandia,
quae eſt pars continentis Americae. Addit, has regiones omnes ha- 303
bere nomina Germanorum , quorum pars Norwegi, et dare ſimilia
aliis in America prouinciis, tam quae ad Iſthmum Panamae extendun-
tur, quam Mexicanis et ad Californiam. Idem deducit a vocabulis, 304
quae Germanis conſona habent. Sicut et de moribus, iudicibus, vi-
ta in venatu , temporum computatione , aleae luſu , vnis nuptiis, 305
animarum immortalitate, ſucceſſione, nuditate corporum, aliis, quae
cum Germanis ſimilia obſeruent , vel credant. Excipit vero GRO- 306
TIVS hic Iucatanenſes, quos propter circumciſionem putat Aethio-
pes eſſe. De reliquis ab Iſthmo vsque ad fretum Magellanicum ſen- 307
tit, eos, qui prope fretum Magellani ſunt , quia eodem corporis ha-
bitu, moribus et lingua quo illi, qui vltra id fretum ſedes habent, 308
reperiuntur , ab illis , nempe Ciſfretanos a Transfretanis ortos , et
rurſus, terram auſtralem a Iaua et Gilolo habitatores accepiſſe. Peru-
uianos vero ob imperii ordinem, et ingeniorum elegantiam a Sinen- 309
ſibus ſimili gente proficiſci. Id coniectat ex reliquiis nauigiorum Si- 310
nenſium ad oram pacifici maris repertis, ſolis cultu ſcriptura per no-

Digitized by Google

311 tas, quae omnia Peruanis et Sinenſibus ſimilia, diſcrepante licet lingua, quod fieri potuit ex immixtione aliorum populorum.

312 Nouam hanc Hugon. Grot. opinionem *de* LAET, Antuerpianus, attentius ponderans, inuenit, eam non poſſe curioſis, et peritis rerum Indicarum probari, ſcriptis ſequenti anno ad Hug. Grot. diſ-
313 ſertationem notis et obſeruationibus. Et quidem argumentum de Scythis ab equorum defectu debile dicit, inde quod Scythia non ſemper equis abundauerit, nec neceſſe fuerit, in transmigratione eos ſecum
314 ducere. Eſſe autem Scythis viciniores, quam Norwegis America-
315 nos ſitu et moribus, *obſeru. 3.* exhibet. Illa de transmigratione ex vna inſula in aliam demonſtrat falſa, dubia; nec incertas linguarum mutilationes, vel iuxta dialectos contortas aliquid cum germanica
316 commune continere, mores in pauciſſimis conuenire, illos etiam, vti caetera non ſolorum Germanorum, ſed aliorum populorum, eſſe,
317 ex qua rudi et leui conuenientia nihil concludi poſſit. De Iucatanenſibus ſcribit, quod non omnes ſint recutiti, et quod nimis lon-
318 gum ſit interuallum, vt credantur ab Aethiopibus orti. In reliquis concedit quosdam ex terra auſtrali prodiiſſe, ſed corporis habitu et lingua differre, et valde incertum, an ex Iaua eo homines venerint.
319 Similiter Peruanos forma imperii plane differre, nec caetera cum Sinenſibus communia habere.

320 His poſtea Iohannes de LAET. *in epilogo pag. 70.* ſuam ſub-
321 nectit ſententiam. Nimirum, quia America tam late pateat, quam noſter orbis, et non minus habitata ſit, credendum eſſe, non ab annis quingentis, aut mille, primum habitari coepiſſe, ſed ſtatim poſt con-
322 fuſionem linguarum, et diſperſionem populorum, quae in exſtructione turris Babylonicae contigit, etiam in Americam migratum fuiſ-
323 ſe. *Geneſ. 11. v. 8.* Niſi enim hoc eſſet, non poſſet ratio reddi tantae vbique per Americam incolarum multitudinis, et infinitarum ferme diuerſarumque linguarum, a ſe ipſis et Europaeis diſcrepantium.
324 Vnde ſequitur, certam nationem nominari non poſſe, qua orti, cum linguae et ritus indicent, multas fuiſſe, licet verum eſſe queat, tractu
325 temporis nouos aduenas, ex terra auſtrali ſiue caſu, ſiue ex inſtitu-
326 to, ad has partes veniſſe. Neceſſe enim eſt, a partibus pluribus acer-
327 ſere, vt tantae multitudinis propago deprehendatur. *p. 59.* De via dicit, quod res certa ſit, alterutra, mari, vel terra veniſſe. Mari autem

Digitized by Google

tem primis temporibus et vel dudum id factum, non admittit nauigandi inſcitia. Quare terra putat potiſſimum veniſſe, ſubiiciens di- 328
ligenter inquirendum diuortium inter Aſiam et Americam vllum ſit,
aut quantillum ſit: item in illam connexionem terrae auſtralis cum
noua Guinea, nam aliis partibus nimis vaſtum diuortium vtrumque 329
oceanum facere. Hanc ſententiam poſtea *pag. 11. 83. 91. 93. 104. 116.* 330
repetit, addens ſibi verius videri, continentem Aſiae eſſe, et nullo freto diſiungi. Vel ſi fretum ſit, modicum eſſe, quod facile ratibus traiici potuerit, *pag. 13.* Eo inclinat etiam PETR. LAVREMB. *cent. 3. a-* 331
cerr. philolog. diſc. 28. 29. 30. 31. Eliud. NICOLAI *in rel. vtriusque Ind.* 332
vbi dicit, meras eſſe fabulas, quae de freto Anian hactenus credita
fuerunt. His ſi quis conferat priores opiniones, hucusque omnes
coniungi poſſe, animaduertet, quod ex continente homines eo iuerint, vel fretum, ſi quod eſt, ratibus aut nauiculis transmiſerint. Diſcrepant vero in illis tum quod ACOSTA non diu terras habitatas pu- 333 334
tat, cum reperta multitudo incolarum faciat ſentire contrarium: tum 335
quod LESCARBOTVS a Noacho impletas dicat, quum praeciſe ad vnum
hominem non poſſit tanta multiplicatio referri, et diſſonantiae tot diuerſarum linguarum aliud ſuadeant. Tum quod BREREWODVS a Scy- 336
this ortos eſſe putet, cum ex linguis, moribus, ſitu coniectura verior
ſit non ſolum ex vicina continente et ſolos Scythas, ſed etiam ex terra auſtrali, et paſſim incolas accepiſſe. Denique quod HVGONIS 337
GROTII diuinationem et tempus, numeroſitas, linguae multae, mores varii, et diuerſi, et partim plurimis gentibus communes non admittant. Niſi hoc ſolum, quod ex vna gente non eſſe bene putet. Ex
his cadunt *quae* POSTELL. *in deſcript. Syr. c. l.* GENEBR. *in Chronic.* 338
lib. 1. BOTER. *rel. part. 1. lib. 2. C. vlt d. Tart.* CLAVD. DVRET.
hiſt. de Langog. cap. 78. fol. 933. ſcribunt, hos populos ex de- 339
cem tribubus, a Salmanaſſare in Mediam trans flumen traductis, eſſe, et per Tartariam eo progreſſos. Nec rationes *1. ex lib.* 340
4. eosd. c. 13. v. 40. voce Tartari, quae reliquos ſignificet, vel 3.
circumciſione illud comprobant. Nam recte reſpondent IOSEPH. DE 341
ACOSTA et EDW. Brerewod. *d. l.* ad 1. quod ſcriptor libri quarti Eſdrae ſit plenus anilium fabularum, et ideo ab omnibus reiectus. Nec
in Americam iuiſſe dicit, ipſi tunc temporis plane incognitam, ſed ad 342
regnum vltra amnem ad portas Caſpias, quod ſibi nugatores Iudaei
tunc

343 tunc finxerunt, ne promiſſa, de manſuro ſemper regno in ſemine Da-
344 uidis in IESV CHRISTO impleta crederentur 2. Tartari dicuntur, non a
reliquiis, quales non ſunt, ſed numeroſa multitudo, verum a fluuio
Tartari, vel regione eius nominis. LEVNCLAV. *in pand. hiſt. Tur.* §.
345 BOE. *de mor. gent. lib. 2. c. 10.* HAIT. *lib. d. Tartar. c. 16.* 3. Circumciſio
nihil praeſidii addit, quia multo latius patet, patuitque ſemper, quam
Iudaiſmus. IEREM. *9. u. 26.* STRABO *lib. 16.* CYPRIAN. *lib. d. circumciſ.*
346 *pr.* NICEPHOR. CALLIST. *lib. 8. c. 35.* Nec illa apud Tartaros
ante Mahumedismum. MICHOV. *d. Sarmat. lib. 1. c. 5.* imo eius apud
347 Americanos nullam ſcriptores faciunt mentionem, nec, ſi eſſet, ſola cir-
348 cumciſio ſine caeteris ritibus eos Iudaeos faceret. ACOSTA *lib. 1. c. 13.*
349 Illud etiam nimis ieiunum eſt, quod OSOR. *in hiſtor.* ex num-
mo Auguſti Caeſaris effigie notato, et in illis terris reperto, ibi monu-
350 menta fidei Chriſtianae. Alii ex Clementis Petri diſcipuli epiſtola, qua
oceani et mundorum transipſum mentionem facit, eius veteribus no-
titiam fuiſſe, definiunt. BESOLD. *d. l. l. n. 12.* Illa enim valde incerta
351 ſunt, et quamquam PHILIPP. NICOLAI *lib. 1. de regn. Chriſti c. 1. in fin.*
religionem Chriſtianam in illis prouinciis fuiſſe iudicet, tamen hiſtoria
nihil huic rei ſolidi ſuppeditat, et vix credibile eſt, populos poſt
fidem CHRISTI acceptam eo migraſſe, quia ne leuiſſima quidem chri-
352 ſtianiſmi veſtigia in his partibus vnquam inuenta. Caret autem ex-
emplo, populum poſt ſacra chriſtiana rite accepta ita ea denuo obli-
teraſſe, vt nihil eius ſit reliquum. *Plur. de hac quaeſt. apud* IOH. DE
LAET. *d. l.*

353 Vana autem diſputatio eſt, loca in nouo orbe eſſe inhabitabi-
354 lia, vel ob maris 1. diffuſi magnitudinem, vel 2. Zonarum torridarum
aeſtu homines interimentium conditionem, aut cum AVGVSTIN. *lib.*
355 *d. Ciu. Dei 9.* LACTANT. *3. inſtit. diuinar. 24.* ſibi fingentium abſur-
ditatem, quod Antipodes quorum veſtigia ſint ſuperiora, quam ca-
pita, praeter deliros nemo credat, aut fruges et arbores deorſum cre-
356 ſcere. Nam 1. mare terram non abſorbet, ſed vnum cum ea glo-
bum ita facit, vt mutuis excurſionibus ſe inuicem complectantur.
357 Nec 2. Zonae tantopere torridae ſunt, vt non, experientia teſte, ho-
358 minibus natura aptis vitam relinquant. Immo inter vtrumque tropi-
cum maxima pars habitant, et vices hyemis aeſtatiſque habent.
TAVBM. *aduerſar. pag. 142.* IOS. SCALIG. *in com. ad Manil.* GRYPHIAND.
tr. d.

Digitized by Google

tr. d. inſul. cap. 32. n. 24. Leuis etiam opinio eſt de antipodibus, eo- 359
dem modo, ſicut apud nos, homines ſupra caput gerunt, pedes infra,
gramina creſcunt, arbores naſcuntur, ob globoſam et in medio ſu- 360
ſpenſam ambientibus terram, rationi et experientiae apertum eſt.
Coelum vbique poſtremum eſt, terra infera FR. BALDVIN. *lib. 2. hiſt. vniuerſ.*

CAPVT IV.

TERMINI MARIS FVNDVS, ET ARENA. HAEC QVOTVPLEX. CVIVS IVRIS. MVNIMENTA TERREA CONTRA VIM IRRVMPENTIS MARIS, QVAE ET QVOMODO STRVANTVR. LITTVS QVID. AN ILLVD NVLLIVS, VEL DOMINORVM, QVI IVXTA MARE TERRITORIA POSSIDENT. IVRISDICTIO LITTORALIS STRAND-GERECHTIGKEIT QVID, ET QVAE EIVS CAPITA? AESTVS MARIS QVID? EIVS SPECIES. CAVSSAE. EFFECTVS. MARE ALIQVANDO RABIEM, MOLLICIEM, VEL PELLACIAM OSTENDIT.

SVMMARIA.

1. *Mare non ſemper intra ſuos terminos conſiſtit.* 2. 3. 4. 5.
6. *Termini maris fundus et arena.* 7.
7. *Arena quid, et quotuplex?* 9. 10. 11. 12.
13. *Puluina, vada; Syrtes quae dicuntur.* 14. 15. 16.
17. *Arena maris cuius?*
18. *Illam quilibet poteſt auferre.* 19. 20.
21. *Colles arenacei qui.* 22.
23. *Dubium an a natura, vel arte hominum.* 24. 25. 26. 27.
28. *Aggerum marinorum ſtructura deſcribitur.* 29. 31. 33.
30. *Canina ſylua vbi?*
32. *Lugdunum Batauonum vnde nomen habet.*
33. *Inſula Nord-Strand ex disruptione aggeris inundata.*
34. *Munimenta Hollandiae, Seelandiae etc. in collibus et aggeribus conſiſtunt.* 35. 36. 37.
38. *Eorum menſura refertur, et materia ex qua ſtruuntur.* 39. 40. 41.
42. *Caespitis vſtilis genus Darring aggeres conglutinat.* 43.
44. *Littoris variae acceptiones.* 45. 46. 47. 48. 49.
50. *Deriuationes.* 51. 52.
53. *Synonymae voces.*

Digitized by Google

54. *Littus quid?* 55. 56. 58.
57. *Maximus ſluctus eſt decimus.*
59. *Hyeme ſluctus vehementiores, quam aeſtate.*
60. *An Cicero auctor definitionis littoris?* 61. 62.
63 *Littus cuius iuris?*
64. *Eſt nullius, et commune omnibus hominibus.* 65. 66. 67. 68. 69.
60. *Nemo prohibetur ad littus accedere, et eo quoad nauigationis commodum vti.* 71 72. 73 74.
75. *Littus eſt publicum, ſeu populi.* 76.
77. *Non licet in littore aedificare ſine conſenſu principis.*
78. *Vel cum detrimento publico.* 79.
80. *Fruſtra a magiſtratu impetratur, quod natura concedit.*
71. *Gothofredi ſententia refertur, ſed non accipitur.* 82 83.
84. *Forcatulus minus ſentit.* 85.
86. *Communis Dd. opinio proponitur* 87. 88. 89. 90. 91. 92.
93. *Bachouius cum prioribus in conciliatione fere conuenit.* 94. 95. 96 97. 98. 99.
100. *Donelli diſtinctio non eſt ſufficiens.*
101. *Auctor ſuam ſententiam adducit, et rationes.* 102. 103. 104. 105. 106. 107.
108. *Littora ſunt populi Romani*
109. *A tempore occupationis littora deſierunt eſſe communia.* 110.
111. *Littora ſunt in dominio principum, et cenſentur hodie de regalibus.* 112. 113. 114. 115. 116 117.
118. *Conciliantur cum hac diſſentientium opiniones.* 119 120. 121.
122. *Dantur rationes, cur ita ſentiendum.* 123. 124. 125 126. 127.
128 *Explicatio. l. 14. d. A. R. D.* 129. 130.
131. *Occupatio facta eſt ſaluo iure gentium, et vſu littorum innoxio.* 132. 133.
134. *Donell ſenſus de vſu littorum legibus non conuenit* 135. 136. 137. 140.
138. *Quilibet poteſt vti littore eo modo, qui nemini incommodat* 139.
141. *Ventilatur, quid ſit proprie iurisdictio littoralis, Strandgerechtigkeit.*
142. *Illa non conſiſtit in poteſtate capiendi bona naufragorum.* 143.
144. *Eſt pietati et bonis moribus aduerſum ex naufragio diteſcere.* 145.
146. *Auctoris opinio de iurisdictione littorali.* 147.
148. *Dominus littorum cognoſcit in cauſſis ciuilibus et criminalibus.* 149. 150. 151. 152.
152. *Quid ſi vnus dominium maris, alter littoris habet?*
154. *Qui ius portus habet, non cognoſcit ſuper delictis in mari vel littore commiſſis* 155.
156. *Cuſtodia littorum pertinet ad dominos territoriorum.*
157. *Conſtitutio L. vnic. C. de litt. et itin. cuſtod. enucleatur.* 158. 159. 160. 161 163 164. 165
162. *Naucleri non debent vllam concuſſionem ſuſtinere.*
166 *Pro cuſtodia littorum pretium mercibus imponi poteſt.* 167.
168. *Licetne in alienis littoribus anchoras figere?* 169.
170. *Videndum, ne deterior fiat vſus littoris publicus.*
171. *Ius vtendi littoribus in quibus conſiſtit?* 172. 173.

147. *Quo-*

Digitized by Google

174. *Quomodo quis impeditur in eo vſu.* 176. 179.
175. *Quae remedia contra impedientem?* 177. 178. 180. 181.
182. *Ius aedificandi in littore impetratur a principe.*
183. *Senſus L. 50. d. A. R. D.* 184. 185. 186. 187.
188. *Principum ius contra exteros et ſubditos obtinet.* 189.
190. *Rationes cur conſenſus neceſſarius, ſubiiciuntur.* 191.
192. *Tutus eſt, qui cum conſenſu principis aedificat.* 193. 194. 218. 219. 220.
195. *Praetor decernere dicitur, quum cauſam cognoſcit.* 198.
196. *Cognitioni locus eſt in iudicio.* 197.
199. *Sententia praetoris exceptionem indicati contra quosuis parit.* 200. 201. 202. 203.
204. *Quaeritur, quid iuris ſit, ſi quis eo loco, vbi aedificat, nullo modo publicae rei nocere poteſt?* 205. 206.
207. *Auctor diſtinguit.* 208. 209.
210. *Differentia inter aedificium et ius ſiccandi.* 211. 212.
213. *Princeps poteſt de ſuo iure remittere, nec habent caeteri, quod querantur.* 214. 215. 216. 217.
221. *Giphanii explicatio ſuper L. 50. quousque vera?* 222. 223.
224. *Soli dominus fit, qui in littore ſtruit.*
225. *A monumentis et villis littorum quis abſtinere debet et cur?* 226.
227. *De monumentis in littore alia Donelli ſententia.* 228.
229. *Alia Auctoris.*
230. *Sepulcra poſſunt in littore eſſe.* 231. 232. 233.
234. *Diſputatur, an Cenotaphium ſit locus religioſus?* 235. 236. 237. 238. 239. 240.
243. *Aedificio diruto in littore, locus redit ad priſtinam naturam.* 244. 245.
246. *Ius erigendi vaſcula ſtipites ſpeculas pertinet ad iurisdictionem littoralem.* 247.
248. *Princeps colligit eiectamenta maris.*
249. *Lapilli et Gemmae in littore ſunt iure naturali inuentoris.*
250. *Hoc ius praeueniendo lege mutari poteſt.* 251. 252.
253. *Principes in Africa et Aſia conchas, vniones, et corallia legunt.* 254.
255. *Elector Brandenburgicus ſuccinum.*
256. *Dux Pomeraniae id non curat.*
257. *Naufragia licet colligere, vt dominis repetentibus reſtituantur.* 258.
259. *Ius littorale habent principes ad mare ſedentes.*
260. *In Pomerania illud ſolus Pomeraniae dux habet.* 261.
262. *Vniuerſitas Gryphiswaldenſis in littore, vicino coenobio Hildenſi, habet ius mercandi et ſimilia.* 263. 264.
265. *Senatus oppidanus contradixit.*
266. *Sed vniuerſitas ius actibus poſſeſſoriis et proteſtationibus tuita eſt.*
267. *Quaeritur an arenae maris poſſint numerari?* 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277.
278. *Aeſtus maris quid? et quot eius ſpecies?* 279. 280. 281. 282. 283. 284.
285. *An diuinitus fiat?* 286. 287.
288. *Veteres hac de re dubii.* 289. 291. 292. 293. 294.

 290.

Digitized by Google

290. *Ariſtoteles cur mortuus.*
295. *Plurimi putant aeſtum lunae operationibus tribuendum.* 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302 303 304
305. *Adduntur aliae cauſſae.* 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315 316.
317. *Ratio differentiae, quur in mari mediterraneo ſit aeſtus, non autem in Balthico.* 318. 319. 320. 321. 322.
323. *Effectus aeſtus quidam commodi.*
324. *Quidam incommodi, veluti quum diſrumpit regiones.* 325.
326. *An Sicilia fuerit olim continens?* 327. 328. 329.
330. *Maris rabies quomodo fiat?* 331. 332. 333. 334.
335. *Murmur maris quale?*
336. *Eius cauſſa et effectus.* 337. 338.
339. *Malacia maris quae?*
340. *Pellacia, quomodo ſe oſtendat et quam fallax?* 341. 342.
343. *Carſilidis dictum de maris et fluctuum inſtabilitate.*

1 Mare autem nauigantibus non ſemper eodem modo ſe excipit. Nam aut intra naturales ſuos terminos fluendo manet:
2 aut eos eggreditur. Illud fit, quum vno modo, et aequaliter currit.
3 Hoc fit dupliciter. Vel enim ſtato tempore et ordinario modo ex
4 fundo effluit et ad eundem refluit et aeſtuat: vel repentine et incerto tempore ſe mouet et vagatur: et rabiem, pellaciam vel malaciam
5 habere dicitur. De ſingulis, quia nauigatio exinde vel proſpera, vel aduerſa eſt, breuiter ſubiiciemus.
6 Mare, quam vaſtum et diffuſum etiam eſt, tamen ſuos terminos habet. IOB. *38. v. 8.* PSALM. *104. v. 9.* Hi ſunt fundus et arena. II REM. *5.*
7 *v. 22.* Fundus eſt alueus ille imperueſtigabilis qui in ſacris abyſſus dicitur, omnes aquas in ſe, tamquam receptaculo, continens. *Pſalm. 104.*
8 *v. 6.* Arena eſt tenuis terrae puluis, et aridus, ita dictus vel ab ari-
9 ditate, vel ab haerendo, quod ſibi inuicem propter tenuitatem ad-
10 haereat, vel cum calce parietibus inhaereat. CALEPIN. *in L. voc. are-*
11 *na.* Eius tres ſunt ſpecies, foſſilis, fluuiatilis, et marina. Haec vel in mari iacet, vel terrae continua eſt. Quae in fundo maris iacet, alia tenuis eſt, alia craſſa, quae ſabulum vel ſabulo PLIN. *lib. 17. c. 43.* COLVMELLAE *lib. 4. c. 33.* VARRONI *1. de re ruſt. c. 9.* et ſaburra dicitur VIRGILIO *4. Georg.* LIV. *lib. 7.* Germanice *Pallaſt*, *Grieſt.* Haec arena,
12 aliquando reciproco fluctunm meatu denſata, in modum ſaxi lapide ſcit, et Latine dorſum puluinum, nautis *eine See-Banck* dicitur. Periculoſus inde

Digitized by Google

inde a copia eſt portus Dynkerken,vti in mappa nautica Flandrica LVCAS 13
IOH. AVRIGAR. ſignauit. Hoc rurſus vel ſparſim in mari hinc inde aquis 14
interluitur, et vocatur Vadum, *Watten*: aut occulte ad longum ſpa- 15
tium alicubi milliare et vltra ſe in mare extendit, er arenae cumulus
venit, Latinis breuia, Syrtes, *Riff*, *diepten*, *Gronden*, *Landloſe Grun-* 16
den, *Gründt*, a quibus ſaepe in nauigando ingens periculum. Arena
maris nullius eſt, *ff. 5. de rer. dom.* ideo vnicuique licitum eſt, de ea 17
ſumere quantum placet, ſiue ſaporare nauim velit, ſiue alias ea vti.
Habetur enim prorſus neglecta et incuſtodita,vnde prouerbium: littoris 18
arenas furari. OVID. *de art amandi.*

Ille poteſt vacuo furari littore arenas:
Vxorem ſtulti quiſquis amare poteſt.

Abſtinere vero debet a ſtipitibus, aggeribus aut luminibus, quae vti- 19
litati nauigantium poſita, et dominorum maris, non nullius ſunt *arg.*
§. 1. d. R. D. L. 10, d. incend. ruin. naufr. Similis eſt Graecorum lo- 20
quutio *ἐκ ἄμμȣ χονίον πλέκειν*, ex arena funiculum nectere, id eſt,
rem ſtultam aut impoſſibilem ſuſcipere.

Arenae quae terrae continuae ſunt, vel in cumulum exſur- 21
gunt, vel de plano iuxta mare extenduntur. Illae vocantur colles are- 22
nacei, *Sandduynen*, de quibus eſt quaeſtio, an ab humana ſint arte, et 23
induſtria, an vero a natura? Putant quidam a maioribus contra fu- 24
rias irrumpentis maris congeſtos, et ſatione caricis coalitos eſſe. Sed
naturae hoc opus eſſe, veriſimile facit, tum quod in littoribus repe- 25
riantur, vbi nulla commercia, vel caricis ſatio eſt, tum quod in illis 26
locis multi ſint, vbi quam minimum periculum, nulli, vbi maximum.
Quo loco tamen abſque dubio maiores ſuam induſtriam oſtendiſſent. 27
MERVL. *diſſ. d. marib. c. 1. p. 161.* Inde etiam hodie mortales huius 28
artis neſcii, immaniſſimis ſumptibus aggeres terreos, palis valide inter
ſe confibulatis firmatos, ſaxiſque et alia materia ſuburratos, coguntur 29
maris furori obiicere: eoſque corruptos, exeſos, hauſtos ſaepe et
abſumtos ſine intermiſſione reficere, et mille modis corroborare. Bel-
gis dicuntur *Dycken.* Talis agger eſt canina ſylua t' Hondsboſch iux- 30
ta inſulam Tolen, ad exitum Scaldis, perpetuis latratibus, vnde ipſi
nomen horriſona, et cum ſummo regionis et incolarum diſcrimine
ſaepe diſrupta. In ora maris iuxta littora Batauiae prope pagum Cat- 31
wick opt' Zee et eo tractu tales aggeres videre licet, et putant eruditi 32

Digitized by Google

Leidam exinde Lugdunum dictam, quod idem eſt, quod corui agger.
33 MERVL. *d. l. p. 162.* BOXHOR. *in Theat. Holland. d. Lugdun.* In Hol-
landia, Friſia, Holſatia, immenſis ſumptibus adficantur, et ſaepe mi-
34 nimo momento diſpereunt, cuius exemplum diſrupti aggeris, et in-
ſulam *Nord-Strand* cum vicinia haurientis, *Ann. 1635.* conſpeximus.
35 In primis autem in Selandia talia contra maris impetum munimenta
36 reperiuntur. Nam qua mare eſt, inſulares muniuntur perpetuis ſabu-
letis, et albicantis arenae collibus, *Sandduynen*, a natura vel oceani
37 magis alluuione factis. Caetera, quae magis mediterranea et flumini-
bus tantum alluuntur, claudunt vndique et circumdant mirifici quidem
38 aggeres *Dycken*, vt plurimum altitudine decem vlnarum Antwerpien-
ſium, quantam contra inundationes maris neceſſariam eſſe, experien-
tia accolas docuit. Latitudo ad ipſas radices viginti quinque vt mi-
39 nimum vlnas continet. Exſtruuntur autem hi aggeres manu et in-
40 duſtria hominum, e terra, non ſueta et communi, ſed figulari, et te-
naciſſima quadam argilla, et introrſus quidem materia, lapideque ef-
farciuntur, extrorſus vero ad repellendos vndarum impetus veſtiun-
41 tur veluti faſcia quadam e ſtramine, duos tantum digitos craſſa, ſed
reuincta et retorta, tamque induſtrie concinnata, vt aggerem ſupra
42 quam quisque credat, tueatur, et incolumen praeſtet. LVD. GVICCIARD.
in deſcript. Seland. tit. de Nominib. Vbi addit *d. l. tit. d. ſoli Seeland.
in dol.* quod ibi ſit caeſpitis quoddam vſtibilis, ſeu potius bituminis
43 genus, incolis *Darring*, quod nefas eruere, maxime iuxta aggeres quum
ſit ſoli ipſius velut fundamentum et magnum aduerſus aquas praeſidium.
Sed de aggeribus, quia proprie ad flumina coercenda inuenti, dicemus
44 *cap. ſeq.* pluribus. Arena quae de plano et aequaliter iuxta mare pro-
tenditur, dicitur littus. Germ. *Strand, Geſtade des Meers.* Varia huius
45 vocis ſignificatio. VIRGIL. 4. *Aeneid.* ſumit pro agro, ſeu terra, mari vi-
cina.

- - Cui littus arandum.
Cuique loci leges dedimus.

46 *Donatus* ſumit pro ſpatio circa aram, quaſi dicatur a litando, ex
more, quo nauigantes eundo et redeundo in littore ſacrificare ſoliti.
47 CIC. *qu. 3. d. nat. deor.* ibi *noſtri duces mare ingredientes immolare fru-
ctibus hoſtiam conſueuerunt.* ALEX. AB ALEX. *lib. 4. gen. dier. 17.* COEL.
RHODING. *lib. 7. lect. antiqu. c. 1.* HARPR. *ad §. 3. d. R. diu. n. fin.* Ac-
cipit

Digitized by Google

cipit etiam VIRGILIVS *9. Aeneid. et alibi* de fluminum extremita- 48
tibus. *ibi*:

Littora, quae dulces aquas diffunditis agris.

Proprie vero de ora maris accipitur, *l. 65. §. 1. de A. R. D.* et deriua- 49
tur ſecundum Donatum a litando, CVIAC. *in l. 96. de V. S.* BOR- 50
CHOLT. *ad §. 3. de R. D.* ἀ λιτὸς, quod ſit tenuis puluis, et ideo vni- 51
co tantum t. ſcribendum, *alios* a legendo. CLAVDIAN. *3. conſ. Honor.*

legitur plaga littoris

iuxta plerosque vero ab alluendo, vel allidendo, quod aqua terram 52
tangat, vel ad eam fluctus frangat, et allidat. Vocatur alio nomine
χεῖλος θαλάσσης labrum maris. *Daniel. 3.* Ora. VIRGIL. *3. aeneid.* CO- 53
RAS. *ad l. 2. ff. 46. n. 10. 11. d. o. I. acta.* VIRGIL. *5. aeneid.*

Eſt autem littus nihil aliud quam terra, vel arena, mari adia- 54
cens, quae fluctibus alluitur. Illud ICtus CELSVS *in l. 96. de V. S.* 55
deſcribit, quousque maximus fluctus (Graecis *μέγιστον κῦμα*) a mari
peruenit. IAVOLENVS *in l. 112 eodem.* his verbis, qua maxime flu- 56
ctibus exaeſtuat. Maximus fluctus vero propter denarii numeri per- 57
fectionem creditus eſt decimus. BED. *lib. d. mund. conſtit.* ALEXAND.
AB ALEXAND. *6. gen. dier. 22.* BVNG. *tr. d. myſter. numer. c. 10.* OVID.
1. de triſtibus de hac re

Qui venit hic fluctus fluctus ſuperemineat omnes,
Poſterior nono eſt, vndecimoque prior.

Et VALER. FLACC. *2. Argonautio.*

- - - Quanta quoties et Palladis arte
In caſſum decimae cecidit tumor arduus vndae.

LVCANVS *lib. 5. bell. ciuil.*

Hoc fatum decimus, dictu mirabile fluctus
Inualida cum puppe leuat.

alias decumanus dicitur. Graecis *τρικυμία*. THEOPHIL. et IVSTINIA- 58
NVS vtrumque *in Inſtit.* complectuntur, littus maris eſt, quatenus hy-
bernus fluctus maximus excurrit, ſeu *χειμέριον μέγιστον κῦμα*. *ff. de
rer. diu.* PRATT. CALVIN. *in Lex. v. lit.* COLER. *lib. παρ. 5.* Quum enim
numquam impetuoſior et maior fluctus ſit, quam hyeme, ex eo quod 59
frequenter fit, et vnde optime res cognoſci poteſt, definitio deſumpta
eſt. COEPOLL. *de S. R. P. cap. 27.* GODDAE *ad d. l. 96. de V. ſignif.*
BORCH. *ad c. vn. quae ſint reg. n. 43.* Meminit CELSVS *in d. l. 96.* 60

Marcum

Digitized by Google

61 Marcum Tullium Ciceronem, quum arbiter in Sicilia inter duos fratres
contendentes datus eſſet, nec littora in modum agrorum cederent, pri-
mum eam littori latitudinem illi definitioni innixum conſtituiſſe: quod
62 intelligendum eſt de vſu et praxi. Nam alias Cicero ipſe *in Topicis*
fatetur Aquilium Gallum ICtum illius definitionis auctorem eſſe. GODD.
ad l. 96. n. 2.

63 Littora eiusdem iuris ſunt, cuius mare, *§. 1. §. 6. d. R. diu.*
id eſt iuris gentium, *d. §. 6. nullius l. 51. d. cont. ent. l. 14. d. A. R. D.*
64 communia, *d. §. 1. l. 2. §. 1. eod. l. 24. de damn. inf. l. 13. §. fin.*
65 *verſ. et quidem d. iniur.* a natura prodita, *d. l. 14.* et iure gen-
66 tium omnibus vacantia. *d. l. 51.* Quid tam commune quam mare
fluctuantibus, littus eiectis? CIC. *in off.* littusque rogamus innocuum,
et cunctis vndam auramque patentem. OVID. 6. *Metamph.* In Baſilicis
67 legitur οἱ αἰγιαλοὶ ἐν τῇ πάντων ἐξουσίᾳ εἰσὶ littora in omnium poteſta-
te. Idem atteſtatur MICH. ATTILIAT. *ICtus orient. Imper. pragm. tit. 2.*
68 Illud explicat THEOPHIL. *ad §. 1. Inſtit.* Φυσικῷ ἐν δικαίῳ κοινὰ πάν-
69 των ἀνθρώπων id eſt, communia ſunt iure naturali omnium hominum,
70 non ſolorum ciuium Romanorum. Hinc nemo ad littus maris pro-
hibetur accedere piſcandi cauſſa, *§. 1. d. R. D. l. 4. de R. D.* vel caſam
71 ponere, qua ſe recipiat, *l. 5. §. 1. eod.* aut retia ſiccare, et ex mari
deducere, *§. 6. d. R. D.* vel onus aliquod exponere, *d. l. 5.* ſed publi-
72 ce licet cuilibet aedificare, et deſtruere, *l. 24. d. damn. inf. l. 2. §. 8.*
ne quid in loc. publ. adeo, vt ſoli domini conſtituantur, qui ibi aedi-
73 ficant, *l. 6. pr. d. R. D. l. 14. pr. d. A. R. D.* ibi: *eius* erit, et hac ratione
etiam littora, quae fundo coniuncta ſunt, in modum non computan-
74 tur. *d. l. 51.* COEPOLL. *tr. d. ſeruit. ruſt. praed. c. 27. n. 1.* DONELL. 4.
Comment. 2.

75 His aduerſari videntur, tum 1. quod littora inter res pu-
blicas referantur: *l. 14. d. A. R. D. l. 112. d. V. S. §. 6. d. R. D. arg. l. pen.*
76 *d. R. D. et expreſſe in l. 3. Ne quid. in loc. publ.* Celſus ſtatuat, littora
in quae populus Romanus imperium habet, populi Romani eſſe, Tum
77 2. quod in littore, tanquam loco publico, non liceat aedificare ſine per-
miſſu Principis, *arg. l. 2. §. 10. ibi ſolet princeps. §. 16.* ibi *a principe.*
78 *Ne quid in loc. publ.* vel decreto praetoris, *l. 50. d. A R. D.* et quidem
3. tali, ne vſus publicus impediatur: *l. 4. ne quid in loc. publ.* vel id fiat
79 cum alterius incommodo, vel iniuria: *d. l. 2. §. 10. et 16. d. l. 24.* et ſi
contra

Digitized by Google

contra fiat, etiam manu debeat prohibitio fieri. *d. l. 50.* ibi : *manu prohi-* 79
bendus. Quae omnia non poſſent conſiſtere, ſi littora communia eſ- 80
ſent, vt quis poſſit libere in iis aedificare. Non enim opus eſt ma-
giſtratus conceſſione in iis, quae ipſa natura ad vſum humanum pro-
duxit. *arg. l. vnic. C. d. Theſaur.* DONELL. *4. Comm. 9.*

Pro conciliatione horum varia a Dd. in medium ſunt adlata. 81
GOTHOFRED. *ad d. l. 3. et 4. Ne quid in loc.* ait, littora eſſe publica, ſed 82
non ita, ceu populi patrimonialia, ſed quoad imperium, reſpectu ſc.
aliarum gentium, vt arceri poſſint, non vero ſubditorum, quibus
vſus liber relinquendus. Sed hoc nihil eſt dicere, et inuita lege, 83
quae generaliter loquitur, ad exteros imperium reſtringitur, quum in
ſubiectis etiam locum inuenire poſſit. *d. l. 4.* STEPHANVS FORCATVL. 84
dialog. 48. publica eſſe dicit, quatenus populus Romanus modum vſui, 85
ne publice obſit, ſtatuere valet. Sed illud minus eſt imperio, quod
populus habere dicitur. Communis Dd. eſt opinio, quod littora 86
ſint populi Romani, vel alterius, ratione iuriſdictionis, defenſionis et
protectionis, prohibendo ſcilicet et arcendo, ne quid fiat, quo vſus 87
eorum impediatur. Hanc tuentur ACCVRS. *ad l. 3. ad c. vn. quae ſunt*
reg. ISERN. *ad d. c. n. 1.* MATTHAE DE AFFLICT. *ibid. ad verb. armand.*
n. 2. BORCHOLD. *n. 31. v. proprietas.* VIV. *deciſ. 344. n. 1.* HEIG. *lib. 2.* 88
quaeſt. 40. n. 57. PEREGR. *d. iur. fiſc. lib. 1. tit. 1. n. 17.* BELLVG. *in*
ſpecul. princip. rubr. 28. n. 10. COEPOLL. *tr. de S. R. P. cap. 27. n. 2.*
BRECHAE *ad l. 25. de V. S.* RVTG. RVLAND. *tr. de commiſſar. part. 4.* 89
lib. 2. cap. 10. num. 3. ROSENTH. *Syn. feud. cap. 5. concl. 32. n. 2.* SIX-
TIN. *tr. de Regal. lib. 2. cap. 3. n. 97.* HARPR. *ad §. 1. de R. D. n. 9.* 90
BRONCH. *2. cent. aſſ. 13.* NICAS. A VOERD. SCHNEIDEW. HEIGIVS *ad §.*
1. de R. diu. IOH. HERING. *tr. de Molendin. quaeſt. 17. n. 22.* Vereor
autem, vt haec ſubſiſtat, tum ob nomen imperii, quod plura in ſe, 91
quam praedicta, continet, tùm ob vocem (eſſe), quae dominium inuol- 92
uere ſolet. BACHOV. *in not. ad Treutl. v. 2. diſp. 20. th. 1. lit. f. et in*
πρ. ff. tit. de R. D. p. 274. ſubſidium quaerit in eo, quod vſus inae- 93
dificandi in littoribus non ſimpliciter conueniat naturae, vtpote huic
rei non deſtinatis, ſed modus hic videatur relictus magiſtratui, vt 94
videat, ne quis aedificet malo publico. Eſſe igitur inter res commu- 95
nes differentiam faciendam, vt vna magis ſit communis altera Sic
aerem, aquam, omnimodo communem eſſe, quum vtendo noſtram fa- 96

Digitized by Google

ciamus? littora non aeque, quum tantum noſtra fiat pars, quae inae-
97 dificata: vſus vero, quatenus nauigantibus proſit, liber maneat, et quia
illa cura ad populum dominantem vel principem pertineat, ideo ma-
98 re, et littora abſolute communia non eſſe. Haec BACHOV. diſtinctio
cum praecedenti aliquatenus conuenit, et hactenus vera eſt, quod ma-
99 giſtratui in littora praecipuum ius ſit, in eo tamen, quod pars ſoli no-
ſtra fiat, non differt ab aere, vel aqua, quas res non totas noſtras fa-
cimus, ſed quantum hauriendo, vel adſpirando nobis neceſſarium.
100 DONELL. *4. Comment. 2.* et HARPP. *ad ſ. 2. de R. D. n. 8.* diſtinguunt
inter publica iuris gentium, quae ad totam ſocietatem humanam per-
tinent, et publica populi. Illo *l. 45. de vſucap.* non hoc modo litto-
ra publica eſſe. Hoc quidem verum eſt, ſed nodum *l. 3.* non ſoluit.
101 Mihi videtur, ſicut *part. 1. cap. 4. et 5.* inter maria diſtinctio
102 facta, ita eam hic non incommode adhiberi. Nam quod littora illa
attinet, quae vniuerſo mari circumiacent, recte dicimus, ea nullius
103 eſſe, et communia manſiſſe. Quum enim vſus eorum omnibus popu-
lis prodeſſe poſſit, non magis omnibus ab vno eripi poteſt, quam
104 a te mihi, quod meum eſt. In littoribus vero, quae particularibus
105 maribus adiacent, aliud dicendum eſt. Si enim priuatus ſolum eius
aedificando, quae ſpecies occupationis eſt, ſuum facere poteſt, mul-
to magis id poteſt populus, et quod ita occupat, ſuum facit. DONELL.
106 *d. l. ſ. habentur.* Rurſus ſi mare ſuum facere poteſt populus, quod
plus difficultatis habet, quur non et littora, quae certis finibus diſtin-
107 gui poſſunt? Quidquid autem priuatum fit occupando, illud fit pu-
108 blicum, ſi populus occupat. Sic littus, populi Romani finibus in-
cluſum, recte Celſus populi Romani eſſe exiſtimat. HVG. GROT. *de ma-*
109 *ri lib. cap. 5. pag. 45.* Ab eo enim tempore, quo littora a populo
Romano fuerunt occupata, non amplius communia, vel nullius fue-
runt, ſed publica facta. WESENBEC. *in comm. inſt. ad §. 1. de R. D. et*
110 *ſ. 5. n. 7.* Occupata enim fiunt eius populi, a quo occupata ſunt
111 DONELL. *d. l. et iuxta Seru. ad 3. Aeneid. Virg.* occupantis eſt poſſeſ-
112 ſio littoris. Recte ergo littora populi Romani vel Imperatoris, ad
quem omne ius translatum, vel alterius regis, principisque non ſo-
lum eſſe iurisdictione et tuitione, ſed imperio, proprietate, patrimo-
nio et dominio, dicit AYM. PARMENS. *tr. de alluu. lib. 1. cap. 15. n. 11.*
113 *et 12.* Item littora eſſe de regalibus; MYNSING. *dec. 11. reſp. 1. n. 162.*

Cuſto-

Digitized by Google

Cuſtodiam littorum inhaerere regiae dignitati et iuriſdictioni, *poſt* 114
CAPYC. *et* CAMILL. DE CVRT. ANDR. KNICH. *tr. d. territor. iur. cap. 3.*
num. 400. Littora eſſe populi Romani, quatenus Romanos agros 115
contingunt. EGVIN. BAR. *in d. l. 3.* Et hinc noſtris maribus quodam- 116
modo littora in dominio et iure principum, et magiſtratuum eſſe coe-
piſſe, adnotant BODIN. *1. d. Rep. 10.* GIFAN. *ad l. 50. d. A. R. D.* et
praeſcriptione adquiri poſſe, tradit. SCHNEIDW. *ad §. 1. de R. D. n. 5.* 117
Conceſſo autem dominio, exinde ſequitur, quod populus ſubditos oc- 118
cupandi littoris modum per principem aut praetorem potuit conce-
dere: et ita STEPHANI FORCATVLI, BACHOVII explicationes locum reci- 119
piunt. Rurſus, ſi dominium et proprietas eſt, ſequitur vt populus ab ea 120
hoſtes et nocituros arcere, eam tueri, et ſi contingat caſus, ibi poſſit
ius dicere, vt mox pluribus dicetur, GOTHOFR. *et communis opinio.* 121
ſuſtinetur. Etenim ſi aliter diceremus, vnde iuriſdictio vel tuitio 122
populo vel principi in littoribus; Quis dedit vni vel alteri populo, 123
et quis dare potuit? Si etiam communia ſunt littora: totius generis
humani eſſent illa iura. At quis non videt ſi rixae orirentur, vnum 124
populum alterum in tuitione impediturum eſſe, et inde ex defenſio-
ne offenſionem orituram? Nec poſſibile fuit, vt gentes ſuper tali 125
caſu conuenirent et ſtatuerent. Quae ratio ſuaſit diuidi maria, ter-
ras, ſuaſit etiam diuidi littora. Sicut in terra mediterranea fines po- 126
ſiti, et dominia diſtincta, ita et hic factum, et per conſequens res
priuata facta. Quod enim priuatis licet, conceſſum etiam eſt popu- 127
lo. HVG. GROT. *lib. 2. de iur. bell. et pac. 3. n. 4.* Nec obſtat, quod 128
in l. 14 de A. R. D. dicatur, littora non ita eſſe publica, vt ea quae in
patrimonio populi ſunt, ſed in nullius dominio eſſe. Id enim puto 129
verum eſſe littoribus nondum occupatis, nam ſtatim addit IC-
tus, eorum eſſe eam conditionem, quae ferarum, piſcium et aliorum
animalium, quae res adprehenſae ſine dubio eius domini fiunt, in 130
cuius poteſtatem peruenerunt. Idem ergo de littoribus, quum par ad-
ducatur ratio, dicendum.

Caeterum haec occupatio non minus, quam priuata, ſicut 131
etiam de maribus *part. 1. cap. 1. n. 95.* diximus, ita intelligenda eſt, 132
ne vlterius porrigatur, quam vt ſaluus ſit vſus iuris gentium, qui ideo
dicitur publicus. *§. 6. de R. D.* Dominium enim introductum cum 133
vſu, qui nemini nocet. HVG. GROT. *lib. 2. cap. 3. n. 11.* Accipit hunc

Digitized by Google

134 vſum DONELL. *d. l.* non de illo communi, qui prius fuerat, quo et-
iam barbarae gentes, vti littoribus iure gentium poterant, (iam enim
non poſſe ſtatuit, niſi conceſſu populi, cuius imperio ſubiici littora
135 coeperunt,) ſed de illo, qui ſit publicus iis omnibus, qui ſunt in or-
be Romano, et quibus populus illis littoribus, velut ſuis, vti conce-
136 dit. Magis tamen eſt, vt dicamus, vſum innoxium, quatenus in com-
merciis conſiſtit, adhuc omnibus gentibus patere, quod et DONELL.
137 *d. l. §. harum*, ſibi contrarius, non negat, licet populus, et eius
pars in eo ampliorem vſum habeant. Et hic eſt vſus iuris gentium,
ſeu publicus, qui in nauigatione et commerciis conſiſtit. Nemo igi-
138 tur poteſt prohiberi ad littus accedere, et alia facere, quorum *ſupra*
n. 70. et ſeqq. mentionem fecimus, GR. *d. l. n. 9.* dummodo abſtineat
a villis, monumentis, et aedificiis, nam non ſunt iuris gentium, ſed
139 priuatorum, vel populi *§. 1. de R. D.* Erudite hoc OBRECHT *diſp.*
4. ff. th. 61. his verbis exprimit: Nec exterae gentes ad littus adpel-
lere prohibentur, vel nauigare in mari, vel in ſiccum deſcendere, na-
ues ſubducere, aut nautica inſtrumenta reficere, at non poſſunt in
littore Romano, (occupato ſcilicet) per ſe vrbem, vel tecta condere.
140 *d. l. n. 63.* Licet autem DONELL. *d. l.* ſubiungat, non eſſe littora in
patrimonio populi, aliud tamen iam dictum eſt, et nequit ab illo
conceſſa occupatio ſine dominio conſiſtere, vel ad vſum ſolum re-
ſtringi.

141 Imperium hoc, quod territoriorum domini in littoribus ha-
bent, alio nomine iuriſdictio littoralis nominatur, Germanis *die Strand-*
142 *Gerechtigkeit.* Quid haec proprie ſit, vel in ſe contineat, de eo in-
ter Dd. non conuenit? TH. LINDEMN. *exerc. feud. 2. th. 52.* per eam ius
ſeu poteſtatem occupandi bona naufraga intelligit. Idem vult SPECKH.
143 *cent. 3. quaeſt. 45.* qui illud ius vocat *die Grund-Ruhr*, quod ſcilicet
naues dum naufragio rumpuntur, fundum tangant. BESOLD. *theſ.*
144 *pract.* v. *Grundruhr.* Verum cum illud pietati, ſanae rationi, et bo-
nis moribus aduerſetur, vt *inf. lib. 5. c. pen.* dicetur, non poſſumus
145 inuita iuriſprudentia, quae aequum et bonum tuetur, ius nominare.
146 Mihi ſemper littoralem iuriſdictionem aliquid plus in ſe comprehen-
dere viſum fuit, et quum nihil certi apud Dd. repererim, putaui e re
147 eſſe, ſi penitius inquirerem, et quid ſentiam, in medium propone-
rem. Supra dicta huic lucem foenerant, vbi ſi peccauero, excuſa-

Digitized by Google

to erit venia, qui adſenſu Dd. deſtituor. Statuo ergo, primo hoc 148
ius in ſe continere poteſtatem cognoſcendi ſuper cauſſis, ſiue ciuilibus, ſiue criminalibus, ſi in littore vel inter ibi habitantes, aut ali- 149
ter illud accedentes oriantur, vel etiam in mari littori proximo, ſi
ſimul cum littore ad certa ſpatia occupatum ſit. Vnde mecum non 150
eſt dubium, ſi homicidium in littore patratum ſit, inquiſitionem, inſpectionem vulneris, transſationem cadaueris *die Aufnahm und Wegfuhr*, et animaduertendi in delinquentes poteſtatem ei competere, qui ius in littore habet. Idem obtinet in caeteris delictis. Dubium
hic oritur, ſi vnus dominium maris, alter iurisdictionem in littora 151
habet, quae diuidi poſſunt, vt *part. 1. cap. 5. n. 42.* dictum, et homo in mari occidatur, vel occiſus reperiatur, cuius ſit cognitio? Si
non ſint certi actus poſſeſſorii, et documenta: pro eo, qui ius maris 152
habet, concludendum erit. Hinc, ſi quis in aggeres, tonnas, ſpecu- 153
las, *Backen* delinquit, ſubiicitur iurisdictioni eius, qui littoribus imperat. Sequitur exinde errare eos, qui ex iure portus ſibi cogni- 154
tionem ſuper criminibus in mari adiacente, vel littoribus perpetratis ſumunt. Diuerſa haec ſunt, nec ab vno infertur ad aliud. *Vid.* 155
infr. part. 5. cap. vlt.

Deinde competit domino littorum eorum defenſio, tui- 156
tio, protectio. SALIC. *ad leg. 6. C. ad L. Iul. d. vi.* Expreſſe hoc rubrica *C. et L. vnic. d. littorum cuſtodia.* innuit. Digna conſtitutio, quae 157
hodie renouetur. Haec conſiſtit 1. in eo, vt hoſtes populi, cum quibus bellum eſt, vel metuitur, arceantur a littoribus, nec niſi volente domino, ea accedant. Ab hoc enim tempore, quo ſunt occupata, non ſunt 158
amplius communia, vt exteri poſſint dicere, ſe re naturali prohiberi.
DONELL. *4. Com. 2.* 2. Vt dominus littoris curet, ne naues illicitas 159
merces ad barbaros vehant, *d. l. vnic.* de quibus *par. 3. cap. 6.* pluribus. Debet 3. proſpicere, ne naues, quae ex portu vel littore di- 160
mittuntur, vllam concuſſionem, vel damna ſuſtineant. Quia enim 161
nauigatio ad ſummam reipubl. pertinet, MENOCH. *rem 6. ret. poſſeſſ. n. 54.*
et ſaepe vna hora venti commoditatem aufert, vnde reip. poſtea, 162
annonae caritas, vel grauius incommodum naſcitur: neceſſe fuit prouidere, ne naucleri vllam concuſſionem *Plackerey* ſuſtinerent. Occaſio conſtitutionis fuit rapacitas publicanorum, aliorumque in portu- 163
bus, qui ſaepe ſine cauſſa hoc vel illud excogitabant, vt aliquid ſub

 ſpecie

Digitized by Google

ſpecie retentionis extorquerent. Quale bellum nuper inter Suecos
164 et Danos inde ortum, nemo neſcit. Interim ne illicitas merces, vel
alias fraudes, naucleri committerent: liberum eſt cuſtodiae praepoſitis,
vt 4. viſitent naues, et exigant a naucleris, vt deponant, in quam pro-
165 uinciam ituri ſint. *d. l. vnic.* Debet autem haec viſitatio moderate
166 fieri, ne in ſe ipſa concuſſio ſit. Haec cuſtodia cum requirat mul-
tos ſumptus in viſitatores et adparitores, qui littora viſitant,
vel opera in littore, pro ſecuritate nauigantium poſita: non
opus habet princeps de ſuo eos largiri, ſed pro mercibus aliquod
167 pretium exigere poteſt. *arg. l. 1. C. d. canon. largit.* SPECVL. *in tit. d.
cauſſ. poſſeſſ. §. 1. verſ. quod de* BERTACHIN. *d. gabell. part. 1. qu. 14.*
SEBAST. NAEVI *in ſyſtem. iur. ad L. vnic. C. d. litt. cuſtod.*

168 Tertio ad curam littorum inprimis ſpectat, vt dominus videat,
ne quid fiat in littore. Hoc BODIN. *1. d. Rep. 10. n. 171.* eousque ex-
tendit, vt ne anchoras quidem ſine permiſſu principis alienis littoribus
169 iniicere liceat. Quod vt ſuo modo, ſi metus ſit ab hoſtibus, vel alias
periculum, verum eſt, ita vbi beneficio locus eſt, non nimis exten-
dendum. ICti hoc ius ita declarant, ne deterior littoris, mariſue
170 vſus fiat, *l. 3. ne quid in loc.* ſeu, ne vſus publicus impediatur. *l. 4. eod.*
Nam vt diximus *n. 131. et ſeq.* vſus littorum innoxius, licet occupata
171 ſint, manet publicus §. *6. d. R. D.* Vtendi autem ius eſt, vt quiuis
e populo cuiuscunque gentis poſſit vti littore ad eas res, ad quas na-
172 tura prodidit, nempe ad naues illic recipiendas, ad onus ex nauibus
ibi exponendum, aut inde importandum in naues, ad retia ſiccanda,
173 etc. *d. §. l. 5. l. 6. d. R. D.* Hunc vſum vt natura concedit, ita ius
cuiusque magiſtratus tuetur, dum vetat quemque vti, aut in his quid-
quam facere, quo earum rerum vſum aliis impediat, deterioremue faciat,
et ſi contra faciat, impedimenta propriis remediis remouet. Impeditur
hic vſus, vel opere, vel manu. Quidquid fit, immittiturue in littoribus
174 non conceditur, ſi deterior littoris vſus futurus ſit. *d. l. 3. §. 1. l. 4.* Re-
media aduerſus huiusmodi opera haec ſunt. Si quid inchoatur, vtile
eſt interdictum prohibitorium ne fiat, idque omnibus, quibus ea
176 res nocitura eſt. Opere autem iam facto, vtile interdictum aduerſus
177 eum, qui factum habet, quo id reſtituatur, *l. 2. §. 35.* iuncto §. *8.*
178 *Ne quid in loc. publ.* et, ſi parere nolit, manu prohibetur, id eſt, au-
ctoritate iudicis opus tollitur. *l. 50. d. adquir. R. D.* Manu ſeu de fa-
cto

cto prohibemur iſtarum rerum vſu, quum ſit impedimentum, ne quis 179
illis rebus vtatur, ſicut vti poteſt, *e. gr.* dum vi prohibetur, ne poſ- 180
ſit vnus exponere, vel retia ſiccare, aduerſus hanc vim nullum in-
terdictum eſt, ſed iniuriarum actio. *l. 2. §. 9. Ne quid in loco publ. l.*
13. §. fin. d. iniur. Eleganter DONELL. *4. Comment. 2.* §. harum. 181

Quarto huc referenda eſt poteſtas aedificandi in littore. Quia 182
enim diximus, littora a populo occupata eſſe, traditur alibi, non poſſe
aliquem aedificare ſine permiſſu Principis, *l. 2. §. 10. et §. 16. Ne quid*
in loc. vel decreto praetoris. *l. 50. de A. R. D.* Vbi notandum, *in d.* 183
l. 50. propter errorem, ex paritate literarum initialium ortum, pro
(Praetoris) legendum (Principis.) Praetor enim iuris dicundi gratia 184
fuit creatus, cum iuriſdictione vero prorſus nihil commune ius ma-
ris habet, vel nauigandi, in primis, quum in prouinciis praeſides et pro-
conſules fuerint. Niſi quis dicere velit, vocabulum Praetoris pro o- 185
mni magiſtratu cum imperio ſumi. WESENBEC. *part. de offic. Praet.*
num. 1. Vel praetorem conniuentia populi haec in libera republi- 186
ca tractaſſe, aut non directe de ipſo iure maris praetorem agere, ſed
tantum inter priuatos interdictis, dum de publicis agunt, lites dirime-
re, quod videtur accommodatiſſimum *d. l. 1. §. 8. Ne quid in loc.* 187
Non ergo reſpectu exterorum ſolum, ſed etiam ſubditorum, princi- 188
pibus aliquid iuris tribuunt littora, et ſunt de regalibus. Sane quia
ſubditi pars populi ſunt, poſſunt vti littoribus prae exteris, et qua- 189
tenus aedificant, ipſorum fit ſolum. *l. 6. de R. D. l. 14. de A. R. D.*
Sed quia laedi vtilitas publica poteſt aedificatione, Principis cuius 190
littora ſunt, conſenſu opus eſt, ne quis in alterius fundo ipſo inui-
to, quid faciat. Quod exegit vtilitas publica, ne priuati aequo iu- 191
re littoribus vtentes ad arma venirent; ſeque inuicem in vſu promi-
ſcuo impedirent; et hoc modo occupatione a libertate naturali re-
ceſſum fuit. Si ergo quis in littore aedificat, quod publico noceat, 192
aut caeteris incommodat, aut ſi etiam poſſit de eo dubitari, vel
ei controuerſia fieri, quaſi cum incommodo aliorum aedifice-
tur, aduerſus hoc periculum valet quidem citra controuerſi- 193
am permiſſus principis, aperte id concedentis, vel decretum
praetoris. Qui decernere dicitur, ſi cauſſa cognita, vt ali- 194
quid fiat, permittit. *l. 5. 14. de reb. eor. qui ſub.* Cognitio autem in 195
eo conſiſtit, an aedificetur cum incommodo aliorum, vel ſine in-
commo-

196 commodo. Et huic cognitioni locus eſt in iudicio, puta, interdicto prohibitorio, quum quis incipit aedificare in littore, et exiſtit aliquis e populo, qui aduerſus aedificantem agit interdicto, ne aedificet. *l. 2. §. 8.*
197 *ne quid in loc. pub.* aut in operis eius noui nunciatione, quum de ea
198 remittenda agitur. *l. 24. d. damn. inf.* Partes praetoris hae ſunt, vt ſi cum incommodo vſus publici aedificari repererit, vetet, et ſi aedificatum ſit, iubeat reſtitui. *d. l. 2. §. 8. et ib.* Si non ſit incommodum, tueatur aedificantem. *d. §. 8.* DONELL. *lib. comment. iur. ciuil. cap. 9.*
199 Sententia haec erit, vt pronunciet, aedificari ſine incommodo
200 alterius, et ius aedificandi eſſe. Eſt igitur tale decretum neceſſarium,
201 quia ad tuendum aedificantem valet. Interpoſitum etiam vtile eſt, contra quemuis agentem, ſiue ille ipſe agat, qui antea egit, ſiue alius
202 ex populo. Vtroque enim caſu exceptione rei iudicatae repellitur.
203 Illo, quia idem agit. *l. 3. d. except. rei iudicat.* Hoc, quia eſt actio popularis, *arg. l. 1. d. pop. act.* quae ſemel in iudicium deducta totam cauſſam conſumit, et contra quemuis vincenti exceptionem parit. *l. 30.*
204 *§. 3. d. iureiurand.* DONELL *d. l.* Sed ſi quis littore vtatur, vt nullo modo nocere poſſit publico, puta ſi ibi aedificet, quo naues non perueniant, vel littus ſit ita ſpatioſum, vt ea parte detracta non minus commode reliqui poſſint littore vti, eſtne tunc principis permiſſus ne-
205 ceſſarius? Id negat DONELL. *d. l.* tum, quod naturali iure id liceat, *l. 14. d. A. R. D. §. 6. eod. l. 3. l. 4. ne quid in loc. publ.* tum, quod *in*
206 *l. 2. §. 8.* eadem dicatur tuendus in littore aedificans, ſi nemo damnum
207 ſentiat. Ego, vt hoc concedam, ſi priuatus contra priuatum agat, qui damnum dicitur pati, ſi commodum, quod ex publico conſequi pote-
208 rat, amittit, *d. l. 2. §. 11.* et ideo ab aedificante in littore petere poteſt ſibi caueri damni infecti nomine, *l. 1. §. 8. d. N. O. N.* de quo caſu priuatorum ſuper vſu publico certantium illud interdictum etiam lo-
209 quitur: ita ſi princeps ipſe in conſiderationem veniat, puto ipſius permiſſum neceſſarium. *d. §. 16. l. 50. de A. R. D.* ibi: *decretum ad-*
210 *hibendum eſſe, vt id facere liceat.* Intereſt enim Principis, qui illam partem ſoli amittit, quae inaedificando occupatur. Hoc eſt, quod
211 ARNIS. *3. de iur. maieſt. 3. n. 6.* ait, ne fruſtra opus ſit conſenſu Principis, oportet eum requiri ad hoc, vt ipſe ius et proprietatem ſuam, quam habet in rebus publicis, petenti cedat, quandoquidem in his caſibus quaeſtio eſt, non de ſolo vſu, ſed etiam de occupatione.

Hinc

Digitized by Google

Hinc etiam inter aedificium, et ius ſiccandi retia onera haec eſt differentia, quod illud longum et diuturnum vſum habet, et ſimul dominium loci priuatum facit: *d. l. 14.* hoc in breui et temporario vſu 212
ſine proprietatis adquiſitione conſumitur. *d. l. 6. de R. D.* Sicut igitur princeps priuato ſuum ius adimere nequit: *l. 11. d. R. D.* ita multo minus priuatus principi poteſt obeſſe, quia tali aedificio par- 213
ticula reipublicae occupatur. ARNIS. *d. l. n. 6.* Princeps vero de iure ſuo poteſt remittere, et licet noceat aedificium, ſi quis tamen hoc 214
impetrauerit, valet conceſſio. *d. ℱ. 16.* ibi: *niſi forte quis hoc impetrauerit.* Nec habent caeteri, quod querantur, quia Princeps occu- 215
patione dominus littorum factus, poteſt de iure ſuo remittere; et paruum illud ſpatium, quod aedificio conſumitur; quodque nullius priuati proprium, nec ad communem vſum neceſſarium fuit, latio- 216
ribus ſpatiis parum, aut nihil adimit. GROT. *lib. d. mari lib. pag. 44.* In dubio autem, ſi quis a Principe id impetrauerit, non eſt creden- 217
dus ſic aedificare, vt cum incommodo alicuius fiat *d. §. 16.* ibi: *non eſt credendus.* Recte ergo GIPHAN. *in l. 50. de A. R. D. n. 3. et ſeqq.* 218
dicit, ſi perſpicuum ſit, non officere, praetoris auctoritatem non neceſſariam, tutius tamen adhiberi. Hodie vero noſtris moribus, qui- 219
bus littora in dominio principum eſſe coepere, nunquam hoc ſine permiſſu ipſorum licere. HILLIGER. *in Donell. 4. cap. 9. lit. e.* Nec obſtat, quod DONELL. *d. l. n. 40. ℱ. 8.* ad loca ciuitatis publica, ve- 220
luti agros, areas, vias publicas, reſtringat, et diuerſum in littoribus ſtatuat. Nam ab eo tempore, quo occupata ſunt littora, publica ſunt facta, et propterea idem de iis, quod de aliis locis publicis, dicendum eſt. HVNN. *in Treutl. v. 2. diſp. 20. th. 1. lit. f.* DAN. OTTO *in logic. iur. lib. 1. cap. 16. et 18.*

Patet hinc, quod GIFAN. *in l. 30. ℱ. fin. de A. R. D.* dicit ae- 221
dificium in littore exſtructum fieri aedificantis, non propter ſolum, nec propter aedificium, ſed iure occupationis, non ſimpliciter verum eſſe de littoribus occupatis, in quibus magis cauſſa Principis permiſ- 222
ſus eſt, qui limitando et ſtatuendo hic modum ponere poteſt. Valet autem in littoribus nondum occupatis, in quibus dominii cauſſa ſola 223
occupatio eſt. BACH. *in πρ. ℱ. de R. D. pag. 274.* adeo vt etiam ſoli dominus conſtituatur, qui ibi aedificat: *l. 6. de R. D. l. 14. de A. R.* 224
D. nec poteſt ei nouum opus nunciari. *d. l. 1. §. 18. d. N. O. N.* Vtro-

Digitized by Google

225 que tamen caſu aedificationis, ſiue cum conſenſu, ſiue in loco communi hic effectus eſt, vt ab aedificatis villis, caſis, monumentis,
226 abſtinere quis debeat, §. *1. de R. D.* quippe haec facta ſunt eius, qui exſtruxit, vt iam priuata ſint, et priuati iuris, non publica; hoc eſt, quod dicitur *d.* §. non ſunt iuris gentium ſicut mare, ſcilicet poteſtate, vt omnibus pateant. DONELL. *4. comm. 2. in fin.* Per monu-
227 menta autem DONELL. *d. l.* non putat intelligi poſſe ſepulcra, quae in littoribus religioſa fieri non poſſent, quum, quae a mari occupantur,
228 ſint publica. *i. e.* in vſu populi *l. pen. de R. D.* ſed omnes exſtructiones omniaque opera eminentia, quae a mari non tenentur, poſita autem illic ſunt, memoriae cauſſa puta, vel naufragii, vel liberationis alicuius, quae in mari contigerit, memoriae prodendae cauſſa *l. 42.*
229 *de religioſ.* Ego vt poſterius non negem, ita non video quomodo in littore non poſſint ſepulcra eſſe, a quibus etiam, tanquam rebus religioſis et diuini iuris, ſicut a villis, rebus priuati iuris, in quibus nihil amplius priuatis poteſtatis, *d. locis* abſtinendum ſit. Compro-
230 bat id quotidiana dies, quae paſſim in littoribus nauarchorum de-
231 mortuorum ſepulcra oſtendit. Et moris apud nautas eſt, ſi in naui quis moritur, vel naufragio iactatur, vt illi aliquid pecuniolae affeti alligato addant, vel ſecum ſumant, quo fortuito reperti poſtea terrae poſſint condi, ne inſepulti maneant. Iam olim etiam idem fuiſſe in
232 vſu, teſtatur paſſim VIRGIL. *3. Aeneid.* vbi de Andromache.

> \- - - *Maneſque ciebat,*
> *Hectoreum ad tumulum, viridi quem ceſpite inanem*
> *Et geminas, cauſſam lacrymis, ſacrauerat aras.*

et lib. 6. de Deiphobo, ad quem AENEAS:

> *Tunc egomet tumulum Rhoeteo in littore inanem*
> *Conſtitui, et manes magna ter voce vocaui.*

233 et de Palinuro ad quem SYEIL. *d. lib. 6.*

> *Et ſtatuent tumulo, et tumulo ſollemnia mittent.*

Fuiſſe autem tumulum inanem probat, quod paullo ante loquatur vmbra Palinuri de ſe:

> *Nunc me fluctus habent, verſantque in littore venti.*

234 Illud ſaltem dubium manet, quod inanem tumulum VIRGILIVS nominet, de quo diui fratres reſcripſerunt, teſtante VLPIANO, non eſſe locum religioſum, *lege 7. de rer. diu.* et ideo venire poſſe. *l. 6. §. 1. in fin.*

fin. de religioſ. Quum contra Marcianus auctoritate Virgilii 235
adſtruat, cenotaphium locum religioſum eſſe. *lege 6. §. fin. de rer,*
div. Multi hic multa, quae legi poſſunt apud Dd. BACHOV. *ad §. 9.* DONELL. *4. com. 1.* HILLIG. *ibid.* ANT. MATTHAEI *de* 236
Fundam. iur. diſp. 4. th. 8. deſperat, et apertam antinomiam ſtatuit.
Mihi non diſplicet ſententia IOH. VESTRINGK. *in diſp. inaug. de iur.* 237
exſequiar. Anno 1643. ſub meo praeſidio habita pag. 60. n. 10. qua ſtatuit, diuos fratres de nudo tantum et puro cenotaphio in memoriam
et honorem peregre mortui exſtructo, diſponere. Marcianum vero
loqui de eo, quod aris erectis, euocatis manibus, pro more Quiritium ſepulcri religione coleretur. Tale Deiphobi et aliorum fuiſſe verſus 238
indicant, *facit huc Lex. 44. de manumiſſ. teſt.* et vetus inſcriptio Ravennae. *Ob. memoriam. patris ſui Dec. VII. Colleg. Fab. M. R. H. S.*
P. N. liberalitate donauit. Sub hac conditione, vt quotannis roſas ad.
monumentum eius deferrent, et ibi epulentur, duntaxat in V. Idus Julias. quod ſi neglexerint, tunc ad VII. eiusdem collegii pertinere debebit conditione ſupra ſcripta. Statuebant, qui hos inanes tumulos re- 239
ligione quadam donare cupiebant, certis anni temporibus ad eos e- 240
pulas et ferias celebrari, quibus memoria defunctorum honoraretur.
Vnde etiam cenotaphiorum monumenta *memoriae* dicebantur. Nec
obſtat, quod in *L. pen. de rer. diu.* dicatur, a mari occupatum, publi- 241
cum fieri. Nam non loquitur *d. l.* de monumentis, vel aedificiis in
littore exſtructis, quaſi deſinant propter mare alluens diuini vel priuati iuris eſſe, ſed de totali et continua inundatione, vt non ſpere- 242
tur diſceſſio maris, qualis ſaepe in Belgio contingit. Ita occupatum,
quin incipiat eiusdem iuris eſſe, cuius eſt mare, et publicum ob
conditionem caſus, qui locum mare facit, et ei religionem aufert,
nulla eſt dubitatio. Sed quaeritur: ſublato aedificio, cuius condi- 243
tionis is locus ſit? hoc eſt, vtrum maneat eius, cuius fuit aedificium: an rurſus ad priſtinam naturam recidat, perindeque publicus 244
ſit, ac ſi nunquam in eo aedificatum fuiſſet? Reſp. ICtus MARCIANVS *in d. c. 6.* NERATIVS *in l. 14.* quaſi iure poſtliminii reuerti locum in priſtinam cauſſam: et ſi alius in eo aedificauerit, eius fieri 245
locum, et aedificium, *d. l. 6.* nec poſſe priorem poſſeſſorem alterum
exceptione occupationis repellere. *l. 45. de vſucap.*

Digitized by Google

246 Quinto huc non incommode refertur ius erigendi vaſcula e-
minentia, in quibus ignis alitur *Feur halten*, item poteſtas ponendi
247 ſtipites coronatos, *Backen*, palos introrſum implicatos *Capen*, exſtruen-
di pharon, *Luchten, oder Blüſen*, quae omnia inuenta pro ſecuritate
nauigantium, vt eorum adſpectu propiorem acceſſum ad littora eui-
tare queant.

248 Demum huc pertinet facultas percipiendi vtilitates maris, et
occupandi eius eiectamenta. Quamquam enim iure naturali, quae
in littore inueniuntur veluti lapilli, gemmae &c. ſint nullius, et ce-
249 dant inuentori. §. *18 de R. D.* id tamen non ita intelligendum eſt,
quaſi ita naturale ſit, vt mutari nequeat, ſed id referendum ad ius
250 naturae non merum, ſed quod ſequatur introductum iam domini-
um, aut ad ipſam legem ciuilem non ſolius populi Romani, ſed
251 multarum iuxta nationum. Sunt igitur naturalia non ſimpliciter,
ſed pro certo rerum ſtatu, id eſt, ſi aliter cautum non ſit. Poſſunt
252 igitur talia per legem ciuilem praeueniendo mutari, quia non ex di-
ctato rationis, ſed ex more gentium multarum, obſeruantur, relicta
alteris poteſtate, quid de illis decernere velint. HVG. GROT. *d. iur.*
253 *B. et P. 8. n. 1. et 5.* Sic ius legendi conchas et pyramidales lapides
paſſim principes vſurpant. GRYPH. *tr. d. inſ. cap. 31.* corallarias et v-
niones Rex Perſiae in Goa habet. MERCAT. *in map.* in Africa cae-
254 teri littorales domini. *Lind. diſp. inſt. 3. th. 4.* Succinum Elector Bran-
denburgicus, etiam ſub poena grauiſſima, ne inuentor tollat. *Preuſ-
ſiſch Land-Recht lib. 3. tit. 1. art. 3. §. 3.* CHRIST. WEGNER. *in diſſer.*
255 *iur. ciu. et Pruten. th. 5. lit. 6.* In Pomerania, quia eius non tanta
256 copia, reliquit princeps inuentori. His non male additur ius colli-
gendi bona naufraga, non quidem, vt faciat ſua, ſed ſeruet futuris
257 dominis repoſcentibus, et naufragos audiat, res probantes ſuas, et
258 ſi controuerſia ſuper pretio *Bargegeld* incidat, eam dirimat. PARTHEN.
litig. lib. 1. c 13. vid. infra part. 5. c. 9. plur.

259 Olim curam littorum committere dicebatur comes ſacrarum
largitionum, in formulis Caſſiodori, et inde curioſi littorum diceban-
tur in *Nou. Theod. de trib. fiſc.* CVIAC. *ad rubr. C. de litt. cuſtod.*
Hodie hoc ius in littoribus habent omnes reges, et principes, ad
mare ſedentes, et plerumque tamquam ſummum regale aeſtimant.
In noſtrae patriae littoribus non eſt dubium, quin ſoli Duci Pome-
raniae

Digitized by Google

raniae competat. Hinc illuſtriſſimus etiam Princeps Dn. Bogislaus 260
XIV. Dux Pomeraniae &c. in dotatione coenobii Hildenſis cum o-
mnibus pertinentiis, vniuerſitati Gryphiswaldenſi facta, inter alia rega- 261
lia ſibi reſeruauit littoralem iurisdictionem. Caetera fluminis com-
moditate, quae in poteſtate mercandi, adpellendi, transuehendi, et 262
ſimilibus conſiſtit, vniuerſitati relicta. Illam enim ſicut Abbates ve-
teres archimandritae ſemper habuerunt, ita et Princeps eiusque mi-
niſtri iuxta mare iurisdictionem littoralem poſtea exercuerunt, ſicut
ex regiſtris de anno 1545. et ſequentibus abunde deduci poteſt. Et 263
ita vniuerſitas eo iure, quum ad eam coenobium deuenit, aliquoties vſa 264
eſt. Quamuis autem Senatus Anno 1642. quum ſimilis caſus contin- 265
geret, ex iure portus contradiceret, noluit tamen vniuerſitas a poſ-
ſeſſione deſiſtere, et cum Senatus contra nihil poſſet efficere, reci-
procis pro- et reproteſtationibus res controuerſa manſit. Sicut acta 266
de illo anno late teſtantur.

Omnis autem arenae, quae in mari congenita eſt, vel ei in lit- 267
toribus adiacet, numerus infinitus eſt. *Geneſ. 22. v. 17. et 32. v. 10.* non
re ipſa, ſed noſtra ignoratione. MERVL. *diſp. de marib. c. 1. pag. 160.*
Quum enim infinitum natura abhorreat, et tota natura finita ſit, nec 268
omnes res collectim infinitae, ſtuduerunt olim Aſtronomi, inter
quos Aratus et Eudoxus, LVDOV. VIV. *in lib. Auguſt. 16. cap. 3.* 269
nec minus hodie clariſſimi viri numerum aliquem ponere, quem
putarunt huic rei ſufficientem eſſe. CLAV. *in com. c. 1. Sphaer. Ioh. de* 270
ſacr. Boſc. in fin. SNEILL. *lib. 2. Eratoſt. Batau. 12.* DOLING. *cent. 1.*
Aſtron. dec. 4. quaeſt. 4. Sicut autem ridiculum praeciſe numerum 271
determinare, quod de ſe Pythia verbis Apollinis effutiuit:

Noui ego arenarum numerum, ſpatiumque profundi. 272

ita non opus in verbis Geneſ. cum AVGVSTIN. *ib. de ciuit. Dei 21.*
hyperbolem ſtatuere, quaſi plus dicatur, quam intelligatur. Sapit 273
enim ea ſpeciem mendacii eo ipſo, quod veritatem excedit. Tu-
tius eſt, cum D. PAREO *ad c. 13. Gen. v. 16.* dicere, eſſe comparationem 274
rerum diuerſarum in aliqua re ſimilium, non tamen aequalium: vt ſit
ſententia, non tam multos fore Abrahamo poſteros, quam multae ſunt 275
arenae, aut puluiſculi terrae, ſed tam fore illos innumerabiles, quam 276
iſti ſunt, hominibus ſcilicet, non DEO, cui numerati et definiti ſunt. 277
D. RVNG. *ad d. cap. Geneſ. v. 13. p. 417.*

Digitized by Google

278 Extra has arenas et terminos quum mare ſe mouet, tunc ali-
quando ſtato tempore exundans effluit, et exacta periodo refluit. In
279 mari motus ſunt, *inquit Varro d. L. L. l. 80.* qui viginti quatuor ho-
ris lunaribus quotidie quater ſe mutant; et cum ſex horis aeſtus cre-
280 uerunt, totidem decreſcunt rurſum. Vocant illum motum alii ae-
281 ſtum, rheuma: VEGET. *cl. 5. c. 12.* eſtque nihil aliud, quam receſſus
aquae marinae ex fundo et loco ſuo ad locum alium, et eiusdem aquae
282 ſubitus reditus ad locum priſtinum. KECKERM. *d. l.* Species eius ſunt,
283 hinc maris acceſſus, ſpecialiter aeſtus vocatus, Graecis, πλήμη πλη-
μύρα ἐπίτασις Straboni: Inde maris receſſus regurgitatio, ſeu reci-
procatio, feruor maris, Graecis παλιῤῥοθία Homero κῦμα παλιῤῥό-
284 θιον. Romani olim quum aeſtum, nauibus aduerſum, adeo vehementem
285 experirentur, vt nulla remorum vi aut multitudine progredi poſſent,
diuinitus id fieri exiſtimabant. LIV. *lib. 35.* CIC. *3. de nat. Deorum.*
286 Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri
conſtantius? quid freto Sicilienſi, quid oceani feruore in illis locis,
287 vbi Europam et Lybiam diuidit? quid aeſtus maritimi, vel Hiſpa-
nienſis, vel Britannici, eorumque, certis temporibus, vel acceſſus,
288 vel receſſus, ſine DEO fieri num poſſunt? Cauſſam huius aeſtus veteres
et recentiores diligenter licet inueſtigantes, non potuerunt certam re-
perire. LVCAN. fatetur ſe ignorare.

- - Quae littus dubium, qua terra fretumque
Vindicat alternis vicibus, quum funditur ingens
Oceanus, vel cum refugis de fluctibus aufert
289 *Quaerite, quos agitat mundi labor, at mihi ſemper*
Tu, quaecunque moues tam crebros cauſſa meatus,
Vt ſuperi voluere, lates.

Referunt IVSTIN. PHILOS. *admon. ad Gent.* GREG. NAZIANZEN. *or. 1.*
290 COEL. RHODIGINVS *l. 29. antiq. lect. c. 8.* Ariſtotelem quum cauſſam re-
perire nequiuerat, contabuiſſe merore, et ſe in mari praecipitaſſe.
Attribuit interim Ariſtoteles ſoli cauſſam pleroſque ſpiritus mouenti,
291 ac circumferenti, quibus ingruentibus quidem propulſum Atlanticum
mare intumeſcat, aeſtumque efficiat, ceſſantibus autem retractum ſub-
292 ſidat, aeſtumque reuocet. Platonici quibus STRABO *Geogr. ſua lib. 1.*
293 adſentit, mare animantibus ſimile eſſe dixerunt, quemadmodum enim
animantes ſpiritum aſſidue admittunt, ſic mare ſemper in ſe et ex ſe
recur-

Digitized by Google

recurrens, agitatione quadam mouetur. MACROB. *lib. 2. in Som. Scipion.*
Exinde motum eſſe iudicauit, quod Sinus oceani orientalis et occi- 294
dentalis mutuo conſenſu ſeſe feriant, impetuque immaniore miſcean-
tor, ex qua colliſione illa acceſſio et receſſio naſcatur. VEGET. *lib. 5.* 295
cap. 12. diuerſo lunae creſcentis minuentisque ſtatui adſcribit. Huic
conſentit POMPONIVS MELA *lib. 3. c. 1.* (ibi) Neque adhuc ſatis cogni- 296
tum eſt, anhelitune ſuo id mundus efficiat, retractamque cum ſpiritu
regerat vndam vndique, ſi (vt doctioribus placet,) viuum animal eſt, an
ſint depreſſi aliqui ſpecus, quo reciproca maria reſideant, atque in-
de ſe rurſus exuberantia attollant. An luna cauſſas tantis meatibus 297
praebeat, ad ortus certe eius occaſusque variantur, neque eodem ad-
ſiduo tempore, ſed vt illa ſurgit et demergitur, ita recedere atque
aduentare comperimus. CIC. *lib. 2. d. diuinat.* Quid de fretis atque 298
de marinis aeſtibus plura dicam, quorum acceſſus et receſſus lunae
motu gubernatur? Idem PLIN. *c. 97.* Nec vnquam eodem tempore, 299
quo pridie, refluit, vt ancillante ſydere trahenteque ſecum auido hau-
ſtu maria, et adſidue aliunde, quam pridie, exoriente, paribus tamen in- 300
teruallis reciproci, ſeniſque ſemper horis non cuiusque diei aut no-
ctis aut loci, ſed aequinoctialibus. Et hanc opinionem amplectuntur. 301
THOM. *d. occul. nat. oper.* PIC. MIRAND. *3. cont. Aſtrolog. 15.* SCALIGER.
exerc. 52. MAGIR. *in phyſiolog. c. 8. theor. 21. et ſeq. et in comm. lit. d.*
MERVLA *diſſert. d. mar. c. 1. p. 120.* SPERLINGK. *in Inſtit. phyſic. lib. 4. c. 3.* 302
qu. 5. KECKERM. *p. 2. probl. naut. 3. ſc.* quod Luna ſicuti in reliquis
corporibus inferioribus humorem minuit, vel auget, ita etiam in 303
vaſto maris corpore ſingularem vim habet et virtutem. Prout ergo 304
augetur lux Lunae, et prout validius ſparguntur radii lunares, copio-
ſiores et validiores in vndas marinas, pro eo etiam validius intume-
ſcunt: et contra, prout radii et lux Lunae decreſcit et minuitur, pro eo
aquae marinae remittuntur et refluunt. Sicut enim luna varias in mo- 305
tu vices ſuſtinet, ita etiam diſſimilibus vicibus agitantur aeſtus. Nam
Lunam ſequentes bis inter duos eius exortus adfluunt, bis refluunt 306
vicenis quaternis ſemper horis h. e. maria ſingulis diebus naturalibus
bis inundant, bis recedunt, intumeſcentia adſcendente luna ſupra ho-
rizontem ortiuum: relabentia vero ipſa meridiano coeli faſtigio in oc-
caſum vergente: iterum exſurgentia recedente ſubterima coeli luna, 307
partemque meridianae contrariam accedente, hinc ſubſidentia, donec
iterum

Digitized by Google

iterum exoriatur. VARRO *lib. 8. d. L. Lat.* VEGET. *lib. 4. c. 42.* Vt
308 item luna non ſemper eodem tempore, nec eodem loco oritur: ſed
adſidue aliunde, quam pridie, prodit, ſic nec aeſtus ſtatis horis recur-
runt, ſed illo tantum tempore, quo ipſo iter facit per coeli cardines.
PLIN. *d. l.* Hoc etiam notandum, lunam aliter mouere, cum plena; ali-
309 ter cum dimidiata. Maior enim vis lumini copioſo, quam debili, et
velut exſtincto. PLIN. *d. l.* CAESAR. *lib. 4. de bell. gall.* ibi: *Luna plena
maximos aeſtus efficere ſolet.* TAC. *1. annal.* ibi: ſydere aequinoctii,
310 quo maxime tumeſcit oceanus. Hollandi tempus plenilunii vocant
Springſloedt, quaſi aeſtum altius ſolito exſilientem. Configurationes
quoque alicuius momenti. Luna enim ſi Venerem in idoneo adſpectu
reſpiciat, et humidas percurrat manſiones, acceſſum maris praeter ſo-
litum auget, ſi Martem, et ſiccas permeet, minuit. Obſeruanda et-
311 iam eſt adſcenſio ſignorum. Luna enim ſi fuerit inſignis, rectarum ad-
ſcenſionum longiori tempore producit aeſtus, quam ſi in obliquarum.
PLIN. *d. l.* Docuit etiam experientia, nunquam acceſſus receſſibus
312 duratione temporis eſſe pares, niſi luna exiſtente in ſignis aequino-
ctialibus. MAGIR *d. l.* Efficiunt autem radii lunares iſtum tumorem
mediante aere, qui lumen et radios lunae excipit, et ſecum in vn-
313 das marinas defert, ita vt radii aquam marinam veluti tempore quo-
dam adficiant, tepor autem iſte rarefaciendo flatibus plenum mare
314 reddat, vt turgeſcat, ſicut in aheno videmus aquam propter calo-
315 rem et rarefactionem turgeſcere, ipſum etiam mare magnitudine ſua
et vaſta expanſione facile radios coeleſtes admittit, et fundus eius ita
eſt comparatus, vt varios halitus in altum educat, quibus ſuperior
316 vnda maris intumeſcit. Hinc aliae aquarum partes magis vi luminis
et radiorum corporis lunaris adficiuntur, quam aliae: vel ob recti-
tudinem radiorum, vel vim quandam aliam occultiorem. Quin et
alia efficacia radios ſuos in aquas demittit luna, ſi ſeptentrionalis, alia
ſi meridionalis: hic enim acceſſus auget in littoribus meridianis, ibi
317 ſeptentrionalibus. MERVL. *d. l.* Contingit autem hic aeſtus maxime
in mari mediterraneo, Germanico, Britannico, Portugallico, Ru-
318 bro, GERH. MERCAT. *in Atlant. minor. tit. de mund.* vt et in flumi-
nibus quibusdam Albi, Scaldi, Tameſi, Amiſia, Viſurgi. &c. RANTZ.
319 *in comment. bell. lib. 5. c. 2. n. 3.* Nullus vero aeſtus deprehenditur
in mari Euxino, Liguſtico, et noſtro Balthico MERC. RANTZ. *d. l.*
Ratio

Digitized by Google

Ratio eſt, quod mare nimis profundum ſeptentrionale ſit, vnde fit, quia a radiis coeleſtibus nimis ſit diſſitum, anguſtia aluei eos recipe-
re nequeat. In Liguſtico autem praeter anguſtiam aluei eſt ſaxoſi- 321
tas fundi, per quam halitus in fundo reſolui nequit. KECKERM. *d. l.* 322

Effectus aeſtus alios experimur commodos, alios aduerſos. 323
Illos quidem, quod aquas purget, ne ſtantes et quietae ſitu et putrefactione corrumpantur, et quod promoueat nauigationes. VEGET.
de re milit. 42. Hos autem, quod inundationes, et violentas irru- 324
ptiones cauſſet. Nam tanta vi ſaepe Oceanus terris immittitur, vt etiam vaſta flumina retroagat, et ſpatioſos campos mergat. Teſtantur id multae inſulae, quae continenti quondam adhaeſere, et vi ae-
ſtus marini abruptae ſunt. Veluti Cyprus Syriae, Euboea Boeotiae, 325
Taprobana Indiae: aliae aliis. STRABO. *1. Geog.* SENEC. *lib. 6.* PLIN. 326
c. 88. De Sicilia dubium eſt: Putarunt illud olim Poetae: VIRGIL. *3. Aeneid.* SILIVS ITAL. *lib. 14.* OVID. *15. metam.* VAL. FLACC. *1. argon.*
CLAVD. *lib. 1. de rap. Proſerp.* SENEC. *in conſ. ad Marc.* STAT. *lib. 3.* 327
Thebaid. Rectius vero dicitur, eam ſemper inſulam fuiſſe, nec ab 328
Italia abruptam eſſe, tum quod ſpatium illud, quo disruptio fingi-
tur facta, id non admittat, tum quod flumina iuxta illam rupturam 329
deſcendant in mare, quae ante ſtetiſſe, exitus incerta, nullo dici poteſt argumento probabili. MARIAN. VALGVANER. *lib. de primis Sicil. Incol.* CLVVER. *lib. 1. Antiq. Sicil. c. 1. vbi prolixe hoc diſcutit.*

Praeter hunc aeſtum repentinos et inſolitos aliquando mare 330
motus habet, et inde rabiem, malaciam, vel palaciam nauigantes
experiuntur. Rabiem, quoties commotum tempeſtatibus horreſcit, 331
coeloque confunditur, flantibus diſcorditer in perniciem nautarum ventis, vndisque longo permulta volumina tractu aeſtuantibus. Inde
mare carniuorum, tyrannus, bellua dicitur. GODD. *cauſ. d. alluuion.* 332
n. 98. De eius crudelitate HOMERVS ODYSS. θ 333

οὐ γὰρ ἔγωγέ τε φημὶ κακώτερον ἄλλο θαλάσσης
ἄνδρα τε συγχεῦαι εἰ καὶ μάλα καρτερὸς εἴη.

LIVIVS ANDRONICVS *apud Feſtum* ita exprimit:

Namque ne illum peius macerat humanum,
Quam eſt mare ſaeuum. Vires quoi ſunt magnae,
Topper confringent importunae vndae.

Hinc inter tria mala mare numeratum. 334

Digitized by Google

πῦρ καὶ θάλασσα καὶ γυνή: κακὰ τρία.

335 et homines feros Neptuni filios antiquitas vocauit. Praecedit plerumque maris rabiem murmur quoddam, non abſonum a mugitu taurino, quod cum fit, validiores ventos nautae augurantur. SENEC. in Agamemnone.

- - Tum murmur graue,
Maiora minitans, collibus ſummis cadit:
Tractuque longo littus, ac petrae gemunt.
Agitata ventis vnda venturis tumet.

336 CIC. *hac de re in Arato 1. diuinat.* vti ex Grotii fragmentis patet.

Atque etiam ventos demonſtrat ſaepe futuros
Inflatum mare, cum ſubito penitusque tumeſcit,
Saxaque cana ſalis niueo ſpumata liquore
Triſtificas certant Neptuno reddere voces:
Aut denſus ſtridor cum, celſo e vertice montis
Ortus, adaugeſcit ſcopulorum ſaepe repulſu.

337 Cauſſa huius murmuris eſt agitatio fluctuum, qui vel ſe impellunt, et protrudunt, vel littoribus impinguntur. Horum decimus omnium ſolet eſſe maximus, *ſupra num. 57.* et ideo nautis periculoſus.

338 OVID. *1. Metamorphoſ.*

Vaſtius inſurgens decimae ruit impetus vndae.

339 Malacia vel mollities maris, *vt Caeſ. 3. d. bell. Gall.* exprimit, eſt quoties ferocitate depoſita, tranquillum plane ſe praebet, placatum et certum.

340 Pellacia vero, quoties nautas, ad nauigandum ſua tranquillitate pellectos, fallit erumpens in horrendas ſubito tempeſtates. LVCRET. *2. de rer. nat.*

Inſidi maris inſidias, viresque, dolumque,
Vt vitare velint, neue vllo tempore credant.
Subdola quum ridet placidi pellacia ponti.

341 Et *lib. 5.*

Nec poterat quemquam placidi pellacia ponti
Subdola pellicere in fraudem, ridentibus vndis.

342 Hoc cum fit, inprimis cauendum. Bene Seneca: noli tranquillitati confidere: momento mare vertitur, eodem die, vbi luſerunt nauigia,
343 ſorbentur. Hinc Carſilides, quid mare, quid nauta eſſet, interrogatus,

gatus, eo nihil infidelius, hunc fluctuum comitem non inconcinne pronunciauit.

CAPVT V.

FLVMEN QVID ET QVOTVPLEX. TRADITVR, CVIVS ILLVD FIT, ET AN OCCVPARI POSSIT. AN SIT DE REGALIBVS, ET QVO SENSV. NEMO SINE SVPERIORIS CONSENSV IN EO AEDIFICARE POTEST. EIVS VSVS SINGVLIS CONCESSVS, ET CONTRA IMPEDIENTEM INTERDICTA SVNT. PARTES FLVVIORVM, VT AQVA PROFLVENS, ALVEVS, ET RIPAE CONSIDERANTVR, EARVMQVE IVRA. DE MVNIENDIS RIPIS AGITVR, ET AGGERIBVS. ADDVNTVR DE ORIGINE, CVRSV, ALLVVIONE, ET OSTIIS QVAEDAM CVM EXEMPLIS INSIGNIORVM IN ORBE FLVMINVM.

SVMMARIA.

1. *Priſci primitus in fluminibus nauigarunt.*
2. *A quibusdam gentibus fluminibus reuerentia exhibita.*
3. *Flumen vnde dicatur, et quid ſit?* 4. 5.
6. *Differentia eius ab amne.*
6. *Diuiſiones Dd. reiiciuntur, ſueta retenta.* 8.
9. *Priuati fluminis deſcriptio et natura.* 10. 11. 12. 13. 14.
15. *Torrens vnde nomen habeat.* 16. 18. 19.
17. *Definitiones in iure ex illo quod ſaepe contingit, conficiuntur.*
20. *Flumen publicum quid.* 21.
22. *Opiniones Dd. de requiſitis fluminum expenduntur et remouentur.* 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29.
30. *Collatio* §. 2. *d. R. D. et l.* 4. §. 1. *eod.* 31. 32.
33. *In dubio flumen publicum eſt.* 34.
35. *Publicum flumen nauigabile, vel non nauigabile.*
36. *Vtriusque deſcriptio.* 37. 38. 39.
40. *Fluminis conſideratio.* 41.
42. *Flumina occupari poſſunt, ſicut territoria alia.* 43. 44. 45. 46.
47. *Dominus fluminum eſt, qui ea primum occupauit.*
48. *Communia per occupationem fiunt publica, vel priuata.*
49. *Quo ſenſu in iure flumina dicantur publica.* 50.
51. *Interpretum ſuper ea adpellatione dicta, et explicationes.* 52. 53. 54. 55. 56.
57. *Flumina inter regalia referuntur, et quo ſenſu?* 58. 59.

 60. *Di-*

60. *Diſcutitur an tantum reſpectu iurisdictionis flumina ſint de regalibus.* 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68.
69. *Boceri opinio legibus non congruit.* 70. 71. 72. 75. 76.
73. *Arniſaei explicatio melior.* 74.
77. *Regalia magis in emolumento, quam onere, conſiſtunt.* 78.
79. *Qui dominium fluminum habet, is omnes eius vtilitates capit.* 80. 81.
82. *Flumina nauigabilia, et ex quibus nauigabilia fiunt, ſaltem ſunt de regalibus, et cur?* 83. 84. 85.
86. *Omiſſio ſcribentis ex numero regalium non tollit eorum naturam.* 87. 88.
89. *Regale fluminis vnus, vel plures poſſunt habere quatenus cito vel ſero occupatio fluminis facta, aut alias pactis res definita.* 90. 91. 92. 93.
94. *Flumina, quae in populi Romani ditione fluxerunt, eius fuerunt.*
95. *Ea ad imperatorem translata.* 96.
98. *Imperator ea rurſum aliis concedere poteſt.*
99. *Quomodo verum, quod flumina ſint principum per quorum territoria labuntur.* 100.
101. *Conceſſio generalis qua ratione fiat.* 102. 103. 104. 105. 106.
107. *Conceſſio ſub voce (vsque ad) quid in ſe contineat.* 108.
110. *Specialis conceſſio regalium non habet regale fluminis.*
111. *Praeſcriptione etiam flumina adquiruntur.*
112. *Non conſuetudine.* 113.
114. *Effectus regalis fluminis.* 115.
116. *Delicta in fluminibus princeps, vel eius officiales cognoſcunt.*
117. *Et ſi duo ſint principes, vterque.* 118.
119. *Niſi vnus ſit in poſſeſſione.*
120. *Reſeruata principum in fluminibus.* 121. 122.
123. *Electoris Palatini reſeruatum in Rheno.* 124.
125. *Ducis Pomeraniae in Viadro et Pano.*
126. *Diſputatur, an quis ſine conſenſu principis in flumine aedificare, et molendinum exſtruere poſſit?*
127. *Rationes negatiuae ſententiae,* 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 137. 138.
136. *Eadem ratio viae publicae et fluminis.*
139. *Diſſentientes allegantur cum rationibus.* 142.
143. *Et refutantur* 144. 145. 146.
147. *Si quis ſine conſenſu aedificat, cuius fiat aedificium, diſquiritur,* 148. 149. 150. 151.
152. *An diſtinctio inter flumen nauigabile et non nauigabile facienda.* 153. 154. 155. 156.
157. *Vno habente conceſſionem aedificandi, non poteſt alius impetrare.* 158. 159. 160.
161. *Sed exceptio obreptionis ſequenti ceſſioni opponi poteſt.*
162. *Et ſecundus aedificans impediri.*
163. *Limitatur.* 164.
165. *Qui ſuperiorem molam habet, non debet aquam reſtagnare.* 166.

167. *Ne-*

Digitized by Google

167. *Nemo debet conſilium in alterius iniuriam mutare.*
168. *Contra illicite aedificantem narrantur remedia.* 170. 171. 172.
169. *In dubio non praeſumitur quis illicite aedificare.*
173. *Nemo debet ad aemulationem alterius aedificare.*
174. *An molendina aquatica ſint de regalibus.* 175. 176.
176. *In Belgio principum ſunt.*
177. *Doctorum adſertio de regali molendinorum quouſque vera.* 178. 179. 180.
181. *Quatenus illa rebus immobilibus accenſentur.* 182. 183.
184. *Quatenus mobilibus.* 185. 186. 187. 188.
189. *Principes ſolent ſibi hodie molas in fluminibus adrogare.* 190.
191. *In priuatis fluminibus licet ſine conſenſu principis aedificare.* 192.
193. *Etiamſi cum incommodo alterius fiat.* 194. 195.
196. *Dummodo non ad aemulationem fiat.* 197.
199. *Aquam non licet ex flumine ſine conſenſu principis ducere.* 200.
201. *Eius rationes.* 202.
203. *Interdictum (ne quid in flumine) duplex eſt.*
204. *Probibitorio tenetur, qui fecit, vt aliter fluat aqua, quam priore aeſtate.*
205. *Quando dicitur aliter fluere.* 206. 207. 208. 209. 210.
211. *Cur aeſtatis prioris fit mentio.* 212. 214.
213. *Aeſtas quibus menſibus circumſcribitur.*
215. *Exceptiones duae traduntur.* 216. 217. 218.
219. *Hoc interdictum populare, rei perſequutorium, et perpetuum eſt.* 220.
221. *Reſtitutorium quid in ſe complectitur.*
222. *Differentia vtriusque.* 223.
224. *Poteſtas principum in fluminibus non tollit vſum innoxium reliquis hominibus.* 225 228.
226. *Omnibus licet in flumine piſcari et nauigare.* 227. 229.
230. *Si quis impeditur nauigare, vel alias flumine vti. interdicto iuuatur.* 231. 232. 233.
234. *Quid iuris, ſi duae naues ſibi obuiant?*
235. *Interdictum (ne in flumine quid fiat vnde peior fiat nauigatio) duplex eſt.* 236. 237.
238. *Obtinet quum aliquid in flumine fit.* 239.
240. *Secus ſi in ripa, alueo, inſula fiat.* 241. 242. 243.
244. *Quando iter vel ſtatio nauigii dicatur deterior fieri.* 245. 247. 248. 249.
245. *Perinde eſt, an in flumine fiat nauigabili, vel non nauigabili.* 251. 252.
253. *Exceptio eſt, (de lege licere.)* 254. 255.
256. *Reſtitutorium quando locum babet.* 257.
258. *Et quis eo tenetur.* 259.
260. *Aqua profluens quae dicatur.* 261. 278. 279.
262. *Illa communis non publica, vt flumen.* 263. 264.
265. *Cur boc ita ſtatuendum?* 266. 267. 268. 269.
270. *Ratio differentiae inter flumina et littora.* 271. 272. 273. 274. 275.
276. *Quare non eadem ratio in aqua profluente, quae in flumine?* 277.

Digitized by Google

280. *Quomodo flumen totum, et quoad partes labi dicatur.* 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287.
288. *Res mobiles fluminis ſunt nullius.* 289.
290. *Alueus fluminis quid?* 291. 292.
293. *Eſt publicus, ſicut flumen.* 294. 295. 296. 297.
298. *Hodie dicitur de regalibus eſſe.* 299. 300.
301. *Alueum priuatus mutare nequit, vel ei incommodare.* 302. 303.
304. *Alueus vetus eſt priuatorum* 305.
306. *Huius ratio obſcura, et quae vera.* 307. 308. 309. 310.
311. *Quid iuris in inundatione.* 312. 313. 315.
314. *Inundatio quando fiat.*
316. *Flumina cenſitorum vice funguntur.*
317. *Quomodo hoc intelligendum.* 318.
319. *Conciliatio l. 7. §. 5. d. A. R. D. cum l. 30. §. 3. eod.* 320.
321. *Poſitio caſus l. 38. d. A. R. D. cum figuratione agrorum viae publicae et fluminis* 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334.
335. *in agris limitatis alueus non fit priuatorum.*
356. *Ripa quid, et vnde dicta.* 337. 338. 339.
340. *Flumen ſi excreſcit non mutat ripas.* 341. 342. 343. 344.
345. *Diſtinctione diſſoluitur, cuius ripae ſint.*
346. *Priuatorum eſt proprietas riparum, et omnia iis adhaerentia.* 348. 349. 350. 351.
347. *Eius ratio.*
352. *Vſus riparum publicus eſt.*
353. *Cuilibet liberum eſt ad ripas adpellere, et illis aliis modis ad vtilitatem nauigationis vti.* 354.
355. *Ratio huius.*
356. *Hotomanni dubia circa hoc a Bach. et Donell. tolluntur.* 357. 358. 359. 360. 361. 362.
363. *Quid iuris, ſi duo ſimul ripis vti velint.*
364. *Proprietatis commoda in ripis.* 365.
366. *Emendatio l. 3. §. 2. d. flumin.* 367.
368. *Publicus riparum vſus interdictis defenditur.* 369.
370. *Riparum cura hodie ad principes ſpectat.* 371. 372.
373. *Ripatica quid.* 376. 377. 378. 379.
380. *Dubietas ſuper ſenſu aliter enodatur ab Alueroto.* 381.
382. *Aliter a Bocero.* 383. 384. 385.
386. *An quis, vt vectigal euitet, vado tranſire flumen poſſit.* 387. 388. 389. 390.
391. *In ripis nequit molendinum exſtrui ſine conſenſu principis.*
392. *Vel vicinorum.* 393. 394.
395. *Fluminum ſuperfluitas nocet.*
396. *Munire ripam quid?*
397. *Agger ripae quomodo paſſim vocetur.*
398. *Munitio debet ſine incommodo fieri.* 399.

400. *In*

400. *In munitione nemo impediendus eſt.* 401.
402. *Dummodo caueat de damno.* 403. 404.
405. *Cura aggerum ad magiſtratus pertinet.* 409. 410. 411. 412.
406. *Onus muniendi reale eſt.*
407. *Et impenſa neceſſaria.* 408.
413. *In quibusdam rebus publicis ſunt de aggeribus ſpecialia iura.*
414. *Et iudices.* 415. 416.
417. *In ciuitatibus maritimis ex ſenatoribus quibusdam hoc committitur.*
421. *Poena rumpentium aggeres arbitraria.*
422. *Sed paſſim ſeuera.* 423.
424. *Qui in Nili aggerem delinquit, ſummo ſupplicio adficitur.* 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431.
432. *Quod de aggeribus dictum, illud etiam in cataractis et cluſis obtinet.* 433. 434.
435. *Illis certi curatores praepoſiti.*
436. *Et inſtrumenta, deriuandae aquae idonea.* 437.
438. *Origo fluuiorum ex mari.* 439.
440. *Ratio dubitandi remouetur.* 441.
442. *Locus fluminis vnde oritur, caput dicitur.*
443. *Curſus fluminis intra ripas eſt.* 444.
445. *Hic non mutandus.* 446. 447.
448. *Periculoſi in eo gurgites.*
449. *Priuata auctoritate non licet flumina auertere.* 450. 451.
452. *Publica licet, ſed non expedit.* 453. 454. 455. 456.
457. *Exempla eorum, qui infeliciter fluuios deriuarunt.* 461. 462. 463.
458. *Iſthmus vano labore perfodi tentatus eſt.* 459. 460.
464. *Obſtructiones fluuiorum infauſtae.*
465. *Flumen duplici modo a ſeipſo curſum mutare poteſt.*
466. *Mutationis curſus effectus.*
467. *Quoduis fluminis aufert, manet eius, cuius fuit.* 468.
469. *Si vero radices ablatum egerit, ſecus eſt.*
470. *Quaeritur, an cruſta adiecta peti poſſit, et quo remedio.* 471. 472. 473. 474. 475.
476. *Clam quod adiicitur, alluere dicitur.* 477. 478. 479.
480. *Eius adquiſitionis cauſſa.* 481. 486. 487. 488. 489. 490.
482. *Alluuio quotupliciter accipiatur, et quid ſit.* 483. 484. 485.
491. *Alluuio ad quem ſpectat.* 492.
493. *Alluuionibus non poſſunt functiones imponi.*
494. *Incertae rei non indicitur tributum.*
395. *Illa ſi contingit, probanda eſt.*
496, *Alluuio non vbique obtinet.*
497 *Tria apud Romanos fuerunt genera agrorum.* 498.
499. *Ager diuiſus ſeu limitatus qui?* 500. 501. 502.
503. *Quando limitatus?*
504. *Cur id factum.* 506.

505. *Qua-*

Digitized by Google

505. *Quare manucaptus ſeu quaeſtorius dictus?*
507. *Quot modis limitatus?* 508. 509. 510.
511. *Ager ſubceſiuus quis?* 512.
513. *Ager adſignatus quis?*
515. *Quot ſpecies iugerum.*
516. *Arcifinius ager quis?*
517. *Cur occupatorius dictus?*
518. *Diſtinctio in quibus alluuio locum habet, ſubiicitur.* 519. 520.
521. *Traditur exceptio a regula.*
522. *Ager extraclufus quis?* 523.
524. *Effectus iuris ciuitatis adſignantur.* 525. 526.
527. *Explicationes et emendationes l. 16. d. A. R. D. conferuntur.* 528. 529. 530. 531. 532.
533. *Elegans quaeſtio, an flumen, mutando curſum, imperii terminos mutet, deciditur.* 435. 436.
537. *Flumen quibus verbis terminus dicatur ab Hiſtoricis.* 538. 539. 540. 541.
542. *Limitatio quaeſtionis.* 543. 544. 545.
546. *In dubio imperia ſunt arcifinia.* 547.
548. *Quinam hodie agri limitati eſſe poſſint?* 549.
550. *Alluuio eſt de regalibus.* 551. 552.
553. *Mutato fluminis curſu, adhuc debetur vectigal.* 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561.
562. *Flumina a natura ſuos fines acceperunt,* 563.
564. *Quatenus verum, quod Iordanes pelagus non intret.* 565. 566. 567. 568.
569. *Euphratis origo, concurſus cum Tigri et vtriusque exitus in mare deſcribitur.* 570. 571. 572. 573. 574. 575.
576. *Nitocris Euphratem tortuoſum facere voluit.* 577. 578.
579. *Indi et Gangis initium cum fine vbi?* 580.
381. *Nilus ſeptem oſtiis in mare intrat.*
582. *De eius ortu et oſtiis prouerbia.* 583.
584. *Fluuius Niger totius mundi maximus.*
585. *In Europae regionibus nulla regio plura flumina habet, quam Germania.* 586.
587. *Rhenus, princeps fluuiorum Germaniae.* 588. 589.
590. *Ortus eius in Alpibus Rhaeticis.*
591. *Inquiritur in diſceptationem inter Geographos controuerſiae de numero Oſtiorum Rheni.* 592. 593. 594. 596. 597. 598. 599. 605.
595. *Prope munimentum Schenckii Rhenus ſe diuidit.*
600. *Inueſtigatur cauſſa obſtructionis vnius oſtii Rheni.* 601. 602. 603. 604.
605. *Danubius oritur ex leni ſcaturigine, et ſeptem oſtiis a mari Euxino recipitur.* 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612.
613. *Albis, Viadri, et Viſurgis capita et fines vbi.* 614. 615. 616.
617. *In Italia Tiberis omnes antecellit,* 618. 619. 620.
621. *Eius olim certi curatores.* 622.
623. *Encomia illius multa.*

Digitized by Google

624. *Padus in Veſo ortus in mare Adriaticum deſcendit.* 625.
626. *Gallia plures fluuios habet.*
627. *Inter eos Rhodanum.* 628.
629. *Ligerim.* 630.
631. *Sequanam.* 632.
633 *Hic valde ſinuoſus.*
634. *Garumnam.*
635. *In Hiſpania celebris Iberus.* 636. 637. 638.
639. *Tagus aurifer.* 640. 641.
642. *Anas.* 643.
644. *Durius.*
645. *In Anglia eſt Tameſis, pompoſo ponte nobilis.*
646. *In Polonia, Suecia, Dania ſui* 647. 648.
649. *In America duo ingentes ſunt Porto Real, et argenteus.* 650.
641. *Vnaquaeque regio ſuos fluuios habet.*

Poſt mare in fluminibus perficitur nauigatio, et quidem pleraeque 1
gentes, antequam auſae mare ingredi, in illis nauigarunt, et pro-
pterea illis magnam reuerentiam exhibuerunt. Perſae in flumina nec 2
immiunt, nec inſpuunt. Aegyptii Nilum, Phryges, Meandrum
pro diis coluerunt. Germani Rhenum genialis tori arbitrum conſti-
tuerunt. HADRIAN. IVN. *in Hiſt. Bat. c. 8.* Sumitur autem flumen, 3
a fluendo a VARRON. *lib. 4. de ling. lat.* dictum, in genere pro qua-
vis aquarum congregatione, *l. 1. §. fin. de aqu. et aqua pluu. arc.* VIR- 4
GIL. *2. Aeneid.*

- - *rapidus montano flumine torrens.*

Definitur aquae ſub certo alueo intra ſuas ripas decurſus. COEPOLL. 5
tr. de S. R. P. c. 31. n. 2. SCHONBORN. *4. polit. 9.* Differt ab amne 6
ſola amoenitate, qui eſt fluuius, nemoribus et frondibus redimitus.
KECKERM. *lib. 1. Syſt. Geogr. c. 3. in fin.* Diuiditur flumen varie a BR. 7
in Tyber. part. 1. v. flum. AYM. *d. alluuion. lib. 1. c. 15.* quod non opus
eſt, quum commode omnia ad conſuetam diuiſionem poſſint referri, 8
qua flumen diſtinguitur in priuatum, et publicum. *Gloſſ. in lib. 4. §.
1. de R. D.* BALD. *d. l. n. 2.* COEPOLL. *d. l.* ARNIS. *lib. 3. de iur. mai.
c. 5. n. 2. lit. n.* Priuatum diximus *part. 1. c. 10. n. 50.* quod priuati 9
dominii eſt, nec ſemper fluit, ſiue manufactum ſit, ſiue in priuato
oriatur. Habet enim naturam caeterarum rerum priuatarum, *l. 1. §.* 10
4. §. 10. de flumin. eſt in commercio. IVST. MEIER *ad tit. de fluminibus* 11
th. 3.

Digitized by Google

12 *th. 3. n. 2.* et, ſi in confinio fluit, commune vicinorum eſt. AYM. *d. l.*
13 *n. 15.* Ex eo autem ſolo, quod per foſſam manu ductam labitur, pri-
uatum non eſt, nam publica illa foſſa fit, ſi publicum flumen per eam
14 fluit. *l. 1. §. 8. de fluminibus.* Secus erit, ſi per canalem ex publico
in priuatum fundum deriuatur. Tunc enim certo modo concluſa
priuata fit. BERTRAND. *conſ. 351. n. 3. part. 1. v. 2.* FRID. *tr. d. Man-*
15 *dat. c. 36.* Solet alio nomine torrens dici, ὁ χειμάῤῥυς, id eſt, hye-
me fluens, *l. 1. §. 2. eod.* et ita contradiſtingui publico.

Flumine perpe uo torrens ſolet altius ire:
Sed tamen haec ſubita eſt; illa perennis aqua.

16 FREIG. *lib. 21. Phyſ. p. 455.* ISIDOR. *hoc. 14. etym. 21.* ita exprimit, Graeci ab
hyeme nomen dederunt, Romani ab aeſtate, illa tempore, quo augentur,
17 hi a tempore, quo ſiccantur. Hoc autem accipiendum eſt, vt ſolent defini-
18 tiones in iure, de eo, quod plerumque contingit: Nam ſi vna vel altera ae-
ſtate fluit, quod alioqui niſi hyeme fluere ſolebat, vtique torrens cen-
19 ſebitur. GOTHOFR. *in d. l. 1. §. 2.* Et hac ratione non niſi conſuetu-
dine, Feſtus eumque ſequutus LABEO *in l. 2. §. 9. de aqua et aqua*
pluu. torrentem flumen vocant, quod et SCHONBORN. *d. l.* innuit.
20 Conſtat hinc, quod flumen publicum a CASSIO recte deſcribatur, quod
perenne eſt, id eſt, ſemper fluens: *l. 1. §. 2. et 3.* SIXTIN *tr. d. regal.*
21 *lib. 2. c. 3. n. 5.* Seu eſt perennis aquarum decurſus. COEPOLL. *d. l.*
22 Non opus autem eſt, cum ACCVRS. *ad d. l. 1.* BERTR. *conſ. 296. num. 1.*
23 *part. 1. vol. 2.* ROLAND. A VALLO *conſ. 97.* exigere vt in publico oria-
tur, vel per publicum alueum fluat, cum ANDR. KNICH. *in comm.*
24 *de iur. non prouoc. Duc. Sax. cap. 5. num. 154. et ſeq.* VVLTEIVS *ad §.*
2. de R. D. cum WESENBEC. *in part. de fluminibus n. 3.* perpetuo.
25 Multo minus ſtatuere cum AYM. PARM. *d. l. de alluuion. num. 18.* quod
debeat eſſe nauigabile, perenne, magnum, in publico vſu, et tali o-
26 pinione. Nam origo et ſola opinio hominum rei nihil addit, vel de-
27 mit, nec magis et minus variant ſpecies, et ſi perenne eſt, nauiga-
bile etiam erit, et in publico vſu. Sicut etiam publicum eſſe poterit,
28 licet non nauigabile: *l. 1. §. 18. h. t.* et, ſi aliqua aeſtate exaruerit, quod
alioquin perenne fluebat, non ideo minus perenne eſt. *l. 1. §. 2. d. t.*
29 Accidens enim et caſus non mutat rei conditionem. Hinc Iuſtinia-
30 nus flumina omnia publica dicit: *§. 2. d. R. D.* MARCIANVS *in c. 4. §.*
2. eod. vero (pene) publica nominat, quaſi priuata excepta vellet.

ARNISAE

ARNISAE *tr. d. iur. mai. d. l.* Proprietate enim vocabuli ſola peren- 31
nia flumina ſunt. Caetera quidem ita dicuntur, ſed abuſiue: DONELL.
4. Comm. 2. vt adeo fere non neceſſe fuerit, vocem (pene) addere. 32
HOTOM. *2. obſeru. 4.* HILLIG. *in Donell. d. l. lit. b.* Hinc ſi ſimpli- 33
citer verbum (flumen) inueniatur, ſiue in inſtrumento, ſiue ſtatuto:
AYM. *d. l. c. 15. n. 6.* publicum intelligitur, SIXTIN. *tr. de regal. lib. 5.* 34
cap. 3. num. 11. et tale praeſumitur, *l. 29. l. 38. de A. R. D.* donec pro-
batur contrarium. BEROE. *lib. 3. conſ. 140.*

Flumina autem publica, vel ſunt nauigabilia, vel non naui- 35
gabilia. *l. 1. §. 18. h. t. l. 2. eod. l. 10. §. fin. de aqua et aqua pluu. arc. c.*
vnic. Quae ſint reg. DEC. *conſ. 244. num. 2. verſ. et pro reſolut.* Illa
dicuntur, quae natura ſua nauigationi ſunt apta, et in quibus nauiga- 36
ri poteſt, etiamſi re ipſa, aut actu nunquam in illis ſit nauigatum. LEO-
NIN. *conſ. 9. n. 3.* Haec, in quibus nauigari nequit, vel quod non ſint 37
ſatis depreſſa, aut truncis arborum, ſaxis, aut aliis impedimentis infe-
ſta, ne tranſitui locus ſit. Qualia flumina multa ſunt, ita virgultis 38
concreta, vt nauigiis non pateat in illis iter. Male ergo FR. MAR- 39
CVS *part. 1. deciſ. 111. n. 8.* et *344. n. 1.* ſolum publica dicit, quae na-
uigabilia. Nam aliud LL. ſuadent, licet praeſtantiora eſſe ob publi-
cum bonum nemo neget. SIXTIN. *d. l. n. 16.*

Flumen dupliciter conſiderari poteſt, vel in ſe, et quoad to- 40
tum, ſimul ſumptis eius partibus, quae in aqua, alueo, et ripis conſi-
ſtunt; vel ſeorſim, quoad ſingulas partes. Operae pretium eſt ob 41
multiplicem quaeſtionum, quae exinde deciduntur, vſum, aliquando
haec prolixius euoluere.

In priori tractatione illud enodandum eſt, an flumina occupa- 42
ri poſſint? et cuius ea ſint? HVG. GROT. *diſſ. de mar. lib. cap. 5. pag.*
50. de hoc ita ait: flumen populus occupare potuit, vt incluſum fi- 43
nibus ſuis, et ſunt territoria ex occupationibus populorum, vt priua-
ta dominia ex occupationibus ſingulorum. Quamquam etiam nec ſu- 44
pra, nec infra includuntur territorio, ſed cum aqua ſuperiori et cum 45
inferiori, aut cum mari cohaerent: nihilominus occupatio procedit.
Sufficit enim, quod maior pars, id eſt, latera clauſa ſint ripis, et quod 46
comparatione terrarum exiguum quid ſit flumen. HVG. GROT. *2. de*
iur. bell. et pac. 3. n. 7. Non difficile hinc eſt determinare, quod 47
is ſit fluminum dominus, qui ea primum occupauit. Sicut enim,

Digitized by Google

48 quae communia ſunt, fiunt priuati, qui ea occupat: ita nihil vetat,
fieri publica, ſi occupentur a toto populo, vel, qui eum repraeſen-
49 tat, principe. ARNIS. *d. l. n. 2. v. ſicut.* Hoc reſpectu a Iuſtiniano in
ſſ. 2. d. R. D. l. 4. §. 1. eod. l. 1. §. 2. 3. et l. 3. h. t. publica dicuntur,
50 quaſi populica, quod ſunt in dominio, vel proprietate certi alicuius
populi, vel reipublicae, *l. 12. de V. S. l. 6. pr. d. cont. emt. l. 1. d.
pop. act.* COEPOLL. *c. 31. n. 4.* BEROE. *d. l.* ROL. A VALL. *conſ. 97. n. 4.
vol. 3.* BOSS. *tr. de aqua num. 34.* SCHONBORN. *29. polit. 9.* SCHNEID.
51 *ad §. 2.* KLING. *ad §. 4. de R. D.* vel capitis eius, ſiue imperator,
52 Rex, vel princeps, aut alio nomine clueat. Ita in dominio, patri-
monio, liberrima poteſtate et omnimoda proprietate principis pu-
blica flumina eſſe, dicunt BL. AFFLICT. *in c. vn.* FVSCVS *concl. 405. v.*
53 *flumen. n. 3. 7. 18.* AYM. PARM. *lib. 1. d. alluu. c. 9. §. 2. n. 2.* Bona pu-
blica et inter ea flumina pertinere ad eum, in cuius poteſtate eſt ca-
put reipublicae, veluti Maieſtas. ARNIS. *lib. 3. de iur. mai. c. 3. num. 2.*
54 *in fin.* Eorum proprietatem iure ſuperioritatis MEI. *in coll. argent.
h. t. n. 3.* eſſe Caeſaris, et aliorum, ſuperiorem non recognoſcentium.
55 SIXTIN. *tr. d. regal. d. l. n. 31.* COEPOLL. *d. l. c. 31. n. 4.* WESENB. *par.*
56 *de flum. n. 3.* CARP. *diſp. de regal. concl. 55.* VVLTEI. *de feud. lib. 1.
c. 5. n. 6.* Et hanc communem eſſe opinionem, teſtatur NIELL. *diſp.*
57 *11. feud. th. 4. lit. c.* Et hoc modo a Dd. flumina dicuntur de rega-
libus eſſe, quod ſcilicet eorum proprietas, ſit illorum, qui proprie-
tatem regalium habent. ARNIS. *d. l. n. 3.* Nec hoc alicui dubium eſ-
58 ſe, ſtatuunt: GVID. PAP. *deciſ. 577.* RVITG. RVL. *part. 4. de commiſſ.*
59 *lib. 2. c. 10.* et niſi proprietas ipſorum eſſet, minus recte regalium no-
60 men haberent, vt recte dicit SIXTIN. *d. l. n. 31.* Nimis ergo delicati
hic ſunt MANCIN. RAVENN. *lib. 4. d. I. Princ. c. 10.* GOTHOFR. *ad 14.
de A. R. D. et l. 3. ne quid in loc.* SCHONBORN. *4. polit. 9.* IOH. HE-
61 RING. *tr. d. molend. quaeſt. 15. n. 15.* qui tantum reſpectu iurisdictio-
62 nis regalibus adſcribunt, proprietatem vero populo. Nam eo ipſo,
quo flumina occupata ſunt, ſimul eorum iurisdictio adquiſita eſt, ple-
rumque enim vnum actu imperium, et dominium quaeritur. GROT.
63 *d. l. n. 4.* Decepit Doctores, vt tam dubie hic loquuti fuerint, imperii
Romani conditio, quae tunc democratica fuit, quae ratio, quod flu-
mina et alia dicantur populi, qui dominus fuit reipublicae. Inde
64 autem non ſequitur, in aliis rerum publicarum formis idem de popu-
lo

Digitized by Google

lo ſtatuendum, quum diuerſa ſit ratio. Ibi enim populus liber erat,
hic ſubditus, vnde ab vnius exemplo, non concluditur ad aliud. Et 65
ſane in caſu, quo populus Romanus occupauit flumen, nemo nega-
re poterit, ſimul iurisdictionem adquiſiuiſſe. Quis enim praeter il- 66
lum habuiſſet? Non ſinguli, quia incapaces ſunt, multo minus alii
populi, id enim inſolitum, nec Romani paſſi fuiſſent, et noua hic 67
opus fuiſſet adquiſitione, quae locum in re iam occupata non inue-
nit. Idem dicendum, ſi alius Princeps vel Rex flumen occupat, 68
quod ſibi adquirat, non ſubditis, licet vſum eius merito habeant.
infr. 224. Quamquam autem BOCER. *tr. d. regal. c. 2. n. 163.* hic ar- 69
guetetur, et ex eo flumina dici publica velit, quod ea pertineant ad 70
populum, in cuius ditione habentur, non videtur tamen ſenſum ver-
borum et legum recte accepiſſe. Nam non dicuntur flumina populi, 71
qui ſubditus eſt, vel ſingulorum in populo, ſed populi, qui reipu-
blicae dominus eſt, et regalia habet, vel intelligitur populus cum 72
capite, cui vt regalia in republica competunt, ita et flumina ad eum
pertinent. Hoc eſt, quod ARNIS. *d. l. 2. n. 2.* hoc modo exprimit, 73
flumina publica ſunt, qui ad proprietatem reipublicae pertinent, *l. 3.*
ne quid in loc. publ. et a ſingulis occupari nequeunt. *d. l. 3.* Et alibi, 74
proprietas fluminum publica eſt reipubl. et eius, qui hanc guber-
nandam ſuſcepit. ARNIS. *d. l. n. 6. in fin.* Nec placet, quod BOCER. 75
d. l. ex ALVOROT. *ad c. vnic. Regal.* ROSENTH. *ſynopſ. feud. cap. 5.* 76
concl. 24. proponit et ſequitur, quaſi flumina eo modo, ſicut viae pu-
blicae, pertineant ad regalia, quod ſuperior cogatur eorum ripas mu-
nire et alucos purgare. Regalia enim quum debeant onerum labo- 77
rumque eſſe ſolatia, ex ipſis oneribus nequeunt conſtitui Imo hoc
modo omnia onera, quae pro vtilitate reipublicae princeps ſubiret 78
regalia dicenda eſſent. Illud autem non male RADVICVS A CVIAC. *in* 79
tit. quae ſint reg. citatus, ab effectu adſerit, eſſe flumina de regalibus,
quatenus omnis vtilitas ex decurſu fluminum ad habentes pertinet.
Neceſſe enim eſt, quia dominium et proprietas ad tenentem per- 80
tinent, vt is etiam fructus percipiat, et perinde eſt, quod BOCER *d.* 81
l. putat, ea ratione flumina de Fiſci regalibus eſſe, domino enim
liberum eſt, in quam claſſem reditus ſuos referri velit.

Optime autem *in c. vn. quae ſunt reg.* tantum flumina naui- 82
gabilia, et ex quibus fiunt, inter regalia referuntur. BOSS. *de flum.*

Digitized by Google

83 *num. 1.* MENOCH. *conſ. 909. n. 4.* KOPPEN *quaeſt. 20. num. 1.* tum, quod
maiorem defenſionem, vt tutum iter pateat nauigiis, et maiorem
84 curam, ne vetitae merces vel in-vel euehantur, exigant, tum quod
locupletes reditus ſine damno ſubditorum fiſco inferant. ARNIS. *lib. 3.*
85 *d. iur. mai. num. 2. lit. a.* Dum igitur GVNTH. *lib. 8. Ligur.* SIGON. *d.*
reg. Ital. lib. 2. c. 12. RADEW. *lib. 2. c. 5.* generaliter fluminum men-
tionem faciunt, merito ad haec, de quibus dictum, propter rationes,
quae in priuatis et non nauigabilibus ceſſant, reſtringendi ſunt. Quid
86 vero DEDECHIN. ABB. *in c. vnic. de mut. lib. 18. Chron.* flumina ex re-
galium numero omittit, et nauigia ſupponit, non demit eis naturam
87 regalium, vel his addit. Culpa enim ſcribentis rei naturae non de-
trahit, nec eius fauori addit, niſi quis per ea nauium praeſtationes
88 velit intelligere, quas de regalibus eſſe, idem *cap.* euincit. SIXTIN.
d. l. n. 19. 20.

89 Hoc regale ſiue dominium et proprietatem fluminis omnes
habent, ſiue populus, ſiue princeps ſit, qui primo territorium, in
quo eſt flumen, occuparunt, et imperium in prouincia habent. RVTG.
90 RVLAND. *d. l. n. 5.* Et ideo, ſi duo populi ſimul territorium occupa-
runt, commune eſt, quia eo animo populus vterque primitus occu-
91 paſſe creditur, vt flumen ſui medietate eos dirimeret. Vnde in du-
92 bio imperia ad medietatem fluminis vtrinque pertingunt. Interim
fieri potuit, et contigiſſe alicubi videmus, vt flumen totum parti vni
93 accederet, quia ſcilicet ripae alterius imperium ſerius, et occupato
iam flumine cepiſſet, aut quia eum in modum pactionibus res eſſet
94 definita. HVG. GROT. *d. l. n. 16. et 18.* Sic exempli gratia flumina, quae
in populi Romani ditione fluxerunt, eius fuerunt, vel quia prima
occupatione quaeſita, vel bello occupata, eiectis veteribus poſſeſſori-
95 bus. Hoc dominium populus Romanus, ſicut omnia per legem re-
96 giam poſtea in imperatorem tranſtulit, qui etiam directum imperium ſub
nomine regali, quomodo a tempore Friderici dici coepit, adhuc ha-
97 bet. *c. vnic. quae ſunt regal.* Sic RENAT. CHOPPIN. dicit, Galliae Prin-
cipes nusquam non publica flumina ſibi adſeruiſſe iure Coronae ſeu
98 Regni: vid. DOM. FRANC. *tit. 15. n. 1. 2. 3. pag. 19.* Sicut autem impe-
rator territoria in principes et ciuitates certa lege transfert, ita ſimul
etiam flumina ſalua ſuperioritate, facta inueſtitura de prouincia, vel
99 alias concedere poteſt. ARNIS. *d. l. c. 3. n. 3.* Et hoc modo, ſi de v-

tili

Digitized by Google

tili dominio accipiatur, verum eſſe poteſt, quod BL. *in l. 6. n. 13.* 100
C. d. condit. inſert. Signor. d. HOMOD. *conſil. 70. n. 1. et 2.* BORCH.
c. vnic. quae ſunt regal. n. 31. Addition. ad GVIDON. *Pap. deciſ. 577.*
tit. 6. Baptiſta a VILLALOBOS *in comm. opinion. v. flum.* NIELL. *diſp.*
feud. n. th. 4. lit. c. WOLFF. *diſp. de princip. concl. 19. lit. c.* ſcribunt,
flumina eorum eſſe, per quorum territoria fluunt. Fit autem illa con- 101
ceſſio et inueſtitura dupliciter. I. Generaliter, PEREGRIN. *tr. de iur.* 102
fiſc. lib. 1. tit. 2. n. 100. veluti cum aquis et pertinentiis, BART. *in*
rubr. vt in flum. publ. nauig. BOSS. *tr. d. aqui et flum. publ. num. 12.*
ROSENTH. *d. feud. cap. 5. concl. 14. n. 75. et concl. 30. n. 1.* vel cum re-
galibus, ſeu ſub qualitate feudi regalis, *mit Herrlichkeiten*, BORCH.
conſ. 15. part. 2. v. et ſimilit. REINK. *lib. 2. claſſ. 5. cap. 3. v. 19.* vel 103
cum reſeruatione aliquorum, vel conceſſione ſolita, ANT. GABRIEL 104
6. Com. opinio tit. d. conſuet. concl. 1. n. 34. vel cum territorio. PRVCKM. 105
de regal. c. 5. n. 66. Sed hoc tamen intellectu, ſi flumen pars terri- 106
torii ſit, vel medium interfluat. Nam vbi limes quodammodo eſt,
vel principium territorii: ad illud pertinere tanquam acceſſorium ne-
quit. MATT. DE ADFLICT. *in cap. vn. n. 7.* In dubio vero, ſi feudum 107
regale concedatur vsque ad tale flumen, vel de tali flumine, vsque
ad tale, et ignotum, an principium, vel limes ſit, CAEPOLLA *d. l. n. 14.* re-
ſpondet, per illam dictionem (de et vsque) vtrumque flumen venire, et 108
vnde incipit, et vnde fluit. Dictio enim adeſt adiunctiua. ALBERT.
in rubr. C. fin. reg. II. Specialiter veluti emtione &c. vbi notandum, 109
ſi in ſpecie vnius atque alterius regalis ſit mentio, non ſimul conceſſum 110
regale fluminis, quia generali conceſſione ſpecialiori nota digna non
veniunt. ISERN. *in c. vnic. n. 3.* GYLMAN. *202. iudicat. lib. 2. deciſ. 23.*
n. 6. 7. vt pluribus perſequitur SIXTIN. *1. de regal. 5. n. 16. et ſeq.* Imo
praeſcriptione etiam adquiri poſſe ius fluminis SIXTIN. *d. l. n. 138. et* 111
ſeqq. late deducit. Quod vero MAR. LAVDENS. *conſ. 1. n. 12.* idem de
conſuetudine adfirmat, illud non capio. Illa enim non ſinguli aliquid 112
adquirunt, ſed totus populus ea, vt lege, vtitur, quaſi mutua obſerua- 113
tione vtendo pro iure.

Effectus regalis fluminis eſt, quod non ſolum illi, qui habent,
in eo libere nauigare, piſcari, quae in eo nata ſua facere, ſed etiam 114
aliis illud locare, eo prohibere, et ſi controuerſiae ibi oriuntur, ius
dicere poſſint. Sic delicta in flumine commiſſa vlciſcuntur, ſiue ipſi 115
ſiue 116

116 ſiue ipſorum officiales, BR. *in tr. Tyberi ad lib. 3. u. nullius n. 1. 2. 3.*
STEPH. FORCAT. *in necom dialog. 89. n. 5.* et conſequenter, ſi flumen ſit
117 in medio duorum territoriorum, indubia eſt vtriusque in eo iurisdi-
118 ctio vsque ad medium, CAEPOLL. *d. l. n. 14.* RVITG. RVLAND. *tr. d. com-
miſſ. p. 2. lib. 6. cap. 1. n. 3.* HIER. DE MONT. *tr. d. fin. reg. c. 24. n. 9.*
119 IOH. HERING. *tr. de molend. qu. 15. n. 17.* niſi vnus ſit ſolus in poſſeſſio-
120 ne fluminis. CAEPOLL. *d. l.* Huius rei indicium eſt, quod Magnates,
quando flumina pro certo pretio elocant, vel alio modo concedunt,
ſibi in ſignum ſuperioritatis quaedam reſeruare ſoleant, veluti ius po-
121 nendae ſtapulae, ius conceſſionis ducendae aquae, ſalui conductus,
122 perſequutionis Piratarum, punitionis delictorum, in fluminibus com-
miſſorum, praecepti depoſitionis velorum, arreſtationis nauium.
123 HERING, *qu 9. n. 64.* Sic Elector Palatinus in Rheno ſibi reſeruat *die
Goldgrube, das Altwaſſer, Inſel. werther, Eiſsbrug, Entenſtug oder*
124 *Vogelweidt, Biberfang, Hauptfiſch,* qui eſt Sturio, *der Stör,* quem pi-
ſcatores captum Heidelbergam in aulam mittere coguntur pro vno
floreno in recognitionem dominii. NOE MEVRER *im Waſſerrecht par.*
125 *1. pag. 12. mihi* vbi de illis iuribus erudite diſſerit. Idem Dux Pome-
raniae in Viadro et Pano habet.

126 Ex his deciſionem capit vulgata quaeſtio, an quis ſine con-
ſenſu Principis in flumine publico aedificare, in ſpecie molendinum
127 exſtruere poſſit? Quod recte BART. *in l. 2. n. 4. ſi ſeruit. vindic.* AR-
NIS. *lib. 3. de iur. Mai. cap. 3. n. 5. 6.* BOCER. *c. 2. tr. de regal. n. 165.* ne-
128 gant, tum primum per expreſſum textum *in l. 2. d. flum.* vbi dicitur,
ſine principis vel ſenatus conſenſu id non permitti, et *in l. 24. de damn.*
129 *inf.* ibi: *principis vel praeſidis* tum 2. quod *in l. 1. §. 12. §. 14. §. 19.
§. 21. eod.* ſtatuatur, nihil in flumine fieri poſſe, quo iter vel ſtatio na-
130 uium difficilior fiat, vel naturalis eius curſus, modus, aut rigor mute-
tur aut deprimatur. *l. vnic. princ. et §. 3. §. 7. ne quid in flum. publ.*
131 Quis autem neſcit, per molendina aquam deprimi et curſum fluminis
132 deteriorem fieri. Tum 3. quod in loco publico aedificare, *l. 2. ne*
133 *quid in loc. publ.* monumentum exſtruere, *L. 2. de loc. et itin.* in eum
cloacam immittere, *L. 2. §. 26. ne quid in loc.* aquam per eam ducere,
134 *l. 14. §. 2. de ſeruit. l. 18. §. fin. de aqua et aqua pluu. arc.* vel pontem
135 in flumine, vel per viam publicam, *l. fin. ne quid in fl. publ.* et ſimi-
136 lia, non licet priuato ſine venia principis facere. *d. l. 14. l. 2. l. 24.* Flu-
minum

minum enim et caeterorum locorum publicorum eadem eſt ratio *l. vnic. §. 1. vt in flum. public. d. l. 24.* Facit, quod molendino, vel a- 137
lio aedificio, particula rei publicae occupetur. Non licet autem in aliena terra aedificare *l. 29. §. 1. ad l. Aquil.* vel eam ſeruitutibus onerare. *l. 1. l. 2. ne quid in loc. publ.* Sed ſi quis hoc facit aedificium, ſolo 138
cedit, quod et de flumine *in l. 15. de A. R. D.* ſcribitur.

Ab hac ſententia abeunt ROLAND. A VALL. *conſ. 97. num. 7.* 139
SCHVRF. *cent. 2. conſ. 42.* WESENBEC. *conſ. 67. n. 11.* ROSENTH. *in Synopſ. feud. c. 5. concl. 28.* SIXTIN. *tr. d. regal. d. l. n. 72.* IOH. HERING. *tr. d. molend. quaeſt. 15.* tum per *l. 24. d. damn. inf.* quae generalis, tum, 2. quod prohibitio praetoris ſaltem aedificium, quo res de- 140
terior fiat, reſpiciat, vel alii damnum fit *l. 2. v.* propter quod, ne quid 141
in loc. publ. et 3. naturae conueniens illud permitti, quod alteri prod- 142
eſt, nemini nocet. *l. 2. §. 5. verſ. quanq. de aqua et aqua pluu. l. 38. de euictionibus.*

Verum non eludunt haec priorem ſententiam, nam 1.) *l. 24.* 143
expreſſe decretum principis poſtulat, vel poteſt intelligi, vt aedificare liceat in flumine, non vt dominus fiat, qui aedificat, ſicut in 144
mari, ſed vt ad vſum ſaltem piſcandi vel nauigandi habere liceat, BACH. *in πρω ff. pag. 275. n. 6.* 2.) per molendina fit curſus fluminis 145
deterior et alteri incommodatur. Sicut etiam 3. nocetur reip. cuius 146
bona occupantur. ARNIS. *d. l. n. 6.*

147 Si quis igitur ſine conſenſu ſuperioris aedificarit, et aedificium non noceat, priuatum quidem manet, ſed non eſſe aedifican- 148
tis, verum aliorum, quibus praedia prope ripam ſunt, ex ratione, quod cohaereat alueo, talia autem cohaerentia fieri vicinorum, ex *ſſ. 22.* DONELL. *4. comm. 11.* concludit. At ego puto, quia alueus, 149
dum tenetur a flumine, eſt publicus, tale aedificium principis eſſe, quia 150
ipſius etiam flumen eſt, id ſoli domino facit. Longe etiam diſpar eſt ratio inſulae in *d. l. §. 22.* quae adquiritur vicinis, vt compenſatio fiat ripae amiſſae: et aedificii, ab alio exſtructi, pro quo dominis 151
praediorum fluuio attiguorum nihil abeſt. HIL. *in Don. d. l.*

Nulla hic etiam diſtinctio facienda eſt, an flumen publicum 152
ſit nauigabile, an vero non nauigabile, quaſi ibi prohibita ſit aedificatio, hic omnimodo, etiam ſine principis conſenſu, permiſſa, ſicut 153
poſteriorem hanc partem FR. MARC. *deciſ. 40. num. 4. part. 1. Corn.*

 conſ.

154 *conſ. 268. col. vlt.* SCHVRF. *conſil. 38. n. 1.* ROL. A VALL. *d. l. num. 7.*
COEPOLL. *d. l. n. 5.* SIXTIN. *d. l. n. 65.* IOH. HERING. *tr. d. Molend.*
quaeſt. 15. defendunt, modo hoc non fiat ad aemulationem. Nam
155 aperte illa diſtinctio ſubruitur claro textu in *l. 1. §. 12. ver.* ſed LA-
BEO *de flumin. l. 1. ff. 2. Ne quid in flum. publ.* vbi generaliter tam in
156 nauigabili, quam non nauigabili flumine aliquid immitti prohibetur,
quo curſus fiat deterior. BOCER. *d. l. n. 166. in fin.* ARNIS. *d. l. n. 6.*
in fin.

157 Sequitur hinc, ſi quis conceſſionem a principe nactus, aedifi-
candi molam, alius ſupra vel infra non poſſit ſimilem impetrare. Eſt
158 enim iam in poſſeſſione, in qua non eſt turbandus: *l. 7. de diuerſ. et*
159 *temp. l. 45. d. vſurpat. et vſucap.* et princeps non concedit, quod al-
160 teri nocet, *l. 2. ff. 10. ne quid in loc. publ.* CYN. *ad l. 7. C. de ſeru.* SCHVRF.
conſil. 38. cent. 3. MENOCH. *par. 1.* BOCER. *d. l. n. 167.* ſi etiam contra
factum fuerit, obreptionis beneficium opponi poteſt, CRAVET. *conſil. 68.*
MENOCH. *de arbitr. iudic. quaeſt. caſ. 201.* SCHRADER. *ad §. 13. d. R. diu.*
161 et ſecunda eius iuſſio exſpectanda eſt. ZABARCH. *conſ. 142. n. 4.* RIPA
162 *reſp. 175. n. 15.* LVD. RVD. SABLON. *tr. de abſol. prim. pot. pag. 25.* Et
hoc FR. VIVIVS. *2. com. opin. 181.* eousque extendit, vt habens conceſſio-
nem alius alium prohibere poſſit, etiam antequam molam abſoluerit,
BOCER. *d. l. n. 168.*

163 Hoc tamen ita intelligendum eſt, niſi tam remoto loco ſecun-
da mola ponatur, vt priori nocere nequeat, nec aquae curſus per eam
164 imminuatur. *l. 24. d. dam. inf. arg. l. 45. de oper. liber.* SCHVRF. *cent. 2. conſ.*
45. WESENBEC. *conſ. 34. par. 1.* SCHNEID. *ad §. 13. d. R. D. n. 13.*

165 Quo caſu vero ille, qui ſuperiorem molam habet, non debet
aquam reſtagnare, (*das Schut aufziehen*) ne ad inferiorem defluat.
166 Fit enim alteri iniuria per talem reſtagnationem. (*durch Aufſchützung*
167 *des Waſſers.*) Nemo autem debet conſilium ſuum mutare in alterius
detrimentum. *l. 74. l. 75. d. R. I.* ROSENTHAL. *Sy. feudal. c. 5. concl. 23.*
29. 30. 31. 32. 70. IOH. HERING. *tr. d. molend. qu. 15. n. 95. in fin.*

168 Si quis ergo illicite ſine conſenſu principis, et in aemulationem
et damnum alterius, aliam molam aedificat, quod in dubio non prae-
169 ſumitur GLOSS. *in L. 24. §. fin. d. damn. inf.* BR. IAS. *in L. 2.* GAIL. *2.*
obſer. 69. n. 301. poteſt tamen molendinum noui operis nunciatione
170 impediri, *l. 3. d. oper. publ. l. 2. C. de fund. limitr.* adeo, vt mandata ſine
clauſula

Digitized by Google

clauſula contra eos, qui poſt denunciationem aedificant, decerni poſ- 171
ſint. GAIL. l. obſ. 16, n. 12. Nemo enim debet alteri iniuriam facere,
l. 74. d. R. I. et intereſt, vt dolus eius, qui ad aemulationem alterius 172
quid facit, coerceatur. d. l. 12. de dol. mal. ISER. AFFLICT. in c. vnic. 173
IASON. in L. 2. n. 2. VIV. com. opin. 181. SIXTIN. d. l. n. 79. et ſeq.

Quum igitur ſine Principum conſenſu nemo poſſit in flumine 174
publico aedificare, et flumen, eorumque reditus, ad Principes ſpe-
ctent, ſequitur, non male dici molendina aquatica eſſe de regalibus.
ARGENT. ad conſ. Burgund. tit. 17. in pr. BOCER. d. regal. cap. 2. num. 175
164. PETR. DE PETR. de fideicommiſſ. quaeſt. 13. n. 180. RVTG. RVLAND.
tr. de commiſſ. lib. 2. cap. 13. n. 1. part. 4. SOCIN. conſ. 7. col. 1. vol. 3. 176
ROLAND. A VALL. conſ. 1. n. 99. TVSCVS tom. 6. pr. concl. 82. num. 9.
lit. r. Et hoc reſpectu molendina antiquitus Principibus patriae attri-
buta in Belgio, ſcribit GERH. MERC. in Atl. min. pag. Non quod 177
ſua natura ita comparata ſint, quod conditio ipſorum et poſſeſſorum
ſaepe non admittit, vt IOH. HERING tr. d. molend. quaeſt. 9. num. 55. 178
vsque 65. erudite adnotauit, ſed quod principes et ciuitates de illis 179
inueſtiantur, idem HERING. d. l. n. 66. vel alios inueſtiant, BOCER, d.
l. c. 2. num. 164. neque priuatus ſine conſenſu principis illa in flumi-
ne aedificare poſſit. SIXTIN. d. l. n. 90. ROSENTH. concl. 28. num. 7. 180
Et perinde eſt, vtrum haec molendina aquatica Waſſermühlen iux- 181
ta ripas, et marginem fluuiorum exſtruantur, quae immobilium loco 182
habentur propter adfixionem, et adiectionem ad fundum, RIPA in 183
l. 2. n. 126. TIRAQVELL. de retract. lign. §. 1. gl. 7. n. 92. OCT. SI-
MONC. de decret. iudic. lib. 3. tit. 8. LVDOVIC. com. concl. 48. BORCH.
de feud. c. 6. VVLTEI. lib. 1. cap. 5. MOZZ. de feud. cap. 4. n. 8.
ARVM. diſp. feud. 4. th. 8. MARC. deciſ. 386. n. 3. an vero ſuperna- 184
tent aquis, et nauibus impoſita, ab vna parte fluminis in aliam poſſint
duci, cuius generis multa vidi Magdeburgi in Albi et Bremae in Vi- 185
ſurgi, catenis ferreis anchoris annexa, Schiffsmühlen, quae mobilium
loco ſunt. RIP. TIRAQ. d. l. SIMON. d. l. FOLLER. in prax. crim v. an- 186
notentur n. 8. INTRIGLIOL. de feud. cap. 4. concl. 4. OBRECHT. diſp.
feud. 5. th. 157. RVL. tr. de commiſſ. part. 4. lib. 2. cap. 17. m. num. 18. 187
SIXTIN. d. l. n. 68. WEHNER. in pr. obſeru. tit. fahrende Hab, REIN-
KING. tr. d. conſang. retract. cap. 4. num. Eadem enim vbique eſt ra- 188
tio propter intereſſe Principis, quod in flumine habet. Notandum 189

Digitized by Google

189 autem hoc ideo eſt, quia principes hodie ſibi in prouinciis molendi-
na praeſertim aquatica ſolent arrogare, vetera abrogar,e et impedire,
190 ne noua a ciuibus ſtruantur, immo ſubditos ad molendina bannaria
Zwang-Mühlen cogere, vnde ſaepe lites et diſſidia. NOE MEVRER *im*
Waſſer-Recht part. 1. quaeſt. 1. IOH. HERING. *d. tr. quaeſt. 9.*

191 Porro in priuatis fluminibus, ſine principis licentia, iure do-
minii quis molam aedificare poteſt, *l. 21. C. mund. l. 1. §. 1. §. 10. d.*
192 *flum.* et, ſi duorum flumen eſt, idem ambobus licet, adeo vt in ſu-
periori parte fluminis habitans poſſit aedificare, etiamſi hoc noceat
193 ei, qui inferiore parte molendinum iam habet. Nullus enim vide-
tur dolo facere, qui ſuo iure vtitur, *l. 55. de R. I. l. 24. §. fin. l. 26.*
de damn. infect. BOCER. *d. l. n. 169.* et durum aliquem prohibere com-
194 modo rei ſuae *l. 6. de Seruit.* Hinc licentia aedificandi fauorabilis
195 SIXTIN. *d. l. n. 51.* adeo, vt ſi vnus per immemoriale tempus ſolus mo-
lam habuerit, alteri in re merae facultatis non poſſit praeſcriptionem
obiicere. SCHNEID. *ad §. 2. d. interd. num. 61.* SCHRADT *d. l. §. 5. num.*
44. econtra prohibitio odioſa eſt. SCHNEID. *ad tit. de iur. incorp. §. 9.*
196 *n. 15.* Quod tamen limitatur in caſu, quo quis ad meram aemula-
tionem alterius aedificat, tunc, ne malitiis hominum indulgeatur, et
197 beneficiis locus adimatur, is qui aedificando praeuenit, poterit pro-
hibere, ne quid tale in ſui iniuriam fiat. BR. *in l. 2. n. 2.* IAS. *l. l. n.*
21. ALEXAND. *conſ. 194. n. 3. 4.* GAIL. *2. obſeru. 69. n. 27.* VIV. *lib. 2.*
198 *comm. opin. 181.* Sicut et altero caſu, ſi quis prohibitioni adquieuit,
praeſcriptionem alterius nequit interrumpere. BL. *in l. 1. n. 10. C. de*
ſeru. SIXTIN. *d. l. num. 56.*

199 Quod vero diximus de inhibita priuatis in flumine aedificandi
poteſtate, illud etiam de ductione aquae ex flumine, ſiue nauigabili, ſiue
non nauigabili, obtinet, ne illa liceat ſine conceſſu Principis. *l. 2. de flumi-*
200 *nib. l. 1. §. 2. Ne quid in flum.* DONELL. *4. comm. 2. in fin.* HILLIG. *d.*
201 *l.* Ne igitur deriuationibus minus conceſſis exareſcant, vel alueus
eorum mutetur, et inde vicinis iniuria inferatur, ſtatuit Praetor, ne
202 in flumine publico, vel eius ripa immittere liceat, quo aliter aqua
203 fluat, quam priori aeſtate fluxit. *l. 1. ne quid in fluta.* Duplex hoc
eſt interdictum, prohibitorium et reſtitutorium. Illo tenetur, non
204 qui immiſit, vel fecit, ſed qui immittendo vel faciendo effecit, vt
205 aliter, quam priore aeſtate fecit, aqua fluat. *d. l. 1. §. 3.* Aliter autem
fluere

Digitized by Google

fluere dicitur non reſpectu quantitatis aquae fluentis, ſed modi et ri- 205
goris curſus, veluti, ſi mutetur curſus per hoc, quod factum eſt, dum 206
vel depreſſior, vel arctior fit aqua, et per hoc rapidior eſt cum in-
commodo accolentium, vel ſi quod aliud vitii accolae ex facto eius, 207
qui conuenitur, ſentiunt. *d. §. 3. quod v. et general.* Sic ſi quis ex 208
riuo tecto per apertum ducere velit, vel contra qui aperto duxit,
nunc operto velit, interdicto tenetur. *d. l. §. 4.* Idem eſt, ſi incile 209
ducat, vel alio loco fiat, aut alueum mutet. *d. l. ſſ. 5.* Nominatim 210
autem additur, ne quis aliter ducat, quam priore aeſtate fluxit, cu- 211
ius ratio eſt, quod ſemper certior ſit curſus fluminum aeſtate potius,
quam hyeme. *d. l. §. 8.* Ideo etiam non ad inſtantem, ſed priorem ae- 212
ſtatem refert, quia illius fluctus indubitatior eſt. *d. §. 8.* Aeſtas ve-
ro dicitur illud tempus, quod ab aequinoctio verno vsque ad autu- 213
mnale terminatur, ita vt ſenis menſibus aeſtas, atque hyems diuida-
tur. *l. 1. ſſ. 32. d. aqu. quotid.* Et ſi forte aeſtate interdicetur, proxi- 214
me ſuperior aeſtas erit intuenda, ſi vero hyeme, tunc non proxima
ab hyeme aeſtas, ſed ſuperior erit inſpicienda. *d. §. 8. in fin.* Excipi-
tur ab hoc interdicto 1. qui ripae muniendae cauſſa aliquid facit, dum- 215
modo Praetor ex cauſa hoc aeſtimet, ne ripae cum incommodo acco-
lentium muniantur. *d. l. 1. §. 6.* 2. Si alia eius ſit vtilitas, qui quid 216
in flumine publico fecit, veluti, ſi quando damnum flumen ei dare ſo-
litum, et praedia eius depopulari, ideo aggeres vel aliam munitio- 217
nem adhibeat, vt agrum ſuum tueatur, et ea re curſum fluminis ad ali-
quid immutet; Cur enim illis non conſulatur, quum et plerique hac 218
de cauſſa flumina auerterint, et alueos mutarint, nulla ratione prohi-
bente? *l. 1. §. 7.* Hoc interdictum populare eſt, ſed non aduerſus o- 219
mnes, verum aduerſus eum, qui denegat, ne aliter aqua flueret, 220
quum ius non haberet, *§. 9.* et quia rei perſequutorium eſt, in heredes
datur. *§. 10.* Alterum eſt reſtitutorium, quo Praetor iubet id, quod 221
factum, vt aliter aqua flueret, ac priore aeſtate, reſtituere. *d. l. 1. ſſ. 11.*
Differt a priori, quod pertinet ad non facta, hoc ad facta, vt ſi quid factum 222
reſtituatur. *§. 12.* Vnde etiam iuxta Labeonem non iniquum eſt, vt 223
in illud veniat, quod dolo factum eſt, quo minus quis haberet. *d. l. ſſ. fin.*

Summa haec principum in fluminibus poteſtas ita intelligenda 224
eſt, ne quibusuis gentibus, non ſolum iis, quorum praedia alluunt, vt
TREVTL. *vol. 2. diſp. 2. th. 1. lit. b.* DONELL. *4. com. 2.* putarunt, in-

Gg 3 noxius,

Digitized by Google

225 noxius, et vtilis vſus plane adimatur. Potuit enim dominium ita in-
troduci, et praeſumitur ita factum eſſe, GROT. 2. *d. I. bell. 2. n. 12.* et niſi
ita eſſet, nimis anguſtus fluminis vſus eſſet. BACH. *in* TREVTL. *d. l.* Hinc
226 ius piſcandi quoad neceſſitatem quotidianam omnibus commune eſt
in portu fluminibusque, *§. 2. d. R. D.* et liberum cuilibet, per ipſum
227 flumen nauigare. *l. 5. d. R. D. §. 4. eod.* Cur enim princeps hoc non
concedat, quod ipſi non nocet, multis prodeſt? *l. 7. d. ſeru. expor.* prae-
228 cipue ſubditis, quorum ſalutem promouere tenetur. *l. 7. d. offic. praeſid.*
229 Et hoc de vſu communi tradunt CAEPOL. *d. S. R. P. c. 31. n. 6.* IACOBIN.
d. S. GEORG. *de feud. u. flumin. n. 4.* ROSENTH. *d. feud. cap. 5. concl. 13*
n. 2. VVLTEI. *d. feud. c. 5. n. 6.* SIXTIN. *2. de Reg. 3. n. 35.* Immo ſi pri-
230 uatus priuatum in flumine publico nauigare, vel ratem agere impe-
diat, interdicit praetor ne vis fiat. *l. 1.* et *Rubric. vt in flum.* Sicut
231 enim via publica vti prohibitus interdictum habet, ita ex paritate ratio-
232 nis idem in flumine ſtatuendum putauit. *d. l. 1. §. 1.* Vnde etiam, ſi pri-
233 uatum flumen eſt, interdictum ceſſat. *d. l. 1. §. 2.* Eodem modo ſi quis
prohibetur pecus ad flumen publicum ripamue eius adpellere, vim
praetor prohibet: *d. l. 1. §. fin.* ſed qui petit vt locus deprimatur pe-
234 coris adpellendi gratia, non auditur. *d. l. §. fin. in pr.* Sed quid ſi naues
duae in flumine ſibi occurrant? Quia par eſt vtriusque conditio, prae-
uentioni locus eſt: et debet ille qui primo flumen occupauit, nauigare,
COEPOLL. *d. S. R. P. c. 31. num. 6.* vt de duobus plauſtris in via ſibi oc-
currentibus ait ANGEL. *in l. 2. d. fl. gl. in 2. §. 1. ne quid in loc. publ.*

235 Non ſolum autem praetor, vel magiſtratus proſpicit, ne naui-
gatio impediatur, ſed cauet, ne quid in flumine publico ripaue eius
236 fiat, quo peius nauigetur. *l. 1. et rubr. d. fluminib.* Duplex hoc in-
terdictum eſt, prohibitorium at reſtitutorium, prohibitorium quod po-
237 pulare et retinendae poſſeſſionis eſt, OLD. *cl. 2. act. 9.* locum habet ſi
238 quid in flumine publico, vel ripa eius fiat. *d. l. 1.* In flumine autem
239 publico factum accipere debemus, quod in aqua fit: nam ſi quid extra fa-
240 ctum eſt, non eſt in flumine factum, et quod in ripa fit, non videtur in flu-
241 mine factum. *d. l. 1. §. 11.* Vnde etiam non obtinet, ſi in inſula *§. 6.* vel alueo a
242 flumine derelicto aliquid factum ſit, *§. 7.* quia non ſunt publica ſed priua-
243 torum, *d. §. 7.* ſicut nec locum habet, ſi flumen terram inundaue-
rit, *§. 9.* vel amnis aliquid circumiuerit. *§. 10.* Non enim fit in publico.
244 *d. §. 10.* Non ſufficit vero, aliquid in flumine factum eſſe, ſed debet
tale

Digitized by Google

tale eſſe, quo deterior ſtatio et nauigatio fiat, *d. l. 2.* ſiue illa nauibus, 245
ſiue ratibus fiat, *d. l. 1.* §. *14.* vel etiam pedeſtre iter eo impediatur.
ʃ. 14. Deterior autem ſtatio, vel iter, *die Fahrt*, fieri videtur, ſi 246
vſus eius corrumpatur, vel difficilior fiat, aut minor, vel rarior, aut
ſi in totum auferatur. Proinde ſiue deriuetur aqua, vt exiguior fa- 247
cta minus ſit nauigabilis: vel ſi dilatetur, aut diffuſa breuem aquam
faciat, vel contra ſic coanguſtetur, vt rapidius flumen reddat, vel ſi 248
quid aliud fiat, quod nauigationi incommodet, vel eam prorſus
impediat, interdicto locus eſt. *d. l. 1.* §. *15.* Sic ad hoc interdictum 249
pertinet, ne fragoſa vel demerſa nauis in portu ſubſidat, et nauiganti-
bus impedimentum faciat. FRIDER. *tr. de mand. tit. 6. n. 35. 36. l. 2.*
ʃ. 40. ne quid in loc. publ. Perinde etiam eſt, in quo flumine aliquid 250
factum ſit, nauigabili *d. l. 2.* §. *12.* vel non nauigabili. §. *17.* Non enim
eſt iniquum, etiamſi quid in eo flumine, quod nauigabile non ſit, fiat, 251
vt exareſcat, vel aquae curſus impediatur, vtile interdictum compe-
tere, quo minus fiat, vel ſi factum ſit, vt boni viri arbitratu purgetur, 252
tollatur, et reſtituatur. *d.* §. 12. Nulli igitur conceditur in flumine 253
vel ripa aliquid facere, licet excipiat, muniendae ripae cauſa factum eſſe:
Quum enim illud dubium eſſe poſſit, ſi quis velit opus manere, exci- 254
pere debet, de lege fieri licere. *d. l. 1. ʃ. 16.* Nullus enim peccat, qui 255
legis auctoritate vtitur. *l. 4. C. ad l. Iul. d. adult.* Si contra fiat, inter- 256
dictum reſtitutorium obtinet, quo praetor iubet quod in flumine pu- 257
blico, ripaue factum, vel immiſſum quis habet, quo ſtatio et iter de- 258
terior fiat, reſtituere *d. l. 1.* §. *19. ʃ. 20.* §. *21.* Quae verba oſtendunt,
non eum teneri, qui fecit, vel immiſit, ſed qui factum, vel immiſſum
habet, *d. l.* §. *22.* adeo, vt ſi auctor aquam deriuauit, teneatur qui iam 259
immiſſum habet. *d.* §. *22.*

Succedit iam altera tractatio de partibus fluminis, ſeorſim con- 260
ſideratis. Hic primo occurrit aqua fluminis, quae alibi in iure dici-
tur aqua profluens, §. *1. d. R. D. l. 2.* §. 1. *eod.* *τὸ ὕδωρ τὸ ἀέναον*
a Theophilo, *τὸ ῥέον ὕδωρ* A MICHAELE ATTALIATE. Haec non eſt 261
publica, ſicut ipſum flumen, ſed communis omni homini. *d. l.* 1. Hinc
OVID. tales aquas munera publica, ſc. iuris gentium, omnibus homi- 262
nibus communia, VIRGIL. vndam, cunctis patentem, vocant. Quam-
quam enim flumen, qua flumen dicitur, proprium ſit populi, vel 263
principis, qui regalia habet, adeo vt ei liceat molem in flumen inii-
cere

cere, in eo nauigare §. *4. d. R. D.* quae in flumine naſcuntur, ſua facere:
264 GROT. *2. d. iur. Bel. et Pac. 2. n. 12.* ipſa tamen aqua profluens
communis omnium hominum manet. §. 1. *d. R. D.* Nullo enim certo
265 loco conſiſtit, ſed hinc inde fluit, vnde in nullius neque publico,
266 neque priuato dominio eſt. Recte OVID. ait:

Quis vetat adpoſito lumen de lumine ſumi?
Vtque cauum vaſtas in mare ſeruet aquas.
Item.

267 *Quid prohibetis aquas, vſus communis aquarum eſt?*

Dilucide hoc explicat DONELL. *4. com. cap. 2.* quod nemo aqua fluminis
vti prohibeatur, ſi ſimpliciter conſideretur, non ſi vt aqua fluminis, quod
268 ex vſu aquaea eſtimandum eſt. Spectatur vt aqua ſimplex, quum ea ſic vti-
mur, vt alia quauis vteremur, etiam quae non eſſe fluminis, videlicet ad
hauriendum, bibendum, lauandum, ad aquandum pecora. Spectatur vt
aqua fluminis, quum ea ſic vtimur, vt id facere non poſſemus, niſi in
269 flumine, vt ſi nauigemus, piſcemur. Illo vſu aqua profluens eſt
communis omnium hominum, hoc nequaquam, quia hic vere vti-
mur flumine, vt flumine, hoc autem eſt publicum. §. *2. de R. D.*
270 Sed cur flumina potius publica, id eſt, vſu eorum populorum, per
quorum fines labuntur, quam communia omnium, vt littora, quum
de flumina dici poſſit, quod de littoribus ſcriptum eſt, *in l. 14. A. R.*
271 *D.* flumine primum natura prodita eſſe, nec in vllius dominium per-
272 ueniſſe? Reſpondet DONELL. *d. c. pr.* quod mare et littora ideo res
communes ſunt, quod in nullius poteſtatem, poſitis limitibus, perue-
273 nerunt. Flumina vero finibus alicuius gentis aut populorum con-
cluſa tenentur, vt quodammodo videantur in eius gentis populo-
274 rumue ditione eſſe ac poteſtate. Flumina enim etſi corpore a nullo
occupata, aut circumſepta ſunt, tamen finibus certis et his anguſtis
ditionis ad quemque populum pertinentis incluſa cohibentur: vt
275 quemadmodum alueus pars quodammodo eſt terrarum, quae ſunt
ab vtraque parte fluminis, quae eaedem ſunt poteſtate ac ditione cu-
iusque populi; ſic flumen, quod eo alueo continetur, quodammo-
276 do ad eandem ditionem poteſtatemque pertineat. At cur non idem
liceat dicere de aqua profluente, quae iisdem finibus continetur?
277 Minime vero continetur, quum in perpetuo ſit curſu, ideoque nec
magis certo loco haberi poteſt, quam aer aut mare, quamdiu e me-

dio

Digitized by Google

dio curſu nihil quiſquam de ea ſumſerit. Vnde et profluens dicitur, 278
quod opponitur ſtatiuae et incluſae, et eſt fluminis pars tenuis, quae
non integrum praeſtat vſum, *v. gr.* nauigandi, piſcandi, ſed tantum 279
potandi et abluendi, eum ſcilicet vſum, quem non profluens, lacus
nimirum et ſtagna praeſtare nequeunt. HILLIG. *in Donell. d. l. lit. d.*
At enim et flumen labitur eodem modo, quod tamen certis finibus 280
contineri dicimus. Labi dicitur flumen et fluere, quum partes eius 281
ſingulas, id eſt, vndas alias aliis ſuccedentes ſpectamus, quae ſunt
id quod vno verbo adpellamus aquam profluentem. Horum ſane ni- 282
hil aliud de natura dici poteſt, quam hoc, nunquam loco conſiſtere. 283
Atque ita ſe res habet, vt ea vnda, quae modo influxit in mare,
non ſit illa, quae nunc fluit, vereque dicatur illam, quae influxit, vt a
nemine certo loco habita ſit, ſic nec vnquam tanquam ex flumine
haberi, aut in poteſtatem cuiusquam venire poſſe. Diuerſum eſt, quum 284
flumen totum ſpectamus. Et vero tum ſic accipimus quaſi conti-
nens, atque vnum idemque corpus, eo quod certo loco et
die, finibus, quos natura ei circumdedit, conſiſtat. Etſi enim in perpe- 285
tua agitatione eſt, et vnda alia aliam perpetuo trudit atque impellit, tamen 286
quia in decedentium vndarum locum ſemper aliae ſuccedunt, fit, vt
quamuis partibus ſemper tamen eadem vnda, idemque flumen eſſe
videatur. Vt in rebus omnibus aliis accidit, in quarum collapſas par- 287
tes aliae ſubſtituuntur, quod pluribus exemplis probat ALFENVS *in
l. 76. d. iud.* DONELL. *d. l.* Eodem modo conchae, *Muſcheln*, arenae, 288
et alia mobilia, quae alueo non cohaerent in fluminibus nullius
ſunt, et cedunt occupanti, COEPOLL. *d. l. n. 8. in fin.* dummodo, quis
tantum arenae ſumat, ne exinde mutetur curſus fluminis, *l. 1. Ne
quid in fl. publ.* vel alias domino fluminis damnum detur. DONELL. 289
4. comm. 11.

Secunda pars fluminis eſt alueus, qui nihil aliud eſt, quam 290
foſſa, per quam flumen labitur. *l. 1. §. 8. de flum.* HARPR. *ad §. 23. de* 291
R. D. Hunc BR. *in tr. Tyberiad. part. 2. d. alu.* vocat ventrem, quod
iuxta HVG. ſicut ſtomachus vinum, ita aquam contineat: BALD. *in Rubr.
d. R. D. n. 29.* lectum fluminis, quia flumen ibi cubat. German. *des
Fluſſes Bauch oder Bett.* NOE MEVRER *im Waſſer-Recht part. 2. p. mi-
hi.* Hic ratione vſus, et quatenus continetur a flumine, BACCH. *ad* 292
§. 23. eiusdem iuris eſt ſicut fluuius, ſcilicet publicus, *§. 23. de R.*

Hh *D.* im-

Digitized by Google

293 D. Impoſſibile enim eſt, vt alueus fluminis publici non ſit publicus,
294 *l.* 1. *§. 7. in fin. de fluminibus.* vulgata regula, quod ſuperficies ſolo
295 cedat, hoc, ſicut et in aliis caſibus, ceſſante *l. 43. §.* 1 *d. leg.* 1. SIX-
TIN. *tr. de reg. lib. 2. cap. 3. num. 26.* Et hoc adeo verum eſt, vt ſi
296 alueum veterem derelinquat, et nouum faciat, ille deſinat, hic in-
cipiat eſſe publicus, ſique rurſus ad priſtinum curſum remeauerit,
297 hic deſinat, ille iterum incipiat eſſe publicus. *d. l. 23. l.* 1. *§. 7. l. 7.*
298 *§. 5. de A. R. D.* RIMINALD. *conſ. 64. num.* 12. *lib.* 1. Ita hodie alue-
us dicitur eſſe de regalibus, PEREGR. *de iuribus fiſci lib. 1. tit. 1. n.*
22 AYM. PARM. *de alluu. lib. 1. c. 11. n. 7.* HEIG. *p. qu. 40. num. 129.*
BEROE. *conſ. 140. num. 1. et 9. vol. 1.* SCHNEID. *ad §. 23. num. 2.* RV-
299 LAND. *tr. de commiſſ. part. 4. lib. 2. cap. 15.* tam quoad proprietatem,
quam iuriſdictionem. AYM. PARM. *d. l. c. 12. n. 9.* CORN. *conſ. 287.*
300 *lib. 1. n.* 11. Et illud votando in camera adprobatum tradit TILE-
MAN. DE BENIGN. *Syntagm. 2. Dec. 2. vol. 7.* SIXTIN. *d. l. num. 14.*
301 Alueus autem, quum fluminis ſit venter, a priuato mutari non poteſt,
et ſi quis contra fecit edicto Praetoris, ne quid in flumine fiat, tene-
302 tur, *l. 1. ſ. 5. ne quid in flum.* ſicut etiam, ſi quis aliquid in alueo
fecerit, quo deterior nauigatio fiat, prohibetur et iubetur reſtitue-
303 re. *arg. l. 1. §. 7. de flum.* Hoc vero tamdiu ita eſt, donec alueus
flumini deſeruit, ſi enim alio fluere coepit, quidquid in veteri alueo
factum fuerit, ad hoc interdictum non pertinet. *d. ſ. 7.* Deſinit enim
304 vetus alueus eſſe publicus, et incipit eorum eſſe, qui prope ripam
praedia poſſident, pro modo ſcilicet latitudinis cuiusque praedii, quae
latitudo iuxta ripam ſit. *ſ. 23. de R. D. l. 7. §. 5. eod. d. l. 1. §. 7.* Cu-
305 ius ratio licet dubia ſit, et multa contra eam dici poſſint, vt DONELL.
4. comm. 28. adnotauit: vera tamen eſt, quam *d. l.* adfert, quod prae-
306 ſumatur, alueus pars fluminis eſſe, et a flumine occupatus eius natu-
307 ram induiſſe propter vſum publicum, qui, cum exſiccato alueo ceſſit,
redire etiam ad priſtinum ſtatum videtur et fieri vicinorum. *l. 30. § 1. de*
A. R. D. DONELL. *d. l.* GIPHAN. BACCHOV. *in ſ. 23. de A. R. D.* Sic
308 inſula, manente alueo, priuatorum fit. *ſ. 22. eod.* et alias aequum eſt,
309 quia vicini onera aluei ſuſtinent, vt tali caſu eueniente, per quandam
compenſationis rationem emolumenta habeant. *arg. l. 10. de R. I. l.*
310 *14. §. fin. quem. ſeruit. amitt.* Ita ſi poſt aliquod temporis ad prio-
rem alueum reuerſum fuerit flumen: rurſus nouus alueus non prio-
ris

ris domini eſt, ſed incipit eorum eſſe, qui prope ripam eius praedia
poſſident. *l. 7. §. 5. v. quod de A. R. D.* Intelligendum tamen hoc 311
eſt in dubio, nam ſi conſtat, flumen alienum agrum totum occupare,
recedente flumine, ille ager, licet propter occupationem et amiſſam
formam ſubtili ratione videatur deſiiſſe alicuius eſſe, et quia vicinum 312
praedium nullum habet, ratione vicinitatis priſtinus dominus vllam
partem in eo habere, tamen ad veterem dominium ex aequitate re- 313
dit. *l. 7. §. 5. v. quod ſi de A. R. D.* Et hoc eo magis obtinet, ſi a flu-
mine ſaltem inundatus fuerit, manet enim eius, cuius fuit ob non
mutatam ſpeciem. *§. 24. eod. d. l. 7. §. 6.* Inundatio enim proprie 314
fieri dicitur, vbi flumen *v. c.* imbribus auctum, et egreſſum ripas, in vi-
cinos campos ſe effundit, ita vt ſimul alueum ſuum teneat. BACCH.
ad §. 13. Nec intereſt, paulatim ager occupatus, an impetu, dum 315
eodem impetu receſſu fluminis ſit reſtitutus. *l. 30. §. 3. eod.* Flumina
enim cenſitorum vice funguntur, et ex priuato in publicum addi- 316
cunt, et ex publico in priuatum *d. §. 3.* dum ſcilicet vni adimunt, et
alteri addunt. Sicut enim cenſitor magnam poteſtatem habebat in 317
agris limitandis, centuriandis et transferendis, haeque ratione cen-
ſum agrorum in fiſcum inferebat, et agros cenſuales a non cenſuali-
bus diſcernebat, *l. 4. ʃ. 1. de cenſib.* ita et flumen modo ex cenſu exi-
mebat, modo addebat. FORCAL. *dial. 84. n. 5.* Non opus ergo ha-
buit AYM. PARM. *in §. 1.* pro (cenſitorum) legere (conditorum) cum 318
ſenſus optime ſuetae lectioni conſtet. GIPHAN. *ad d. l. 38. §. 3. n. 19.*
HEIG. *ad ʃ. 23. n. 14.* Non poteſt autem certi aliquid in vtramque 319
partem, ſiue occupationis, quam flumen etiam priſtino alueo reten-
to per inundationem facere poteſt non facto nouo alueo, et reuerſi-
onis, ſiue paulatim, ſiue repente factae ſtatui, ſed ex circumſtantiis
diiudicandum eſt. Et hinc *l. 30. §. 3.* accipi poteſt, vel de eo caſu, 320
quo flumen nondum alueum fecit ex agro occupato, vel referenda
eſt ad aequitatem in *l. 7. §. 5. verſ. Quod in fin.* propoſitam. BACH.
in Treutl. v. 2. diſp. 20. th. 5. lit. g. Sane, ſi flumen alicuius agrum 321
paulatim ſuſtulerit, deinde eundem locum alluuione paullatim exag-
gerando, inde in veterem alueum receſſerit, alius hic ager eſt, non
is reſtitutus, qui prius fuerat, vnde recte placuit etiam hunc adqui-
ri iis, qui prope noui et excreſcentis aluei ripam praedia habuerunt.
Haec eſt ſententia *l. 38. de A. R. D.* cuius caſus ex ſequentis Schema- 322

Digitized by Google

tis figuratione, quam BACCHOV. *in Treutl. v. 2. diſp. 20. th. 5. lit. g.*
323 euidentius, quam DONELL. *4. comm. 28. in fin.* delineat, intelligi poteſt

Ager Attii	Via publica	Ager L. Titii	Flumen	Ager Maeuii

324 Attius fundum habebat ſecundum viam publicam, vltra viam flumen
erat, et ager Lucii Titii (vbi non opus *cum Haloandro et Hotom. 6.*
325 *obſ. 1.* legere, inter viam et flumen erat ager L. Titii, quum ex le-
ctione ſatis adpareat, et ICto tantum propoſitum fuerit docere, quod
vltra viam flumen et ager Titii fuerit) flumen paulatim primo agrum,
326 *videlicet L. Titii* ambedit, et viam ſuſtulit, *latius ſcilicet progreſſum*,
327 poſtea rurſus receſſit, et in antiquum locum rediit. Reſpondet ICtus,
quum flumen agrum et viam publicam ſuſtuliſſet, eum agrum eius fa-
ctum, qui trans flumen fundum habuiſſet: agrum videlicet non L.
Titii, quippe qui in prima parte caſus a flumine occupatus propo-
328 nitur, ſed agrum, ſiue alueum potius, quem flumen occupando
agrum Titii et viam deſtituerat, qui ſcilicet deſtitutus ſummo et me-
ro iure adquiritur ei, qui trans flumen habebat, quem Maeuium
329 diximus. Sequitur altera pars reſponſi, poſtea, cum paulatim retro
330 rediiſſet, ademiſſe ei, cuius foetus eſſet, ſcilicet Maeuio, et addidiſſe
ei, cuius fundus trans viam fuiſſet, eadem acquiſitionis ratione, et
proportione, et ea videlicet, quam ex ſummo iure proponit CAIVS
331 *in l. 7. §. 5. de R. D. §. 23. eod.* ſecundum quam ager L. Titii inter-
332 medius, occupatus a flumine, publicus fit, et deſtitutus iure aluei, mo-
do Attio, qui vltra viam fundum habet, modo Maeuio, qui vltra
333 flumen habet fundum, adiicitur et adquiritur. Nec obſtat, quod
via publica interiecta impedire videatur, quo minus a flumine deſti-
tutus ager Attio adquireretur, nam *d. l. verſ. nec tamen* illud ita re-
ſoluitur, quod et ipſa via pars fundi eſſet, videlicet initio ex pri-
334 uatorum poſſeſſionibus deciſa, vt proinde vicinus ea, quae trans vi-
am a flumine deſtituantur, adquiri aequum ſit.

335 Haec acquiſitio aluei in agris limitatis ceſſat; quia illis nihil
poteſt accreſcere, ſed alueus, ſicut prius, dum a flumine tenebatur,
nullius fuit: ita in eadem cauſſa manet, et propterea cedit occupanti.
l. 1. §. 1. de fluminibus. DONELL. *4. comm. 28. in fin.*

336 Tertia fluminis pars eſt ripa, ſic dicta, quod aquarum, flu-
ctuumque agitatione rumpatur. HARPR. *ad §. 4. de R. D.* Haec ni-

hi

hil aliud eſt, quam crepido, *i. e.* continentis extremitas, vel labrum 337
amnis, ſeu extremae terrae ora, quae vtrinque flumine alluitur,
et flumen continet. IOH. HERING. *tr. d. mol. quaeſt. 17. num. 18.* A
ICtis definitur id, quod flumen continet, naturalem rigorem curſus 338
ſui tenens: *l. 1. §. 5. de fluminibus*, ſeu, quae pleniſſimum flumen
continet. *l. 3. §. 1. eod.* Sicut igitur littus maris, ita ripae fluminum 339
termini ſunt. MYNSINGER *ad §. 1. de R. D.* GRYPHIANDR. *d. l. n.* 12.
Caeterum, ſi quando imbribus, vel mari, vel alia ratione ad tempus 340
excreuit, ripas non mutat. Nemo enim dixit, Nilum, qui incremen- 341
to ſuo Aegyptum operit, ripas ſuas mutare, vel ampliare. *d. l. 1. §. 5.*
Quamdiu igitur ad perpetuam ſuam menſuram redit, non mutat, ſed 342
ripae aluei eius muniendae ſunt. Si vero naturaliter creuerit, et 343
perpetuum incrementum nactus ſit, vel alio flumine admixto, vel
qua alia ratione: dubio procul dicendum eſt, ripas mutaſſe, ſicut ſi 344
alueo mutato, alio coepit currere. *d. §. 5.*

De ripis quaeritur, cuius ea ſint? Recte hoc auctore POMPO- 345
NIO *in l. 30. §. 1. d. R. D.* ſub diſtinctione proprietatis, et vſus, qua
ſimul diſſoluitur viſa legum diſcrepantia, deciditur. Nempe quod
proprietas riparum eorum ſit, quorum praediis vicinae ſunt. *§. 4. de* 346
R. D. l. 5. eod. Quia enim flumina ex priuatorum praediis ripas et 347
alueos ſuos mutant, quod ex eo ſatis adparet, dum ſaepe mutando
alios faciunt, BACH. *in πρω. ff. p. 275.* non immerito eorum partes ha-
bentur WESENB. *Gipban. ad §. 5.* Hinc arbores in ripis natae priua- 348
torum ſunt *de LL.* et ſi nauigantes quidquam de fructibus ibi natis 349
acceperint, tenentur. BL. *in Rubr. de R. D.* MYNSINGER. *d. l. num. 5.*
Sic, fundo vendito, ripae, tamquam adpendix, ſimul venditae. MATTH.
de AFFLICT. *in c. vnic. v. Ripatica n. 3.* ALEXAND. *conſ. 120. libr. num. 6.*
NOE MEVRER *von Waſſern p. 2. §. weiter.* COEPOLL. *de S. R. P. c. 36.*
num. 6. BVRSAT. *lib. 1. conſil. 70.* vbi de talium arborum aeſtimatione
agitur, et aedificium in ripa exſtructum non fit aedificantis, *l. 15. de A.* 350
R. D. ſed propria auctoritate deſtrui poteſt, *arg. l. 29. §. 1. in fin. ad* 351
L. Aquil. vel interdicto prohiberi, ſi quid velit mitius agere. *l. 5. §.*
10. de N. O. P. COEPOLL. *d. l. num. 6.* SIXTIN. *d. l.* ALBER. GENTIL. *4.*
lect. 14. HILLIG. *in Donell. 4. com. 2. lit. B.* Quod vſum vero ripa- 352
rum attinet, is publicus eſt. *§. 4. D.D. l. 5. eod.* et ideo ripae dicun-
tur publicae, *in l. 3. de fluminibus.* MYNSINGER. WESENBEC. VVLTEI.

Digitized by Google

353 HEIG. *ad* §. *5.* BACCH. *in πρωτ ff. p. 275.* Itaque cuilibet liberum eſt,
naues ad eas adpellere, *d.* §. *4.* funes arboribus ibi natis religare, *id.*
354 *l. 5.* onus aliquod in his reponere, *d.* §. *et LL.* ſiue oneranda, ſiue exoneran-
355 da nauis ſit. *l. 1. vt in flum. publ. nauig.* Et ratio huius eſt, quod alioqui flu-
minis ſine ripa nullus, aut plane incommodus vſus ſit, GIPH. *ad* §. *5.* Quod
356 vero HOTOM. *ad* §. *5.* putat, quia ripa pars fluminis eſt, et alueus publicus,
idem de ripa, tanquam parte totius, dicendum eſſe, eius non facit ſeque-
357 lam. Non enim ripa illa nuda extremitas terrae eſt, quae ne ad conſiſten-
dum quidem ſufficeret, ſed quatenus vſum praebet nauigantibus, qui
etiam inde publicus eſt, ripis, tanquam partibus agrorum, ad priuatos
358 pertinentibus. BACCHOV. *d.* §. *5. n. 5.* Nulla etiam connexio eſt, ſi quis
a littore ad ripas argumentari velit, et ſicut illud conditionem maris,
ita has fluminis ſequi debere, concludere. Diuerſa enim vbique eſt
359 ratio. Littus enim quotidianis acceſſibus a mari occupatur, ei
ſubiicitur, et ab eo continetur. Ripae vero contra non con-
tinentur, ſed continent. *l. 1.* §. *5. de fluminibus.* Certum au-
tem eſt, continens non eſſe partem eius, quod continetur, nec con-
tentam partem continentis, ſed res diſiunctas. DONELL. *4. com. 2.*
360 Nec obſtat, ſi quis dicere velit, nemo me inuito re mea vti poteſt.
361 Reſpondet enim huic DONELL. *4. com. 3.* quod ripae hanc ſeruitutem
debeant flumini, cuius vſus ſine vſu riparum nullus eſt. Seruitus haec a
362 natura impoſita videtur vt conceſſo fluminis uſu etiam ea conceſſa intelli-
gantur, ſine quibus eo vti non poſſumus *arg. l. 1.* §. *1. vſusfr. aetat. l. 3.* §. 1. *d.*
363 *S. R. P.* Quaeritur circa vſum, ſi duo velint in eadem arbore funem reli-
gare: an primi occupantis potior conditio, an eius qui publicae rei cauſſa
id facit? BR. forte rem dirimendam dicit *in l. 2.* §. *4. ne quid in loc. publ.*
364 At cui bono accolis proprietas? Sunt, vt diximus, ſua emolumenta do-
minis integra, veluti arbores, fructus, aedificia, &c. VVLTEI. *in pr.
tit. d. R. D. n.* 16. et ſi dominus vti velit ripis, et ſimul alius, hic illi
cedere cogitur. RVLAND. *tract. de commiſſ. lib. 4. part. 3. cap. 6.* Et-
365 iamſi dominus plane arborem ſuccidere velit. ADDITIONAT. *ad* §. *2.*
366 SCHNEID. *d. R. D. litt. D.* Non autem omnia loca ſecundum ripas
fluminum publica ſunt, quum ripae cedant, ex quo primum a plano
vergere incipit vſque ad aquam. *l. 3.* §. *de fluminibus.* Quod vt ob-
367 ſcurum, per ſublationem negatiuae (non) clarum fieri, putant CVIAC. 14.
obſeru. 11. MEI. *in Coll. Argent. ad tit. de flumin. num. 3.* quaſi ratio
rum

tum melius legi conſtaret, quia ripae cedunt, ex quo primum a plano
vergere incipit vſque ad aquam.

Publicum hunc riparum vſum, nemo impedire debet, et ſi 368
quis fecerit *e gr.* vim faciat, quo minus pecus ad ripam adpellere li-
ceat, interdicto coercetur. *l.* 1. *§. fin. vt in flum. publ.* Et legibus cau- 369
tum, ſi quis in vtraque ripa fluminis publici domus habeat, pontem
priuati iuris facere non poſſe, ne quid fiat in ripa, vnde iter nauigii
deterius ſit. *l. fin. de flumin.*

Hodie quum flumina ſint in regalibus, vt *num. 57.* dictum, et 370
principis dominorumque territorii eſt ea defendere, et videre, ne
quid ibi fiat, quod vſui publico vel ſecuritati noceat, caepit illa cura,
etiam ad ripas, tanquam fluminis partes, extendi. Huc ſpectant LL. 371
Ripariae ab accolis Rheni, qui olim in ſpecie ita dicti, conſcriptae
GVNTHER. *in lib.* I. *Ligur. Prattae in Lex. iur. u. Rip.* milites riparenſes 372
ſeu limitanei, in ripis ſuas ſtationes habentes, BRISSON. *d. V. S. v. limit.*
et caſtra riparenſia in ripis ſtatuta. Inde etiam *in c. vnic. Quae ſint* 373
regal. ripatica inter regalia referuntur. Meminit eorum SIGONIVS
lib. 7. de reg. Ital. et CVIAC. *in c. vnic.* vbi conceſſionem dati beneficii 374
ripatici, quam longe ante Friderici tempora Carolus Magnus fecerat
Eccleſiae S. Germani in Pariſiis, allegat. Per Ripatica autem intelli- 375
guntur omnia emolumenta, reditus, et iura, quae princeps capit in
ripis fluminum, *e. gr.* poteſtas cogendi quoslibet ad ripam munien-
dam, ſiue reſpectu vectigalium, vt communiter *Dd.* MATTH. DE AFFL.
BL. AVAR. CVIAC. HOTOM. BORCH. *ad. c. vnic.* VVLTEI. *lib. 1. de feud.* 376
cap. 5. num. 7. ROSENTH. *de feud. cap. 5. concl. 32.* PEREGR. *de iur.*
fiſci lib. 1. tit. 1. n. 23. SIXTIN. *d. l. num. 9.* putant, ſiue etiam reſpe- 378
ctu iuris transfretandi de ripa ad ripam competant: FERRAR. *de feud.* 377
lib. 5. cap. 7. vbi nominatim aliquot locorum ripae Rheni meminit,
in quibus huiusmodi ripatica penduntur pro traiectione, quae naui
fit ab vna ripa in aliam. Idem dicunt CVIAC. PEREGR. SIXTIN. *d. l.* 379
GRYPHIAND. *tr. d. inſul. 15. cap. 11. num. 54.* IOH. HERING. *tr. de mo-*
lend. quaeſt. 17. num. 22. Quum autem dubium ſit, an illud vectigal 380
pendant nauigantes, qui alueum fluminis medium tenentes ipſas ri-
pas, quae vtrinque ſunt, praeternauigant, vel qui per ripas iter fa-
ciunt, vel qui nauigio ſaltem transiiciunt de vna ripa in aliam, AL-
VAROTVS *in d. c. vnic. n. 2.* ſcribit, ripatica eſſe glabellas, quas ſol- 381

uunt

uunt tranſeuntes cum naui portum alicuius fluminis de vna ripa in
382 aliam. Hoc vt obſcurum BOCER. *tr. de regalib. cap. 3. num. 136.* ita
explicat, vt ripaticum ſit vectigal, quod nauigantes per flumen publicum ob id ſoluunt, quod ripam naui adpellant, ad eamque alligatis nauibus aliquamdiu quieſcant; tum quod in *d. c. vnic.* eo mo-
383 do portus inter regalia referatur, tum quod Carolus Magnus *lib. 3. Leg. Franc. cap. 12. et in cap. additis ad Leg. Longobard. cap. 18.* voluerit, vt quidem vectigal praeſtaretur, ſi nauis ripam adpulerit,
384 non etiam, ſi per medium flumen, vel ſub ponte tranſierit. CVIAC.
385 *ad d. c. vnic.* Addit autem vectigal, quod pro traiectione non nautis tanquam laboris merces, *Fahr-Geld*, ſed publicanis datur, qui iuxta ripas telonia habent, et ob opus riparum tuendum et conſeruandum exigunt, datur, non incommode intelligi. BOCER. *d. l.*
386 Hinc quaeritur, an quis, vt vectigal hoc euitet, deuium iter quae-
387 rere poſſit, puta tranſeundo per vadum fluminis? Adfirmantibus, quod publice liceat via publica et flumine ad ſui vtilitatem, quamuis alteri noceat vti, et quod nemo ex Caroli M. diſpoſitione cogi poſſit
388 telonii cauſſa ad pontem fluuii ire, SCHNEID. *de feud. p. 2. n. 114.* IACOBIN. DE S. GEORG. *tr. de feud. n. 21. v. cum mero.* SIXTIN. *d. l. n. 16.* niſi ius alter habeat, et conſuetudo in contrarium ſit, calculum ſubducimus,
389 tum propter intereſſe nemini auferendum, tum quod quis ea via in-
390 gredi debeat, per quam moris eſt. *arg. l. 2. l. 5. C. de curſ. public. l. 5. C. de nauicul. l. 3. C. de nautic. foenor. l. 4. §. 5. de offic. proconſ.* BL. *ad. l. 3. num. 4. C. de priuileg. fiſci* COLER. *tr. d. proceſſ. executiu. part. 1. cap. 3. n. 74.* BOCER. *d. l. n. 137.*

391 Ex his concluditur, quod ſi quis in ripis molendinum exſtruere velit, vicinorum, et quatenus publicus vſus et intereſſe vectigalis in conſiderationem venit, principis conſenſum adhibere neceſſe habeat.
392 Vetus de hac re Longobardorum Rex: Si ambae ripae ſuae ſunt, licentiam habeat, ſi autem vna alterius eſt, aut roget, aut comparet. *tit. 83.*
393 *l. 1. et 2. apud* FRIDERIC. LINDENBROG. *pag. 385.* Similis Friſiorum Lex, ſi quis in flumine viam publicam occluſerit, 12. ſolidis compo-
394 nat. *tit. 2. cap. 7. pag. 507.* Apertius Alemannorum lex decidit: ſi quis molinum, h. e. molendinum, aut qualemcunque clauſuram in aqua facere voluerit, ſic faciat, vt nemini noceat, ſi autem nocuerit, rumpatur vſque dum non noceat. *tit. 83. l. 1. et 2.*

Quis

Quia vero eluuiones fluminum ſaepe vicinis agris nocent, ideo 395
vtiliſſimum eſt ripas reficere et munire. *l. 1. §. 1. d. rip. muniend.* Mu-
nire ripam eſt aggeribus factis aquam fluuiatilem coercere, ne excre- 396
ſcens flumen agrum occupet. *l. 1. §. 5. de flum. l. 7. §. 6. et 7. ne quid*
in flum. publ. KYLLING. *de caſtr. ganerb. diſc.* 4. *n. 127.* Talis agger
alio nomine dicitur munimentum, *l. 37. §. 1. de religioſ.* ſeptum, *l. 1.* 397
de riu. nou. L. 104. ſeptum remoratorium, *Nou. L. 102.* incile, BR. *in l. 2.*
qu. 12. de fluminibus, clauſtrum, *l. 47. pr. d. act. emt. l. 52. §. fin. de*
legat. 3. COEL. RHODIG. *libr. 21. lect. antiq. 18.* cluſa, BR. *d. l.* Germanis 398
dicitur *ein Dyck, Damm, Bollwerck, Wehren,* &c. a tuendo. Debet
autem illa munitio ſine incommodo accolentium fieri, *d. l. 1. §. 6.* et 399
vſus publici, ne nauigatio inde fiat deterior. Illa enim ſola refectio
toleranda eſt, quae nauigio non eſt impedimento *l. 1. §. 2. de rip.*
muniend. Hac de cauſſa munitio vnicuique permiſſa, nec quis in il- 400
la impediendus eſt. *l. 1. de rip. muniend.* Et ideo in flumine publico, 401
ſi vtilitas publica ſuadet, ripae muniendae cauſſa aliquid facere licet. 402
l. 1. §. 6. ne quid in fluminibus. Quia vero per munitiones etiam da-
mnum vicinis inferri poteſt, interdicto praetor illis proſpicit, vt is,
qui ripam vult munire, vicinis et his, qui trans flumen praedia poſ- 403
ſident, in annos decem boni viri arbitratu caueat, vel ſatisdet, ſe-
cundum qualitatem perſonae. *l. 1. §. 3. 4. de rip. muniend. arg. l. 1.*
§. 11. de aqua pluu. arc. Etenim curandum fuit, vt eis ante opus 404
factum caueretur, nam poſt opus factum perſequendi hoc interdicto
nulla facultas ſupereſt, et ſi quid damni poſtea datum fuerit, *L. A-*
quilia vindicari debet, *d. l. 1. §. 5.* In his aggeribus ſumma reipu- 405
blicae incolumitas, et damnum ſi non bene muniantur, verſatur. In-
de onus reparandi aggeres reale eſt, *l. 1. §. 3. de via public. et ſi quid.* 406
ſingulos pro quantitate agrorum reſpiciens, *l. 2. C. de immun. nemo*
conced. et munitiones ſeu erogationes in aggeres inter impenſas ne- 407
ceſſarias, quae impendendi neceſſitatem habent, vtpote ad perpe-
tuam agri vtilitatem pertinentes, referuntur: *l. 1. §. 7. ne quid in flum.*
publ. l. 1. § 1. de rip. muniend. l. 3. l. 14. de impenſ. dotal. MASC. *d.*
probat. concl. 1041. num. 2. MENOCH. *de recup. poſſeſſ. remed. 15. num.*
500. quas ſi conductor praeſtat in mercedem computat. *l. 1. §. 3. de* 408
via publica. In iure aggerum Friſiae inter alia caput exſtat, vt eos
non valens reparare, reparanti cedere cogatur. Ita monaſteria in Fri-

Digitized by Google

ſia magnum numerum agrorum adquiſiuerunt. EMM. *lib. 9. rer. Fri-*
409 *ſior.* Hoc modo aggeres publici dicuntur, *l. 2. C. de immunitione*
nemo concedit. BR. *d. l.* et eorum locandorum ius ac inſpectio, M. PE-
410 REGRIN. *de iure fiſci 1. num. 24.* ſicut etiam ius retardandi flumina,
ripas muniendi et purgandi alueos, ad regalia pertinet. HOTOMANNVS
411 *in c. vnic. quae ſunt regal.* Olim Romae remedium coercendo Ty-
beri ex SCto Ateio, Capitoni et L. Aruntio mandatum. TAC. 1. *An-*
412 *nal.* In Friſia certi curatores aggerum et clauſtrorum conſtituti,
EMM. *in reb. Friſ. ſub Gronning. pag. 12.* qui ſumma cura, ſicut etiam
in Selandia et Batauia, munitionibus proſpiciunt. *vid. ſupra cap. 4. num.*
413 *30.* Hoc fine in quibusdam rebuspublicis Belgii, Holſatia, et ali-
bi, ſpecialia iura de aggeribus ſunt ſancita, *Dick-Rechte, Chron. Oldenb.*
414 *pag. 3. f. 414. Spatenrecht de Chron. Oldenb. pag. 389.* quaſi ius ligo-
num, quia ligone aggeri infixo dominium terrae tranſit et ſingularis
415 iudex conſtitutus, qui de illis controuerſiis cognoſcit, *Dickgreue,*
416 Comes aggerum, quod ſignificet iudicem, dictus. Vſurpat illud no-
men illuſtriſſimus Comes Oldenburgi nomine imperii, vt *des Reichs*
Dyckmeiſter vocitetur. GRYPHIANDR. *tr. de inſulis cap. 38. num. 41.* In
417 ciuitatibus maritimis haec prouincia quibusdam ex numero Senato-
418 rio committitur, qui dicuntur *die Bollwercks-Herrn.* Hi in locis
quibusdam alium ſub ſe habere ſolent, quem vocant *den Strandvogt*
419 in generali ſignificatione, qua ripae fluminum littora dicuntur, hu-
ius officium eſt ſingulis diebus circumire, et videre ne aggeribus de-
420 trimenti quid inferatur vel flumina foetore repleantur, et, ſi quid
contra factum, obſeruarit, illud ad praefectos referre, vt in tempore
421 malo futuro ſubueniant. Poena in violatores aggerum paſſim ſeue-
ra et atrox. Iure ciuili extraordinarie puniuntur. *l. pen. d. extr. cri-*
422 *minib.* Idem in Belgio obſeruatur. IODOC. DAMHOVDER. *pract. crim.*
423 *cap. 107.* ARNOLD. REIGER. *in th. iur. lit. a. num. 147.* Ius Saxoni-
cum capite punit. *Land-Recht lib. 2. art. 16. num. 19. Wer Teiche*
abgräbet oder abſticht, den ſoll man brennen, wer Rath darzu giebt,
ſoll ewiglich verwieſen werden. et art. 56. §. Bricht es aber. In ſpecie
424 iure ciuili de Nili aggeribus non rumpendis titulus eſt, *Rubr. et l.*
vnic. C de Nili agger non rumpendis l. pen. de extraordinar. criminib.
et ſtatutum quod ſi quis chomata, *i. e.* aggeres, qui aquam Niloti-
cam continent, rumpat, vel diſſoluat, pro conditione perſonae, et
men-

menſura delicti extra ordinem opere publico, vel metallo coercendus ſit. *d. l. pen.* Sic, ſi quis arborem Sycaminonem, qualis eſt, qui 425
aggeres Niloticos, per quos incrementum Nili diſpenſatur, et coercentur, exciderit vel deminuerit, extra ordinem punitur: *d. l. pen.* 426
nec minus plectitur, qui in diacopos, qui in aggeribus ſunt, aliquid admiſerunt, *d. l. pen. in fin.* Demum ſtatutum, vt ſi quis per Aegy- 427
ptum intra duodecimum cubitum fluminis Nili vltra (vbi alii legunt vlla, alii valla, alii vada; CVIAC. *c. h. t. iur.* MEIER. *in Colleg. Argentin. ad t. de extraord. crim. num. 4.*) fluenta de propriis, et vetu- 428
ſtis vſibus praeter fas, praeterque morem antiquitatis, vſurpauerit, flammis in eo loco conſumatur, in quo vetuſtatis reuerentiam, et quodammodo ipſius imperii adpetierit ſecuritatem, conſciis et con- 429
ſortibus eius deportatione conſtringendis, ſic vt nunquam ſupplicandi eis, vel recipiendi ciuitatem, vel dignitatem, vel ſubſtantiam licentia tribuatur. *l. vn. C. de Nil. agger non rumpend.* MEI. *in coll. ar-* 430
gent. ad tit. de extraord. criminibus num. 4. in fin. GRYPH. *tr. de Inſul. cap. 28.* Idem de Padi aggeribus ex CYNO COEPOLLA *de S. R. P.* 431
cap. 37. num. 7. tradit. Quod de aggeribus dictum, illud etiam obti- 432
net in clauſtris, per quae aqua ſuperflua ex terra in mare ſubter aggeres eiicitur. Vnde etiam emiſſaria et elices aquarum dicuntur, *l. 1.*
§. 9. de aqua pluuia. FEST. *in v. Elic.* aquaeductus, *l. 11. comm. praed.* 433
l. 11. C. de aquaeduct. paragogia, *l. 10. et ibi*: ALCIAT. *C. cod.* formae *l. 27. §. 3. de vſufruct.* cataracta, *Geneſ. 7. v. 11.* ICtus κόμματα Διακόπυς vocat *in l. 10. d. extr. crimin.* Galli des eſcluſes *Sluyſen.* Ho- 434
rum vſus neceſſarius in locis depreſſis et humidis. De Friſia ait Vb. Emm. in rep. quod in duobus regionis fortuna poſita ſit, aggeribus et clauſtris. Sunt his certi curatores praepoſiti, vti apud Romanos, qui repurgium formarum curabant, *l. 1. C. de aquaeduct. l. 10. C. eod.* hydrophylaces, CASSIODOR. *5. varior.* A quibus differunt aquileges, *l.* 435
fin. de iur. immun. qui aquarum ductus et inuentos modos docili libratione oſtendunt, *l. fin. C. de excuſ. art. Ant. Aug. 4. emendat. 18.* vnde aquae libratores *l. 2. C. de excuſ. artif.* et artifices rei aquariae 436
periti dicuntur. MARCELL. *lib. 28.* In hunc vſum certa inſtrumenta hydraulica deducendis hauriendiſque aquis reperta. VITRVV. *lib. 10.* TVRNEB. *2. aduen. 22.* GOTHOFR. *in l. 4. C. de excuſ. mun.* In Hollan- 437
dia inuentum nouum genus molarum pneumaticarum, quibus aquam

Digitized by Google

mira arte eiaculantur, hydromylae non male dictae. TVRN. 3. *adu.* 7.
IOH. HERING. *tr. de molend. quaeſt.* 5.

438 Hactenus de fluminibus, in ſe et quoad partes conſideratis. Iucundum eſt, iam dictis de eorum origine, curſu, et exitu quaſi ſuperpondii loco quaedam adiicere. De ortu *ſupr. cap. 1. part. 2. n.*
439 *33* ex ſacra ſcriptura adnotauimus, quod omnia flumina rurſum intrent Oceanum, *Syrach 40. v.* 11. et ad locum vnde exeunt, iterum reuer-
440 tantur, vt iterum fluant. *Eccleſ. 1. u. 7.* Hoc quamquam multis ideo quod reſpectu multarum terrae partium humilius mare eſt, ambiguum videatur, et vera huius cauſſa nos lateat, facit tamen rei fidem, quod aqua non recto itinere ſurſum nitatur ſed per varios flexus et anfra-
441 ctus, ſe cauernis, ſpecubus, et aliis cauis locis terrae inſinuet, quae quia ſint anguſta, eam aquae portionem, ab extrinſecus incumbente mari compreſſam ſurſum pelli, et egreſſum, qua via poſſit, quaerere, et ita fieri aquarum ſcatebras, certum eſt. MAGIR. *libr. 4. phyſiol. 7. n. 17.*
442 *et 19.* Quia tamen plerumque flumina ex certo loco erumpunt, et antequam in mare ſe exonerent, hinc inde vagantur, locus ille caput aquae dicitur, et eſt vbi aqua naſcitur vel emergit. *l.* 1. *§. 8. de aqua quot. et aeſtiu.*

443 Curſus fluminis vel idem eſt, et perpetuo manet, qui ſemper fuit, vel mutatur. Manet, dum naturaliter intra ſuas ripas a capite
444 vſque ad aliud flumen a quo recipitur, vel vſque ad mare decurrit,
445 *l.* 1. *§. 5. de fluminib.* et licet aliquando imbribus, vel mari auctus excreſcat, ſi non perpetuum incrementum nactus ſit, illud quod ex accidenti fit, naturalem curſus rigorem non immutat. *d. §. 5.* Hic
446 etiam curſus, quia vnaquaeque res in ſuis primis finibus optime conſiſtit, et in deſignandis limitibus, finibus, aliisque cauſſis non exiguam vtilitatem praebet, ipſi relinquendus eſt, *l. 1. C. de alluu.* ne deri-
447 uationes, quae plerumque contra naturam fiunt, vel ſiccitatem, vel vicinis damnum inferant. *l.* 1. *§.* 1. *ſſ. 3. ne quid. in flum. publ.* Peri-
448 culoſi autem illi fluuii ſunt, qui frequentes gurgites habent *i. e.* loca profundiora, vbi aquae, velut in foſſam magno impetu ruentes, exinde in gyrum vertuntur. KECKERMAN. 1. *Geograph. 3. p. 33.*

449 Mutatur curſus fluminis vel ab hominibus, vel a ſe ipſo.
450 Si ab hominibus, rurſum aut priuata, aut publica auctoritate. Priuatim quidem, cum conſenſu principis, vt ſupra *n. 200.* dictum, ſaluo vſu publico

Digitized by Google

publico ex flumine aquam ducere licet, imo plane illud deriuare,
l. 1. §. 7. verſ. plerosque ne quid in fluminib. ſine eo vero naturalem 451
eius curſum opere manufacto non licet auertere, *l.* 1. *C. d. alluu.* et ſi
contra ſit, interdicitur. *l.* 1. *ne quid in flumine publ.* Cuius autem ſit 452
alueus, ſi hominum opera curſum mutauerit, disquirit ALV. VALASC.
d. iur. Emph. qu. 16. *n.* 10.

Publica auctoritate quoque foſſam manu factam, canalem vel 453
tubum facere permiſſum, per quem flumen labatur, qui exinde etiam, ſicut flumen publicus ſit. *l. l. §. 8. de fluminibus.* Infeliciſſime tamen plerumque ſuccedit. Si enim termini a maiori- 454
bus poſiti, *Prou. 22. v. 28.* non facile mouendi, multo minus illi, quos
DEVS et natura rei conſtituit. In primis vanus et ſtultus Magnatum 455
labor fuit perfodiendis, vel coniungendis fluminibus diuerſis anfractibus et locis currentibus, conſumtus. Natura enim huic rei repu- 456
gnat, quae ſuos curſus fluminibus dedit. TAC. 1. *annal. in fin.* Necus
Rex Aegypti Nilum per foſſam in mare rubrum deducere tentans in 457
illo opere medio amiſit 12000. ſuorum. HERODOT. *lib.* 1. De Iſthmo
Peloponneſiaco perfodiendo Oraculum Delphicum conſulentibus ita 458
reſpondiſſe, refert HERODOTVS :

Ισθμὸν γὰρ μὴ πυργοῦτε, μηδ᾽ ὀρύσσετε.
Ζευς γὰρ ἔθηκε νῆσον, ἔκ᾽ εβούλετο.

Neque cingite Iſthmum moenibus, neque fodite,
Nam ſi Ioui id viſum, locaſſet in ſalo.

PAVSAN. *lib.* 2. de eo ſcribit. Quicunque Peloponeſum inſulam facere 459
conatus eſt, perfoſſo Iſthmo morte praeuentus opus imperfectum reliquit. Hinc prouerbium: Iſthmum vult perfodere, *i. e.* perperam aliquod negotium ſuſcipere. Nihilominus Demetrius, Caeſar, Caligu- 460
la, Nero auſi ſunt eum perfodere, ſed irrito ſucceſſu, tametſi Periander, eodem in opere deſudans, mirantibus reſponderit: μελέτη πάντα
δύναται. Seleucus I. cognomento Nicanor, cum mari Caſpio coniun- 461
gere voluit Bosporum Cimmerium, ſed antequam manum admoueret a Ptolomaeo iugulatur. Traianus a deriuatione Euphratis in Ti- 462
grim abſtinere coactus eſt. Carolo M. non ſucceſſit conatus coniungendi Danubium et Rhenum, facta inter Rhedoneſſum et Alemanum
flumina *Regnitz vnd Alt-Mühl* foſſa. Carolus IV. Imperator a Mulduaiae et Danubii coniunctione abſtitit. FORSTNER. *in libr.* 1. TACIT.

 ann.

Digitized by Google

ann. CAMERAR. *hor. ſucciſ. cent. 1. c. 81.* RICHT. *axio. polit. 307.* GRYPH.
463 *tr. de Inſul. cap. 8. n. 41.* Recte HORAT. *1. od. 3.*

Nil mortalibus arduum eſt:
Coelum ipſum petimus ſtultitia, neque.
Per noſtrum patimur ſcelus
Iracunda Iouem ponere fulmina.

Simili modo obſtructiones fluuiorum raro bene procedunt, vt ſaepe in Belgio, et nuper in arce Wolffenbuttcliana, ex reſtagnatione Ocarae viſum eſt.

465 Quum flumen a ſe ipſo mutatur, tunc vel priorem alueum retinet, et nouum addit, quod credendum eſt ab illis fluminibus, quae varia oſtia in mare habent, vel veterem relinquit et plane nouum fa-
466 cit. Vtroque caſu vel detrahit, vel adiicit. Id rurſus, vel per vim
467 fit, vel clam per incrementum latens. Si per vim flumen praedio vnius cruſtam terrae, vel arbores detrahit, et alterius praedio attulerit, prioris domini manet. *ſ. 21. d. R. D. l. 7. §. 2. d. A. R. D.* Caſus enim
468 fortuitus nemini ius ſuum auferre poteſt. GIPHAN. HARPPR. *ad. §. d. §.*
469 Plane ſi longiori tempore fundo vicini haeſerit, vel arbores, quas ſecum traxit, in eo fundo radices egerint, propter coalitionem et vnionem cum terra vicina, cuius pars facta videtur, vicini fundo adquiſita
470 ſunt. *d. LL.* adeo vt talis cruſta amplius iure Quiritium, vt dominus dicat eam ſuam eſſe, vindicari nequeat. *l. 9. ſ. 2. verſ. ita demum. d.*
471 *damn. infecti.* Interim ne damnum habeat, datur vtilis actio, qua dominus id conſequitur, vt pretium nouus dominus ſoluere cogatur. *l. 5.*
472 *ſ. 3. d. R. D.* Quod non eſt nouum in iure, vt ei, qui iure ſummo dominus eſt, aut eſſe deſiit, vtilis in rem actio accommodetur. *l. 30. d. mort. cauſ. donat. l. 1. C. d. don. ſub mod. l. 30. C. d. iur. dot. nou. 61. cap. 1. §. 1.* BACCHOV. *ad. d. §. 22. d. R. D.* vt adeo nimis inſubtiliter
473 a DONELL. *4. com. 27.* dicatur, haec tantum referri *in l. 5. §. 3.* a Va-
474 ro et Nerua, non probari, et ad pretium actionem in factum dari, quod non opus eſt dicere, quum vtilis idem praeſtare valear. Nec
475 minus inſubtile eſt, quod MYNSING. *d. ſ.* ſcribunt *l. 5. ſ. 3.* de caſu accipiendum, quo facto illius, in cuius fundo arbor radices egerit, illa translata fuit. Nam de eo non eſt quaeſtio, et tunc aliae actiones competunt.

476 Si clam et latenter fundo aliquid adiicitur, ſtatim iure gentium per

per alluuionem domino ſundi adquiritur, non vtique ſingulari et
proprio aliquo beneficio fluminis, ſed iure acceſſionis, et poteſtate 477
rei noſtrae, cui illa a flumine acceſſerunt: *ſſ. 21. de R. D. l. 7. ſſ. 1. de* 478
A. R. D. et hoc reſpectu cum iure accreſcendi, quod ſine facto ho-
minis contingit, SVERIN. *tr. de vſufructu accreſcendi in pr.* ius alluio- 479
nis conuenit, et fundo adcreſcere dicitur. *l. c. de alluuionibus.* Cauſ- 480
ſa igitur acquiſitionis eſt alluuio: quae quodammodo oblatione pu- 481
nit negligentiam dominorum, ripas ſuas non bene munientium. HOT.
d. l. DVAR. *ad tit. de A. R. D.* CVIAC. *in Parat. d. alluuion.* Alluuio
autem tripliciter accipitur 1. pro re, quae accreſcit. 2. pro ipſo facto 482
alluendi 3. pro iure alluuionis. Definitur ab HOTOMAN. *ad ſſ. 21.* accre- 483
tio vnius agri ex alterius decretione ſenſim per flumen facta. Senſim
i. e. vt conſpectum et ſenſum quotidianum fallat. A VVLTEIO *ad §.*
21. adpulſus fluminis ad ripam. A Iuſtiniano vocatur incrementum 484
latens: quum ita paulatim praedio noſtro aliquid motu fluminis adii- 485
citur, vt intelligere non poſſimus, quantum quoque momento tem-
poris adiiciatur. *d. §. 21. et l. 7. C. §. 1.* Germ. *Zufluß oder Zuwachs,*
SCHNEID. *S ad ſſ. 20.* Paruis enim acceſſibus adiecta vnitatem et par- 486
tem cum re noſtra conſtituit, vnde contingit, vt res mobiles immo-
bili cedant, et eam ſequantur. Quod fit, quia lente et obſcure de- 487
trahuntur aliis locis, vt non intelligatur, quorum prius fuerunt, et
quibus ſunt detracta, vt ſi forte reddenda eſſent, his reſtituantur. 488
DONELL. *4. comment. 27.* Quidquid igitur alluuio agro adiicit, ſiue 489
ſit terra, arena, lignum, radices, &c. NOE MEVR. *pag. 7. §. in text.* 490
illud ad dominum fundi pertinet. *d. l. 7. §. 1.* vel qui vicem eius ge- 491
rit, vt emtorem *§. 3. de emtion. l. 7. d. peric. rei vend.* etiamſi pactum
redimendi ſit adiectum, FACHIN. *2. cont. 6.* heredem, *l. 20. §. 3. de*
petit. hered. creditorem, *l. 16. de pignor. l. 18. §. 1. de pign. act.* em-
phyteutam, vt ne quidem penſio augeatur. VALASC. *quaeſt. 16. num. 7.*
vbi tamen diſtinguit IOH. FABER. *ad §. 21. num. 2.* Vaſallum ſine ve- 492
teri ſeruitiorum onere. VVLTEI. *lib. 1. de feud. cap. 2.* ROSENTHAL.
ſynopſ. feudal. concl. 6. Hinc ex *l. 3. C. de alluu.* patet, quod allu- 493
uiones ab aerario neque vendi, neque a quolibet peti, nec ſepara-
tim cenſeri, vel functiones exigi debeant. Eſt enim alluuionis in-
certa poſſeſſio. NOV. THEOD. *de alluu.* Tributum autem et functio-
nes certae tantum poſſeſſioni indicuntur. Qui incertae indicit, ve- 494
luti

luti poſſeſſae alluuionum beneficio, videtur ignorare alluuionum vitia,
id eſt inconſtantiam, mutabilitatem, et crebram tempeſtatum commu-
tationem, adeoque rem iniquam poſſeſſoribus imponere. CVIAC. *part.*
495 *C. d. alluu.* Quia vero alluuio facti eſt, ideo probari debet, quod fit
per tres teſtes ruſticos. NOE MEVR. *p.* 13. §. *Dieweil* quorum etiam
iudicio tanquam in arte peritorum hic ſtandum. SCHNEIDEW. §. 21. HEG.
496 *ad. d.* §. *n.* 12. Ius autem alluuionis vt rectius percipiatur, inter ge-
nera agrorum differentia facienda eſt, nam non vbique locum habet.
497 Patet ex IVLIO FRONTINO. *d. re agrar. tit. de agr. diuiſ.* AGGEN. VRBIC.
in com. d. Agr. qual. VALASC. *d. iur. emphyt. qu.* 16. *n.* 10. tria fuiſſe
498 apud Romanos agrorum genera. Diuiſum ſeu limitatum, adſignatum
499 et arcifinium. Diuiſus vel limitatus ager iuxta IVL. FRONT. AGG. VRBIC.
d. l. et ICtum Florentinum *in L.* 16. *d. A. R. D.* eſt, qui manu factos
500 limites pro finibus habet. Videtur ergo limitatus ager Romanus eſſe
ager, captus ab hoſtibus deuictis, ideoque publicus populi Rom. fa-
ctus, deinde a populo priuatis poſſidendus datus, vel vniuerſum
501 totus, vel diuerſis regionibus in ſingulos, ita vt circumſcriberetur
ager certis limitibus, i. e. finibus publicis, et publicis ideo, quia a
502 populo conſtituti ex quibus intelligeretur, ius poſſeſſorum ſiue nouo-
rum dominorum intra hos fines contineri, quidquid extra hos foret,
ſiue iam tunc eſſet publicum manere, ſiue adcreuiſſet poſtea id po-
503 pulo Romano adcreſcere. DONELL. *4. com.* 27. Limitabatur autem non
504 ſtatim vt capiebatur, nec enim opus erat, quum populi eſſet, et quid-
quid ei accederet, ſed tunc quum poſſeſſoribus concedebatur, vt con-
505 ſtaret, intra quos limites ius poſſeſſorum conſiſteret. Vocatur alio no-
mine ager Quaeſtorius, quaſi per quaeſtorem venditus, FORCAL. *dial.* 18.
et manu captus, *L.* 16. *d. A. R. D.* vel quod manu, i. e. vi captus eſt,
vel quod ita captus eſt, vt manui et poteſtati capientis ſubiiceretur.
506 DONELL. *d l.* Limitatum autem fuiſſe, ICtus *in d. l.* 16. dicit, vt ſcire-
tur, quid cuique datum eſſet, quid veniſſet, quid in publico relictum
507 fuiſſet. Nam agri, ab hoſtibus capti, vel ciuibus dabantur, ductis in
508 eos coloniis, LIV. *lib.* 3. vel vendebantur, *d. l.* 16. vel adſignabantur mili-
tibus, h. e. cuilibet militum centuriae certa iugera adſignabantur; da-
to modico in honorem poſſeſſori, *l.* 11. *de euict. l.* 15. §. *de R. V.* non-
509 nunquam partim diſtrahebantur, partim adſignabantur militibus, *d. l.* 11.
510 aliquando etiam veteribus poſſeſſoribus relinquebantur, vnde ſequi-
tur

Digitized by Google

tur, quod neutro illorum modorum conceſſum erat publicum mane-
re. Talis ager qui publicus manebat, dicebatur ſubceſiuus, nam quoties 511
expletis centuriis militum agri portio ſupererat, quae per menſorem
commode diuidi non poterat, veniebat in publicum. FRONT. VR-
BIC. *d. l.* Nam ſi ager datus prius publicus fuit, et ex eo aliquid datum 512
venditum eſt, incluſum certis limitibus, omnino oportet id quod relin-
quitur, aut etiam quod extra eos limites quandoque acceſſurum eſt,
publicum manere. DONELL. *d. l.* Ager adſignatus per vniuerſita- 513
tem ſiue menſura comprehenſus eſt, cuius modus vniuerſus ciuitati
eſt adſignatus. Eadem ratione, vt priuatorum agrorum menſurae age- 514
bantur. FRONT. *d. l.* Illud hodie apud nos in vſu, vbi agri diſtin-
guuntur per centurias, et iugera, eaque triplicia, *Hacken-Land-vnd* 515
Häger-Huſen, quorum iſta 15. illa 30. haec 60. manſos (*Morgen*) in ſe
continent. Arcifinius vel arcifinalis ager, docente VARRONE, dictus eſt, 516
qui fines habet arcendis hoſtibus idoneos, i. e. naturales, vt flumina,
montes, foſſas, vias, arbores antemiſſas, aquarum diuergia. FRONT.
d. l. Hos occupatorios Aggenus Vrbicus vocat, quia plerumque 517
tales ſunt agri, qui aut eo, quod vacui ſunt, aut bello occupantur.
CALVIN. *in Lex. iur. v. Arcif. ag.* Pro diuerſitate horum agrorum 518
diuerſa erat in alluuione ratio. In poſteriori locum habet alluuio, in
limitatis vero ſeu menſura comprehenſis nec praeſcriptio, *l. 3 C. de fund.
limitroph.* nec alluuio obtinebat. *l. 1. §. 6. de fluminibus.* Huius ratio 520
erant limites et menſura, quae ideo adiiciebantur, vt conſtaret, quid
poſſeſſorum eſſet, vltra ſi quid reperiretur, id maneret populi, vel
ei adquireretur, ſi de nouo accederet. DONELL. *d. l.* Excipiebatur ab 521
hac regula ille caſus, quando ager deuictis hoſtibus ea conditione
conceſſus erat, vt in ciuitatem veniret, talis habebat alluuionem, ne-
que limitatus erat. *l. 16. de A. R. D.* Hic ager vocabatur ſimilis ſub- 522
ſeciuo, vel extracluſus, qualis qui reipublicae populi Romani, vel
eius coloniae, cuius finibus circumdatur, aut locis ſacris, aut religio-
ſis, atque ad populum Romanum pertinentibus, iure ſubceſiuorum
in eius, qui adſignare potuit, remanet poteſtate. Differunt ſubceſiua 523
ab extracluſis, quod illa ſint loca non adſignata, quae centuriae mo-
dum explere nequiuerunt; haec vacuae centuriae, quae in adſigna-
tionem non ceciderunt; quae omnia Domitianum veteribus poſ-
ſeſſoribus conceſſiſſe, SICVL. FRONT. VRBIC. ſcribunt. CVIAC. 10. *ob-* 524
ſeru. 2. in fin. Conditio autem, vt in ciuitatem veniret, hoc in ſe

Digitized by Google

continebat, vt iure ciuitatis Romanae donaretur, ſeu iuris Italici eſ-
525 ſet. Qua conditione conſequebatur ſicut reliqua iura ciuitatis ita et
alluuionis: quando et hoc ciuium Romanorum ius fuit Italici ſoli.
526 Non fuit autem limitationi locus, vbi ius eſſet alluuionis, quum indu-
cerentur limites ad circumſcribendum ius illius poſſeſſoris, eoque ad
remouendam alluuionem omnemque externam adcretionem. DONELL.
527 *d. l.* Reiicit hanc Donelli explicationem BACCHOV. *in Treutl. v. 2.*
diſp. 20. th. 5. lit. e. ideo, quod exinde ſequeretur, nullos agros ex ho-
ſtibus captos, et in Italia ciuibus adſignatos, limitatos fuiſſe. Sed ſine
528 cauſſa. Nam ab eo tempore, quo Itali a ciuitate pro Sociis habiti,
non fuerunt in ea conditione, ſicut et agri ipſorum, qua prouincia-
les eorumque bona fuerunt, vt limitationi locus eſſe potuerit. Nec
529 melior eſt BACCHOV. *d. l.* explicatio, qua putat, illos agros non eſſe
limitatos, qui ciuitati Romanae adſignati, et in publicum redacti fue-
530 runt. Nam de illis non eſt quaeſtio, nec conuenit hoc *l. 16.* quae a-
git de agris, hoſtibus deuictis conceſſis ſub conditione, vt in ci-
uitatem Romanam venirent. Patet hinc, non opus eſſe, vt cum
531 CVIACIO *2. obſeru. 9.* pro verbis (*quid in publico relictum eſſet*) le-
gamus (*quod veteri poſſeſſori relictum eſſet,*) quum ſenſus in ſue-
ta lectione optime ſibi conſtet. Et phraſis (in publico) in vſu iuris
532 id ſignificat, quod publicum manere, ſicut exemplis probant. P.
FAB. 2. *ſemeſt. 4. pag. 48. et ſeq.* DONELL. *d. l.* Ex his, quae
533 iam dicta ſunt, HVG. GROTIVS *2. de 2. iur. Bell. et Pac. cap. 4.*
decidit frequentem illam inter vicinos populos controuerſiam, quo-
ties flumen curſum mutauit, an ſimul et imperii terminus mutetur,
534 et quae flumen adiecit, an eis cedant, quibus adiecta ſunt? Scilicet quod
in agris limitatis, et adſignatis per vniuerſitatem nihil de territorio
mutatur, et ſi quid alluuio adiecit: id occupantium imperio accedet.
535 In arcifiniis flumen mutato paulatim curſu, mutat et territorii fines,
et quidquid flumen parti alteri adiecit, ſub eius imperio eſt; cui adie-
536 ctum eſt, quia ſcilicet eo animo populus vterque imperium occupaſſe
primitus creditur, vt flumen ſui medietate eos dirimeret, tanquam
537 naturalis terminus. TACITVS *de morib. Germ.* Certum iam alueo
Rhenum, quique terminus eſſe ſufficiat. XENOPHON. *l. 4. exped. in*
538 *Cyr.* talem fluuium τὸν ὁρίζοντα, i. e. finitorem vocat. Conſtantinus
539 PORPHYROGENNETA *cap. 45.* Phaſim amnem *σύνορον. i. e.* confinem
dicit.

Digitized by Google

dicit. DIODOR SICVLVS *lib. 12.* controuerſiam inter Egeſtanos, et Seli-
nantios tranſactam ait ποταμοῦ τὴν χώραν ὁρίζοντος, i. e. amne ſines diſ-
terminante. Meminit STRABO *lib. 10.* quod Achelous amnis, incer- 540
to curſu in partes ſectus, Aetolis et Acarnanis diu belli cauſſam dede- 541
rit. SPARTIAN. *in Adri.* ait in plurimis locis, in quibus Barbari non
fluminibus, ſed limitibus, diſtinguantur. Sed hoc ita verum, ſi non 542
alueum mutauerit amnis, et flumen manſit. Nam flumen etiam, qua 543
imperia diſterminat, non conſideratur nude, qua aqua eſt, ſed qua
aqua alueo tali fluens, ripiſque talibus incluſa. Particularum igitur
adiectio vel deceſſio rem non mutat, ſed ſinit eandem eſſe. *l. 7. de*
iudic. At ſi ſpecies rei mutetur, et flumen eſſe deſinat, e. g. ſi mo- 544
libus in ſuperiori loco obſtruatur, et foſſa facta alio ducatur, vel ſi
alueum veterem deſerat, aut plane exareſcat, tunc imperii terminus 545
manet medietas aluei, qui proxime fuiſſet, quia mens ea populorum
fuiſſe cenſenda eſt, vt flumine quidem naturaliter dirimi vellent,
quod ſi flumen eſſe deſiiſſet, vt tunc teneret quisque, quod tenuiſ-
ſet, quod et in alueo obſeruandum. In dubio autem imperia, quae
ad flumen pertingunt, non limitata, aut menſura comprehenſa, quum 546
id non tam ex adquiſitione, quam aliena conceſſione ſit, ſed arcifi-
nia putanda ſunt, quia imperiis diſtinguendis nihil eſt aptius, quam
id, quod non facile tranſitur. GROT. *d. l. num. 17.* Quinam autem 547
veterum limites fuerint, explicatu non adeo facile eſt. *Vid.* COEL. 548
RHODIGIN. *4. lect. antiqu. 3. in fin.* GRYPHIAND. *cap. 27. tr. de inſul.*
Hiſce temporibus limitati agri credendi quoad ius alluuionis, qui a
ciuitate vel domino in feudum, aut alio modo conceſſi, certis termi- 549
nis circumſcripti ſunt. CONNAN. *3. com. 5.* Nec male ſub hac diſtin-
ctione et reſpectu hodie Doctorum adſertio accipi poteſt, quando di- 550
cunt, alluuionem eſſe de regalibus. NOE MEVR. *im Iagd-Recht p. 5. pag.*
m. 76. RVLAND. *tr. de commiſſar. libr. 2. part. 4. cap. 15. num. 1.* Sic 551
Elector Palatinus ſibi vſurpat in Rheno *den Anhang*, qua ſignificatur 552
quaeuis alluuio et acceſſio. *id. d. l.*

Quaeritur, ſi Baroni, vel Nobili ius capiendi vectigalis in flu- 553
mine conceſſum, an, mutato fluminis curſu, adhuc vectigal debea-
tur? Negatiua licet ex *l. 3. §. 2. de aqua quot. l. 23. quib. mod. vſu-*
fruct. amit. et quod flumine mutato alueus fiat priuati iuris, *§.* 554
23. de R. D. nec liceat vectigal de loco in locum transferre, 555

Digitized by Google

BL. *ad l. 4. C. de priuil. fiſc.* probari videatur, tamen ex eo,
556 quod vectigal non alueo, ſed flumini impoſitum, et alueus fluminis
non flumen aluei conditionem ſequitur, *l. 7. §. 1. de R. D.* et flumen
557 licet alueum mutet, non tamen deſinat flumen eſſe, *arg. l. 28. §. 1. de con-*
558 *dit. et demonſtr.* non recte ex tali aduentitio caſu vectigalis ademtio con-
cluditur. *arg. l 24. §. 14. de fideicom. lib. l. 6. qui et a quibus man.* COEPOL.
559 *c. 34. n. 5.* BOCER. *cap. 3. de Regal. n. 138.* Nec obſtant ſupra dicta. Nam
560 *l. 3. §. 2.* loquitur de ſeruitute ducendi aquam, quae ex praedii deben-
tis conditione mutato curſu, mutatur. *l. 23.* loquitur de inundatione
quae perimit vſumfructum. Caetera manet idem fluuius, et nulla eſt
561 translatio. Ergo et vectigal ei impoſitum, quamquam iuri etiam con-
ueniens, vt, ſi ſine incommodo iter facientium fieri poſſit, transferri
vectigal queat.
562 Sicut autem natura optime rebus mortalium conſuluit, vt vni-
cuique flumini ſuam originem et curſum daret, ita etiam dum ei fi-
nem conſtituit, TACIT. *1. annal. in fin.* vbi terminaretur aqua, CAEPOLL.
563 *d. l. n. 8.* quae eſt mare, SYRAC. *44. v. 1.* ex quo ortum habent, non
mare ex illis. *Vide.* CONIMBRIC *de meteor tr. 9. cap. 4. diſtinct. 12.*
564 Nec vlla hic exceptio, niſi quod TACIT. *5. hiſtor.* de Iordane ſcribat,
565 quod pelago non accipiatur, ſed vnum atque alterum lacum integer
566 perfluat, tertio retineatur. Quod non aliter accipimus, quam vt exi-
567 tus eius in mare non expreſſe adpareat. Nam per inferiores terrae
venas, quibus lacus Aſphaltites, cui vltimo immergitur, in mari deue-
nit, ſimul Iordanes exoneratur. MERVL. *diſſ. de marib. in princ.* Exem-
568 plis hoc illuſtriorum in omnibus mundi partibus fluuiorum demon-
569 ſtratum ibimus. In Aſia, et quidem Paradiſo, Euphrates et Tigris, ce-
leberrimi totius orientis fluuii, orti per flexuoſos tramites ambulantes
570 poſtea binis oſtiis in mare ſe mergunt. Euphrates oritur in Armenia
maiori, et laeua Meſopotamiam, dextra Syriam, Arabiam, Baby-
loniamque radens, in plures alueos diſpeſcitur, quorum vno Seleuciam,
et Tigrim petit, altero Babylonem means in paludes Chaldaicas dis-
trahitur, transuectusque quondam ſuo ore in mare euoluebatur, poſtea
571 vero ab accolis agros rigantibus praecluſus, non niſi per Tigrim dela-
572 tus: qui eodem modo in Armenia maiori oritur, et propter celeri-
tatem curſus Medorum lingua Tigris dictus eſt. CVRT. *lib. 4. de geſt.*
573 *Alexand. Magni.* Hic ſimili modo in duos alueos diuiſus, altero Se-
leuciam

Digitized by Google

leuciam, altero Cteſiphontem petens, inſulam efficit. Vbi remeauere 574
aquae, in lacus Chaldaicos ſe fundit, inde vaſto alueo profuſus, binis
oſtiis cum Euphrate mari Perſico infertur HEROD. *lib. 5. et 6. 535.* BERTI.
elegantiſſime in tabulis contractis vbi curſus functiones et exitus horum 575
fluueorum delineauit. Nitocris Regina, Babyloniae, Euphratem, qui 576
primo medium Babylonem interfluens rectus erat, tortuoſum reddi-
dit, foſſis ſuperius depreſſis, adeo vt quendam Aſſyriae pagum, nomi- 577
ne Ardericam ter influat, et qui nunc e mari per Euphratem Babylonem
verſus ſubuehuntur, ter ad hunc eundem pagum adplicent, idque tri-
duo. Fecit hoc iter, vt nauigationes in Babyloniam eſſent tortuoſae, 578
et ex ipſis nauigationibus longus ambitus lacunae exciperetur. HEROD,
in Cli. pag. 121. lib. 1. Indus in Paropamiſo monte effuſus 19. recipit 579
amnes, et inter eos Hydaspin, et Hypaſin, qui Alexandri M. iter termi-
nauit: nusquam latior 50. ſtadia, aut altior 15. paſſus, ſeptem oſtiis
in mare Indicum euoluitur. Ganges, gemmifer et auri foecundus, ex 580
Scythicis exoritur montibus, cuius latitudo minima duo milliaria,
maxima quinque, vbi vadoſiſſimus menſuram centum pedum deuorat.

In Africa eſt Nilus, cuius licet ortus obſcurus, vt adagio (*Nili* 581
ortu obſcurior) ortum dederit, nihilominus putat MERCAT. *in map.*
Aegypt. Regem Iubam eius originem circa radices montis in Mauri-
tania inferiori, (vnde error veterum, qui in Paradiſo ortum enun- 582
ciarunt,) inueniſſe, vnde per longos Abyſſini regni tractus tandem ſe-
ptem ingentibus oſtiis in mare Aegyptium, mediterranei partem, ſe
euomat. Prolixe de eius natura HERODOT. *lib. 2.* diſſerit, et notum 583
eſt prouerbium; *quot Thebarum Portae, et diuitis oſtia Nili.* ERASM.
in Adag.

Eſt et in Africa fluuius, Niger dictus, quem totius mundi 584
maximum Geographia NVBIENSIS vocat *pag. 304.*

In Europa ſingula regna ingentes et vaſtos fluuios habent. 585
Nulla tamen regio tot nauigalibus fluminibus irrigatur, quam Germa- 586
nia; quae vndecim nominat HONTER. *in rudim. Geograph. p. 140.* LANS.
in Conſuet. Europae pag 84. Sed recte perluſtranti vel ter multiplicatus 587
ille numerus inuenitur. Princeps inter eos Rhenus, de quo vetus
Rhythmus:

Aller Waſſer König der Rhein.
Die Donau ſoll ſeine Gemahlin ſeyn.

Digitized by Google

588 A quo licet quidam abeant, Danubium eo maiorem putantes, recte
tamen NOE MEVR. *in praef. tract. de Rhen.* ait, principatum inter Ger-
maniae fluuios Rheno deberi, ideo, quod in Germania oriatur, et in
589 ea finiatur, quum Danubius ad alios populos etiam diuertat. Manent
590 tamen vterque maximi Germaniae fluuii. Rhenus, Rhaeticarum Al-
pium inacceſſo et praecipiti vertice ortus, per Rheinfeldam delapſus,
in occidentem verſus Septentrionali oceano miſcetur. TACIT. *libr. de*
morib. Germ. MVNSTER *in Coſmograph. lib. 1. c. 3.* ALTHAM. *in comm.*
591 TAB. *34.* De eius oſtiis inter eruditos diſputatio. IOH. ISAAC. PONTAN.
in diſcuſſ. Geograph. quem ſequitur HVG. GROT. *in Notis de Antiquit.*
Reip. Batau. prior. edit. acriter contendunt, duo tantum fuiſſe eius
592 oſtia, moti auctoritate VIRGIL. qui bicornem vocat, et loco TACIT. *2.*
593 *annal.* Huic contrariam opinionem defendunt NOE MEVR. *in praef.*
von Waſsern ALTHVM. *in* TACIT. *d. morib. Germ. p.* HADRI IVN. *in hiſtor.*
Batau. c. 8. et nouiſſime PHILIPP. CLVVER *integro tractatu*, ſtatuentes,
594 tria Rheni oſtia eſſe. Illud ita probant. In Cliuia apud munimen-
595 tum Schenkii, *Schencken - Schantz*, diuortium Rheni eſt, ibique Rhe-
nus in duo veluti cornua ſcinditur, ſiniſtrum Vahalis flumen adpel-
latur, iam olim in TACIT. *2. annal.* PLIN. *lib. 4. cap. 15.* CAESAR. *comm.*
596 *4. bell. gall.* dictum, hodie *die Wahl.* Hoc Moſae amni apud Gorco-
mum confuſum, vno eius alueo ad oceanum defertur, vbi Moſae
oſtium dicitur, non procul a Dordrechto. BOXHORN. *in Theatr. Hol-*
597 *land.* Dextrum cornu primo latum ad vſque Batauodorum, quod
hodie vocatur *Wyck te Durſtede*, inde modicum nominis ſui cuſto-
598 diens alueum, Traiectum et Lugdunum Batauorum oppida tranſiens,
prope vicum *Cadwick* in oceanum olim effundebatur, nunc oſtio
599 hoc arenis obſtructo. Hic cum admiratione videre licet, quomo-
do exitu in Oceanum prope dictum pagum prohibeatur, eiusque
600 rei cauſſas alii aliunde accerſunt. IVNIVS *d. l.* putat, tantam vehemen-
tiam inundationis et ventorum fuiſſe, quae tantum arenae ex Ocea-
no quodam quaſi impetu detulerit, vt oſtium illud, mole ſabuli ma-
601 rini grauatum, ſenſim obſtructum fit. Verum quum per inundationes
plerumque oſtia et flumina dilatentur, veriſimiliter id non dicitur.
Coniectura PHILIP. CLVVER. *tr. de trib. oſt. Rhen. cap. 5. 6. 14.* proba-
602 bilis eſt, quod ab eo tempore, quo C. Ciuilis foſſa ducta Rhenum in
603 Moſam amnem voluit effundere paulatim. Rhenus hic defecerit, et
ſe

Digitized by Google

ſe arenis commiſerit tegendum. Hodie Bataui iſtic partem illam vo- 604
cant *dat malle Gatt.* Videre licet in tabula antiqua, quam CLVVER.
d. lib exhibet. Tertium oſtium Iſſulae nomen accepit, et lambit 605
Zutphaniam, Dauentriam et Campen, vbi a lacu Fleuo, quem hodie dicunt *die Zuyder-See*, accipitur, qui illum ad arcem Fleui in mare Germanicum emittit. CLVVER. *d. l. cap. 3.* ALTHAM. *d. l.*

Alter in Germania fluuius Danubius eſt, olim Iſter dictus. 606
MVNSTER. *in Cosmogr. lib. 3.* ſcribit, quod caput Danubii ſit perpe- 607
tuo ſcaturiens fons, muro 26. pedes longo, 18. lato circumdatus,
ſcaturigo ipſa pede tenus profunda, duorum lata. Iuxta hanc molem 608
et clementer edito ex colliculo, vix 16. cubitos alto, in Siluae Herciniae pago ex terrae viſceribus magna ſcaturigine ebullit. Fonte ſuo
prolapſus diuagatur in paluſtria, mox in alueum receptus, et ſubinde 609
allabentibus riuis auctior effuſus, plures populos adit, donec ſexaginta circiter amnibus receptis in Ponticum mare ſex meatibus erum- 610
pat, ſeptimo ore paludibus hauſto. TACIT. *de morib. Germ.* AMMIAN.
MARCELL. *libr. 22.* SOLIN. *Polyhiſt. cap. 23.* ALTHAMER. *in com.* TACIT. 611
d. l. De eo vulgatus GE. FABRIT. *in itiner.* verſiculus, quod

Centum populos, et magnas alluat vrbes.

SALLVST. eum omnium maximum fluuium, qui in mare Euxinum effun- 612
ditur, nominat; Arrianus fluuiorum maximum. *de reb. geſt. Alexandr. Magn.* LANSI *in Conſil. Europ. pag. 84.* CLVV. *lib. 4. Geogr. 16.*

Albis ortus in Hermunduris, et per Saxoniam vtramque, 613
Megapolim, et Holſatiam fluens, ad Cimbricam Cherſoneſum ſe in mare Germanicum effundit. ALTHAM. *d. l. pag. 482.* MVNSTER. *in Cosmogr. lib. 3.*

Viadrus ſiue Odera in Polonia ortum accipit, deinde per Si- 614
leſiam et Marchiam Stetinum, Pomeraniae vrbem, alluit, poſtea ſupra
et infra in varia diuerticula diffuſus, et fere in conſpectu vrbis in la- 615
cum Dammenſem, poſt in alterum recentem, *das friſche Haff*, abſorbetur, ex quo vltimo, quatuor fluuiis receptis, tribus oſtiis in mare Balthicum euoluitur. PAVL. FRIDEB. *in Deſcript. Stetin. tit.* LVBIN. *in mapp. Pomer. maiori.*

Viſurgis, longo tractu per Weſtphaliam et Brunſuicenſem 616
ducatum means, demum aliquot milliaribus a Brema prope pagum in oceanum ſe emittit. ATL. *in deſ. Brem.*

In

617 In Italia fama nullum Tiberi, olim Albula dicto, notius. Ori-
618 tur ex imis Apennini iugis, ex media propemodum eius longitudine, in finibus Aretinorum, eadem ferme parte, vbi fons Arni ſupra Aretium.
619 Tenuis admodum eſt initio, et modici riuuli inſtar, lapſus aliquamdiu paululum incrementi aſſumit, non procul Tipherno fit nauigabilis, ſed
620 lintribus et nauiculis tantum Romam vsque. Romam delatus, tam grandis fit, vt tranſiri niſi pontibus, aut nauigio, queat. Pergit inde et *l. 15.* ab vrbe lapide, duobus oſtiis modico interuallo diremtus, in mare Tyrrhenum euoluitur, ea in parte qua Ancus Martius Oſtiam exſtruxit.
621 Eius inſpectio olim curatorum riparum Tiberis fuit. SVETON. *in*
622 *Vita Aug. cap. 37.* Propter vrbis ad eum ſitum ſumma eius encomia,
623 et nuper BARCL. *in Argenid.* ei oceanum decedere, dicit IODOC. HOND. *in deſcript. Ital. vniu. p. 38.*

624 Padus oritur ex monte Veſo, antiquis Veſulo, in finibus Ligurum Vagiennorum, e fonte Viſendo. Inde per anguſtas confragoſasque rupes, et ſcopuloſi montis conualles praecipitatus, magna vi
625 prorumpit. Tandem ſeptem oſtiis, quae a magnitudine maria vocantur, in mare Adriaticum deſinit. PLIN. *lib. 33. c. 4. vbi addit. aurum in eo inueniri* HOND. *d. l. vbi caetera habet.*

626 De Gallia ſcribit BERT. *in breu. orb. pag. 20.* quod plures fluuios opportunos et fluminibus impoſitos pontes habeat, quam reliqua Europa omnis. Quae adſertio quantum a vero abeat, ſaltem Germaniae
627 inſpectio arguit. Celebris eſt Galliae Rhodanus, impiger *a* FLOR. *lib. 3. cap. 1.* dictus, et tribus maximis Europae fluminibus adnumeratus *a*
628 CLVV. *lib. 2. c. 12.* Oritur non procul a Rheni fontibus, et lacum Lemannum iuxta Nouam villam (Neufuille) ingreſſus, ſeruato fere colore permeat, et ad Geneuenſium oppidum egreſſus, rapido curſu pergens in mare mediterraneum erumpit, ſeptem vt olim creditum oſtiis, hodie quinque. MERC. *in Atl. tab. Gall.*

629 Ligeris incipit in pago Velauno, in loco, qui (le font de loire) dicitur. Amplior eſt reliquis, et pater fluuiorum Galliae dicitur.
630 Facto inter varios populos procurſu, exonerat ſe in oceanum occidentalem, inter Nannetes et Pictiones, oſtio quatuor fere leucas amplo, puluillis aliquot infeſto.

631 Sequana oritur in Burgundia. Luſtratis ſectisque aliquot populis per Lutetiam Pariſiorum, cui inſulam facit, ad Rhodomagum dilapſus,

Digitized by Google

lapſus mare Britannicum oſtio ſatis lato irrumpit. Sequana, mare 632
ingreſſus, repente contra fluuiorum caeterorum naturam refluit, horrendo ſonitu adſcendens ad longioris haſtae longitudinem. MERCAT. *d. l.*
Praebet ſinuoſis ſuis flexibus non exiguam peregrinantibus laetitiam, 633
nam Lutetia Poſſiacum, quae itinere terreſtri inter ſe tantum ſex leucis diſtant, nauigantibus plus 26. numerantur. THVAN. *lib. 42. hiſtor.* LANS. *in conſ. Europ. pr. Gall. pag. 189.*

Garumna oritur in Pyraeneis montibus, et luſtratis cum a- 634
liis, tum Toloſa, et Burdigala mari ſe miſcet Aquitannico, duarum fere leucarum oſtio, quod intrantibus occurrunt ſcopuli, quibus ab Aſellis cognomen. *id. d. l.*

Hiſpania 150. fluuiis irrigua eſt. Inter eos praecipuus Iberus, 635
erumpens apud Cantabros, ex Iduleda monte, duobus fontibus, quorum dexter in ſaltu Aucenſi, ſiniſter ad oppidum Fuentibre. Inde 636
magnis creſcens amnibus, primo Calagurritanis exceptus aruis, Iuliobrigam et Tudellam petit, inde CaeſarAuguſtam alluit. Illinc digreſſus in Auſtrum, per Catalanos labitur, demum plurimis fluuiis 637
auctus, peracto 460. milliaribus curſu in mediterraneum mare ipſi cognomine violenter duobus oſtiis infertur, vt ex eo 5. paſſus in mare 638
profuſo dulcis aqua hauriatur. GERHARD. *in deſcript. mapp. Hiſp.*

Tagus naſcitur in altiſſimis Oreſpedae iugis, ſtadiis 50. a par- 639
uo oppido Traiacet, haud procul ab vrbe Guenza. Per Carpetanos 640
lapſus Toletum, inde Alcantaram alluens, mediamque fere ſecans Portugalliam, vltra Olyſſiponem in occiduum ſe exonerat Oceanum, oſtio 2500. paſſ. longitudine. Auri, gemmarum, oſtrearum et pi- 641
ſcium fertilem eſſe, olim tradiderunt SOLIN. *in polybiſt.* ISIDOR. *13. etymolog. 21.* ORTELIVS *in geogr. mapp.*

Anas, Graecis Latiniſque Scriptoribus notus, originem habet 642
ex vaſtis ſtagnis in Laminitano agro. PLIN. *3. nat. hiſtor.* Oretanos praeterlapſus, ad Metallinam terrae ſe penetralibus condere putatur, mox poſt aliquot leucas, quaſi ſaepe naſci gaudens, ad Villartam 643
eruptione facta Auguſtam Emeritam, et inde pacem Iuliam, mox Auſtrum verſus alias vrbes praetergreſſus, ad caſtrum marinum in Oceanum euoluitur. Hiſpanis hodie *Rio Guadiana* dicitur.

Durius ex Idubeda ortus, per Gallaecios et Aſtures, labens ad 644
oppidum Luſitaniae Porto mare intrat. Baetis prope Caſtaonem ortus,

Digitized by Google

tus, Cordubam praeteriens, et ad Hiſpalim deflectens, haud procul Gadibus in Atlanticum mare deſcendit.

645 In Anglia eſt Tameſis exiguo ortu, ſed prope Londinum tanta profunditate, vt naues cum malis demergi poſſint, et pontem 19. fornicum habeat: inde poſt 60. milliaria in mare abit. *Vid. Itinerar. Zeileri.*

646 In Polonia ſunt Viſtula et Boryſthenes. Ille in Sileſia ortus totam Poloniam & Pruſſiam peragrans, Danticum attingit, et mox a mari Balthico abſorbetur, hic alibi.

647 Sueciae flumina habet LAVR. PAVLIN. *in hiſtor.*

648 Daniae *auctor Reip. Daniae*, qui Eideram in Dithmarſia maximum facit.

649 In America ſunt duo nobiliſſimi fluuii, *Porto-Real*, portus regius dictus, cuius oſtium tria milliaria complectitur, habetque duo promontoria, quorum alterum Occidentem, alterum Septentrio-
650 nem ſpectat. et Argenteus in Peruuia, qui quadraginta leucarum oſtio in oceanum fertur, adeo violentus, vt inde nautae dulces hauriant latices, priusquam tellurem ex alto deſpiciant. *vid.* MERCAT. *in Atlant.*

651 Caeterum ſi quis reliqua flumina in regnis, eorumque prouinciis enumerare vellet ſub numero deficeret. Haec e. gr. ſufficiant. Reliqua cui placet, poteſt addere, et iura dominis in illis competentia ex naturali et more recepto aeſtimare.

CAPVT VI.

LACVS, STAGNVM, ET MINORES AQVAE PRAEBENT ETIAM VSVM IN NAVIGATIONE. EXEMPLA PVBLICORVM LACVVM REFERVNTVR, ET QVID IN ILLIS PRIVATISQVE IVRIS. DISPVTATVR DE ALLVVIONE, AN IN LACVBVS OBTINEAT.

SVMMARIA.

1. *In lacubus etiam nauigatur.*
2. *Lacus quid?* 3. 4. 5.
6. *Et quotuplex?* 6. 7.
7. *Publicus lacus quis?* 8.

9. La-

9. *Lacus occupari poſſunt, et concedi aliis ſub recognitione,* 11. 12.
10. *Si periculum eſt, muniri debent.*
13. *Interdicta pro vſu lacus competunt.* 14.
15. *Et actio iniuriarum.*
16. *De mari Caſpio disquiritur, an lacus, vel ſinus maris ſit, et quomodo illud intret.* 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24 25.
26. *Huius maris longitudo et latitudo ſignatur.* 27.
28. *Lacus Aſphaltites vnde nomen habet, et mare mortuum dicitur.* 29. 30.
31. *Lacus Geneſaret vbi.*
32. *Italia habet praeſtantiſſimos lacus, et inter eos Lemannum.*
32. *Eius altitudo.* 34.
35. *Heluetii tenent Podamicum, quem Rhenus medium interfluit.* 36. 37.
38. *In Pomerania eſt piſcoſiſſimus lacus das friſche Haff dictus.* 39.
40. *Eius reditus, ſcaphae, leges, iudex deſcribuntur.* 41. 42. 43 4 4. 45. 46. 47. 48. 49.
50. *Pro eius vſu canonem adhabitantes pendunt.* 51.
52. *A canone immunes ſunt Scaphae Duciſſae, vniuerſitatis Gryphiswaldenſis et Anclamenſium.* 53.
54. *Principis in eo reſeruatum certi piſces ſunt.*
55. *Non licet pro lubitu in lacu piſcari.* 56.
57. *Priuatus lacus quis?* 58.
59. *An in eo ſeruitus conſtitui poſſit, quaeritur.* 60. 61. 62. 63.
64. *Priuatus lacus cenſetur iure aliarum rerum priuatarum.* 65.
66. *Stagnum quid?* 67.
68. *Quotuplex.* 69.
70. *An in priuato liceat cuicunque piſcari.* 71. 72.
73. *Ventilatur quaeſtio cum rationibus dubitandi, an in lacu alluuio locum habeat.* 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82.
83. *Differentia fluminis et lacus.* 84.
85. *Minus nauigabiles aquae quae?*
86. *Palus quid?*
87. *Maeotis palus vbi?*
88. *Foſſa quid? et quotuplex?* 96.
89. *Quid iuris in publica.* 90. 91. 92.
93. *Foſſa Druſiana vbi?*
94. *Hollandia plena foſſis ad iter pro leui pretio faciendum factis.* 95.
97. *Riuus quid?* 98.
99. *Differt a flumine.*
100. *Specus, Septa, Incile quid?* 101. 102.
103. *Incile quomodo fiat.* 105.
104. *Riuus duplex eſt.*
106. *Vnicuique licet riuum purgare.*
107. *Lacuna quid?*
108. *Ciſterna quid?* 109.
110. *Piſcina quid?* 111.
112. *Caſtellum quid?* 113.
114. *Minimae aquae, vtpote nauigationi non accommodae, hic non conſiderantur.*

Digitized by Google

1 Denique in lacubus et ſtagnis nauigamus. *l. 1. §. 6. de exerc. action.*
2 Lacus eſt locus profundior, aquis e terra ebullientibus repletus,
perpetuam habens cauſſam. *l. 1. §. 3. vt in flum. publ. nauig.* KECKERM. *1.*
3 *Syſt. Geogr. 3. in fin.* Ita ſcilicet, vt ſemper ſtare videatur: et, ſi quae
aquae aut flumina in eum labantur, nullibi tamen refluant: aut, ſi aqua
tranſeat, (quae Rheni laus eſt) per medium lacum, eius tamen aqua
hinc neque augeatur, neque etiam palam refluere videatur. GODD.
in l. 112. d. V. S. n. 2. Non enim alueum mutat, vt flumen.
4 GIFAN. *ad l. 11. de A. R. D. n. 3.* Quomodo vas vinarium,
5 quod vuarum liquorem, e torculari profluentem, recipit, per metapho-
ram lacus dicitur, *in l. 27. §. fin. ad l. aquil.* quod in illud vas li-
quor fluat, nullibi autem refluat.

6 Lacus vel eſt publicus, vel priuatus. *l. 112. d. V. S.* Publicus
7 dupliciter dici poteſt, vel qui eſt in vſu publico, vt per eum quilibet
nauigare, et piſcari poſſit, ad placitum, *l. 1. vt in flum. publ.* vel qui eſt
8 Reip. vt ibi nullus piſcari poſſit, niſi cui Reſp. commiſerit, vel qui a
republ. conduxerit. *l. 1. §. 7. eod.* CAEPOLL. *d. l. n. 8.* CALVIN. *in Lex.*
9 *iur. v. lacus.* Nam ſicut flumina, ita et lacus, occupari potuerunt.
Et hoc reſpectu littus eorum eſſe dicitur, quousque fluxus maximus
10 hybernus exaeſtuat. *l. 112. de V. S.* A quibus ſi priuatorum agris pe-
riculum eſt, ne nimis extuberent, aggeribus muniri poſſunt, dummo-
do munitio ita fiat, ne vſus publicus tollatur. *l. 1. §. fin. d. rip. mun.*
11 Nec male inde BOCER. *cap. 1. d. regal. n. 148.* reditus piſcationum ex
lacu publico, qui fiſco ſoluuntur, ad regale piſcariarum refert. Vi-
12 demus etiam paſſim, pro certo pretio lacus a principibus locari et le-
ges dici, modosque praeſcribi, quousque nauigare et piſcari liceat,
reſeruata ſimul in ſignum regalis ſibi quadam praeeminentia. Vtro-
13 que autem caſu, quo lacus publicus eſt, interdictum *vt in flum. publ.*
14 *nauigare liceat* obtinet. Illo directum propter nauigationis vtilitatem:
d. l. 1. in fin. Hoc vtile, quod datur publicano, qui locum conduxit,
ſi prohibeatur piſcari, *d. l. 1. §. 2.* et extenditur ob vectigalis fauorem
15 ad lacum quem quis a municipibus conduxit. *d. §. 7. in fin.* Caeteri
autem, ſi prohibeantur, actionem iniuriarum habent. *l. 13. §. fin. d. iniur.*

16 Talis lacus eſt mare Caſpium vel Hyrcanum, a duobus popu-
17 lis accolis ita dictum. Veteres valde dubii, quid de eo ſtatuendum.
DIONYS. *d. ſit orb.* MANIL. *lib. 4. Aſtron.* PLIN. *lib. 6. natur. hiſt. 13.* MELA

33. in

33. in Geog. 5. OROS. *lib. 1. c. 2.* BASIL. *ad c. 1. Geneſ.* numerarunt inter
ſinus, quia oceanum Scythicum a ſeptentrionibus eum recipere opi- 17
nabantur, ſicut Indicus Arabicum, et Perſicum ab Auſtro. Notat
etiam STRABO *lib. 11.* Patroclem, nobilem ſcriptorem, fuiſſe in ea ſen- 18
tentia, ex India nauigari poſſe ad Hyrcanos. Contra HERODOT. *lib. 1.*
ARISTOL. *2. meteor. 1.* tradunt, per ſe mare eſſe. Et hinc PTOLOMAEVS 19
in Geogr. lacum adpellat, qui pedibus circuiri poſſit. Huic recentio- 20
res adſtipulantur, quod pluribus probat PHILIPP. CLVVER. *in antiq.*
Germ. lib. 1. c. 1. in fin. Inde tamen non ſequitur, quod oceano non 21
miſceatur. In illum enim, vt aliquoties dictum, omnes aquae deſcen-
dunt ſaltem ſecreta illa copula, qua ipſi coniunguntur, nobis ignota eſt,
MERVL. *diſſ. d. marib. pag. 203.* putat aquas oceani Caſpium excipere 22
ſubterraneo meatu, et exonerari occultis ſub terram alueis, et cry-
ptis in Euxinum. Quum enim maxima flumina Caſpium influant, 23
veluti Rha, (h. Volga) Rhymus, Iaxartes, Oxus neceſſe ſane eſt infuſa
praeſertim quum marinas ſtationes flumina naturaliter adpetant: ali-
qua via exire. Nam qui recipiendis quotidie tot fluminum aquis 24
alueus huius maris ſuffeciſſet, hodieque ſufficeret? Quae igitur la-
buntur in Caſpium, voragine quadam ſubterranea ex illis carceribus 25
recipiuntur in pontum, qui poſtea per Helleſponti fretum in mare
mediterraneum deducit, per quod rurſus per Herculeum fretum in ocea-
num decurrit. De huius maris magnitudine ſcribit HERODOTVS *in* 26
Clio longitudinis eſſe quindecim dierum curſu nauis, quae remis vta-
tur, latitudinis, vbi ſpatioſiſſimum eſt dierum octo. Noſtri merca-
tores, quibus ob nauigandi artem magis exultam plus fidendum, non 27
amplius duodecim diebus vniuerſum expleri ambitum, teſtantur. ME-
RVL *d. l.*

Similis lacus in Palaeſtina, eſt Asphaltites, dictus ἀπὸ τȣ̃ ἀσ- 28
φάλτȣ i. e. bitumine, vel mare mortuum, quod omnia iniecta mo-
riantur, forſan ob maledictionem et ſulfuris copiam, qua Sodoma et
vicinae ciuitates, ibi olim ſitae, interierunt. Nam neque ventis 29
impellitur, reſiſtente turbinibus bitumine, quo aqua omnis ſtagnatur,
neque nauigationis patiens, quoniam omnia vitae carentia in profun-
dum merguntur. Tacitus meminit generis bituminis naſcentis, ex hoc 30
nata opinione. Ab hoc lacu Iordanis excipitur, et tacito meatu in
mare defertur, ſicut ipſe lacus, quomodo de Caſpio dictum eſt. Cele-

Digitized by Google

31 bris adhuc lacus eſt Geneſaret, mare Galilaeum, et Tiberiadis alias, in hoc CHRISTVS ſaepe nauigauit, et in littore conciones habuit, Apoſtoli piſcati ſunt, ſicut noui foederis hiſtoria paſſim teſtatur.

32 Italia habet lacum Fucinum, Thraſymenum vbi Romani caeſi,
33 alii populi alios. In Sabaudia lacus ampliſſimus eſt Lemannus, dictus *die Genſer-See*, in hunc Rhodanus ingreditur, ac rurſum egreditur, eſtque tantae altitudinis, vt ea quingentis orgyis non poſſit reperiri.
34 GERHARD. MERCAT. *in deſcript. tab. ſabaud.*

35 In primis autem Germania et piſcoſſimos lacus habet. Heluetiorum deſcribit MOLIT. et GLAREAN. EREM. *in deſcript. Heluet.* AL-
36 THAM. *in Com.* TACIT. *d. Morib. Germ. p. 323.* Famigeratus eſt inter eos lacus Acronius Venetus, ab accolis Podamicus, Germanice *der*
37 *Boden-See* dictus. Hunc Rhenus medium interfluit, relicta ſui ſaporis iucunditate, et lacu a mixtione abhorrente. MVNSTER. *in Coſmogr. lib. cap. 6.* ALTHAM. *d. l.* DAN. EREMIT. *d. l.*

38 In Pomerania eſt piſcoſus lacus, inter Stetinum et Wolgaſtum, fluminibus multis auctus, Recens noſtratibus, *das friſche Haff* dictus.
39 Influit illud a Stetino Viadrus, ab altera parte Panus, nauigabilia flu-
40 mina. Capiuntur in ea vltra 60. ſpecies piſcium, quos FRIEDEBOR. *in deſcript. Stetini* ad calcem enumerat, tanta varietate et multitudine, vt ſingulis menſibus noui ſaporis et diuerſitatis piſces Stetini ve-
41 neant. Tempore patrum plus quam centum ſcaphis, genere nauigii,
42 quo aduerſum ventum, et cum eo nauigant, Germ. *Zeſekaebne* nauiga-
43 batur. Et ex regiſtris videre eſt, quod Camerae redituum Principis vltra 5000. mille floreni illati ſunt de ſexto nummo, qui Principi tan-
44 tum pendebatur. Tempore hyemis ſub gelu retia ferreis contis vsque ad quadrantem milliaris factis acciſus iactant, antequam educant,
45 quo facto, ingens copia piſcium adparet. Vkermundi in praefectura Principis aliquis conſtitutus, *Kyper* a corbibus, quibus piſces inclu-
46 duntur, dictus, hic piſcatoribus iuxta leges denunciat, quo tempore enauigandum, et ſi in poſitu retium, vel alias, inter eos oriuntur
47 controuerſiae iuxta leges lacus, *Kyper-Ordung*, quas ſecum habet, a
48 principe ſcriptas, diiudicat. Inter eas ſunt, ne enauigent, quum piſcis
49 coit, *wann der Fiſch leichet*, item, vt certo tempore his vel illis ſaginis, *groß oder klein Garn* vtantur, et ſimilibus, quas memini aliquando
50 me legiſſe. Pendunt autem piſcatores, qui in ciuitatibus lacui vel

non

Digitized by Google

non procul adiacentibus, veluti Anclamo, *Alt vnd Neuwarpen*, Laſ- 51
ſano habitant, et certam ſocietatem habent, canonem Principi. Sunt
autem quaedam exemtae, vt Principis, Duciſſae, Anclamenſium, 52
et vniuerſitas Gryphiswaldenſis, quae hoc priuilegium ex donatio-
ne Philippi I. habet, vt vnica cymba poſſit piſcari, pro menſa com- 53
muni Studioſorum, vel eam alii elocare, quod etiam quotannis fit.
vid. hac de re acta. Reſeruauit autem ſibi Princeps in hoc lacu *den* 54
Herren-Fiſch, quem non poſſunt vendere, ſed coguntur eum in au-
lam, in ſignum recognitionis, transportare, tales ſunt, Sturio, Salmo,
Carpo et Lampreta. MICREL. *lib. 6. de Script. Pomer. num. 6. p. 386.*
Ex his patet, non licere promiſcue in lacu publico hodie piſcari, ſed 55
intra concellos concedi, et ſi quis habeat ius piſcandi in lacu, *Fiſch-*
Waſſer tradunt Dd. quod non poteſt vti maioribus excipulis, *mit groſ-*
ſen Rüſſen. SCHVRF. *conſ. 18. num. 2. cap. 3.* BVS. *ad l. 3. de A. R. D.* 56
num. 6. IOH. HERING. *de molend. quaeſt. 10. num. 19.*

Priuatus lacus dicitur, qui priuati eſt dominii. *l. 13. §. fin. de* 57
iniur. Hic non ſemper aquam viuam habet, *l. 1. §. fin. de font.* et pro 58
conditione temporis creſcere et decreſcere poteſt, *l. 24. §. fin. de a-*
qua et aqua pluu. immo plane exareſcere. *l. 11. de A. R. D.* In eo, ſi perpe-
tuam aquam habet, nauigandi ſeruitus conſtitui poteſt. *l. 23. §. 1. de S.* 59
R. P. vbi in lacu, et ſtagno id negatur, nam loquitur de ſtagno ſo- 60
lum, quod lacus opinione poſſeſſoris dici poteſt; licet reuera non
ſit. Teſtatur itaque, licet regulariter ex lacu priuato poſſit aqua de- 61
duci et nauigari, quia perpetuus eſſe debet, tamen ſi quis opinio- 62
ne poſſeſſoris pro lacu haberetur, qui perpetuus non ſit, minime
conſtitui ſeruitutem illam in eo poſſe: et ita magis ipſam cauſſam ſer- 63
uitutis eiusque potentiam inſpici oportere, quam ex nominis ſolum-
modo impoſiti ratione hanc rem decidere. GODD. *in l. 112. de V. S.*
num. 3. Talis lacus, quia priuatorum iure cenſetur, ſicut alia res emi 64
et vendi poteſt, *l. 69. cont. emp.* et a domino in cenſum deferri debet.
l. 4. §. 6. de cenſib. et hac de cauſſa, non ſicut publicus littora, ſed tan- 65
tum ripas habet, quae arbitrio poſſeſſoris conſtitui, et mutari poſ-
ſunt. *l. 69. de cont. emt.*

Differt a lacu ſtagnum eo, quod temporalem habeat aquam, 66
ibidem natura loci ſtagnantem. *l. 1. §. 4. vt in flum. publ.* Hoc hye- 67
me plerumque cogitur, et aeſtate exareſcit. *d. §. 4. l. 28. de S. V. P.*

Eſt

Digitized by Google

68 Eſt aliud publicum, quod ad rempublicam, vt de lacu dictum, ſpe-
ctat, *l. 1. d. vt. in flum. publ. nauig.* aliud priuatum, quod pleno iure
69 alicuius eſt. In eo cuilibet, ſaluo iure ſummo, vſus conceſſus et piſca-
70 tio. An eadem in priuato, dubium. Prohibere poſſum, ne quis pi-
ſcetur, *l. 13. §. fin. de iniur.* ſed ſi quis contra fecit, piſces vt ferae
naturae, quia nec ſunt in dominio nec poſſeſſione alterius, capiens
71 facit ſuos. *l. 3. §. 14. de adquir. poſſeſſ.* BACCHOV. *ad §. 2. de R. D. n.
4.* BOCER. *cap. 3. de regal. n. 149.* COVARRVV. *ad c. peccat. de R. I.
72 in 6. part. 2. relect. §. 8. n. vlt.* DONELL. *4. comm. 8.* et contra habet
prohibens propter ingreſſum contra eum iniuriarum actionem. *arg.
12. de R. D.*

73 Quaeritur, an in lacubus et ſtagnis ius alluuionis locum habeat?
74 Illud negat ICtus Calliſtratus *in L. 11. d. A. R. D.* et addit rationem
75 quod ſuos terminos retineant, quod in illis locis non eſt, vbi alluuio
76 locum ſibi vendicat. Putat quidem DONELL. *4. Comm. 27.* illud in pu-
blicis tantum lacubus obtinere, non priuatis, in quibus liceat pro arbi-
78 bitrio fines mutare. Sed *l. 11.* videtur id non admittere, tum quod
de lacubus, etiamſi aqua in illis creſcat, dicat illos ſuos terminos reti-
nere, tum quod generaliter loquatur, proinde etiam ita intelligenda.
79 Et licet lacus publici viuam aquam habeant, et, ſicut priuati, non poſ-
ſint exareſcere, intelligendum tamen eſt quoad totum, nam quin
80 pro parte exareſcere queant, nemo facile negabit, vnde non ſequitur,
terminos ſuos non habere, redire enim aqua poteſt, et ſufficit rema-
nere viuam aquam, quae intra illos terminos alluuionem prohibeat.
81 Manet enim perpetuus pro maiori parte. Sine cauſſa ergo CVIAC. *in
not. ad §. 20.* pro (exareſcant) reponit (decreſcant) quum illa lectio
quaeſtionis deciſioni nihil adimat. HILLIG. *4. Com. 27. lit. e.* Nec
82 obſtat, ſi quis velit dicere, lacuum eandem eſſe naturam, quae flu-
minum. Id enim in aliquo, non in omni, procedit, maxime vbi di-
83 uerſa eſt ratio: quae hic adparet, quod in fluminibus cauſſa alluuio-
nis eſt motus et fluxus aquae, qui vnis ripis aliquid adimit, et alteris
84 adiicit: At talis fluxus et motus nullus eſt in lacubus, quapropter
ceſſante cauſſa, neceſſe eſt, vt deſinat effectus. DONELL. *d. l.*

85 Tantum de principalibus nauigationis aquis. Minus princi-
pales ſunt palus, foſſa, riuus, lacuna, ciſterna, piſcina.

Palus

Digitized by Google

Palus eſt collectio aquae promiſcuae in loco vliginoſo. *l. fin. C.* 86
d. allun. Nauigabilis talis eſt Maeotus palus, quae ex Ponto Euxino
veniens, mari mediterranei videtur eſſe finis. 87
Foſſa eſt receptaculum aquae manu factum. *l. 1. ff. 5. vt in flum.* 88
publ. nauig. Haec eſt vel publica, vel priuata. *d. l. 1. §. 6. l. 1. §. 8.*
Illa, quae eſt in dominio Reip. vel vſibus ſubſeruit publicis, ſiue in 89
nauigando, piſcando, vel iter faciendo. Sic ſi foſſa manu facta ſit, per 90
quam fluit publicum flumen, publica eſt, et ideo, ſi quid in illa fiat, 91
interdictum quaſi in flumine publico factum locum habet: *l. 1. §. 8. d.* 92
flumib. et talis foſſa etiam muniri poteſt, quatenus inde non fiat na-
uigatio deterior. *l. 1. ff. fin. d. rip. muni.* Talis foſſa Druſiana fuit per 93
quam Rhenum deducere voluit. In Hollandia per totam regionem foſſae 94
nauigabiles ſunt, *Binnen-grachten* dictae, per quas iter de vna ciuitate et 95
pago in alium fere fit, modico pro transuectu in ſingula milliaria pretio,
ſc. ſtuuero ſtatuto. BOXHORN. *in Theatr. Holland.* Priuata foſſa eſt, quam 96
quilibet in ſuo, vtilitatis propriae vel iucunditatis gratia, facit.
Riuus eſt limpidioris aquae anguſtus decurſus ex montibus 97
praeſertim, aut ſyluis ſcaturientis. KECKERM. *d. l.* Seu eſt locus, per 98
longitudinem depreſſus, quo aqua decurrat, cui nomen eſt *ἀπὸ τοῦ*
ῥεῖν i. e. a fluendo *l. 1. §. 2. de riuis.* Differt a flumine magnitudine, 99
aut exiſtimatione circumcolentium. *l. 1. §. 1. de fluminibus.* Sunt in
riuo ſpecus et ſepta. Specus eſt locus, ex quo deſpicitur *l. 1. §. 3. d.* 100
Riu. Septa ſunt, quae ad incile opponuntur aquae deriuandae, 101
compellendaeue ex flumine cauſſa, ſiue ea lignea ſint, ſiue lapidea,
ſiue ex alia materia, ad continendam transmittendamque aquam exco-
gitata. *d. l. 1. §. 4.* Incile autem eſt locus depreſſus ad latus fluminis, 102
ex eo, dictus, quod incidatur. Inciditur enim vel lapis, vel terra, 103
vnde primum aqua ex flumine agi poſſit. *d. l. 1. §. 5.* Riuus vel
eſt apertus, qui palam patet, adeo vt pecus ad eum adpelli poſſit, 104
vel tectus ſiue terrenus ſit, vel caementitius, vel ſtructilis, vel figulinus,
i. e. lapideus, qui non patet. *l. 1. §. 10. l. 2. l. 3. §. 1. de Riu.* De il-
lis traditur, quod cuique ne vſus incommodetur, reficere et purgare 105
liceat, ſiue fiat tegendo, ſubſtruendo, ſarciendo, aedificando, aue- 106
hendo, deportando, perinde eſt, *l. 1. §. 6. l. fin. eod.*
Lacuna eſt velut paruus lacus aquae, tamen minus vtilis et im- 107
pura.

Digitized by Google

108 Ciſterna eſt aquarum pluuialium collectio. Nam aquam vi-
uam non habet, ſed imbribus concipitur. *l. 1. §. 4. de font.* In his
109 coercetur aqua ad certum vſum, coercere autem eſt ſic continere, ne
dilabatur. *l. 1. §. 9. de font.*
110 Piſcina eſt foſſa aquae, arte facta, fouendis piſcibus opportu-
111 na. KECKERM. *d. l.* Vſum, quem quis habet in eo non debet impe-
diri, *l. d. font.* ſicut nec in refectione. *d. l. 1. §. 10. eod.*
112 Caſtellum eſt receptaculum aut conceptaculum aquarum, *l. 2.*
C. Theod. d' aquaed. veteribus iuxta FESTVM *lib. 4.* diuidiculum di-
ctum, *eine Waſſer-Stube. l. 78. de cont. emt. l.* 17. *§. 8 l. 38. §. 2. d. act.*
113 *emt. l. 2. com. praed. l. 3. C. d. aquaed.* De eorum ſtructura *vid. Vitruu. 8.*
architect. 7. Roſin. 1. antiqu Rom. 15. IOH. HERING. *tr. de iur. Burgor.*
114 *n. 33.* Sed quia in his aquis proprie non nauigatur, ſed ad irrigandos
agros vel hauſtum pecoris adpulſumue adhibentur, ideo plura non
adducimus.

FINIS PARTIS SECVNDAE.

PARTIS

PARTIS TERTIAE.

CAPVT I.

NAVIGATIO QVOMODO FIAT. NAVIS QVID. EIVS PARTES PRINCIPALES ET MINVS PRINCIPALES.

Svmmaria.

1. *Continuatio.* 2. 3.
4. *Nauis quid?*
5. *Appio Claudio vnde nomen.* 6.
7. *Nauigium dupliciter accipitur.* 11.
8. *Nauis omnis generis nauigia comprehendit.* 9.
10. *Statutum in naui habet etiam locum in nauicula.*
12. *Partes nauis enumerantur.* 13.
14. *Carina vnde adpelletur, et an differat a cumba?* 15. 16. 17.
18. *Coſtae et Zonae nauis deſcribuntur.* 19.
20. *Prora eſt anterior pars nauis, tutelam et oculum continens.* 21. 22.
23. *Puppis eſt poſterior nauis pars, in qua lumina poni ſolent.* 24.
25. *Gubernaculum varia a Dd. nomina ſortitur.* 26.
27. *Romani binis olim gubernaculis vſi.* 28 29. 30.
31. *Ratio redditur cur gubernaculum tam grandem molem poſſit mouere.* 32.
33. *Partes gubernaculi recenſentur.*
34. *Malus quid, vnde dictus, et quae eius partes?* 37. 39. 40.
35. *An pars nauis?* 38.
41. *Inſtrumenta nauis quae?*
42. *Anchora duplex, ſacra et communis.* 43. 44. 45.
46. *Eius partes.*
47. *Vela vnde originem habeant.*
48. *Quatuor velorum genera explicantur.* 49. 50. 51. 52.
53. *Disquiritur an Artemon velum ſignificet?*
54. *Opiniones de eo.* 55. 56. 57. 58.
59. *Conciliatio l. 292. de V. S. cum l. 44. de euict.* 60.
61. *Suppara quid?* 62.
63. *Illis non vſae Alexandrinae naues.* 64.
65. *Apluſtre deſcribitur, et orthiax.* 66. 67.
68. *Materia Velorum.* 69. 72.
70. *Color.* 71.
73. *Forma.*
74. *Antenna et partes.*
75. *Rudentes qui?*
76. *Funium variae adpellationes.* 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89.

Digitized by Google

90. *Partes nauis minus principales in nauis corpore referuntur.* 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99.

100. *Inſtrumenta extra nauis corpus minus principalia adduntur.* 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118.

1 Exigit iam ordo, vt, quomodo nauigatio recte inſtituatur, videamus. Illud diximus conſiſtere in ducendo naues in aquas. Requiruntur ergo duo, 1. vt nauis commoda mari fabricetur. 2. vt per-
2 ſonae ei praeponantur, quae ſcientiam illius gubernandae habent. Pri-
3 mum membrum quod attinet, in eo conſiderandum, quid nauis proprie ſit, quae eius partes, quique tam ipſius, quam earum inuentores, quae ſtructura, denique quot ſpecies?

4 Nauis eſt corpus *συνημμένον*, *l. 30. de vſucap.* mobile, *l. 20. §. 1. quod vi aut cl. l. 1. ſſ. 7. de vi & vi armat.* ſeu, eſt plurium tabulato-
5 rum contextus. Veteres eam dixerunt caudicem, STEWICH *lib. 5. de*
6 *re mil. cap. 1.* et Appio Claudio exinde nomen Caudicis impoſitum, quod primus bello apud Romanos nauim conſcendit. STEWICH. *d. l.*
7 Dicitur alias in iure nauigium, eſtque inter illa duo vocabula nulla recepta differentia. *l. 1. §. 14. 15. de flumin. l. 2. de capt. et poſtlim. l. 2.*
8 *§. 6. de exercit. action.* Sub vocabulo autem nauis, omnia nauigiorum genera comprehenduntur, *l. fin. de fund. inſtr. d. l. 2. ſſ. 6. 10. arg. tot. tit. C. de nau. non ex l. 29. § 2. 3. 4. ad l. Aquil.* etiam rates.
9 *l. 1. §. 14. de flum. Accurſ. in l. 1. §. 2. naut. caup.* Vnde ſtatutum in
10 naui, habet etiam locum in nauicula *arg. l. 44. de euiction.* BALD. *in*
11 *l. 1. ſſ. 4. naut. caupon.* Sumitur tamen vox nauigii aliquando pro ipſa nauigatione. *l. 122. §. 1. de V. O. l. 1. §. 14. de flum. l. 3. C. de naut. foen.*

12 Partes nauis ſunt vel principales, vel minus principales. Prin-
13 cipales, vel ad ipſum corpus nauis pertinent, et dicuntur membra, vel coniuncta nauis *l. 44. de euict.* Tales ſunt.

14 1. Carina, (a facili curſu quaſi currina dicta) eſt infima nauis pars, et quaſi baſis et fundamentum totius nauis, *l. 61. d. R. V* nauis alueus
15 SALLVSTIO, Germ. *der Kiel.* Chytraeus *in* NOMENCLAT. *c. 34.* vocat carinam ſpatium nauis vacuum, *dat Rhum in Schiff.* et trabem, in
16 qua nauis fundatur (*den Keel*) adpellat cumbam, ſed perinde illud eſt, quum ſaepe per ſynecdochen pars pro toto poſſit accipi, et obſerua-

tum, promiſcue illa vocabula vſurpari, alibi nempe a ICris pariter *d. l. 61.* et Poetis trabem illam vocari carinam. Immo ipſam Carinam talem trabem denotare, OVIDI.

Dum mea puppis erat valida fundata carina. 17

alibi totum locum imum nauis dici cumbam, quod ſcilicet aquis in cumbat. ROSIN. *10. Antiqu. Rom. 20.*

2. Coſtae, latera nauium, *dat Inholdt.* PLIN. *libr. 13. cap. 9.* 18
Caeſar vocat ſtatumina, ligna ſcilicet arrectaria in interiore alueo, quae nauis latera ſuppingunt, ςάμινα Graecis. FABER *in theſaur. verbor.* 19
His ſolent adiungi Zonae nauis, ſeu compages, certis interſtitiis diſterminatae, *die Barchhälter*, quae tabulas, vel tegmina coſtarum, German. *die Räumer.* ſuſcipiunt.

3. Prora, quaſi πρώειρα quod reliquam partem praecedat, 20
oppoſita pars puppi, et anterior nauis pars, *dat Vor-Schipp*, *Vor-Caſtel.* In hac eſt tutela et oculus. *Vid. cap. ſeq. num. 95. 106.* Huic ſolet praemitti roſtrum, pars nauis primore in prora exporrectior 21
et cunei in modum acutior, a roſtris auium propter ſimilitudinem 22
dictum.

4. Puppis, poſterior pars nauis, *Achter-Schipp*, *Hinter-* 23
Caſteel, πρύμναδις, eſt locus honeſtior, vbi ſedet gubernator, qui regit, et inhibet remiges. In ea parte ponunt λαμπρα, lumina, THO-LOSAN. *in prax. memorab. rer. lib. 26. cap. 6.* In hac locus vbi guber- 24
nator reclinatur, proprie enclima dicitur.

5. Gubernaculum, *dat Roder*, *Stuyr* IACOB. *3. v. 5. l. 44. de* 25
euict. In *l. 29. §. 2. ad Aquil.* dicitur ſeruaculum. Alii ibi aliter 26
legunt. HVGOL. A PORTA ferriculum, HALOAND. verriculum, *Ant. Auguſt.* foraculum vel ſerraculum. *Alii* ex Nonio lenunculum, *alii* remunculum, CVIAC. *9. obſ. 10.* GOTHOFR. *ad d. §.* Graeci vocant κόντον πηδάλιον. Romani olim binis gubernaculis vtebantur, vti TACIT. *lib. 2. annal. n. 1.* 27
ait, *ib. adpoſitis vtrinque gubernaculis. conuerſo vt repente remigio, huc et illuc adpellerent.* Item *3. hiſtor.* vbi vocat Cameras. *Sic inter vndas voluuntur pari vtrumque prora, et mutabili remigio quando hinc vel* 28
illinc appellere indiſcretum et innoxium eſt. Item *de Morib. Germ.* ibi: *For-* 29
ma nauium differt eo, quod vtrinque prora paratam ſemper adpulſui frontem gerit. Idem ex SVID. teſtatur LIPS. *Comment. lib. 2. Annal.* TAC. 30
p. 182. Quae vero ſit ratio, quod gubernaculum, quum ſit exiguum 31

 lignum,

lignum, tamen tantam molem flectere poſſit, *ex Ariſtot.* KECKERM. *in*
32 *problem. naut.* 8. hanc coniicit, quod gubernaculum, a centro nauis ſit remotiſſimum, regula vero philoſophorum ſit, quod virtus mouens,
33 quo eſt remotior a centro, eo ſit validior et velocior. Suprema pars gubernaculi vocatur Anſa, *dat Obertheil*, infima Ala, *dat Vndertheil*,
34 Clauus *die Kälter*, in quo mouetur. ENNIVS ait.

Vt clauum rectum teneam, nauimque gubernem.

35 6. Malus, *der Maſt-Baum*, nauis pars eſt, *l. 44. l. 142. d. V. S.* quia pleraeque naues ſine malo inutiles ſunt, *d. l. 142.* Graec. ἱςος
36 πλοίȣ dicitur, et eſt arbor nauis fixa, in altum directo porrecta, cui adnectuntur vela et funes cum rotulis, inde dictus quod ſit inſtar mali
37 in ſummitate, vel quod cingatur, quaſi quibusdam malis ligneis, quorum volubilitate leuantur vela. Vnde HORAT. *lib. 1. Carm. Od. 14.*
38 ibi: *malus celeri ſaucius Africo.* GOEDDAE. *ad L. 142. d. V. S.* In maio-
39 ribus aliquando duo vel tres mali reperiuntur. Infima pars mali vocatur Calx, *de Voth*, ſuprema carcheſium ſeu foramen, per quod in ſummo malo funes traiiciuntur, *de Tipp*, cui caniſtrum vel corbis,
40 *de Maſt-Korff*, ſubiungi ſolet: Imo in aliquibus nauibus duae vel tres corbes ſunt, vt videre licet Amſterodami in ingentibus illis nauibus, quae quotannis in Indiam ablegantur.

41 Partes quae extra nauis corpus conſpiciuntur, nominantur armamenta, ſeu inſtrumenta nauium. *l. 3. ff. 1. d. R. V. l. 1. §. 3. de exerc.*
42 *act.* ibique PECK. *n. 5. l. 3. §. 1. d. R. V.* Talia ſunt 1. Anchora, quae
43 eſt dens ferreus ad ſiſtendas naues, *Ancker.* Duplicem, vel plures, ſolent bene inſtitutae naues habere, quarum maximam et validiſſimam anchoram ſacram, *Pflicht-Ancker*, vocant, eamque tunc demum
44 mittunt, quum extremo laborant diſcrimine. LVCIAN. *in Drap.* τὴν ὕςατην ἄγκυραν, ἣν ἱερὰν οἱ ναυτιλλόμενοί φασι καθιέναι. ERASM. *in*
45 *adag. ſacram anchoram ſoluere.* Caeteris vero contrariis ventis acti, vel etiam ſereno coelo: vbi ob receſſum maris fluctuumque, demiſſo velo quieſcendum eſt. PECK. *ad l. 1. §. 1. de exerc. actio.* Huic adiun-
46 guntur funis, de quo n. 78. *Ancker-Taw*, circulus, *Ancker-Ring*, dentes, *Ancker-Hacken*, globus, *Ancker-Stock.*

47 2. Vela, carbaſa, lintea, *Seegel, l. 44. de euict.* Haec nauium alae dicuntur. CASSIODOR. *lib. 5. variar.* ait, volatile quiddam ſpiritus currentium carinarum, praenuncia mercium, auxilia quieta nautarum, quo-

quorum beneficio conficiunt otioſi, quod a celerrimis auibus vix probatur impleri. Quatuor autem velorum genera ſtatuit ISIDOR. *l. 19.* 48
etymolog. cap. 3. Acatium, quod velum maximum, et in et media naui conſtitutum eſt, vt ita procul dubio pars ſit nauis, *dat grote ſchon vorſegel, l. 44. d. euict.* Eius pes ſeu extremus angulus vocatur *die* 49
Schote, propes ſeu funis, quo pes veli agitatur, *die Schmiete.* Επίδρο- 50
μος, quod eſt ſecundae amplitudinis, ſed ad puppim, *die Moyſan.* 51
Dolon, minimum velum eſt, et ad proram defixum, *die Blinde.* 52
Artemon, *dat Bonit*, vero dirigendae potius nauis cauſſa commendatum, quam celeritatis, ait ISIDOR. *d. l.* Sed dubium eſt an artemon velum ſignificet? Putant CVIAC. ALCIAT. *in l. 242.* HADR. IVN. *in Sylu.* 53
vocab. cap. d. naual. cap. d. naual ſuppell. et comprobat EVANG. LVCAS
Actor. 27. v. 40. Vbi artemonis, tanquam veli, fit mentio. HESYCHIVS 54
interpretatur τέθρον cornu antemnae, ad quod ſubnectitur velum. 55
Gloſſa arborem, quae retro ponitur ad gubernandam nauim, vt ſit 56
ſpecies mali. Sed tam *gloſſ.* quam HESYCH. hoc ſine ſuffragio dicunt. 57
ALEX *ab Alex. l. 1. gen. dier. 25.* VITRVV. *lib. 10. Archit.* deſcribunt inſtrumentum tractorium, trochleae genus, quod ὑπάγοντα Graeci vocant, quo fune ductorio per orbiculos traiecto, et acto in gyrum facili ductu importantur et exportantur onera. Et haec opinio magis 58
conuenit ſenſui *l. 242. de V. S.* vbi artemon negatur pars nauis eſſe, ſed potius ipſius adiectamentum. Quamquam ſi pro velo acciperetur 59
l. 44. de euict. non obſtaret, *l. 242.* quum pro minus principali parte poſſit haberi. Aliquando enim ob neceſſitatem talia vela adhibentur
GODD. *in d. l.* CVIAC. *in d. l.* Inclinat eo SCAPVL. *in Lex. graec. verb.* 60
ἀρτέμ. illud vocabulum, pro velo acceptum, deducens παρὰ τῷ ἠρτῆσθαι, pro trochlea vero παρὰ τῷ αἰρετῆσαι. Solent praeterea adhibere 61
ſupplementa quaedam velis, et ſummas partes, quae ſuper ipſa vela et antemnam expanduntur, quae ſuppara dicuntur. Supparum genus veli eſt vnum habens pedem, quo iuuari nauigia ſolent in naui- 62
gatione, quoties vis venti langueſcit, *die Focke*, explicat CHYTRAE, *in Nomenclat.*

- - - - Summaque pandens.
Suppara velorum perituras colligit auras.

PAPINIAN. *ait.* Supra autem in alto mari et pelago, pandebant naues, 63
quum terram legebant, colligebant, et diſtringebant. Exceptis nauibus 64
Ale-

Digitized by Google

Alexandrinis, quae ſupparis paſſis in portum peruehebantur. ALEX.
ab Alex. l. 4. c. 2. BVLING. *de tribut. et vectigal. cap. 9.* CALVIN. *in Lex.*
65 *Iur. verſ. Suppara.* Habent et aliud quoddam tenue velum, quod
Apluſtre vocant, in ſummo mali, IVVENAL. *Satyr. 10.* ita dictum,
66 quod eſſet amplius, quam neceſſarium vſu. Lignum, quod illud ſu-
67 ſtinet, vocatur contus, *die Stange an der Fahn*, orthiax adpendix eſt,
68 quae infimae veli parti adiicitur. Conficiuntur vela ex linteis, PLIN.
lib. 9. nat. hiſtor. cap. 1 cannabe, ſcarpo, ſparto et corio. ROSIN. *10.*
69 *antiq. Rom. 20.* et alba adparent in oceano. Poſtea tingi coeperunt,
idque primo tentatum in Alexandri Magni claſſibus, inde amne na-
70 uigantis, quum duces eius et praefecti in certamine quodam variaſſent
inſignia nauium, ſtupueruntque littora, ſtatu verſicolore impleta.
71 PLIN. *d. l.* Velo purpureo ad Actium cum Antonio Cleopatra venit.
ALEX. *ab Alex. gen. die. lib. 4. cap. 2.* STEWICH. *ad lib. 5.* VEGET.
72 *cap. 15.* Aegyptii iunceis velis vſi. *libr. 2. pag. 196.* Forma velorum
73 variat. Nam alia exii triangula qua plurimum figura nunc vtimur:
alia quadrata, vt in minoribus nauigiis et amnicis fieri videmus, alia
rotunda, qualia ſe conſpexiſſe nautae Luſitani apud Indos adfirmant.
ROSIN. *d. l.*

74 3. Antenna, lignum per transuerſum in malo poſitum, cui ve-
lum alligatur, *die Rha*, quaſi transuerſa pertica, ab am. i. e. cir-
ca et tendo, vnde Acroſtolium, *die Rhaport*

- - - *Antennis ſubnectere velum.*

75 OVID. *in Metamorph.* Eius cornua ſeu ceruchi dicuntur *die Rhanöcker.*

Cornua velatarum aduertimus antennarum.

VIRGIL. *3. Aeneid.*

76 4. Rudentes a nimio ſtridore, qui et funes chalatorii dicun-
tur, *Schiffs-Tawe, Tackel.* Vnde chalare velum, id eſt, laxare et
demittere funes, quibus antenna attollitur, et demittitur. STEWIECH.
ad Veget. lib. 5. cap. 16. Funis illi ex ſparto, *Hanff*, vti olim, ita
et nunc, conficiuntur. PLIN. *lib. 19.* Qui volet miraculum aeſtimare,
quanto ſit in vſu omnibus terris, nauium armamentis, machinis ae-
77 dificationum, aliisque deſideriis vitae. Varia ſortiuntur pro diuer-
ſitate nomina. Prymneſium ſiue camelus eſt, quo alligarur nauis in
littore ad palum, vel tonſillam, *dat Kabell-Tow, oder Kardel.* Feſtus
78 ipſum palum prymneſium vocat, Alii illa diſtinguunt. Peſma eſt fu-
nis,

nis, quo anchora alligatur, Camelus eſt funis craſſus, quo nautae alligandis anchoris vtuntur. Hypera funis eſt nauticus, a ſummo propendens, quo antennarum cornua traducuntur. 79

Epitonus lori vel vinculi genus eſt, quo antenna malo alligatur. 80

Protoni vero funes dicuntur, qui ex mali vtraque parte a prora et puppe extenduntur. 81

Himoniae, quae ex loris conficiebantur, ad aquas hauriendas. 82

Spirae proprie ſunt funium volubilitates vt Seruius ſiue, vt Feſtus ſcribit, funis nauticus in orbem conuolutus. 83

Opiferae ſiue opiferi funes, quibus cornua antennae dextra ſiniſtraque tenduntur. 84

Anquina funis, quo ad malum antenna conſtringitur. 85

Meſuriae ſunt funes, quibus velum ſubducitur. 86

Remulcus funis eſt, quo religata nauis maior minorem ſequitur remis actam, vel quo religata nauis remi vice trahitur. 87

Tranſenna funis extentus. 88

Torus funis eſt e loro contortus, id eſt, qualis lecto ſubtendebatur. 89

Partes minus principales in corpore nauis ſunt: Sentina, 90
(dicta quod ibi teter odor ſentiatur) locus, vbi nautica ſeu foetida aqua 91
colligitur, quae poſtea per antliam *Pompe*, (machinam hauſtoriam, qua ſentina attrahitur) exinanitur, et per fores in oceanum dimittitur.

Pergula, apertus locus ad excurſus per totam nauem, ad nauis latera, ageam Feſtus vocat, alii ſtegam, vel proſcenium. ROSIN. *d. l.* Vocatur etiam tubulatum, *dat Vordeck*, quod tegat alueum nauis, et nautae ſuper eo ambulent. 92

Epotides *Ouerloep*. 93

Scalmus *Dollen*, lignum teres, cui ſtuppis, *Rhaubenden*, alligantur remi, *die Riemen*, qui rurſum per columbaria, ſeu tabulas nauium in abſides feneſtratas, *Porten*, transeunt. *vid.* ROSIN. *d. l.* 94

Tranſtra, dicta, quod transuerſim poſita, *Duchten*, ſunt ſcamna, in quibus ſedent, qui remos agitant. 95

Tormentum, *dat Winde-Aſs*, lignum, per quod funes anchorarii trahuntur. 96

Mitra, inſtrumentum, quo vtuntur, quando tormentum non 97

ſufficit, ad extrahendas anchoras, et componendos alios rudentes, *die Spille.*

98 Acroateria ſiue plutei nauales, tigna ad ornatum prorae, puppisque prominentiae.

99 Fori, ſpatia ſunt in nauibus apertiora, alii latera concaua interpretantur, a ferendo onera dicta. *dat Ruhm.* VIRGIL.

Impleuiſſemque foros flammis.

vel iuxta SERV.

Quod inceſſus ferant.

100 Inſtrumenta extra nauis corpus minus principalia ſequuntur.

101 Remi ſunt perticae vel conti, qui velut in palmam deſinunt, vnde etiam a Poetis palma vel palmula dicuntur, quibus naues et rates impalluntur et aguntur. Dicuntur απο τȣ ῥέειν, vel a remouendis et decutiendis fluctibus. Tonſae aliquando dicuntur, a tondendis et feriendis fluctibus.

102 Palmulas vocant alii remitrudes a trudendo.

103 Palmula eſt extrema remi latitudo, manubrium remi ſiue capulum, *das Blad am Riemen.*

104 Trudes ſunt inſtrumenta, quibus ſaxo inhaerens nauigium trudi vel reduci ſolet.

105 Contus eſt pertica oblonga, in capite ferrum habens, qua nautae vtuntur ad exploranda loca nauibus opportuna, alias haſta *ein Stacke.* In maioribus nauibus vtuntur bolide, quae eſt linea cum maſſa plumbea, quae de prora demitti ſolet ad explorandum fundum, marisque altitudinem.

106 Columbaria in ſummis nauium lateribus loca concaua, ſic dicta, quod ſint ſimilia columbarum latibulis, per quae remi iuxta HADRIAN. IVN. emicant, *die Poorten.*

107 Portiſculus eſt pertica quaedam in naui, quam hortator remigum tenebat, quam ſi incuteret, remiges non deſinebant, ſi deponeret, conquieſcebant a labore. Hanc Plautus caſteriam nominat in Aſinaria. Nonius tamen Marcellus *caſteriam* locum eſſe, inquit, vbi quum nauigatio quieſcit, remi et gubernacula reponuntur.

108 Phalanges ſeu puluini ſunt cylindri quidam lignei, qui vectibus promouentur ad trans ducendas naues in portum, ſiue ad littus.

109 Mala lignea ſunt orbiculi volubiles, qui malum circulo ambiunt,

Digitized by Google

vt eorum volubili agitatiône vela facilius vel pandantur, vel demittantur.

Trochleae *Blöcke*, per quas funes trahuntur. 110

Tonſilla palus eſt dolatus in acumen, et cuſpide praeacutus, qui 111
nauis religandae cauſſa in littore figitur. Feſtus. Iſidorus ait, tonſillam ſignificare vncum ferreum vel lignum, ad quod in littore defixum nauium funes alligantur.

Pons ſignificat ſcalas nauales, quibus excipiuntur vectores, *die* 112
Leiter.

Tropi vel ſtruppi ſunt vincula, quibus ſcalmo remus alligatur. 113

Funis ductorius, tractorius, *dat Winde-Kardäll.* 114

Harpa, *ein Boßbacke*. 115

Hauſtrum, *ein Oſe*, quo vela, vento quieſcente, madeſiunt. 116

Harpago, *ein Dragge*. 117

Helcium, *eine Troie-Linie*. Vid. plura apud CHYTR. *in Nomen-* 118
clat. cap. 34.

CAPVT II.

STRVCTVRA APVD GENTES IVXTA TEMPORA VARIAVIT. DEBET IN EXSTRVENDA NAVI ADHIBERI PERITVS ARCHITECTVS. APTA MATERIES. EXSTRVI DEBET IVXTA MARE VEL FLVMEN: AD PRAECEPTA ARTIS. PARVA AN MAGNA ESSE DEBEAT, EXEMPLIS VTRIVSQVE FORMAE ADDITIS DISQVIRITVR.

SVMMARIA

1. *Structura gentium veterum varia.*
2. *Deſcribitur modus Babyloniorum ex corio.* 3. 4.
5. *Aegyptiorum ex ſpino.* 6. 7.
8. *Indorum ex arboribus ſingulis.*
9. *Habitatorum in Calzem.* 10. 11. 12. 13.
14. *Romanorum multis modis variantium.* 15. 16. 17.
18. *Sueonum.* 19.
20. *Barbarorum.*
21. *Priſcorum Germanorum ex arboribus excauatis.*
22. *Groenlandorum ex ſcorteis.*

23. *Finnonum, et Lapponum ex vimine.*
24. *Scotorum ex eadem materia.*
25. *Britannorum ex vitice.* 26.
27. *Venetorum ex robore.* 28. 29. 30.
41. *Hodie omnium gentium, in primis Europaeorum, ſtructura diuerſa.* 32. 33.
34. *Architectus gnarus adſciſci debet.*
35. *Eſt inter artifices differentia.* 36.
37. *In opere perficiendo plures perſonae ſolent concurrere.*
38. *Architectus debet nauim delineare.*
39. *Si in modo peccat, ad intereſſe tenetur.* 40. 41. 42.
43. *Poteſt miniſtros et ſeruos, ſi ſolus operi non ſufficit, adbibere.* 44.
45. *Si duobus fabris quid adſcriptum ſit, et alter faciat, an valeat legatum.* 46. 47 48.
49. *Apta materies debet adbiberi.*
50. *Tigni nomine quid veniat.*
51. *Aptiſſima materia eſt lignum.*
52. *Aegyptii et Indi aedificant ex arundine, papyro, ſcirpo, ſpino, fictilibus.* 53 54. 55 57. 58.
56. *Babylonii ex corio.*
59. *Male ex vitro.*
60. *Ex lignis aliis placuit pinus, abies.*
62. *Aegyptiis et Syris cedrus, ſpinus.* 63.
64. *Aliis cupreſſus, ebenus.*
65. *Hodie promiſcue quaeuis arbor, vt plurimum vero abies, et quercus.* 66.
67. *Lignum in aſſeres debet ſcindi.*
68. *Nauale eligendum eſt, vicinum aquae.* 69. 70.
71. *Architectus primo carinam ponit* 72. 73 75.
74. *Carinae cauſſam nauis proprietas ſequitur.*
76. *Poſt carinam Zonae conſtituuntur.* 77.
78. *Deinde caſteria et cubilia.* 79
80. *Nauis perfecta in aquas inſtrumento quodam, Helice dicto, demittitur.* 81. 82.
83. *Eius inuentor Archimedes* 74. 175.
84. *Nauium fabricandi modum alii a piſcibus, alii ab auibus deducunt.* 85.
86. *In aquis nauis conſiſtens velis et funibus armatur.*
87. *Prorae praemitti ſolet roſtrum.* 88.
89. *Romani roſtra ex aere fecerunt* 90 91.
92. *Roſtratam coronam qui meruerunt.*
93. *Romani roſtra in ſignum triumphi fixerunt.* 94.
95. *Inter* παράσημον *et Tutelam differentia.*
96. Παράσημον *quid, et vbi locatum.* 97. 98.
99. *Tutela vbi poſita.* 100. 101. 102. 103.
104. *Hodie paſſim a Diuis, virtutibus, vel animalibus naues emblemata et nomen accipiunt.* 105. 106.
107. *Diſcutitur, an magnitudo vel paruitas magis naui conducat.*

108. *De-*

Digitized by Google

108. *Deſcriptio arcae Noachi cum cauſſa, tempore, partibus et collocatione ad noſtratem menſuram* 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 124.
123. *Barlaei carmen de arca Noae.*
125. *Reges illam imitari voluerunt.*
126. *Deſcribuntur ſtupendae magnitudinis quorundam regum naues, vt Ptolomaei Philadelph.* 127. 128. 129
130. *Ptolomaei Philopatoris.* 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139.
140. *Additur modus, quomodo in aquas ducta fuerit.* 141. 142. 143. 144.
145. *Eius Philopatoris alia maioris capacitatis.* 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168.
169. *Hieronis Syracuſani.* 170. 171. 272. 173. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 292. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203 204. 205.
206. *Archimedis epigramma in hac nauim, et eius munus.* 207.
108. *Romanorum ad deuehendos obeliſcos.* 209. 210. 211. 212.
213. *Antigoni.*
214. *Athenienſium et Delienſis.* 215.
216. *Franciſci I. et Henrici VIII. R. R, Galliae et Angliae.* 217.
218, *Guſtaui I. Regis Sueciae.* 219. 220.
221. *Venetorum Bucentauri.* 222. 223. 224. 225.
226 *Luſitanorum.*
227. *Regum Angliae.* 228.
229. *Caroli IX regis Britanniae* 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 139. 240. 241.
242. *In hanc nauim Epigramma Henrici Iacobi.*
143. *Et Auctoris.*
244. *Referuntur aliqua exempla minimarum nauium.* 245. 246.
247. *Deciſio quaeſtionis.* 248. 249.
250. *Certa nauium menſura dari nequit, ſed pendet illa a circumſtantiis loci, et incolarum.*

In ſtructura nauium gentes et tempora variarunt. Babyloniorum 1
nauigia depingit HERODOT. *in Cl. pag. 128.* quod ſint orbiculata 2
atque coriacea, faciunt autem ea Armenii ex caeſis ſalicibus, inſtru- 3
untque pellibus, nudo illarum extrinſecus poſito in modum ſoli, ne-
que puppe diſcreta, neque prora acuminata, ſed in ſpeciem clypei ma-
gis orbiculata. Tale nauigium dirigunt duo cum totidem palis, quor- 4
ſum alter introrſum palum trahit, alter exterius pellit. Aegyptii ex 5
ſpino ſuas naues fabricant hunc in modum. Ex ſpino ligna conci- 6
dunt, quae magnitudine bicubitali, tamquam lateritio opere, compo-

Digitized by Google

nunt ligno cubitali circum denſos et longos ſtipites adpendunt; vbi
hunc in modum compegerunt, deſuper frequentia tranſtra extendunt.
Commiſſuris nequaquam vtuntur, ſed introrſum compages iunco in-
7 nectunt. Gubernaculum ſcite faciunt, et hoc per nauim tranſit.
Malo quoque ſpinaceo vtuntur. HERODOT. *lib. 2. in Eut. pag. 196.*
8 Indi alueis, ex ſingulis arboribus cauatis, nauigant, quas cymbas, illi
peragnas vocant, et earum maximae quinquaginta circiter homines
9 ferunt. BENZ. *in hiſtor. nou. orb. lib. 1. cap. 2.* In Calzem fabrican-
tur naues, ſulcantes mare rubrum. Eſt autem pulcherrimus modus,
10 quo conſtruuntur. Nam carina diſtenditur in primis ſuper terram
ſatis ampla, nec prius adaptantur tabulae, partibus carinae iam conne-
11 xis, quam ſint concinnatae, et tunc quidem conſtringunt funibus, con-
fectis ex corticibus palmarum, et clauis affiguntur pontibus iam co-
12 haerentibus. Quibus omnibus abſolutis oblinitur nauis adipe, de-
13 ſumta ex belluis marinis, et pice minutiſſima. Naues huius maris fun-
dum habent latum, neque fiunt admodum profundae, vt poſſint eo
pacto ferre multum oneris, nec tam facile haerere breuibus. GEOGR.
14 NVBIENS. *par. qu. clim. 3. pag. 108.* Romani veteres in eo diſcrepa-
runt, alias enim naues fecerunt breues, anguſta puppi proraque, et la-
to vtero, quo facilius fluctus tolerarent, quaſdam planas carinis, vt
15 ſine noxa ſiderent, plures oppoſitis vtrinque gubernaculis conuerſas,
vt repente remigio hinc vel illinc adpellerent, multas pontibus ſtra-
16 tas, ſuper quas tormenta veherentur, ſimul aptas ferendis equis aut
commeatui, velis habiles, citas remis. &c. TACIT. *lib. 2. Annal. n. 1.*
17 Liburnae Romanorum quomodo fuerint conſtructae, explicat VE-
GET. *libr. 5. de re milit. cap. 12.* et quomodo Romani a Cartha-
ginienſibus didicerint naues fabricare, docet POLYB. *1. hiſtor.*
18 *21.* Sueonem veterum forma haec fuit, quod vtrinque pa-
ratam ſemper adpulſui frontem agit, nec velis miniſtratur nec
19 remos in ordinem lateribus adiungat. Solutum, vt in quibuſdam
fluminum, et mutabile, vt res poſcit, hinc vel illinc remigium. TACIT.
20 *de mor. Germ.* Simile Barbarorum nauigium deſcribit ALEX. *ab Alex.*
21 *gendierum lib. 4. c. 2.* De priſcis Germanis ſcribit PLINIVS *lib. 16.*
cap. 40. quod ſingulis arboribus excauatis nauigarint, quarum quae-
22 dam 30. homines tulerint. Groenlandiae cultores ſcorteis et vitilibus
nauigiis vtuntur, tutis a quaſſatione maris et ſcopulorum. ALTHAM. *in*
com.

com. TACIT. *de mor. Germ. p. 528.* Lappones et Finnones nauigia ha- 23
bent, nullis clauis, ſed neruis et viminibus compaginata. ALTHAM. *d. l.*
Quod et de Scotis ſcribit AVCTOR *Reip. Scotic. p. 91.* Vitilia nauigia ve- 24
terum Brittanorum ſic deſcribit CAESAR. *1. de bell. ciu.* Carinae pri- 25
mum et ſtatumina ex leui materia fiebant, reliquum corpus, nauium
viminibus contextum, coriis integebatur.

- - res ad miraculum,
Nauigia iunctis ſemper aptant pellibus,
Corioque vaſtum ſaepe percurrunt ſalum.

FEST. AVIEN. *in oris maritim.* Similiter LVCAN. *Pharſal. 4.* 26

Primum cana ſalix, madefacto vimine, paruam
Texitur in puppim, caeſoque inducta iuuenco,
Vectoris patiens, tumidum circumnatat amnem.
Sic Venetus ſtagnante Pado, fuſoque Britannus
Nauigat oceano. - - -

Sed quod de Venetorum nauibus addit, eius contrarium, quod ex 27
robore fuerint, refert CAESAR. *3. de bell. Gallic.* Namque, inquit,
ipſorum naues ad hunc modum factae, armataeque erant. Carinae
aliquanto planiores, quam noſtrarum nauium, quo facilius vada ac 28
deceſſum aeſtus excipere poſſent. Prorae admodum erectae, atque
itidem puppes, ad magnitudinem fluctuum tempeſtatumque accomo-
datae. Naues toto factae ex robore, ad quamuis vim et contu- 29
meliam perferendam. Tranſtra, ex pedalibus in altitudinem trabibus
confixa clauis ferreis, digiti pollicis craſſitudine. Ancorae pro funibus
ferreis catenis reuinctae. Pelles pro velis, alutaeque tenuiter con- 30
fectae, ſiue propter lini inopiam, atque eius vſus inſcitiam, ſiue, quod
eſt magis veriſimile, quod tantas tempeſtates oceani, tantosque im-
petus ventorum ſuſtineri ac tanta onera nauium regi velis, non ſatis
commode arbitrabantur. Eodem modo hodie in hoc artificii genere, 31
quot capita, tot ſenſus ſunt. Ad Lubecam, Hamburgum, Londi-
num, Amſtelodamum, et alias ciuitates maritimas, videbis quam
vbique varii excogitati exſtructionis modi. Aliae late in puppi aedi- 32
ficantur ad formam ſpeculi *Spiegel-Schiff*, aliae longis coſtis *Boiertt:* 33
Itali vtuntur plurimum galeonibus, Hiſpani Carauellis, Hollandi et
caeteri populi Germaniae omnium generum nauigiis.

Quando vero quis ſecum de certo genere deliberauit, opus 34
eſt

Digitized by Google

eſt primo, vt adſciſcat ſcientem architectum, qui in iure Naupegus.
l. 6. de iur. immun FABER, *l. 13. §. 1. d. man. teſtam.* vocatur. Eſt
35 enim inter artifices longa differentia et ingenii, et doctrinae, et inſtitu-
36 tionis. *l. 31. de ſolut.* Hinc ſi quis a ſe fabricandam nauim promiſerit,
ſi hoc per alium faciat, non liberatur, non conſentiente ſtipulatore.
37 *d. l. 31.* DYN. *in reg. iur. quodquis per al. in 6.* Solent enim in
omni opere plerumque tres perſonae concurrere, dominus, qui
liberaliter impendit, ſtructor, qui fabrili ſubtilitate conſarci-
nat, architectus, qui venuſtam proportionem inuenit. CALVIN.
38 *in lex. iur. v. Architectur.* Hic debet graphice, hoc eſt, lineamen-
torum ductu, vmbratili pictura, formam deſcribere, et deinde iuxta
39 ichnographiam opus adgredi. Quodſi in modo fefellerit, et ex alio-
rum architectorum iudicio, quod ſuper hoc exaudiri debet, *l. 12. §. 1.
C. de prox. ſac. ſcrinior.* condemnatus fuerit, vtili actione *ſi menſor fal-*
40 *ſum mod. dix.* tenetur, *l. fin. §. 3. ſi menſ. falſ. mod.* ad id, quod inter-
eſt, dum tamen de dolo vel lata culpa conueniatur. *arg. l. 1. §. 2. d. t.*
WESENBEC. *par. d. l. n. 5.* Caeterum ſibi imputare dominus debet,
41 quod inidoneum adhibuit. *l. 1. §. 1. eod.* Si vero certa mercede con-
ductus quis, vt nauem aedificet, et poſtea opus vitioſum fecit pro-
pter imperitiam, quae culpae adnumeratur, tenetur actione locati.
42 *l. 9. §. pen. l. 13 §. 1. L. 51. §. 1. locat.* Nemo enim debet eius ſcientiam
profiteri, vel adfectare id, in quo ſcit, vel ſcire debet, ſuam imbecilli-
tatem eſſe periculoſam. *§. 7. ad l. aquil. 8. ff. eod.* Conſtitutus nau-
43 pegus autem quum ſolus, praeſertim ſi magna nauis futura ſit, non poſ-
ſit omnia munia obire, poteſt, quot vult, adſumere miniſtros vel ope-
rarios et qui ſerui vſum habet, poteſt eo vti ad fabricandam nauem,
44 *l. 12. §. fin. de vſu et hab.* Quaeritur ſi duobus fabris qui nauim fabricaſſent
45 quid adſcriptum ſit, ſi alter faciat, valeat adſcriptum? *R.* VLPIAN. *in*
46 *l. 13. §. 1. d. man. teſt.* quod regulariter, alter alterius facti conditio-
nem iungere non poſſit, quae res efficiat, vt quoad alter ceſſet, al-
47 teri quoque, qui facere paratus eſt, conditio deficiat. Quod ſi ex his,
quae dixit vel ſcripſit, oſtenditur, contentum fuiſſe teſtatorem, vel
48 alterum facere, res eſt expedita. Nam alter faciendo aut ſibi et ſo-
cio proderit, aut ſibi tantum, prout voluiſſe teſtatorem adparuerit.
49 In teſtamentis enim voluntatem defuncti principaliter ſpectamus.

50 Secundo, vt idoneam nauibns comportet materiam. Omnis
illa

Digitized by Google

illa materia, ex quibus aedificia et naues fiunt, in iure tigni adpella-
tione venit, *§. 29. d. R. D. l. 7. ſſ. 10. eod. arg. l. 1. §. 1. d. tign iunct.* 51
Plurima vero materies nauis eſt lignum. Nec enim apud nos, ſicut
apud Aegyptios, et olim Indos, naues conficiuntur ex arundine, vel 52
eius internodiis, *Eſai. 18. v. 2. l. 55. ſſ. 5. d. legat. 3.* SALMAS. *lib. de* 53
vſur. cap. 11. pag. 298. vel ex papyro et ſcirpo, BOTER. *lib. 8. d. polit.*
cap. 3. PLIN. *lib. 7. cap. 50.* vel ex ſpino, HEROD. *lib. 2.* nec ex co- 54
rio, vel pellibus, queis vſi Babylonii, HEROD. *lib. 1.* et olim Bri- 55
tanni, PLIN. *d. l.* quique dicuntur a Solino alueos ambitione tergo- 56
rum bubulorum circumdediſſe, hodie Indi, quale nauigium memini
me vidiſſe in antiquario, quod in horto medicorum Lugduni Batauo- 57
rum conſpicitur. Multo vero minus fictilibus, quas praeter papy-
raceas olim etiam vſurparunt Aegyptii, teſte SATYRICO. 58

Paruula fictilibus ſolitum dare vela phaſelis,
Et breuibus pictae remis incumbere teſtae.

aut ex vitro. Licet enim ſe vidiſſe Venetiis triremes ex vitro, teſte-
tur BOTER. *d. l.* puto tamen magis ingenii oſtentandi gratia, quam 59
ad idoneum vſum, comparatas fuiſſe. Quod vero lignum aptiſſimum
iudicatur? Ad liburnarum vſum idonea pinus, PLIN. *lib. 16. cap. 10.* 60
alias abies expetitur. PLIN. *d. l.* In Aegypto et Syria reges, inopia 61
abietis, cedro ad claſſes feruntur vſi, PLIN. *d. l. cap. 40.* vti et Tyrus. 62
Ezech. 27. v. 6. Circa Nilum ſpino arbore vſi: HERODOT. *lib. 2.* alii
cupreſſo *l. 26. de A. R. D.* Quidam adhibent ebenum: PLIN. *d. l.* 63
Alexandri M. comites prodiderunt, in Tylo Rubri maris inſula, arbo-
res eſſe, ex quibus naues fierent, quas ducentis annis inuentas du- 64
rantes, et ſi mergerentur, incorruptas fuiſſe. PLIN. *d. l. cap. 41.* Na-
uium malis, antemniſque propter leuitatem praefertur abies. *id. c.* 65
39. Hodie promiſcue quercus, abies, pinus, &c. adhibentur. 66

Ligno conuecto, illud adpoſite in trabes et aſſeres, PLIN. *lib.* 67
16. cap. 10. qui in iure vocantur tabulae nauis, *Plancken*, *§. 25. de R.*
D. l. 7. ſſ. 7. l. 26. pr. de A. R. D. ſecatur, et variis vſibus praepara- 68
tur. Poſtmodum Nauale, (*Laſtadie, Arſenal*) locus commodus, mari 69
vel flumini vicinus, ad ſtructuram eligitur. Nauis enim magnam 70
molem in ſe continet, vnde difficulter, ſi longo ſpatio a mari aedifi-
cetur, illud ingredi poteſt. Et ita aggreditur artifex opus, format- 71
que corpus cupreſſeum, *l. 26. de A. R. D.* vel alterius ligni. Fun-

Digitized by Google

72 dat autem ſumma cura carinam, infimam nauis partem eamque lon-
gam et perpetuam a prora vsque ad puppim, ſimilem ſpinae in dor-
73 ſo hominis aut alterius animantis. Nam vt ſpinae vtrinque adhae-
rent coſtae, ita in carinam vtrinque tabulae infiguntur, et proinde
carina totius fabricae velut fundamentum et ſtatumen eſt, *arg. l. 24.*
74 *§. fin. d. legat.* eiusque cauſſam totius nauis proprietas ſequitur. *l. 61.*
d. R. V. Carina, quo latior erit, eo ponderum erit tolerantior, ex-
tenuata et reducta velocior, ſed niſi indideris plurimum ſaburrae, va-
75 cillabit, ampla aptior vadoſis, gracilis alto mari ſecurior. THOLOS.
76 *in Synt. rer. mem. lib. 26. cap. 6.* Iuxta Carinam ab vtraque parte
extenduntur Zonae ſeu compages, *die Barchzolter*, quae latera nauis
77 conficiunt. In medio nauis, velut centro, collocatur malus, et hinc
a principio prora, a fine puppis aedificatur, in qua ſpatium aliquod
ſeu conclaue ſolet fabricari, a promiſcuo nautarum ingreſſu ſepara-
78 tum, et nauis magiſtro, mercatoribus, aliisque honeſtioribus perſo-
nis, et eorum ſuppellectili reſeruatum, vulgo dictum Caſteria, *die Ka-*
79 *iute*, et iuxta eam, ſicut etiam ad latera prorae, cubilia nautarum
80 *die Koyen*, ſtruuntur. Sic naui perfecta, minimo labore in aquas de-
mititur, adhibito inſtrumento machanico, *eine Schruve*, poſt puppim
81 in terram defixo, quo leuato, et naui a laborantibus vnica vice mo-
82 ta, ocius Euro vndas intrat. Vocatur illa machina Helix, eſtque
cochlearum inſtar clauiculatim ſpiratimque ſtriata, cuius circumductu
83 attolluntur et ſuſtinentur grauiſſima pondera. Harum machinarum
vſum primum inueniſſe Archimedem, teſtatur ATHENAE *lib. 5. dei-*
84 *nopſ.* BOTER. *de polit. lib. 8. cap. 3.* Non inſcite ergo LEO BAPTIST.
ALBERT. *lib. 5. rei aedif. cap. 12.* LIL. GIRALD. *de nauib. cap. 3.* pro-
nunciant, nauium fabricandarum exempla veteres et lineamenta du-
xiſſe a piſcibus, ita vt ab illorum dorſo carinam, a capite proram, a
85 cauda temonem, a brachiis remos formauerint. Alii ab auibus ra-
tionem extruendi et regendi naues deducunt: vnde Poetae vela alas
86 vocare ſolent. Quando ita in aquis conſiſtit, commiſſuras et rimas
muſco ferruminant, antennas conficiunt, rudentibus armant, vela
adpendunt, pice inungunt, et ad maris pericula inſtruunt. Maio-
87 ribus nauibus roſtrum, quod eſt prora faſtigiata, Gallion, adſolet ad-
di, inde forſan dictum, quod roſtra quorundam animalium ſimilitu-
88 dine exprimeret. SNELL. *in prolegom. Typhon. Batau.* Haec Ro-

mani

mani ex aere fecerunt, vnde naues aeratae, roſtratae, Graecis χαλ- 89
κήρεις et χαλκέμβολοι. VIRGIL. *lib. 9.*

Quod prius aeratae ſteterant ad littora puppes:

IAC. DALECHAMP. *in adnot. ad Plin. lib. 16. cap. 14.* Heroicis enim 90
temporibus nauium roſtra non fiebant ex aere. VOSS. *in inſtit. orat.*
lib. 5. pag. 418. Roſtra autem non vnius, ſed plurium ſaepe dentium 91
fuiſſe docet, VIRGIL. *5. Aeneid.*

Conuulſum remis roſtrisque tridentibus aequor.

VEGET. *lib. 5. de re mil. cap. 13. ibique* STEWECH. depictas tales proras
roſtratas habent. Roſtratam coronam M. Varro ab Cn. Pompeio, 92
Agrippa bello Siculo ab Auguſto accepit, quod in conflictu naualis
pugnae, in naues hoſtium primi inſiluiſſent. ALEX. *ab Alex. lib. 4.*
gen. dier. cap. 18. PLIN. *lib. 16. cap. 4.* Romani roſtra deuictarum 93
nauium olim in aede Iunonis veteri fixerunt. LIV. *lib. 10. v. 2. in fin.*
poſtea tribunali praefixa, fori decus fuerunt, veluti populo Romano 94
impoſita corona. PLIN. *d. l.* Illud etiam obſeruandum, quod naues 95
olim παράσημον et tutelam habuerint. Inter quae haec erat differen- 96
tia, quod παράσημον erat in prora, et ab eo nomen nauis habebat,
eratque vel DEVS, vel Heros, beſtia, aut aliud quid. Sic nauis A-
lexandrinae, in qua Paulus Romam vectus eſt, inſigne erat Διόσκου- 97
ροι, Caſtor et Pollux. *Act. 28. v. 11.* Bellerephontis nauis Pegaſum
praetulit. Alii piſtricis, centauri, equi, draconis inſignia habue- 98
runt. NAT. COM. *mythol. lib. 8. cap. 23.* In Lybia Hirci et capri tule-
runt nomina. ALEX. AB ALEX. *gen. dier. lib. 4. cap. 2.* Tutela vero 99
ſtatuebatur in puppi vel apluſtri, et ſemper erat ex Diuorum nume-
ro: veluti Iupiter, Neptunus, Aeolus, Naiades &c. MONTAN. *tr.*
de iur. tut. cap. 1. num. 22.

Ingentes de puppe DEI.

PERS. *in Satyr.* Θεοὶ, Φοίνικες οὓς ἱςᾶσι κατὰ τὰς πρύμνας. τῶν νεῶν. 100
HESICHIVS *ait*

et OVID.

Eſt mihi, ſitque precor, flauae tutela Mineruae:
Nauis et a picta caſſide nomen habet.

Vbi caſſis erat παράσημον et nomen nauis: Minerua autem Dea tu- 101
telaris. Hodie illa differentia vbique non obſeruatur, plerumque
enim naues a ſigno puppis nomen accipiunt. Graeci ea nomina ſum- 102

ſerunt ab inſulis vel ciuitatibus. Ita Gnidurgis, ex Gnido nauis dicta.
103 Samena, quae ex Samo rotundae figurae. Parona, quae ex Paro, et
Corcyrion ex Corcyra. ALEX. AB ALEX. *gen. dier. lib. 4. cap. 2.* Idem
104 Hollandi faciunt, *das Schiff von Seeland*, *Holland*, *Amſterdam*, *Rot-*
terdam, *Delfft &c.* In aliis maritimis ciuitatibus vſitatum, vt naues
vel Samſonem, Ionam, Herculem. M. Chriſtophorum, Diu. Mariam,
105 vel vnum ex 12. Apoſtolis &c. pro inſigni habeant. Alibi nomina virtu-
tum, veluti iuſtitiae, ſpei &c. vel alia ludicra, et ſeria emblemata, le-
106 guntur, *Wagehalſs*, *S auaſt*, *Bit mi nicht &c.* Locus, cui nauis no-
men inſcribitur, dicitur oculus. ROS. *10. Ant. Rom. 20.*

107 Illa non eſt ſine voluptate diſputatio, an naui plus magnitu-
do vel exiguitas conducat? Quam quaeſtionem antequam enodemus,
ſuſpenſis animis mirari cogimur immenſae illius arcae, quam ad iuſſum
108 omnipotentis DEI Patriarcha Noachus exſtruxit magnitudinem. Illi ſimi-
109 lem nullus rex animo concipere, nedum fabricare valuit, licet quorun-
dam magnatum in eo ſaepe praeceps errauerit cerebrum. Quum enim
a maiorum inſtitutis vitaeque integritate genus humanum petulanter
abſcederet, nec vllis monitis vel exemplis ad honeſtioris vitae vias
110 ſe reduci pateretur, indignatus DEVS ter opt. max. nequitiam, res
deſperatas aeternis tenebris immergere ſtatuit, et laſciuientis impro-
bitatis notas vniuerſali cataclyſmo eluere. Noachum igitur ad *ναυ-*
πηγίαν inſtruxit, et quemadmodum vnumquodque fieri, et mun-
111 di depoſitum cuſtodiri vellet, oſtendit: quae animantia in ſe-
men reſeruari, quotque ſingulorum generum in arcam admitti,
112 vbi et quemadmodum ſtabulari oporteret, edocuit. Saeculum inte-
grum durauit ea nauigii molitio, quam a forma *κιβωτον*, arcam di-
cimus. Corporaturam et arcae modum DEVS quoque ipſe ita prae-
113 ſcripſit. Trecentorum, inquit, cubitorum eſto arcae longi-
tudo, quinquaginta latitudo, et triginta altitudo eius, ampliſſimo
ſane et maximo ſpatio; vt podiſmus eius e longitudine et latitudine
maior ſesquiiugero Romano deprehendatur. *Vid. prolix. cap. 6. Geneſ.*
114 Ita, vt conueniens *συμμετρία* longitudinis ad latitudinem fuerit pro-
portio ſexcupla, ad altitudinem decupla. MATTH. HOSTVS *tom. 3. cap. 4.*
n. 42. facta collatione ad noſtratem menſuram, eruit, iuxta communem
cubitum fuiſſe longitudinem perticarum triginta vnius et praeterea
115 quatuor cubitorum cum quinque digitis: latitudinem vero quinque
perti-

perticarum cum duobus cubitis et vndecim digitis: altitudinem trium
perticarum, cubiti vnius cum nouem digitis. Et hac ratione aream 116
interiorem continuiſſe perticas quadratas centum quinquaginta, ducta
latitudine in longitudinem: et ſi altitudo trium harum perticarum in
hanc aream ducta fuerit, totam arcae cauitatem interiorem habuiſſe 117
perticas denarias 450. cubicas. Quod ſane ſpatium ampliſſimum fuit,
recipiendis tot animalibus. Vnde non inconcinne in Hebraeo THE- 118
BACH vocatur, quod eſt aedificium ſumma cura elaboratum, et in cel-
las ac domicilia, tamquam certas regiones et cameras, diuiſum. Rin-
nim enim nidum ſignificat, quod ſcilicet haec domicilia et cellae
veluti nidi fuerunt. Intelligendum autem, has manſiunculas ad duos 119
parietes vtrinque dextra laeuaque in tribus coenaculis et tabulatis ita
diſpoſitas fuiſſe vt inter vtrasque in medio omnium tabulatorum tranſi-
tus ſatis amplus relictus per quem meare et remeare, animalia in cel- 120
lis viſere, et paſcere licuerit. Feneſtra huius arcae non in ſummitate
tecti vel lateribus fuit, ſed in fronte ſupremi coenaculi, qua arca in
longitudinem illuminaretur. Tectum ipſum in arcus vnius cubiti al- 121
ti formam incuruatum, ad excipiendas et effundendas pluuiarum aquas.
Oſtium vero in medio 13 forte aut 14. a fundamento cubitis fuiſſe 122
veriſimile eſt, quum arca ingens vexerit onus, et ideo ad decem aut
amplius cubitos in aquam demerſa, natarit. Scitiſſime de hac arca 123
CASP. BARTH. *part. 2. poemat. lib. 1. eleg. 4. canit:*

Haec ratis, haec domus eſt, quam deſuper imbribus aether
Perpluet: haec mediis tuta feretur aquis.
Haec eſt diluuio mundi pereuntis imago:
Haec eadem terrae ſcena natantis erit
Nil aliud toto reliquum ſeruabitur orbe:
Quasque vehet clauſas vnica puppis opes.
Qui videt hanc, diſcat prudens ſua fata necesque,
Et cauſſam luctus colligat inde ſui.

Parum quidem fidei apud curioſos homines haec merentur, ſed hi tempe- 124
rent ſibi ab improuido hoc iudicio, ne opera diuina ad rationis ſuae de-
cempedam exigant. Ad exemplum tamen eius, vt immodica eſt mor- 125
talium ambitio, inuenti reges ſunt, qui ſuperbas in mari arces exſtruere,
ingenium et diuitias oſtentare voluerunt, PTOLOMAEVS PHILADELPHVS,
qui reges multos opibus antecelluit, et quae molitus eſt ac edidit, omnia 126

ſummo ſtudio, honoris et gloriae cupidus, magnifico ſumtu abſoluit.
127 *Nauium profecto multitudine ſuperauit omnes, ampliſſimae apud eum*
fuerunt ordinum triginta, duae, ordinum viginti, vna quatuordecim
128 *ordinum, quatuor, duae ordinum duodecim, vndecim ordinum qua-*
129 *tuordecim, nouem ordinum triginta, ſeptem ordinum triginta ſeptem,*
ſex ordinum quinque, ſeptendecim quinqueremes, quadriremes, triremes,
et hemioliae, duplo plures. Nauigia vero, quae ad inſulas dimitteban-
tur, ſuaeque ditionis vrbes, et Lyciam, plura quam quatuor millia
130 *fuere. Hunc* PTOLOMAEVS PHILOPATOR, *huius nepos, nauigii magni-*
tudine longe ſuperauit. Nam e Callixino, referente ATHENAEO *lib. 5.*
DEIPNOSOPH. *cuius integra verba, quia haec non vbique occurrunt, ſe-*
131 *quemur, ordinum quadraginta nauim aedificauit, longam ducentos octo-*
ginta cubitos, ab aditu altero in alterum latam octo et triginta. Ad
acroſtolion vsque octo et quadraginta cubitorum altitudo fuit, eius vero
132 *partis quae e puppis tabulis ad mare vsque demittitur, cubitorum quin-*
133 *quaginta trium. Claui fuere quatuor cubitorum triginta, remi longio-*
res ad puppim inſerti, horum maximi octo et triginta cubitorum, tra-
134 *ctatu et remigio in vſu faciles, ob plumbum ad manubrium additum, et*
quia, qua nauis lateribus adiunguntur, introrſum adprime graues forent.
135 *Duplex in ea tum prora, tum puppis fuit, roſtra vero ſeptem, prae-*
cipuum quidem vnum, exſtans praeter caetera, alia breuiora, et con-
136 *tractiora, quaedam ad laterum proiecturas. Nauis coſtae et tabulata*
duodecim fuerunt, ſingula cubitorum ſexcentorum, ſtructura ſuper
modum eleganti, ſed valde mirificis et reliquis eius ornamentis. Ete-
137 *nim in prora et puppi animantium imagines fuere, cubitis non minores*
duodecim, quiuis in ea locus cereae picturae verſicolori varietate diſtin-
guebatur. Ea vero pars in qua remi collocantur, ad carinam vsque
138 *thyrſis et hederacea fronte operta fuit. Armorum quoque multus et*
inſignis fuit ornatus. Is videlicet vt nauis partes, quae opus haberent,
implerentur, Rex cum curauiſſet, et nauis in mari curſum experiri
139 *vellet, ſuper quatuor millia remigum illa excepit, mediaſtinos et admi-*
niſtras operas quadringentas, claſſiarios milites in fores ter mille, demtis
centum quinquaginta ſubtranſtris, in media nauis parte, aliam ſeorſim
hominum turbam, commeatum nauticum non exignum. Ex Eſchario
140 *quodam principio protracta eſt, compacto, vt aiunt, ex materia quin-*
queremium quinquaginta, populo cum fauſtis adclamationibus et tubis
in

in mare perducere conante. Phoenix vero quidam poſtea rationem ex- 141
cogitauit, qua duci poſſet foſſa, quae longitudine naui par eſſet, ſub-
iecta, prope littus excauata. In hac iacta fundamenta ex ſolido la-
pide ſubſtruxit ad altitudinem cubitorum quinque, deinde per illa con-
tinua, phalangas trāsuerſas impulit, ſub quibus ad fundum vsque qua-
tuor cubitorum ſpatium relinqueretur, tum immiſſo mari eius aqua effoſ- 143
ſum totum locum impleuit, ac in eum facile quorumlibet hominum labore
nauem induxit, obturato maris acceſſu, quem aperuerat. Aquam vero
marinam, quam aquis hauſerat, inſtrumentis et hauſtris exantlauit, 144
quod vbi perfecit tuto ſuper phalangis, quas diximus nauis ſtabilita eſt.
IDEM PHILOPATOR *et aliam locauit faciendam, qua in Nilo flumine naui-* 145
garet, Thalamegum nomine. Eius longitudo fuit dimidii ſtadii, lati- 146
tudo maior, quam cubitorum triginta. Altitudo cum tabernaculi ſub-
iecto faſtigio parum a quadraginta cubitis aberat. Figura nec longas
naues imitabatur, nec rotundas, ſed ab illis diuerſa, pro vſus commo-
ditate et altitudine fluuii, inferne quidem ad carinam lata et humilis, 147
ſublimi vero mole, at eius ſummae partes praecipue ad proram, multum
extendebantur, reflexum tamen rectis conſtare lineis adparebat. Duplex
eius prora duplexque puppis fuit, in altum excelſa, quia ſaepe in fluuio 148
valde elatus fluctus allidatur et irruat. In eius alueo media caenationes 149
et cubicula conſtructa fuere, et ad vitam degendam vtilia reliqua, in
ambitu vero nauis ad latera tria duplex ambulatio fuit, non minore circuitu,
quam iugerum quinque et inferioris quidem humoque proprioris ſpecies
ac diſpoſitio porticui ſimilis fuit, quam columnae ſuſtinebant, ſuperior 150
autem et a terra diſtantior camerata, feneſtris feneſtrarumque inter-
ſepimentis vndique circumdata. Ambulatio prior, nauem ſubeunti-
bus ad puppim porrecta, in orbum verſus illa patebat, quae e regione
ſita erant. In ambulationis illa parte, quae ex aduerſo prorae adiecta 151
fuit, veſtibulum conſtructum erat ex ebore, aliaque materia pretioſiſ-
ſima. Hoc transeuntibus veluti proſcenium occurrebat, ſic aptatum, vt 152
poſitu ſuo a lacunari ſtatim vlteriora obtegeret, itidemque rurſum in
lateris medio proram verſus a tergo deambulantium, par velum pro-
pendebat. In ambulationem ducebant fores quatuor valuis cluſiles. Dex-
tro ſiniſtroque latere valuae illae fuerunt, maior vt eſſet adeundi com- 153
moditas. His adiuncta fuit maxima domus, vno tantum columnarum 154
ordine circumuallata, quae lectos viginti capiebat, maxima aedificii
parte

Digitized by Google

155 *parte e cedro ſiſſili materiata, cupreſſoque Mileſia. Fores per ambitum*
numero viginti, ex aſſamentis Thyiae coagmentatae fuere, cum ebur-
neis ornamentis. In earum fronte clauis oſtiorumque miraculis, et an-
nulis ex aere rubro conflatis, color aureus igne adſcitus eſt. Columna-
156 *rum ſcapi e cupreſſo fuere, capitula operis Corinthiaci, auro et ebore*
ornata. Epiſtylium totum aureum, cui Diazosma adoptatum fuit, cum
inſignibus animantium imagunculis eburneis, cubito maioribus, artifi-
157 *cii mediocris, ſed numero materiaque admirandis. Coenationi tectum*
ſuperſtabat elegans quadratum, e Cypreſſi ligno cum variis ornamen-
tis ſculptis, inaurata ſuperficie. Coenatui propinquum fuit dormitori-
159 *um cubiculum cum lectis quinque, cui coniunctus fuit anguſtus canalis,*
in latum per nauis aluum diſtentus, mulierum conclaue dirimens, in
quo coenaculum fuit cum lectis nouem, ſumtu et magnificentia par ma-
160 *iori, ac cubiculum cum lectis quinque. Ad primum vsque tectum haec*
ita diſpoſita fuerunt. At in ſcalas cubiculo vicinas vbi quis aſcendiſſet, alia
domus occurrebat, inſtructa quinque lectis, conuexa tecti ſummitate,
161 *figura rombo ſimili, et prope ipſam aedes Veneris camerata, in teſtu-*
dinis rotundum faſtigium deſinente cacumine, in qua marmorea Diuae
ſtatua fuit. E regione huius domus aliud coenaculum fuit ſumtuo-
ſum, vno columnarum ordine circumſeptum, columnis e lapidibus Indi-
162 *cis constructis. Huic propinquâ etiam cubicula, iis, quae antea de-*
163 *clarauimus, ornatu ſimili reſpondebant. In proram euntibus Bacchica*
domus ſubiacebat, vno columnarum ordine cincta, inauratis ſuggrundis
vsque ad epiſtylia circumdantia. Tecti fabrica eadem quae et aedis Ve-
164 *neris. Ad huius aedificii dextrum latus antrum effoſſum fuit, eo pror-*
ſus colore, qui videtur in lapideo caementitioque opere, ex veris lapi-
dibus et auro confectum. In eo regiae cognationis ac ſtirpis imagines e-
165 *rant collocatae ex Lychnitide lapide. Fuit et alia caenatio perquam a-*
maena, ſuper maximo domus tecto poſita, ordine ac forma tentorii, non
illa quidem proxime tecto incumbens, verum interuallo quodam ſeiun-
166 *cta, et accurato flexu diſtenta. Aduerſo flumine quum nauigabatur, au-*
lea in ea expandebantur purpurea. Caenationem hanc ſuſcipiebat locus
ſubſidialis, cuius in ſuperiori parte nauis ea collocatio fuit, quae ſub-
167 *iecta Proſtatis. Huic vicina fuit ſcala tortilis, quae ad occultam am-*
bulationem tendebat, et caenationem nouem lectis inſtructam, fabricae
diſpoſitione Aegyptiam. Aedificia quoque alia multa in media mole alui
nauis,

Digitized by Google

nauis, et in cunctis eius partibus fuere. Malus eius cubitorum ſeptua- 168
ginta fuit, velum byſſinum, purpureis funibus ornatum. Has facile o-
mnes Hieronis Syracuſarum tyranni nauis, cuius fabricae Archimedes 169
geometra, curator et praeſes fuit, anteiuit. Ad materiaturam, (ex 170
Moſcione ATHENAEVS *d. l. narrat.) ligna ex Aetna comparata ſunt, quae*
ad conficiendas triremes ſexaginta ſufficerent. Ad manum illa vt fue- 171
re, et claui ad coſtas tabulae, arrectoriaque ſtatumina, et alios vſus ido-
nea materies, populea quidem ex Italia, rudentes ex Iberia, cannabis
et iuniperus ab Rhodano, aliaque omnia vtilia vndique, fabros et opi- 172
fices alios conduxit, praefecto illis omnibus architecto Corinthio Archia,
fabricam alacres vt adgrederentur cohortatus, in eo opere toto die ipſe
perſiſtens, et adſiduus. Dimidia nauis pars ſex menſibus abſoluta eſt, ea 173
parte quae compingebatur, ſemper laminis plumbeis tecta, trecentis o-
peris materiam tractantibus, praeter ſuos adminiſtros. Abſolutam
Hiero eam partem in mare detrahi iuſſit, et tantiſper dum fluctibus ma-
deret, alteram perfici. At in detrahenda quum plurimum eſſet difficul- 174
tatis ac dubitationis, Archimedes machinarius paucis inſtrumentis eam
deduxit, excogitata Helice machina, qua tantum nauigium in mare
pertraxit. Helicem enim primus inuenit Archimedes. Vbi vero ſpa-
tio menſium ſex alteram nauis partem ad finem perduxere, tota nauis 175
clauis aeneis confixa eſt, multis pondo librarum decem, aliis ſeſcuplo 176
grauioribus, qui coaſſamentis terebra pertuſis adaptari, coſtarum na-
uis tabulas continerent, tegulis plumbeis ad lignum firmius adſtricti,
ſubditis cum pice linteolis. Vt igitur ſuperficies exterior elaborata 177
fuit, interioris ſtructuram adortus eſt. Viginti remorum ordines
in ea naui fuerunt, aditus triplex, infimus quidem ad ſabur- 178
ram, in quam per crebras ſcalas deſcendebant, alter iis qui vellent ad
diaetas accedere, patebat, vltimus ad militum armatorum ſtationem ten-
debat. Ad vtrumque parietem aditus medii diaetae fuerunt, numero
triginta viriles; quatuor lectis ſtratae. In nautarum diaeta lecti quin- 179
decim fuerunt, et thalami tres, ſinguli tribus lectis ſtrati, quorum thala-
mus vnus, ad puppim culina fuit. Horum omnium ſolum exiguis quadris lapi- 180
dum omnifariorum pauimentatum fuit, in quo Iliadis tota fabula depicta con-
ſpiciebatur, miro in omnibus artificio ſtructurae, tecti, feneſtrarum, et ianua-
rum. In aditu ſupremo Gymnaſium fuit, et ambulationes, ea conſtitutione, quae 181
nauis magnitudini congrueret, in his horti omnibus plantis ad miracu-

lum vsque conſiti, quibus lateritio plumbeove canali aqua per
182 ambitum ſuppeditabatur: praeterea ex alia hedera et vitibus atte-
giae et trichilae, quarum ſtirpium in doliis terra plenis quaedam ale-
bantur, hortorum modo rigatis. Subiectas ambulationes attegiae inum-
brabant. Poſt haec ad Veneris voluptates Aphrodiſium exſtructum
183 fuit, tribus lectis inſtructum, pauimento ex Achate, gemma, et
aliis pulcherrimis, quaecunque in Sicilia reperiuntur, compoſito, mate-
ria tecti e cupreſſo, ianuarum ex ebore et thyia: picturis, ſtatuis, va-
184 riis poculis, ſupra quam credi poſſit, exornatum. Continens huic fuit
Scholaſterium, cum lectis quinque, materia buxea parietum, et ianua-
rum in eoque Bibliotheca, et in ſummo tecti faſtigio Polus factus ad imi-
185 tationem Solarii, quod Achradinae fuit. Balneum quoque ibidem fuit
cum caldariis tribus aeneis, et ſolio e Tauromenite lapide, vario, quod
186 metretas quinque capiebat. Aedificatae quoque fuerunt multae cellae
vectoribus, ac ſentinae cuſtodibus, et ab his ſeparatis equi in ex vtro-
que nauis pariete decem et in his pabulum equis repoſitum, cum equi-
187 tum et puerorum ſarcinis. Aquae fuit in prora conceptaculum, quod
claudi et recludi poſſet. Capiebat metretas id bis mille, ex aſſeribus,
188 linteolis, et pice confectum. Prope hoc piſcium viuarium e plumbeis la-
minis et aſſerum tabulis, quae obſerari poſſent, conſtructum, maris aqua
189 plenum, in quo piſces multi nutriebantur. E muris vtrinque tigna
prominebant, interuallo mediocri diſtantia, ſuper quibus conſtructa
erant lignaria, clibani, culinae, molae, et aliae plures miniſteriorum
officinae. Extrinſecus nauem circumibant Atlantes cubitorum ſex, mo-
lem ſummi tabulati et triglyphorum ſuſcipientes, ordine locati omnes.
190 Tota vero nauis conuenientibus picturis ſpectantium oculos ad ſe conuer-
tebat, turribus octo munita, quae magnitudine ſua ad nauigii molem
quadrarent, duabus in puppi, totidem in prora, caeteris in medio. Ha-
192 rum ſingulis adnexae antennae, et ſuper his aperta foramina, quibus in
193 accedentes hoſtes ſaxa deturbarentur. In vnamque turrim adſcendebant
iuuenes quatuor armati, ſagittariique duo. Turrium pars interior
194 ſaxis atque ſagittis oppleta fuit. Super nauis foris murus praeterea
cum propugnaculis exſtructus fuit, et in eo iaciendis ſaxis collocata ma-
china fabricata ab Archimede, lignis in tria veluti crura diuiſis ſufful-
195 ta, quae ſaxum trecentarum librarum pondo, ac ſagittam cubitorum
duodecim vibraret, et vtrumque id telum ad ſtadii longitudinem, per
fora-

foramina in craſſis trabibus exſculpta, aeneis catenis ſuſpenſa. In naui mali tres fuere, et horum ſingulis aptae antemnae duae, lapides ferentes ex quibus vnci, plumbeaeque maſſae iacerentur in hoſtem oppugnantem. Ferreum quoque vallum naui circumiectum fuit, quod adſcendere conantes arceret cum ferreis coruis per totum ambitum, qui instrumentis proiecti naues hoſtium correptas propius admouerent, vt faciſius laederentur ac ferirentur. Ad vtrumque murum ſexaginta iuuenes conſiſtebant toto corpore armati, totidemque ad malos et antennas, quae ſaxa ferebant. In malorum carcheſiis aeneis, primo quidem viri tres, in reliquis deinceps vno pauciores. His pueri ſaxa caniſtris textilibus, et ſagittas trochleis ſubminiſtrabant in thoracia. Quatuor nauis anchoras habuit ligneas, ferreas octo. Ex malis nauis ſecundus et tertius facile reperti ſunt, primus difficulter in Britanniae montibus ab homine quodam ſubulco. Philias Tauromenites machinarius eum in mare deduxit. Sentina porro, quamuis profundiſſima, ab vno quidem homine exhauriebatur cochlio, quod Archimedis inuentum fuit. Nauis ea principio Syracuſia vocata eſt, deinde quum ad Ptolomaeum Hieroneam miſit, Alexandrina. Minores eam naues comitabantur, primum quidem Circurus, qui tria millia talentorum portaret, totusque ramis agebatur. et cum eo ſcaphae ac piſcatoriae nauiculae plures, mille talenta et quinquaginta vehentes. Turba vero non fuit in his minor, quam ſupra dicta. Ad proras enim ſexcenti quae mandabantur obſeruabant, quae vero ſcelera in nauibus patrabantur, de iis iudicabant nauicularius ſiue gubernator et proreta, iique ſecundum leges Syracuſiorum ius reddebant. Frumenti nauibus modios ſexageſies mille impoſuerunt, ſalſamentorum Siculorum orcas decem mille, carnis vigeſies mille, aliarum ſarcinarum tantumdem, et praeter haec illorum qui nauigabant commeatum. Portus vero, qui nauem excipere poſſent, et qui periculoſi forent, Hiero quum intellexit, Alexandriam munus ad regem Ptolomaeum mittere decreuit, quod ibi frumenti tum eſſet penuria, miſitque. Nauis autem in Alexandriam remulco deducta eſt, Hieroque Archimelum epigrammatum poetam, ob epigramma de illa naui ſcriptum, donauit honoris ergo mille tritici modiis, quos Athenas in Piraeum portum ſumtu ſuo perferendos curauit. Epigramma hoc eſt:

196 197 198 199 200 201 202 203 204 205 206 207

Ecquis tabulatorum tranſtrorumque prodigioſam hanc molem in terra ſtatuit? qualis

Princeps indefeſſis rudentibus in mare deduxit?
Quo modo carinis impactae ſunt hae tabulae? qua ſecuri
Clauis dolatis ingens hoc aedificium perfectum fuit?
Aetna quidem huic vertice par eſt: et cuidam ex inſulis
Cycladibus quas amplectitur Aegei maris vnda:
Parietibus aequa latitudine vtrimque excelſis, hoc quidem nonne gigantes
Vt in coelum ſibi viam patefacerent, fabricati ſunt?

208 Hanc tamen Syracuſiam nauim Romani tranſcendiſſe videntur, fabri-
catis nauibus, obeliſcis Alexandria Oſtiam vsque transuehendis. Su-
209 per omnia (*inquit* PLIN. *lib. 36. c. 9.*) acceſſit difficultas mari Romam
deuehendi, ſpectatis admodum nauibus. Diuus Auguſtus priorem
aduexerat, miraculique gratia Puteolis naualibus perpetuis dicaue-
210 rat, ſed incendio conſumta eſt. Altera, quae ex Aegypto Caii Prin-
cipis iuſſu, obeliſcum in Vaticano circo ſtatutum, quatuorque trun-
cos lapidis eiusdem ad ſuſtinendum eum adduxit, admirationis prae-
211 cipuae fuit, CXXM. modiorum lentis pro ſaburra ei fuere. Longitudo
212 ſpatium obtinuit magna ex parte Oſtienſis portus latere laeuo. Ibi
namque demerſa eſt a Claudio Principe, cum tribus molibus, tur-
rium altitudine in ea aedificatis, obiter Putelano puluere aduectisque
213 PLIN. *lib. 16. c. 40.* Sacra Antigoni triremis celebris eſt, qua Ptolo-
maei Duces circa Leucollam Coae ſuperauit, eamque poſtea Apolli-
ni depoſuit. Et tamen illa neque tertiam partem, ne dicam quar-
214 tam, fortaſſe habuit nauis Syracuſiae Hieronis. ATHEN. *lib. 5. c. 7.*
Athenis non longe ab Areopago nauis fuit olim maxima, ad Panathe-
215 naeorum pompam fabricata. Eam tamen et omnes alias ſuperauit ea,
quae in Delo fuit, e cuius foris nouenis eminebant remigibus trans-
216 tra. PAVSAN. *lib. 1.* Auorum noſtrorum ſaeculo Franciſcus I. Rex
Galliae, et Henricus IIX. Rex Angliae, aemulatione ſtimulati, quum
vterque paullo capaciorem nauim exſtruere conati eſſent, et iam vtra-
217 que perfecta, omnibus rebus ad nauigationem ornata, et in mare
deducta eſſet, magnitudine ſua immobiles et ad omnem vſum incom-
modae fuerunt. BVCHNAN. *lib. 13. rer. Scoticar. p. 469.* Guſtauus I.
218 Rex Sueciae tantae magnitudinis nauem habuit, vt mille armatos,
219 nauclerosque trecentos reciperet. OLAVS. *lib. 10. c. 3.* In bello quo-
que nauali, quod Sueci cum Danis geſſerunt nauem vnam habuerunt,
(quae

(quae Magelesa a gigante *iuxta* CAMERAR. vel *Mackebloſſ, ſecundum*
THVAN. dicta) inſtar munitae arcis, tam excelſam, et trabibus inter-
mixta lana aliisque rebus firmam inſtructamque, vt ab omni vi et in- 220
iuria hoſtilium tormentorum tuta, eam iudicio maritimarum rerum
peritorum potuerit ſuſtinere, et quosuis hoſtiles impetus eludere.
CAMERAR. *oper. ſucciſiu. cent. 1. cap. 26.* THVAN. *lib. 35. hiſtoriar.*
Talem ingentis magnitudinis Galeonem exſtruxiſſe Venetos, quae 221
tamen paruo poſt tempore, mole tormentorum et aliarum rerum gra-
uata, a fluctibus abſorpta eſt, *d. l.* CAMERAR. notat. Vetus eſt mos
ciuitatis Venetae, in regum ac principum ad vrbem acceſſu Bucen- 222
taurum purpura et auro inſternere. Et haec nauis totius Senatus 223
vrbanorumque magiſtratuum capax, agitur nunc remo, nunc velis,
ſaepius remulco. Sedet Princeps in puppi auro ſtrata, aureo et ipſe 224
fere pallio amictus, adſidet ſummus ille ordo dextra et laeua, maieſtatis
et ſilentii plenus, aurum holoſericum, et, quod minimum eſt, hunc
veſtit ordinem, tibiaeque et alia id genus inſtrumenta circumſonant.
Bucentaurum ſuburbana praecurrunt nauigia, PARASCHERMOS patria 225
ſermone vocant. ZWINGER. *in theat. hiſt. lib. 2. volum. 10. p. 2414.* Lu-
ſitanos quoque firmam et ingentem nauim, quae difficulter opprimi 226
potuerit, habuiſſe in praelio cum Dienſibus, meminit RICHTER. *axio.*
polit. 225. Hodie omnibus regibus et principibus Europae in ma- 227
gnificentia nauali rex Angliae palmam praeripit. Praeterquam enim,
quod hinc inde in portubus eximiae magnitudinis naues conſpiciun-
tur, in primis eae in ſtatione regia iuxta arcem *Rocheſter* requieſcunt.
Inter eas cernitur nauis illa quae Fridericum V. Palatinum, Regem Bo- 228
hemiae in Angliam transuexit. Cuius capacitas cognoſci poteſt ex
mali craſſitie, quae tanta eſt, vt duo viri paſſis brachiis ſe attingere
poſſint. Omnes tamen antecellit praegrandis illa nauis, quam Se- 229
reniſſ. et Potentiſſ. Carolus IX. hodie regnans Brittanniae Rex, Anno
1637. in Woetwich Cantiae oppidulo exſtruere coepit, et opere ab-
ſoluto inter reliquas naues regias Rocheſtriae collocauit, vbi non ſi- 230
ne inſigni admiratione eam A. 1639. *menſe Martio* vidi. Et quia ra-
rae et ſtupendae eſt molis, ſubiiciam breuem eius deſcriptionem, ex 231
viſu, narratione, et deſcriptione Londinenſi Anglici idiomatis de-
promtam. Meretur enim noſtri aeui conditio, nauisque miracu- 232
lum, vt cum honore eius iniiciatur mentio. Longitudo carinae eſt

Digitized by Google

233 centum viginti octo pedum: latitudo interior a coſta ad coſtam qua-
draginta octo. A prora ad puppim numeratur pedes ducenti tri-
ginta duo. Eſtque illud ſingulare, quod contineat mille ſexcentas
triginta ſeptem tonnas, nec plus, nec minus, arcano et felici tempo-
234 ris omine, quod Anno 1637. aedificata eſt. Carina tantum pondus
habuit, vt viginti octo boues et quatuor equos arceſſere opus fue-
235 rit, qui ad locum ſtructurae deſtinatum traherent. Ambulacra ab
vtraque parte machinis et inſtrumentis bellicis, ſculptili labore exor-
nata ſunt. Videntur ibi duo Angeli, inſignia regis et reginae tenen-
tes. Omnia autem illa opera, ſicut et illa, quae in prora vel puppi
conſpiciuntur, auro cooperta ſunt. Lucernae ſex ſplendent, et inter
236 eas tanta capacitatis vna, vt ſex perſonas admittere poſſit. Tormen-
237 ta vehit centum quinquaginta. Anchorarum maxima continet
quater mille quadringenta pondo. Inſtrumenta ad maris vſum prae-
parata ſine numero ſunt. In roſtro nauis rex Edgarus equo inſidet,
238 ſeptem reges deuictos calcans. Non procul ſex ſtatuae prominent,
repraeſentantes cum ſuis moralibus, conſilium, curam, conamen, vim,
239 virtutem, victoriam. Inde Iupiter equitat ſuper erinacio, fomitem
in manibus tenens. Mars cum gladio et ſcuto adparet. Neptunus
equo marino venit, tridentem monſtrans. Aeolus chamaeleonte de-
lectatur, ſecum cardinales ventos, et iis interiectos quatuor, trahens.
240 In frontiſpicio ſtat victoria cum adhortatione: validis incumbite re-
mis, a dextra eius parte corona et laurus eminent, ad deſignandum
diuitias et honorem. A laeua galea regia, cum inſcriptione.

Qui mare, qui fluctus, ventos, nauesque gubernat,
Soſpitet hanc arcam, Carole magne, tuam.

241 Archinaupegus fuit Petrus Pett. Sculptores et pictores viri, in ſua
arte exerciti, quorum nomina qui deſiderat, vti et plura de hoc na-
uigio, is peruoluat memoratam deſcriptionem Londinenſem. Feſti-
242 uo carmine in eam luſit HENRIC. IACOB.

Scilicet octauo ſtupeant miracula noſtro
Ipſa tuusque operum, Carole, vincat apex.
Non patitur brutam Tellus aegerrima molem:
Haec mouet, adque habiles eſt aminata modos.
Prona Semiraminam transportant aequora turrim,
Et Mauſolaeum nat Tibi veliuolum.

Numen

Numen in Auguſtis trabibus geniale pererrat,
Fulmineos humilis palpat vt vnda lares.
Cernimus aurato praetextam vellere puppim.
Vilior eſt reduci Paſimeluſa fide.
Labere caerulei pignus ſociale tridentis,
Inter adoratas vna ſuprema rates.
Nam Iouis Elei templum ſiluiſſe fatendum.
En Neptunus in hac peruoluat arce Tonans.

Nec potui me continere, quin eam videns et admirans, ſubitum hoc Epigramma rudi Minerua componerem: 243

Non eſt quod metuas multum, quaſi ſella, Canute.
Vda tibi vere ſceptra marina neget?
Specta praeualidam quam ſtruxit Carolus arcem.
Haec dabit vna ſalo iura Caledonio.
Aeolus haud ventis, Neptunusque imperat vndis,
Arbitrio Caroli ſtatque reditque mare.
Monſtrat hic, vt terrae, ponti ſic eſſe Monarchas
Dum tremat Oceanus Te, tua iuſſa, DEVS.

Contra plane exiguas alii fabricarunt naues. M[illegible]mecides vnam fe- 244
cit, quam apicula pennis abſcondere potuit. FR. POLET. *in hiſt. fori Rom. lib. 2. c. 12. in* COROLLAR. *n. 4.* AELIAM. *promiſſ. hiſt. lib. 1. var. lib. 6. de ling. lat.* Scoti tales olim habuerunt, quas humeris cir- 245
cumferre potuerunt. AVTH. *Reip. Scot. p. 91.* Babylonii, quae a ter- 246
go pendebant. HEROD. *lib. 1.*

Verum ſicut in condendis iſtis molibus ſtultitiam patiuntur 247
opes: ita nimium opus coarctantes ingenium proſtituunt ſuum. Nam
magnitudo illa, ſicut omne nimium, magis nocet, quam prodeſt. RICH- 248
TER. *axiom. polit. 225.* Paruitas autem adfectata contemtui eſt. Inte- 249
rim certam menſuram dare nequimus, capienda illa a flumine, mari, 250
portubus, et demum conditione incolarum, quantum opibus valeant, et neceſſitas iubeat, dummodo illa in exceſſu et defectu vitentur vitia.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT III.

DE GENERIBVS ET VARIETATE NAVIVM.

SVMMARIA.

1. *Naues pedetentim ad perfectionem, quae nunc eſt, peruenerunt.* 2.
3. *Initio ratibus fuit nauigatum.*
4. Σχέδος, *rates quid:* 5. 6. 7.
8. *Varia recenſentur nauigiorum genera.* 9. 10. 11. 12. 13. 14.
15. *Summa nauium diuiſio fuit in longas, actuarias, et onerarias* 16. 17. 18.
19. *Longae, vnde et quae ita dictae, adfertur.* 21. 22. 23.
20. *Interſcalmium quid.* 29.
24. *Prima longa fuit* πεντηκόντερος.
25. *Vnde ea adpellatio.* 26. 27. 28.
30. *Aliae eius denominationes.*
31. *Longitudo caeteris menſuris correſpondere debuit.* 32. 33.
34. *Biremis quomodo facta.* 35. 36.
37. *Triremes maxime in vſu.*
38. *Hae Liburnae dictae, et naues bellicae, et cur?* 39. 40.
41. *Enumerantur reliquae ſpecies a quadriremi vſque ad quadraginta remorum nauium.* 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49 50. 51. 52. 53. 54.
55. *Diſquiritur vnde illa adpellatio biremium, triremium etc. longis nauibus indita?*
56. *Cauſſa diſput[illegible]nis.*
57. *Non ex numero remorum, ſed ordine eorum, dictae.*
58. *Qui illi ordines, ſeu verſus?*
59. *Bayſii opinio quod in longitudinem, ordines fuerunt diſpoſiti, et inde naues vocatae, pluribus rationibus a Sealig. et Salmaſio reiicitur.* 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67.
68. *Thomas Riuius putat a numero remigum naues ſic dictas.* 69. 70.
71. *Hoc Schefferus, rei non conuenire concinnis argumentis euincit.* 72. 73. 74. 75.
76. *Sauilii coniectura nullius momenti eſt.* 77.
78. *Scaligeri ſententia antiquitati conuenientior.* 79. 80. 81.
82. *Circa eam Ioh. Schefferi dubia.* 83. 84. 85. 86. 87.
88. *Eius alia mens.* 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95.
96. *Willebr. Snellii pro Sealigero conciliatio* 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103.
104. *Deſiit ſucceſſu temporis haec ſtructura, et hodie plane, vix nominis relicto veſtigio, abolita.* 105. 106. 107.
108. *Actuariae naues quae, et vnde ſic dictae.* 109. 110. 111.
112. *Sauilii coniectura remouetur.* 113. 114.
115. *Locus Liuii in Lib. 38. c 38. contra Sauil. et Scheffer. defenditur.* 116. 117. 118.
119. *Appionis error notatur.*
120. *Actuariarum diuiſio.*
121. πλόον *quid.*

122. *Naues diſcalmi, et cur ita dicuntur.* 123. 124.
125. *Scalmus quid?*
126. πλοίων *duo genera.*
127. *Celox quid.*
128. *Amphericon quid.* 129. 130. 131. 132.
133. *Scapha quid.*
134. *An alterius nauis pars?*
135. *Cymba quid.*
136. *Acatia quid.*
137. *Lembus quid.*
138. *Piſcatoriae actuariis adnumeratae.* 139.
140. *Phaſeli quid.*
141. *Myoparones naues piratarum.* 142.
143. *Epactroceles quid?*
144. *Actuariae mediocris magnitudinis ſunt* εἰκόσορος. 145.
146. Τριακόντορος.
147. Ἐπιβάτιδες *naues cur ſpecialiter ita dicantur.*
148. *Ratio nominis.* 149.
150. *Earum diuiſio.*
151. *Vectoriae in certo loco aliquando conſiſtunt.* 152.
153. *Brunduſium, Caſſiopea, Dyrrachium vbi?*
154. *In Hollandia ingens in ſingulis ciuitatibus et pagis, et bono ordine, harum eſt numerus.* 155. 156. 157. 158.
159. *Luſitoriae duplices?* 160.
161. *Aliae militiae ſubſeruiunt.*
162. *Militis Lembarii, et claſſici qui?*
163. *Aliae voluptati.* 164. 165.
166. *De Hemiolia quaeritur, qualis illa nauigium fuerit.*
167. *Auctoris Etymologici, Bayſii et Schefferi opiniones vero non congruunt.* 168. 169. 170.
171. *Nec Scaligeri.*
172. Ἡμιολίας *numerus qui demonſtratur.*
174. *Salmaſius probat* ἡμιολίαν *eſſe* τριακόντορον 175. 176.
177. Τριηρημιολία *quid.*
178. *Onerariae quae.* 180. 181.
179. *Hae velis vſae.*
182. *Vnde dictae.* 183.
184. *Onerariarum ſpecies.* 186. 187.
185. *Hollandorum Büſen quales.*
188. *Magnitudo onerariarum vnde aeſtimata.* 189.
190. *Referuntur aliquot aliae adpellationes ex variis cauſſis.* 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206.

Digitized by Google

1 Naues non vno tempore ad eam perfectionem, multiuariasque
formas, quae nunc ſunt, peruenerunt; ſed ſicut etiam
- - *Quaedam nunc artes expoliuntur,*
Nunc etiam augeſcunt, ſic addita nauigiis ſunt.
Multa.
2 Et hinc tot ſpecies videre licet, quas ingenii ſollertia locis et tempo-
3 ribus aptas excogitauit. Certum eſt, primum connexis trabibus mor-
tales nauigaſſe, vnde ſchedia nauigium inconditum, trabibus inter
ſe tantum coniunctis factum, FEST. *in voc.* SCHED. *l. 1. ∬. 6. de exercit.*
4 *act. l. 1. §. Naut. caup. ibique Gothofr.* Σχέδια dicitur inelaboratum,
extemporaneum, quidquid temere factum eſt, nec ſatis confectum.
5 PECK. *d. l.* ALC. *l. 2. praeterm.* Alias Retaria *ein Ramei*, vel rates *Flöſſen*
6 *l. 1. §. 14. de flumin.* Rates autem erant ligna colligata, quae per aquam
agebantur, quas etiam caudicarias dicebant, ex caudicibus, i. e. li-
gnis craſſioribus compactas, vel codicarias, quia codices ſunt tabulae
7 coniunctae. Quid apud GELL. *d. l.* Cattae, nactuciae, cidarum ſit,
hactenus non explicatum. ROSIN. *de antiqu. Rom. lib. 10. v. 20.* De
ratibus VIRGIL. *1. Aeneid.*
Disiecitque rates.
et OVID. *1. Triſt. pr.*
Soluere quaſſatae parcite membra ratis.
8 A ratibus ad varia genera, vt loci et aquarum tulit conditio, deuentum.
9 Nauigiorum autem varia genera, ſicut hoc adnotarunt GELL. *lib. 10.*
10 *cap. 25.* LAZ. BAYFI *de re naual.* L. GIRALD. *de Nauig.* ROSIN. *10. Antiqu.*
11 *Rom. 20.* SCHEFF. *diſſ. de var. nau.* Pollux, de ea re ita ſcribit: ἀκάτια, ἐφολ-
έκια, ἐφόλκιδες, λέμβοι κύθαροι, κύδαλοι, γαῦλοι, κέλητες, κελήτια,
ἐπακτρέες, ἐπακτροκέλητες, βαρεῖς, πορθμεῖον, πορθμὶς, ἁλιὰς. δί-
κροτον, ἀμφηρικὸν, ἀμφήρης, δίηρες, δίκωπον, ἡμιολὶς, ἡμιολία,
12 σκάφη, πλοῖον, μονόξυλον: Hoc eſt, Acatia, carabi, cymbulae,
13 Lembi, cydali, gauli, celoces, celocia, epactrides, epactroceletes, ba-
14 res, traiectoriae, fluuiatiles, piſcatoriae, dicrotum, amphericum,
15 ampheris, biremis, dicopum, hemiola, hemiolium, ſcapha, naui-
16 cula, monoxylon. Summa autem diuiſio fuit, quod vel longae, μακραὶ
17 quae et bellicae dicuntur, vel onerariae στρογγύλαι vel actuariae eſ-
18 ſent. LIV. *lib. 35. c. 27.* ibi: *Bomilcar centum triginta nauibus longis, et
ſeptuaginta onerariis profectus.* CAESAR. *4. de bell. Gall.* ibi: *Caeſar naues
longas ab onerariis remouere iuſſit.*

De

De longis primo dicendum. Hae ita dicuntur a forma, quod 19
onerariis atque actuariis eſſent longiores. ISIDOR. *lib. 19 c. 1.* Longi-
tudinem autem faciebat remorum multitudo in ſingulis lateribus. Quo
ergo plures remos habebat, eo longior erit. Legitimum vero inter- 20
uallum (interſcalmium, ſeu διπηχυαῖον) inter remos fuit binorum
cubitorum. Longius igitur debuit eſſe nauigium, quod viginti quin- 21
que remos in ſingulis partibus habuit, vt πεντεκόντορος, quam quod
quindecim haberet, vt τριακόντορος. Longa vocantur alio nomine 22
triremes, vt mox dicetur, quo nomine promiſcue omnes naues lon-
gae in genere olim dictae, licet vniremis, vel biremis eſſet, quod 23
factum, quia frequentior earum vſus. Coepit autem progreſſus a bre-
ui principio, vt ſolet fieri, poſtea fere in infinitum.

Primo autem longa nauis ſimplex fuit, qua Iaſon cum Argo- 24
nautis in Colchos nauigauit, Argos dicta, PLIN. *7. cap. 56.* eaque 25
πεντεκόντορος (a Graeco vocatur ἔρω i. e. impello vnde ἐρέσσω remis
incito) dicta, quod ſcilicet quinquaginta remis in totum ageretur, 26
vnico vtrimque ordine diſpoſitis, vicenis quinis ex vna parte, to-
tidem ex altera, et quod quinquaginta remiges haberet, ipſos nimi- 27
rum Argonautas, qui tot numero fuerunt. Longitudo igitur eius tan- 28
ta patuit a prora ad puppim, quantum viginti quinque remiges ſuis
ſedilibus ad remigandum ſedentes loci occupare potuerunt. Spatium
autem inter duos remos fuit binorum cubitorum. Graece dicitur 29
μονήρης et μονόκροτον, latine, vniremis, non ſueto vocabulo. Et talis
minima Liburna Romanorum et Dromon Graecorum. Longae au- 30
tem non tantum πεντηκόντοροι, ſed etiam ἑκατόντοροι exſtitere. POLLVX. 31
lib. 1. c. 9. et hoc nauis Philopatoris, de qua mox, demonſtrat, quae 32
fuit ducentorum et octoginta cubitorum in longitudine. Neceſſe e-
nim fuit vt longitudini latitudo et altitudo reſponderet. SALMAS. *in* 33
obſeru. ad ius Att. c. 28.

Poſt hanc biremis ſeu διήρης ab Erythraeis, ex duplici re- 34
morum ordine inuenta. Nam qui biremem inuenit, nihil ad longi-
tudinem addidit, ſed tantum ad altitudinem, vt alterum remorum
ordinem accipere poſſet infra alterum diſpoſitum. Non enim plures 35
accepit remiges in ſingulis partibus, ſed alterum ordinem remigum
inferiorem ſuperiori parem. Totum igitur remigium centum homi- 36
nibus conſtitit, ita vt ad ſingula latera quinquaginta remiges ſede-

 rent,

Digitized by Google

rent, viceni quini in ſuperiori gradu, et viceni quini in inferiori.

37 Sequuntur triremes, quae frequentiores, et quo nomine ſaepe in genere reliquae dictae, hae ternos ordines habuerunt. Et
38 hae ſunt proprie dictae Romanorum Liburnae κατ᾽ ἐξοχὴν ita dictae a Liburnis, Dalmatiae populis, qui maxime iis vſi, et ad quorum ſimilitudinem Romani propter agilitatem fecerunt. VEGET. *lib. 4. cap.*
39 *33.* Alias Liburnarum nomen omnis generis naues, etiam quinqueremes, et quaſcunque comprehendit. VEG. *d. l. c. 37.* EVTROP.
40 *lib. 2.* Dicuntur etiam naues bellicae, quod plurimum earum vſus in bello. Heſiod. Τριήρης πλοῖον πολεμικὸν triremis nauis bellica. *Sed de his inf. d. bell. nauali.*

41 Quadriremis eſt, quae quatuor ordines habet PLIN. *d. l.*

42 Quinqueremis, quae quinque ordines. Illis vſi Romani in priore bello Punico. POLYB. *lib. 1.*

43 Hexeris, quae ſex ordines habet. Auguſtus tales habuit in
44 pugna ad Actium, et fuerunt meliores Antonii nauibus, quae enneres, et ideo propter enormem altitudinem ad omnes vſus praepeditae erant. FLOR. *in breu. rer. Rom. 4. c. 2.* ibi; *a triremibus in ſenos ordines creuerunt.* PLVT. *in vita* CAT.

45 Septeres, quae ſeptem ordines habent.

46 Octeres, quae octo ordines habent, talem habuit Ptolomaeus.

47 Enneres, quae nouem ordines. Tales habuit Antonius in pugna Actiaca contra Auguſtum. FLOR. *lib. 4. cap. 11.* DIV. *in vit. Auguſt.* Et in hoc modo Romanorum ſumma et vtiliter adhibita longitudo nauium maxime conſtitit.

48 Deceres, tamen ſeu decemremes, quae decem habuit ordines, Antonium in eadem pugna habuiſſe, DIO *d. l.* narrat, PLIN. *lib. 7. c. 56.* Alexandrum Magnum etiam PLIN. *d. l.*

49 Ad 12. ordines peruenit Soleres. Ad quindecim Demetrius
50 Antigoni. Sexdecim meminit LIV. *lib. 33.* Ad triginta Ptolomaeus
51 Philadelphus. PLIN. *d. l.*

52 Demum magis ad oſtentandas diuitias, quam quod vtile erat,
53 regum magnificentia ad plures ordines tranſiuit, vsque dum Ptolo-
54 maeus Philopator nauim quadraginta ordinum, (nam vulgata Plinii, quae quinquaginta ordines habet emendanda ita eſt. SALM. *d. l.*) de

qua

Digitized by Google

qua capite ſuperiore et hoc plurimus ſermo, fabricaret. PLIN. *lib.*
Non leuis autem eſt concertatio, vnde illa adpellatio bire- 55
mium, triremium, quadriremium &c. longis nauibus. Cauſſam di-
ſputationi dedit ingens et ſtupenda Philopatoris nauis, cuius iam me- 56
minimus, quae quadraginta fuit ordinum. Illud extra dubium eſt,
non ex numero remorum, ſed ex ordinibus nomen habere. Facit,
quod habet LIV. *libr. 38. ibi: Quinqueremis Romana, pondere tenacior,* 57
ſed pluribus remorum ordinibus. VIRGIL. *5. Aeneid.* ibi: *Terno conſur-*
gunt ordine remi. Sed qui iſti ordines, vel verſus, aeque dubium. 58
Scholiaſtes Ariſtophaneus, quem ſequuntur BAYF. *de re naual. p. 24.*
CASTILION. *in not. ad Vitruu:* STEWECH. *in cap. 37. lib. 4.* VEGET, or-
dines non in altum, ſed in longum oportere accipi, tradunt, thrani- 59
tasque non ſupremos eſſe remigum, ſed primos, h. e. eos, qui ad pup- 60
pim, Zygitas, qui in medio, thalamios, denique qui ad proram re-
migant. Quae profecto abſurda eſt opinio, et a SCALIG. *ad* EVSEB. 61
SALMAS. *in obſeru. ad ius Attic. c. 28.* docte refutata. Nam exinde
ſequeretur, quod nauis illa Ptolomaei in vnoquoque latere mille re- 62
miges habuiſſet, tamque longa fuiſſet, quam quadraginta naues lon-
gae eadem altitudine et latitudine, quod non fert rei poſſibilitas. 63
Quod ſi etiam ſpacium inter duos remos interſcalmium dictum, quod 64
duum erit cubitorum, addatur, et multiplicetur ad illam longitudi-
nem, ratio rei refragatur ſententiae dictae. Praeterquam quod re- 65
miges ita collocati non fuerunt, ſed qui in infima naui fuerunt circa
carinam θαλαμῖται dicti, qui in media nauis parte inter ſummam et
imam ζυγῖται, qui in ſumma parte circa conſtratum θρανῖται dicti,
et ſi in omnibus omnium nauibus tres fuere remigum ordines, illis no- 66
minibus per longitudinem lateris diſpoſiti, nulla ratio eſt, quae ſua- 67
deat, diuerſis adpellationibus fuiſſe diſtinctas plurium remigum naues
ab illis, quae paucioribus remigibus vterentur.

THOMAS RIVIVS *lib. 3. hiſtor. naual. c. 49.* ſtatuit, non ob ordi- 68
num in altum ſurgentium multitudine, ſed a remigum, qui ſingulis
ſummorum iugorum adhibebantur remis, numero, naues ita dictas vt 69
ita triremis ſit, cuius ſummi remi a tribus, quadriremis, cuius a qua-
tuor &c. mouerentur. Et ita in Ptolomaei naui in vno ordine quem- 70
que remum a decem, medio triplo maiore numero, ſupremo denique
a quadraginta viris tractatum fuiſſe, et hac vice numerum 4000.

Digitized by Google

71 mille remigum exſurgere. At ordinum, non remigum, paſſim hiſtoria meminit, et haec diuidendi ratio in aliis, licet fortuito in Ptolo-
72 maei eueniat, non procedit, vti de quinqueremi LEO *in Tacticis* monſtrat, immo ſi ad eum modum remi numerentur, in vniuerſa naui non plures centum quinquaginta inuenirentur, quod ridiculum, quum ſimplex ἑκατόντερος, quae infra triremium magnitudinem conſiſtebat,
73 centum remis agebatur. Verum quidem eſt, quadraginta viros quadraginta ſeptem pedum remum, (tot enim efficiunt 30. cubiti, cu-
74 ius altitudinis remi fuerunt) potuiſſe apte tractare. Sed illud debuiſſet conſiderari, quomodo viri quadrageni tali remo potuerint manus adplicare, illiusque tantum intactum relinquere, vt vel quarta remi
75 pars per foramen exerceretur; immo recte dicitur, penitus fieri nequiuiſſe, vt tot homines vnum remum ſimul adprehenderint, atque eum iuſto modo concitarint, incredibile enim eſt, vt poſterius, quum remus deprimebatur, vel digito eum potuerit attingere. Quanto
76 enim quis a ſcalmo longius diſtat, tanto magis brachia extendere cogitur. SAVIL. *in comment. de milit. Rom. pag. 70.* finxit ordines trans-
77 uerſos fuiſſe, vt ſic eſſet ratio, qua in longum numerari poſſent, et
78 interea thranitas habere remos caeteris longiores. Quod quum nihil
79 ſit, nec vlla auctoritate adſtruatur, merito reiicitur. Recte ergo SCALIGER. *in not. Euſeb.* demonſtrat, ordines in his nauibus fuiſſe κατὰ τὸ ὕψος ἐπ' ἀλλήλοις. Id LVCANVS *lib. 3. v. 536.*

- - Summis longe petit aequora remis.

80 SILIVS *lib. 14. v. 424.*

Intrat diffuſos peſtis Vulcania paſſim
Atque implet diſperſa foros, trepidatur omiſſo
Summis remigio, ſed enim tam rebus in arctis
Fama mali nondum tanti penetrarat ad imos.

81 Communis etiam conſenſus eſt, eſſe quosdam remigum qui ἄνω hoc eſt, in ſummo, alias qui μέση hoc eſt in medio, alios qui κάτω h. e.
82 in imo remigant. Haec recte, ſed an inde nomen habeant, remanet ambiguum. Vt enim IOH. SCHEFFER *in diſſert. de variet. nau.* obſeruauit, vix dari tantae longitudinis remos, quales nauis quadraginta ordinum in ſummis foris poſtularet, et, ſi darentur, non potuiſſe moue-
83 ri. Putat igitur nullas fuiſſe naues, quae ſex vel ſeptem ordines ha-
84 buerint. Quod probat exemplo nauis Philopatoris, quae debuiſſet, qua-

quadraginta habere, quod impoſſibile. Deinde habuiſſe ea dicitur
remos Thranitarnm octo et triginta cubitis longos. Iam detur vnum- 85
quemque ordinem a proximo abfuiſſe cubiti longitudine (quum longius
abeſſe debuiſſent) ſequeretur profecto, duobus cubitis remos iſtos fuiſſe
breuiores, quam vt in aquam vel ad rectam lineam pertingere potuiſ-
ſent. Nec veriſimile nauium 280. cubitorum longitudine non vltra 86
50. remos in ſingulo ordine habuiſſe, at plures non debuit habere, et
bis mille remiges in vno latere in quadraginta ordines diuiſi in eorum 87
vnoquoque quinquagenos relinquunt: ſtatuit ergo IOH. SCHEFF *d. loc.*
triplices hoc nauium genus in altum vt plurimum habuiſſe remorum 88
verſus, ita tamen, vt ab iis non ipſae naues, ſed remiges denomina-
rentur. Et ſic *ἡ κάτω τάξις τῶν ἐρετῶν θαλαμῖται. ἡ μέση ζυγῖται,* 89
ἡ δὲ ἄνω θρανῖται voca i poſſent. Porro autem ſingulos eo- 90
rum verſuum tot iterum ordines habuiſſe, quot ipſius nauis lon-
gitudo poſtularet, id eſt, triremem tres, quadriremem quatuor, 91
quinquaremem quinque &c. Ab his impoſita nauibus nomina, ſic 92
vt triremis diceretur, quaequidem tres haberet *στίχους* ſiue verſus thra-
nitarum, Zygitarum et thalamiorum, ſed in *στίχοις* ſingulis tres re-
migum claſſes ſiue ordines. Quadriremis quae ad eundem modum 93
tres *στίχους*, ſed in ſingulis eorum quatuor remorum ordines. Hexe-
ris: ſepteris quae ſex, ſeptemue ordines in ſingulis tribus *στίχοις* ſeu 94
verſibus. VIRGILIVS id exprimit.

- - triplici pubes cum Dardana verſu
Impellunt, terno conſurgunt ordine remi.

h. e. impellunt nauim Troiani triplici verſu, in quorum vnoquoque 95
remi terno ordine conſurgunt, quoties nimirum eleuantur ſingulis in
verſibus. Ad haec Schefferi dubia tollenda adprime faciunt, quae 96
WILLEB. SNELL. *in praef. typh. Batav.* habet, eadem dubietate exorta,
et poſt factum elegantem calculum, et dimenſionem mathematicam 97
in remis, numero remigum, eorum ſeſſione, aliaque valde erudite
diſputata, huc facientia, concludit ex Athenaeo longos illos remos ob 98
plumbum manubriis additum introrſum graues fuiſſe, et ideo expe- 99
ditum praeſtitiſſe remorum vſum, nec abſonum eſſe, ſi dicatur binos 100
remiges vni remo fuiſſe adhibitos. Nec fere poſſe has difficultates 101
tranſiri, niſi concedatur, ordines imos rarioribus remis incitatos, ſum-
mos pluribus. Et hac de cauſſa illam teſſaraconterim Philopatoris 102

tantum

Digitized by Google

tantum oſtentationis gratia factam, quum vix ſuo loco moueretur, ſed
103 tamquam aedificium ſuis ſedibus adfixum haereret. Et his conſonan-
tia tradit CL. SALMAS. *c. 28. in obſ. ad ius Attic.*
104 Pedetentim autem in his ordinibus rurſus aliquid immutatum eſt,
et ſcribit ZOSIM. *lib. 5.* quod iam ſuo tempore diu in vſu triremes eſſe
105 deſierint. Noſtris et maiorum temporibus res ad principium ſuum
rediit, reuocatis in vſum μονοκρότοις, quibus hodie ſolis pugnae per
106 aguntur nauales, ſublatis de medio omnibus bis tri, quatuor et quinque-
remibus, aliisque quas fama antiquitatis olim celebrauit, tam leui
107 indicio, vt hodie Aſiaticis et Europaeis fabulae videantur iſtae
plurium ordinum veteres naues, quum non habemus praeter μονήρεις
quas Galeras *Galeyen* recepto vocabulo nominare ſolemus.
108 Actuariae naues ſunt omnes naues, quae infra longarum ma-
gnitudinem ſunt, et remis aguntur. Inde enim illis nomen. Nam
109 actus eſt ἐλασία, et agere eſt ἐλαύνειν, quod proprie dicitur de naui-
gio, quod remis agitur. Ab actu ergo, quae eſt ἐλασία, omnis nauis,
110 quae remis agitur, actuaria dicitur. Omnes igitur naues μονήρεις, quae
infra magnitudinem πεντεκόντορον erant, actuariae dicebantur BAYF. *de*
111 *re naual. pag. 34.* Ex his patet, falſum eſſe HENR. SAVIL. *in comment.*
112 *de milit. Rom.* vbi ſcribit: actuarias ſaepius chordis et funibus tractas,
113 et propterea inter ςρατιώδας et longas referendas. Nam ſine proba-
tione id dicit de funibus, et licet in bello eorum vſus ſit ad transpor-
tandos milites, et explorandum, ita etiam ſaepe adhibitae, inde ta-
114 men non ſequitur, inter longas referri poſſe, quum maior earum infra
πεντεκόντορον fuit. DIODOR. *lib. 20. de claſſ.* PTOL. SALMAS. *in obſeru. ad*
115 *ius Attic. c. 20.* Nec iuuatur Sauilius a IOH. SCHEFFER. *in diſſ. de nauib.*
quod ex LIVI *c. 38. lib. 38.* vbi Antiochus iubetur omnes naues longas
et actuarias, quarum nulla plus quam triginta remis agatur, tradere,
116 poſſit euinci, eſſe alias, quae pluribus remis agantur, quales putat fuiſſe
117 πεντακοντόρυς et ἑκατοντόρυς. Nam inde non ſequitur inter longas illas
recenſeri, quum poſſint maiores actuariae eſſe τετρακόντοροι. Quam-
118 quam in hiſtoricis hae non obſeruatae, et plerumque a τριακοντόρῳ
h. e. tricenorum remorum naue vſque ad δίκωπον omnes, quae remis
119 aguntur, dicantur actuariae. Male ergo APPIANVS, de Antiochi me-
moratis nauibus agens, eas ναῦς καταφράκτυς vocat, nam καταφράκτοι
omnes

omnes longae, et nulla nauis actuaria cum cataſtromate. Diuidit autem 120
actuarias SCHEFFER *d. l.* in paruas, et mediocris magnitudinis.
In paruis eſt πλοῖον, quod licet generaliter omne nauigium ſi- 121
gnificet, tamen diſtincte denotat eam, quae duo viginti ad ſummum
remis inſtructa eſt. THVCYD. *lib. 4.* Diſcalmus eſt nauigium duorum 122
remorum, CIC. *1. de orat.* triſcalmus trium PLVTARCH *in Aemil.* Nauigii 123
decem ſcalmorum meminit CIC. AD ATTIC. *epiſt. 3.* Duodecim ſcal-
morum PLVTARCH. *in Caeſare.* Dictae autem ſunt tot ſcalmorum
naues, quod commodior non eſſet adpellatio, et quod remos ſcalmis, 124
h. e. paxillis quibusdam, habebant alligatos. Σκαλμος enim paxillus, 125
ad quem alligatur remus. Πλοίου duo ſunt genera. Celox eſt nauigio- 126
lum, a celete equo, cui vir vnus inſidet, dictum, quod ſingulis, per tranſtra 127
remis, vnde etiam μονῆρες dicitur ab vno, vel pluribus etiam nautis,
incitatur. APPIAN. *lib. 2. de bell. ciuil.* VARR. *in bimarc. ibi: Naue
remigauam; mouent celocem*, et Amphericum eſt nauigiolum, quod 128
ab vtroque latere impellitur, dum nauigantium quisque duos remos
concitat, vocatur alio nomine δίκωπον, διῆρις, biremis, ſcilicet quod
duobus remis agatur. Poteſt etiam ab vno remige duobus ſimul re- 129
mis agi. Vnde μονοξέτης vocabatur, qui δίκωπον agebat. APPIAN. 130
lib. 10. inquit:

Se parua Cleopatra biremi
Intulit Emathiis, ignaro Caeſare, tectis.

HORAT. *3. car. od. 29.*

Tunc me biremis praeſidio ſcaphae. 131

Sic apud PLVTARCH. *in Theſ.* fit mentio decreti, ne vlla triremis na- 132
uigaret, quae plus quinque viris caperet, quod certe de triremi trium
ordinum accipi nequit, tum quod plures viri ad eam commouendam
neceſſarii, tum quod Theſei temporibus non nota fuit.

Poſt πλοῖον ſcapha venit, parua nauicula, binis vel vno remo 133
acta. Prout enim latiore, vel arctiore erat alueo, modo ſingulis,
modo binis remis concitabatur. Haec ſequitur iuxta ICtos alias ma-
iores naues: *l. 29. ad L. Aquil. l. 4. ad L. Rhod.* per ſe tamen nauigium 134
eſt, non pars alterius. *l. 44. de euict.* Cymba eſt parua ſcapha, bi- 135
nis et ipſa remis aliquando incitata. PROPERT. *lib. 2. eleg.*

Non eſt ingenii cymba grauanda tui:
Alter remus aquas, alter tibi radat arenas.

 Signi-

Digitized by Google

Significat etiam cymba nauigium, funiculo terrae alligatum, vt eius tractu de ripa ad ripam poſſit perueniri. OVID. *3. amor. eleg. 9.*

136 Acatia ſunt parua nauigia, inflexa puppe, prora autem acu-
137 tiore. POLYB. *lib. 1.* Lembus alias Orioles, Oriolae, LIPS. *1. elect.* *7.*) eſt breuis quaedam nauicula piſcatoria, quae iuxta SABINVM ſolum in fluminibus vſurpata. IOH. SCHEFF. *diſſ. de var. nau.* Piſca-
138 toriae igitur olim actuariae, quia remis agebantur. *l. 2. de capti. et poſt-*
139 *lim.* Ergo hodie inter onerarias ea, quae velo vtuntur, recte refe-
140 runtur. *vid. inf. n. 185.* Phaſeli ſunt naues breues et celeres, teſte CATVLLO:

Phaſelus ille, quem videtis, hoſpites
Ait fuiſſe nauium celerrimum.

141 Myoparones ſunt naues paruae piratarum. APVLEI. *in Apolog.* TVLL. *in*
142 *Verr.* Dicuntur a Paron, qui ſignificat nauigium piratarum, et midion.
143 Epactroceles eſt nauigium praedatorium, medium inter epactridem et celocem, quae et ipſa ſunt parua nauigia.

144 Mediocris longitudinis nauigia ſunt, quae proprie naues dicuntur, et erant, quae a viginti ad centum vſque remis agerentur, et inde a numero remorum, quos non in altum, ſed vna ſimplicique ſerie in longum diſpoſitos habuere, plerumque adpellarentur. Et
145 hoc ſignificatu quidam dictas putant μονήρης et διήρης. Tales ſunt
146 εἰκόσορος nauis, quae viginti remis agitur. Pollux in voc. τριακόντορος, quae triginta remis impellitur. THVCYD. *lib. 4.* Quanquam autem generaliter omnis nauis, quae remis agitur, ſit actuaria, in ſpecie tamen eae naues ita vocantur, qua homines vehebantur. Di-
147 cuntur Graece ἐπιβατίδες, ἐπιβατηγοί. vectoriae, vectorum du-
148 ctrices, *Fährſchuten*, *l. 1. §. 12. d. exerc. act.* ab ἄγειν τὰς ἐπιβάλας.
149 AVG. *emend. 4. emend. 6.* BVDAEVS legit ἐπιβάται quaſi ſcanſiles, et vectoribus traiiciendis aptas, ab ἐπιβαίνω, quod ſignificat conſcendo: PECK. *§. b.* emphractas legit. COTT. STRACH. *de Nau. p. 1. n. 6.* ab
150 ἐμφράττω obturo. Harum quaedam viatores vehunt, quaedam Lu-
151 ſoriae ſunt. Quae viatores vehunt, interdum certo mari, et certa regione nauigant, veluti quae Brandufium vltimam ciuitatem Italiae,
153 a Caſſiopea, portu Epiri. STRAB. *lib. 7.* vel a Dyrrachio ciuitate Epi-
154 ri vectores traiiciunt, ad alia onera inhabiles. *d. §. 12.* Harum ingentem

tem numerum vides in Hollandia, quae vectores ab vna vrbe in al- 155
terum traiiciunt. Tres naues et vna noctu Amſterdamo verſus Lei-
dam, et contra Leida Amſterdamum abeunt. Singulis diebus circa 156
veſperam hor. 9. clauſa arbore, naues ductrices abeunt Enchuſam, Har-
lingen, Campen, Hardewick, Swarteſſys, vt taceam eas, quae in
caeteras vrbes Vltraiectum, Hagam Comitum, Rotterdamum &c.
vnaquaque die, vti abeunt, ita redeunt. Hoc mirandum ſingulis die- 157
bus inter Delphiam et Rotterdamum, Lugdunum et Hagam, vrbes
duobus lapidibus diſtantes, triginta in abeundo et redeundo naues
hominum ductrices obſeruari. Pretium leue, ſtuuerus ſcilicet in ſin- 158
gula milliaria conſtiturus, vltra nihil expoſcunt nautae, nec quis a-
liquid dare tenetur. Has naues in Gallia nominari *baſteaux paſſages*,
teſtatur GOTHOFR. *d. l.*

Luſoriae rurſum ſunt duplices. Vel enim ad belli vſum et 159
limitum cuſtodiam deſtinatae, quales in Danubio et Rheno excuba- 160
bant, hodie vocantur *Auslieger. tot. tit. in C. Theodoſ. de luſor.* VE- 161
GET. *lib. 6. cult. ibique* STEWECH. *cap. vlt.* VOPISC. *in Prob.* Vo-
cantur alias agrarienſes, quod ſtationes in flumine habebant agrarias. 162
Lembi etiam adpellantur, et milites Lembarii, ſicut claſſici, qui in libur-
nis et longis nauibus, Magiſtro officiorum erant ſubditi. *l. 4. C. de off.*
magiſt. offic. l. 4. C. de off. iudic. militar. Aliae Luſoriae, placidae 163
dicuntur quae voluptatis cauſſa habentur, et quibus mare tranquillum 164
nauigatur. *l. 2. d. cap. et poſtl.* In Holland. *Spell-Schutten.* Ad com- 165
modiorem vſum ſedilia in iis fabricantur, quae Synedria dicunt. PECK. *d. l.*
STRACH. *n. 5.* SENEC. *lib. 7. d. benef. c. 20.* ibi *naues luſorias et alia.*

De Hemiola et τριηρημιολία eſt quaeſtio qualia ſunt nauigia? 166
Mire hic eruditi hallucinantur. Auctor *Etymologici* dicit ἡμιόλιαν 167
fuiſſe piraticam nauim, et ſic dictam quod pars eius dimidia et alte-
rius etiam dimidia remis vacaret, et remigibus. BAYF. *de re naual.*
interpretatur eſſe talem, quae a puppi ad malum binis, a malo ad 168
proram vnico tantum per tranſtra remo inſtructa fuerit. IOH.
SCHEFF. *de vari nau.* dicit fuiſſe verſus proram arctiores longiores- 169
que, verſus puppim vero latiores, ibique ampherum, hic celocium
more, incitatas h. e. in prora habuiſſe, quorum quisque binos; in pup-
pi autem, quorum ſinguli ſingulos remos concitarent. Sed hae tres 170
opiniones abſurditatis a notatione graecae vocis ἡμιολίας arguuntur.

Digitized by Google

SCALIG. *ad* EVSEB. dicit, quod naues citra alicuius magnitudinem
171 dicantur ἡμιολίαι. Quae vero intra magnitudinem τριακοντόρυ ea di-
cta ημιόλιος τριακόντορος maior quidem, quam εικόσορος, minor vero
quam τριακόντορος. Vnde conſtare τριηρημιολίαν eſſe, quae nec triremem
172 ſua magnitudine aequaret, et biremi tamen maior eſſet. Res ipſa demon-
ſtrat, SCALIGERVM hic decipi, et rem eſſe, ſi recte cogitetur, facilem. Ημιό-
λιος quum dicitur ſemper is numerus refertur ad rem aliquam, cui eſt
173 ἡμιόλιος et ſignificat totum, et totius dimidium. Sic ἡμιολιος πῦς ſes-
quipes. Ημιόλιος τόκος vſura quae ſortem continet, et dimidium.
Sic ſi quis ad ſex tria adiecerit fiunt nouem, quia nouenus numerus
174 ἡμιόλιος eſt ad ſextum. Ημιολία ergo erit nauis, quae comparatione
alterius, magnitudinem eius aequat, et praeterea etiam dimidia parte
175 illam exſuperat. Talis eſt iuxta SALMAS. *in obſeru. ad ius Attic. c. 28.*
176 τριακοντορος, eſt enim media inter πεντηκόντορον et εικόσορον. Duplex
ei nomen, a remorum ordine dicta τριακόντορος, et a proportione ad
εικόσορον ἡμιολία adpellata. Quia tricenarius numerus eſt ἡμιόλιος
vicenarii. Et quia piratae ea vtebantur, inter piratica nauigia unmerata.
Non enim longis nauibus vtebantur, quales erant πεντηκόντοροι, nec
onerariis quales, εικόσοροι, quia tardiores erant, vtpote paucioribus
177 impulſae remis, aptiſſima igitur piratis viſa τριακόντορος. Atque inde
deducit SALMAS. *d. l.* quod τριηρημιολίαι ſint hemioliae, terno remorum
ordine conſurgentes. Quod rei et voci conuenit, hucusque autem
latuit plurimos.

178 Sequuntur onerariae naues, quae ab aliis hoc modo differunt,
quod non remigio, ſed ſola vſae velificatione, licet ex accidenti contin-
gere potuerit, vt etiam remi adhiberentur, ſicut de ſe CAESAR. *libr. 5. de*
179 *bell. Gall.* teſtatur, quod naues onerarias iuſſit fieri actuarias, i. e. vt
180 remis agerentur. Et has, quae remis agebantur, Graeci vocabant
181 δρομάδας ὁλκαδάς, i. e. citas vel celeres onerarias. Onerariae enim
alias erant tardiores, et refert DIONYS. HALICARN. *libr. 3. Antiqu.* one-
rarias vsque ad trium millium modiorum onus, remulco ad vrbem
pertrahi, maiores autem in ipſo oſtio ad anchoram ſtare ſolitas.

182 Onerariae ab oneribus ſuſtinendis, quod plerumque ad id
ſolum ſeruentur, vt merces et onera transuehant, *l. 1. ſſ. 12 de exercitor.*
action. ibique PECK, quae et Geſoretae iuxtae GELL. *lib. 10. c. 15. vbi*
183 *varia nomina habet*, dicuntur, ſunt naues mercatoriae, gerariae PLAVTO,

a ge-

a gerendis vel deferendis mercibus, *Koffardy Schiff.* Graeci φορτίδας βαρεῖας vocant ab oneribus, vel ὁλκάδας, quod tractim eant, vtpote tardiores. 184
Hae rurſum vel ſunt piſcatoriae, piſcibus capiendis deſtinatae. In Hollandia vocantur *Büſſen*, ſunt aluo panda, obtuſa prora. GERHARD. MERCAT. *in deſcript. Belg. p.302.* Suo tempore habuiſſe ſexcentas, ſcribit GVICCIARD. *in deſcript. Holl.* hodie multa millia. 185 186
Vel vinariae, in quas vinum effunditur, *l. 21. ff. 5. de furt.* vel aquariae, quibus aqua portatur, quae in Hollandia frequentes, *d. §. 5.* 187
frumentariae, quae grana vehunt, *l. 31. locat.* CAES. *lib. 3. de bell. ciu.* vel ξυλιναι quae lignum, *l. 55. §. 4. de legat. 3.* AVG. *4. emend. 16.* vel palearum, qua vehitur venditurque palea. Magnitudo onerariarum frumentariarum modi ratione aeſtimabatur, vinariarum amphoris, quae alias merces in pondere conſiſtentes vehebant, talentis vel centumpondiis ſeu centenariis. 188
Hodie a pondere nauis dicitur Chilias mille amphorarum capax. Quadragenaria Septuagenaria, Centenaria, myriaphori *von* 40. 70. 100. 1000. *Laſten.* 189

Vlterius naues denominantur vel a loco, vbi nauigant, vt aliae ſint vel marinae, vel fluuiatiles. *d. l. 1. §. 6. et 12. ibi fluuii capaces l. 3. de vacat. mun. l. 5. ff. 6. d iur. immun.* 190
Lintres naues fluminales, *l. 1. §. 5. naut. caup. ſtab.* Nonio Silatae, Pontones, *l. fin. d. S. R. P.* traiiciendis omnibus apti. IVL. CAESAR. *3. de bell. ciu.* 191

Vel a quantitate, vt aliae magnae, quales longae de quibus dictum. Sic Cercuri naues ſunt Aſcanae praegrandes. Hodie Carauellae Hiſpanorum, Craquen ſiue *Karauell.* BENTZO *de occup. Ind. paſſim.* 192 193
Aliae paruae. Pſumia nauigium paruum. Oraria nauis littus legens. Monoxylon ex vno ligno fabricatum nauigiolum. Trabaria *Bomken, Polte.* 194

Vel a nauigationis curſu, vt Dromones, Curſoriae, *Pincken,* Celoces naues breues, ſic dictae a celeritate. 195
Oxia nauigia breuia a celeritate, ὀξὺς enim graece velox. Phaſelus nauigium campanum velox. 196

Vel a forma et ſpecie onerariae dicebantur γαῦλοι, quia vaſa quaedam rotunda, in quibus lac reponebatur, et ollas ſic vocarunt. Latine corbitae, a rotunda forma corbis. CIC. *lib. 16. epiſt. ad Attic.* 197
Camerae arctae et exiles, aulonae, thamelegi, Gondalae Venetorum, ſpecula *Spiegel Schiff,* capuli a capuli forma. 198

Digitized by Google

199 Vel ab animalibus, vt Crii, tragi, tauri, Hippagines. vel Hippagorae dicuntur, quibus equi vehuntur, vel quae fluuio aduerſo equis aguntur *Treil-Schiff*. His vtuntur Hollandi in nouis inter ciuitates alueis *in den neuen Fahrten*.

200 Vel a locis, Liburnicae, Aegyptiae, Neucraticae, Salaminiae &c.

201 Vel ab artificibus, Argo, Phereclea, Nicomedis, Parulus.

202 Vel a Diis vel magiſtratibus praeſidentibus, nauis Iſidis, Apollinis, Tritonae, Praetoria, Nauarchis, imperatoria.

203 Vel ab eminentiori parte, roſtratae, turritae, coronides.

204 Vel a pictura vel inſigni piſtris, centaurus &c.

205 Vel ab inſtrumentis, quibus muniuntur vt delphinophori, falcatae &c. Anchyromachus, qua anchora leuatur et vehitur.

206 In omnibus hodie prouincinciis nomina variant. Apud nos maxime notae *Spiegel-Schiff*, *Boiart*, *Iachte*, *Floyte*, *Pincke*, *Galley*, *Bordinck*, *Both*, *Kan*.

CAPVT IV.

INVENTORES NAVIS PARTIVMQVE EIVS TRADVNTVR.

SVMMARIA.

1. *Primo Noah nauigauit.*
2. *Gentes originem etiam Diis adſcripſerunt.*
3. *Longa naui quis primus nauigauit.* 4. 5. 6.
7. *Deſcribitur Argo nauis cum Argonautarum officiis et nominibus.* 8. 9. 10. 11.
12. *Et curſu in mari.* 13. 14.
15. *Recenſentur maiorum ordinum nauium inuentores.* 16. 17. 18. 19. 20.
21. *Vti et minorum et onerariarum.* 22.
23. *Adduntur qui partes nauium inuenerunt.* 24.

1 Ex ſacris litteris, vt aliquoties dictum, liquido conſtat, ante Noachum neminem nauigaſſe, et ipſum iuſſu Dei ter. opt. max. id pri-
2 mum feciſſe. Gentes varie hallucinantur. Aliae, vt HYGIN. *lib. de fab. cap. vlt.* Diis attribuunt.

- - - Ipſamque ſecandis.
Argois nauibus iactant ſudaſſe Mineruam.

Apud

Digitized by Google

Apud Aeſchylum nauigandi artis gloriam et fabricae rationem Prome- 3
theus ſibi vindicat.

θαλασσόπλαγκτα δ᾽ οὔτις ἄλλ᾽ ἀντ᾽ ἐμοῦ
λινόπτερ᾽ εὗρε ναυτίλων ὀχήματα.

DALECHAMP. *ad* PLIN. *lib. 6. c. 56.* In Graeciam ex Aegypto Danaus 4
naue rotunda ſcilicet, quae antiquior longa, vt SALMAS. *d. c. 28.* de-
monſtrat, primus aduenit, anteratibus nauigabatur inuentis in
mari rubro inter inſulas, a rege Erythra. Reperiuntur qui Myſos et 5
Troianos priores excogitaſſe in Helleſponto putent, quum tranſirent
aduerſus Thraces. PLIN. *d. l.* Longa naue Phocenſes primum vſus 6
HERODOT. *p. 107.* tradit. Alii rectius ea Iaſonem, et cum eo 50. Ar- 7
gonautas, qui ſimul remiges, primum nauigaſſe. In hanc vnam flos
totius Graeciae coiuit, Hercules, Caſtor, Pollux, Diis geniti, alii-
que et reges, et regum filii. Vates Mopſus, et Idmon. Naupegus
Argus.

- - - Sors tibi ne qua
Parte trahat tacitum puppis mare, fixaque fluctu
Vel pice, vel molli concludere vulnera cera.

Celeuſtes ipſe Orpheus, 8

- - - Qui carmine tonſas
Ire docet, ſummo paſſim ne gurgite pugnent.

Nauis Magiſter et Gubernator Tiphys. 9

Qui maris inſidias, clarae qui ſidera noctis
Norit et e clauſis quem deſtinet Aeolus auſtris.
Non metuat, cui regna ratis, cui tradere coelum

Denique nauem ipſam fatidicam et humana voce loquutam, fama eſt. 10
Habuit enim τρόπιν ἐκ τῆς δωδώνης δρυός, carinam e dodonide quercu:
aiunt enim Iunonem, alii Mineruam.

- - Caeſo monitu Iouis augure luco.
Arbore praeſaga tabulas animaſſe loquaces.

Vnde et Ciceroni diuinum Argonautarum vehiculum dicitur. Iti- 11
neris quoque ſtadiaſmi et curſus ita accurata a Poetis proditi ſunt, 12
tamquam ſingulos ex ipſorum diariis expreſſiſſent, per quae maria,
quibus ventis cucurrerint, quae littora praeteruecti, quos portus
intrarint, freta tranſierint, quae promontoria, et quorumnam fluuio- 13
rum oſtia praeternauigauerint, ad quas gentes et nationes acceſſe-
rint,

Digitized by Google

rint, quemadmodum in vltimum Euxini Ponti angulum penetrauerint.

14 Ες Φάσιν ἔνθα ναυσὶν ἔσχατος δρόμος. Denique quomodo ad E-
15 ridani oſtia in Peuce inſula in reditu hyemauerint. PLIN. *d. l.*

16 Biremem inuenerunt Erythraei, referente Damaſte. Triremem iuxta Plinium Aminocles Corinthius, at Thucydides, *lib. 1. bell. Pelepon.* notauit, primam triremem factam Corinthi longe ante Aminoclis tempora, et illum tantum Samiis tres triremes feciſſe. *pag. 11.*
17 Quadriremem vt ſcribit Ariſtoteles Carthaginenſes. Quinqueremem
18 Oneſichton Salaminios. Sex ordinum Xenaphoras Syracuſios. De-
19 cemremem Mneſigethon Alexandrum Magnum. Ad 12. ordines Phi-
20 loſtephanus Ptolomaeus Soterem. Ad quindecim Demetrium Antigoni. Ad 30. Ptolemaeum Philadelphum. Ad 40. Ptolomaeum Philopatorem. ATHENAE. *lib. 5.*

21 Onerariam Hippus Tyrius inuenit, lembum Cyrcenſes, Cymbam Phoenices, celocem Rhodii, cercurem Cyprii, PLIN. *d. l.* Cam-
22 pani phaſelum, Circaei, pontonem, Germani apud Danubium lintrem, Illyrii ſcaphas. IOH. MATTH. *d. rer. inuention c. 11.*

23 Habuerunt et partes ſuos inuentores, remum Copae, latitudinem eius Plateae, vela Icarus, malum et antennas Daedalus, hippagum Samii, vel Pericles Athenienſis, tectas longas Thaſii, antea
24 ex prora et puppi tantum pugnabatur, roſtra addidit Piſeus, Tirrheni anchoram, Harpagones et manus Pericles Athenienſes, adminicula gubernandi Typhis *Id. d. l.*

CAPVT V.
DE NAVTIS.

SVMMARIA.

1. *Nautarum ordo deſcribitur.*
2. *Nautarum adpellatione qui veniant.* 3. 4.
5. *Eorum diſtinctio.*
6. *Archigubernus qui?*
7. *Qui Nauarchus.* 8.
9. *Nauclerus diuerſimode accipitur.* 10. 11.
12. *Magiſter nauis vnde nomen habeat.* 13. 14.
15. *Gubernator quis, et quod eius officium.* 16.

17. *Eius*

Digitized by Google

17. *Eius differentia ab exploratoribus vadorum.* 18. 19. 20.
21. *Proreta qui?*
22. *Saepe vna perſona varia officia gerit.* 23.
24. *Inferioris ſortis nautae varia habent nomina.*
25. *Dietarii qui.* 26.
27. *Dieta quid.*
28. *Remiges qui et quotuplices?* 29. 30. 31. 32. 33.
34. *Meſonauta quis ſit varie Dd. diſputant.* 35. 36. 37. 38. 39. 40.
41. *Intellectus* l. 1. §. 2. naut. caup.
43. Ναυτεπιβάτης *qui.* 44. 45. 46.
47. *Scriba quis.*
48. *De eius facto an teneatur exercitor.*
49. *Caetera nautarum nomina recenſentur.* 50. 51. 52.
53. *Aliae eorum a nauibus adpellationes.* 54. 55.
56. *Mercatores et epibatae non ſunt nautae.* 57. 58.
59. *Magiſter nauis non debet homines malos in nauim recipere.*

Sequitur membrum ſecundum de perſonis nauigationi praepoſitis. 1
De harum dicemus gradibus, ſcientia maritima et miniſterio in
ipſo actu nauigationis. Nauta in ſtricti iuris ſignificatione dicitur ille, 2
qui nauim exercet. *l. 1. §. 2. naut. caup. ſtab. 27. obſeru. 31.* In lata
vero omnes eo nomine adpellamus, qui nauis nauigandae cauſſa in 3
naui ſunt. *d. l. 1. §. 2. l. 11. §. 2. d. publ. et vectigal.* vel qui adhiben- 4
tur, vt nauis nauiget. *l. 1. §. 1. furt. aduerſ. naut.* Hi ſunt vel ſupe- 5
rioris, vel inferioris conditionis. Inter illos primus eſt Archiguber- 6
nus, ſeu Archithalaſſus, i. e. totius claſſis praefectus, omnium gu-
bernatorum primus. *l. 46. ad SCtum Trebell. ibique* GOTHOFREDVS
de quo infr. plura. Pone ipſum Nauarchus, princeps nauis. *l. 6. C. de* 7
nauic. l. vn. de bon. poſſ. ex teſt. mil. Qui ſi triremi imperat, trierar- 8
chus dicitur *l. vn. de bonor. poſſ. ex teſt. milit. l. 46. ad SCtum Trebell.*
CICER. *in Verr. act. 2. p. 322.* (m)

Nauclerus, *l. 3. C. de nauic.* Nauicularius, *tot. tit. C. de na-* 9
uic. Nauiculator, ſunt ſecundum opinionem BVDAEI *ad l. 1. naut.*
caup. nauium domini, meritorias naues habentes, quos Patronos ad-
pellamus. Meminit TACIT. in his verbis, *atque inde decurſu in litto-* 10
ra vim in mercatores, aut nauicularios, audebant. VEGET. *lib. 5. de re*
milit. eos vocat, qui in claſſe ſingulis nauibus praeſunt, quos Belgae 11
Capitaneum aut caput armatae marinae nauis vocant, *ein Schiffs-*
Capitäin.

Digitized by Google

12 Magiſter nauis eſt, cui totius nauis cura mandata eſt, *l. 1. §. 1.*
d. exc. cit. act. Alii legunt, cui totius nauis anchora, ſumta ſynec-
doche partis pro toto, mandata eſt, quam lectionem etiam probam eſſe.
13 PECK. *ad §. d.* teſtatur. Graece dicitur κιϛικὸς CVIAC. *in Afr. p. 448.*
In iure enim Magiſter dicitur, cui praecipua rerum cura incumbit,
et qui magis, quam caeteri, diligentiam et ſollicitudinem rebus, quibus
14 praeeſt, debet. *l. 57. de V. S. ibique* GODDAE. Magiſtri autem praepo-
nuntur variis negotiis *l. 1. §. 12. eod. vid. cap. part. 4.*

15 Gubernator, qui et patronus a BRVNING. dicitur, *tr. de homag.*
concl. 11. eſt, qui in puppi ſedet ad clauum, et nauim ſecundum prae-
16 cepta artis nauticae a ſcopulis et inuiis locis abducit, *l. 11. ff. 2. ſi publ.*
17 *et vect. l. 13. §. 2. locat. Ein Stuyrmann.* Differt a ductoribus nauium,
ſeu exploratoribus vadorum, *Piloten*, quod ille ſemper in naui ſit, ibi-
18 que et in mari officium gubernando praeſtet. Hi vero in certis por-
tubus ſint et adſciſcantur tantum ad hunc vel illum actum, quando
19 nautae alicuius loci non exactam habent notitiam. Videre tales licet
im Texel, Vlie, Hollandiae ſinubus, quotidie exſpectantes peregrinos et
20 operam ſuam certa mercede, a magiſtratu ſtatuta, locantes. Quum e-
nim impoſſibile ſit, vt gubernator nauis omnes maris angulos per-
reptare poſſit, vtilitas autem nauigationis maxima: prouidere ſolent
21 magiſtratus, ne aduenientes damnum aliquod ſentiant. In eadem *l.*
11. §. 2. fit etiam mentio Proretae, qui prorae inſiſtit, ſeu prorae
praefecti, *πρωράτης* Graece ſeu *πρώρεος*, German. *Houet-Botsmann*,
22 BEN. STRACCH. *de naut. part. 1. num. 10.* Obſeruandum autem maxime,
haec officia ita in praegrandibus nauibus, vel in tota claſſe diſtin-
23 gui. Quando vero vna nauis ſeparatim nauigat, ſaepe confunduntur,
vt vnus naucleri, magiſtri nauis, et gubernatoris perſonam ſimul ſuſti-
neat, quae cauſſa, quod non ita accurate haec vocabula diſtingui
poſſunt.

24 Inferioris conditionis ſunt reliqua turba nautica, communi ad-
pellatione *Maetſſ* dicta. In ſpecie quidam dicuntur Dietarii, *l. 2. §. 2.*
25 *naut. caup.* qui cibum ſeu mercedem in dies recipiunt, et cuſtodiae
cauſſa vno aut altero tantum die naui praeponuntur. Dicuntur in
26 *d. §.* etiam Ναυφύλακες. STRACH. *d. l. num. 12.* Sub horum cura ſunt
cubicula et caenationes, vbi arcae et merces deponuntur, *arg. l. 12.*
§. 4. d. inſtr. legat. (hae ſunt, quae dietae dicuntur, non minus in naui,

quam

Digitized by Google

quam in domo, *l. 43. ſſ. 1. d. legat. 1. l. 55. §. 3. d. legat. 3.*) vti ex ATHENAE *lib. 5.* colligit CVIAC. *27. obſ. 31.* 27

Remiges ſunt qui remos agunt, et, ceſſante vento, nauem remi- 28
gando propellunt. *l. 1. §. 2. naut. caup. Ruder-Knechte.* Hi ſunt in tri-
plici differentia. Pro differentia enim partium nauis alia accipiunt 29
nomina. Inferioris ordinis remiges, qui circa carinam remigant θα-
λάμιοι, vel θαλαμῖται dicuntur, θάλαμος enim eſt μυχὸς nauis in- 30
timus, et infimus ſinus, et inde θαλαμῖται ibi remigantes. Vteban-
tur breuiſſimis remis, et minimam mercedem accipiebant, quod mi- 31
nimum laborarent, vtpote breues mouendo remos, haud longe ab a-
qua. Rurſus media pars nauis inter ſummam et imam partem voca- 32
batur ζυγά, et remiges ζύγιοι ſeu ζυγῖται, qui in ea parte remos agi-
tabant. Caeteri dicebantut θρανῖται a θράνος, quae erat ſumma pars 33
nauis circa conſtratum. POLLVX. *in vocab.* SALMAS. *in obſeru. ad ius*
Attic. cap. 28. Meſonautam ſeu Mediaſtinum in *d. l. 1. §. 2. Accurſ.* 34
eum intelligit, qui mediocriter remos agit. HERMOL. BARBARVS manci-
pium intelligit, in medio nauis vnicuique deſeruiens *ein Pückter.* BOER. 35
deciſ. 56. col. 1. putat, vel pilotam eſſe, vel ſcribam, inuecta et illata ad-
notantem. CVIAC. *27. obſeru. 31.* coniecturatur, eum eſſe qui in medio 36
remos agit, tres enim *d. l.* remigum gradus eſſe demonſtrat. Sed ob- 37
ſtat ei *d. ſſ.* qui remigem meſonautae opponit. GOTHOFRED. *in d. §.* 38
2. putat eum eſſe, qui medium ocum tenet inter nautas ſummos et in- 39
fimos, vel qui aliis ſignum remigandi praebet. Et huic opinioni 40
BACHOV. *in part. 1. com. ff. d. §. 2.* conſentit. Eſtque ſenſus *d* §. quod 41
exercitor non debeat obligari ex facto, et receptione, aut remigum
qui ſunt infimae conditionis, aut nautarum aliorum, qui proximo
ab his ſcilicet remigibus loco ſunt: ſed tantum ex facto ſuo pro- 42
prio, aut etiam illorum, qui proximum ab ipſo locum tenent. Su-
premae et optimae conditionis nautae ſunt. ALCIAT. vero *lib. 1. parerg. c.* 43
43. et PECK. *ad §. 2.* eum vulgari voce meſonautae dici exiſtimant, qui na-
uem inſcendit, et ne aliquid nauli nomine Domino nauis ſoluat, ducen-
dis remis operatur. Quod apud Zelandos et Batauos non eſt inſoli- 44
tum. Sed hunc ſingulari nomine Ναυτεπιβάτην vocat ICtus *in l. fin.* 45
§. 2. naut. caupon. CVIAC. *27. obſ. 31.* Qui enim longinquas peregri- 46
nationes ſuſcipiunt, ne nauli nomine, et vltra quam eis ſuppetit, gra-
uentur, nautarum albo ſe adſcribi faciunt, operaſque, conſentiente

magiſtro, pro parte nauli impendunt. PECK. *ad l. fin. naut. caupon. num. 5.*

47 Scriba, rationarius, *Schriver*, qui merces in nauem demiſſas
48 conſignat. Vbi quaeritur, an exercitor nauis teneatur de mercibus, ſi ſcriba non recte adſignauerit? Adſir. Si eum praepoſuit propter vtilitatem nauigationis. Imputet enim ſibi, quod tali homini illud officium commiſerit, qui parum diligens eſt. *arg. l. 203. de R. I.*

49 Naupegus eſt, qui nauim reficit, ſi forte rimas agat, vel aliud damnum ex violentia tempeſtatis accipiat, Hiſtiopegus *ein Seegelneyer.*

50 Coquus focarius, *ein Kock*, dapes praeparat, ſentinam exhaurit,
51 et alia viliſſima munia in naui obit. Armeniſtis *de dat Segel richtet.*
52 Caſteriophylax, *Kaiüten-Wächter.*

53 A genere nauium dicuntur Carabita, *ein Bordinges-Fahrer.* Ra-
54 tiarius, *de vp Flöſſe fahrt.* Portitor *ein Fehrmann.* Remulcus, qui ſca-
55 pha trahit nauem maiorem, *der vtagelt.* Helciarius, qui fune trahit nauem, *ein Treiler.*

56 Praeter hos in nauibus ſolent eſſe mercatores, quos ANGEL. *conſ. 290.* inter tria nauigantium genera refert. BEN. STRACH. *4. d.*
57 *naut. p. 1. num. 17,* Reperiri etiam ſolent epibatae, vectores, *Paſſa-*
58 *giers*, qui certo naulo transfretant. Sed quia hi non ſemper, nec neceſſario, nec nauigandi cauſſa adſunt, inter nautas referri neque-
59 unt. *l. 1. §. 2. naut. caupon. vid. infr. part. 13. cap. 10.* Prouidebit autem magiſter nauis, vt homines modeſtos, nec nimis impios, in nauim imponat. XENOPH. *d. inſt.* CYR. *l. 8. num. 204.*

CAPVT VI.

MAGISTER NAVIS NAVTAS DEBET CONDVCERE. HORVM OFFICIVM, VT NAVEM ONERENT ET EVACVENT. MERCES NAVTARVM IN PECVNIA ET VICTV CONSISTIT. CAVERE DEBET MAGISTER, NE ILLICITAS MERCES VEHAT.

SVMMARIA.

1. *Naui inſtructa, eam Magiſter locare debet.*
2. *Huius officium vt idoneos nautas conducat.*

3. *Loca-*

Digitized by Google

3. *Locarium nautarum conſiſtit in pecunia et victu.*
4. *Pecunia conuentione certa determinatur, et ſi non ſit, quid iuris, additur.* 5. 6. 7.
8. *Dimidium ſolent ante iter accipere.*
9. *Victus quur additur.* 10.
11. *Edunt bis vel ter de die.*
12. *Victus adpellatione quid veniat.* 13. 14. 17. 18.
15. *An eius nomine hoc caſu veniant veſtimenta.* 16. 21. 22. 23. 24.
19. *A propria vocis ratione non abeundum.*
20. *Actus agentium non debet vltra intentionem operari.*
25. *Nautis conceditur aliquamtulum mercium vehere.* 26.
27. *Sufficit amici labore alicui in paucis conſuli.*
28. *Liberum illis id vili pretio diſtrahere.* 29.
30. *Commeatus nauis quomodo et quibus reb. inſtruendus.* 31. 32.
33. *Si Commeatus deficit, vnusquisque tenetur in commune conferre.* 34. 35. 36.
37. *Necare videtur, qui alimenta denegat.* 38.
39. *Nauta pro miniſterio non habet hypothecam in naui.* 40. 41. 42. 43. 44.
45. *Primum nautarum officium onerare naues.*
46. *Recenſentur merces, quibus nauis onerari ſolet.* 47. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71.
48. *Romam frumentum ex prouinciis aduectum.* 49. 50.
59. *Legumen vnde dicatur.*
72. *Merces vel promiſcue in naui iacent, vel includuntur.* 73.
74. *Trochlea eſt inſtrumentum quo merces naui induntur, vel extrahuntur.*
75. *Hortator dicitur, qui ad laborem admonet.* 76.
77. *Celeuſma eſt cantus, iuxta quem laborant, vel tibia, qua cantus fit.* 78.
79. *Scriba merces conſignat, et poſtea tradit.* 80.
81. *Nautarum alterum officium eſt exonerare nauim.*
82. *Aliquando naues onerantur et leuantur beneficio caraborum.* 83.
84. *Praeferenda, ſi plures naues, primo veniens vel maior.* 85.
86. *Magiſter nauis non debet illicitas merces vehere.*
87. *Illicitae merces enumerantur.* 88 89. 90. 91. 93.
92. *Perniciofum barbaros inſtruere.* 94.
95. *Valet ſtatutum, ne exportetur frumentum.* 96. 97. 98. 99. 100. 103. 104. 105. 106. 107. 108.
101. *Poena ſi contra faciant.* 102.
109. *Eadem ratio in farina.* 110.
111. *Quatenus ipſum Principem ſtatutum ſtringat, diſcutitur.* 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121.
122. *Dubium eſt quid iuris in illis, qui ſui vſus gratia exportarunt.* 123. 124. 125. 126. 127. 128.
129. *Quid iuris, ſi aliunde res comparata.* 130. 131. 133.
132. *Verba pro vtilitate communi pinguius accipiuntur.*
134. *In caſibus neceſſitatis detrimenti, non lucri, fit praeſtatio.*

Digitized by Google

1 Ita naui inſtructa, officium magiſtri nauis eſt, vt eam locet ad vehen-
das merces *l. 1. §. 12. d. exerc. act.* Quo facto nautas idoneos et
exercitatos conducere debet certa mercede, ad miniſteria nautica. Quum
2 enim vnus non poſſit omnibus praeeſſe, neceſſe eſt, vt ſibi ſocios adſci-
ſcat. RVTG. RVLAND. *part. 4. d. commiſſ. lib. 2. c. 11. n. 11.*
3 Merces illa ſeu locarium vocatur *Botsmanns-Hüre*, ſicut ipſi di-
cuntur operas locare, earumque nomine aliquid petere. *l. 1. §. 7. d.*
4 *exerc. act.* STRA. *d. nau. part. 3. n. 3. ibi operas.* Conſiſtit autem tum
5 in pecunia, tum in victu. Pecunia conuentione certa determinatur, *l. 1.*
locat. quod ſi omiſſum fuerit, id obſeruatur, quod in regione, in qua
6 actum eſt, frequentatur. *l. 34. d. R. Iur.* Sciunt enim plerique nautae,
quantum ab hoc loco ad illum, prout variat ratio anni, et miniſterium
7 in naui, debeatur. Interim ſi regionis mos non adparet, prout varius
eſt, ad id quod minimum eſt redigenda ſumma. *d. l. 34.* Et dimidium
8 quidem pecuniae accipiunt, antequam ſoluunt ex portu, vt ſi opus
habeant, quaedam ad veſtitum aliaque vitae neceſſaria, emere poſſint.
9 Victum addere ſolent, quod ſine eo commode nauis ſalua eſſe nequeat.
l. 6. qu. pot. in pignor. Eſt enim pars mercedis cibus, quo dignus
10 eſt mercenarius. MATTH. *20. v. 10.* quum non praeſumatur de vento vi-
11 uere *l. 2. C. de aliment. pupil. praeſt.* Solent bis, interdum ter, de
die alimenta accipere, quibus neceſſariis magiſter nauis eos defrau-
dare non debet, ne moroſos et inuitos in labore habeat. *l. 6. d. ceſſ.*
12 *bonor.* Victus autem verbo non ſolum continentur, quae eſui potui-
13 que ſunt, *l. 43. d. V. S.* ſed etiam quae cultui corporis ſeruiunt, quae-
que alias ad viuendum neceſſaria ſunt, *d. l. 43.* vt, quibus tuendi et cu-
randi corporis noſtri gratia vtimur *l. 44. eod.* veluti veſtis, ſtramen-
14 tum, tegumentum, habitatio. *l. 43. l. 203. l. 234. §. fin. d. V. S. l. fin.*
d. alim. legat. l. 18. d. oper. libertor. l. 6. §. fin. d. off. proconſ. GOED.
15 *ad d. l. 44.* Quaeritur ergo: Si magiſter nauis cum reliquis nautis certa
mercede contraxerit pro nauigatione, an vltra mercedem veſtimenta
16 poſtulari poſſint? Negatur: quia licet in larga ſignificatione victus ve-
niant veſtimenta iuxta dicta, id tamen non procedit, quando aliter con-
17 uenit ſaltem tacite *l. 34. d. Reg. Iur.* Conuentio enim dat legem
18 contractui. *l. 23. d. R. I.* Hoc autem caſu merces definitur certa pe-
cunia et victu, quantum ſcilicet ſingulis diebus conſumant. A propria
19 autem ſignificatione vocis non eſt recedendum. *l. 125. d. V. S.* ne actus
agen-

agentium vltra eorum intentionem operetur. *l. 19. de reb. cred.* Ad 20
haec verſamur hoc loco in materia locationis, et contractuum, in qui- 21
bus id tantum venit, quod actum eſt, et debet locator ſibi ipſi impu- 22
tare, ſi rem non dixit apertius. *l. 89. d. pact.* in legatis alimentis ali- 23
quando larga fit explicatio *l. fin. d. alim.* Sed hic inſpicienda mens 24
magiſtri nauis, quid voluerit, voluit autem tantum in diem alimenta
dare, alias fieret, vt ſi ſupra mercedem et victum etiam veſtimenta ac-
ciperent, pretium excederet laborem, inter quae proportio iuſta
obſeruari debet. Solet tamen additamenti loco nautis concedere, vt 25
modicum aliquod onus imponant, quod vocant *des Volckesführung*, 26
quo etiam contenti eſſe debent, quum ſufficiat ſatis abundeque, ſi cui 27
vel in paucis amici benevolentia conſulatur. *l. 20. C. de negot. geſt.*
Liberum autem illis ſit, ſi vilius id vendant, nec ideo mercatores queri 28
debent, quaſi pretium mercium ſibi ſtatuerint, modicum enim eſt,
quod non curat praetor *l. 4. de integr. reſtit.* et conducit reipubl. vti- 29
litati, ſi alii ad vtilitatem alliciantur.

Commeatu autem plerumque nauigia ad ſpatium ſex menſium 30
ſunt inſtruenda, procurandumque ſedulo, vt adſit copia panis nau- 31
tici, quem Itali Biſcotto, quaſi bis cocti, vti et Hollandi *Biſcuit* no-
minant. BEN. STRACH. *d. Aſſecur. in praef. n. 23.* Item carnis ſalitae, 32
piſcium tum aridorum, tum ſalitorum, lardi, fabarum, piſorum, ſa-
lis, oryzae, ſynapis, vini, mulſi, cereuiſiae, aceti, butyri et aquae
dulcis. RANTZOW. *in comment. bellic. lib. 5. c. 2. n. 2.* Quod ſi deficiunt 33
ea, quae conſumendi cauſſa in naui ſunt, quod quisque habet, in
commune tenetur conferre. *l. 2. §. 2. in fin. ad l. Rhod. d. iact.* Quis
enim tam iniuſtus, tam auidus, tam auarus, quam qui multorum ali- 34
menta ſuum non vſum ſed abundantiam et delicias facit? Neque enim 35
minus eſt criminis, habenti tollere, quam quum poſſis et abundes, in-
digentibus denegare. Eſurientium panis eſt, quem quis detinet, *c.* 36
ſicut n. 8. hiſt. 47. et necare dicitur qui alimenta denegat. *l. 4. d. agnoſ.* 37
lib. nihil enim intereſt, an occidat quis, an mortis cauſſam praebeat. 38
l. 14. ad L. cornel. d. ſiccar. Quaeritur an nautis pro miniſterio in 39
naui praeſtito in ipſa naui tacita competat hypotheca? Neg. datur
enim haec tantum in certis caſibus, quos lex expreſſit, inter quos 40
hic non inuenitur. NEGVZ. *tr. d. pignor. in 4. membr. 2. part. 2.* Nec
obſtat, quod in rem conſeruandam factae operae, et hac ratione ſalua 41
fuerit.

Digitized by Google

42 fuerit. Eſt enim talis hypotheca in aedibus ſingularis, ideoque ne quidem ob paritatem rationis extendenda *l. 16 d. LL.* Erubeſcimus
43 enim ſine lege loqui. *nou. 18. c. 2.* Immo non impendentium pecuniam
44 conditio, ſed cauſſa inſpicitur, propter quam itur in creditum. Habent praeterea nautae actiones ordinarias, veluti locati, quibus experiri poſſunt.

45 Primum miniſterium nautarum eſt, vt onerent nauim. Niſi enim pondus habuerit vento vix reſiſtet, ſed hinc inde iactata tandem
46 ſupprimetur. *l. 31. l. 61. §. 1. locat.* Onerantur in quibusdam locis naues
47 frumento, *d. l. 31. 47. l. 21. §. 5. de furt. l. 5. C. d. nauib. tot. tit. C. d. frument. vrb. conſt.* et in ſpecie tritico, *d. l. 31.* ſiligine, hordeo, aue-
48 na. &c. Romae frumentum petebatur e prouinciis, maxime ex Aegypto, Africa, Sicilia, Sardinia. BVLING. *c. 9. de vectigal.*

Reſpice num Libyci deſiſtat ruris arator
Frumentis onerare rates, etad oſtia Tibris
Mittere triticeos in paſtum plebis aceruos.

49 PRVDENT. *in Symmach.* Hinc Sicilia horreum Romanorum *a* CICERONE *et* IVSTIN. *lib. 44.* dicitur. CLAVD. *de bello Gild.*

Frugiferas certare rates lateque videbam.
Punica Niliacis concurrere carbaſa velis.

50 Contulerunt olim prouinciales populo Romano frumentum, oleum, porcinam bubulamque, qui canon dicitur, quem praefecto annonae
51 aduehebant nauicularii. *l. 2. C. d. fr. vrb. Conſtant.* Alibi oleo, *l. 1. C.*
52 *quae res ex port.* alibi metretis millibus vini, *l. 61. §. 1. locat.* vnde naues
53 vinariae dictae, in quas vinum effunditur, *l. 21. §. 5. de furt.* alibi alio liquamine *d. l. 1.* veluti garo, muria, melle *l. 3. §. 1. d. pen. Legat.*
54 pice dura, *Pick*, vel reſina, *Tehr*, adipe *Traan*, alibi animalibus. *l. 16.*
55 *§. 7. de publican.* alibi hominibus vel mancipiis, *l. 1. §. 12. de exercit.*
56 *ad l. fin. ad L. Rhod. d. iact.* alibi lignis. *l. 55. §. 5. de Legat. 3.* idque
57 vel tabulis quercinis maioribus, *Wagenſchott*, vel tabulis mi-
58 noribus, *Klapholt*, alibi legumine, ita dicto, quod legatur manu, non
59 ſubſecetur a terra, vt caeterae fruges. VARR. *1. de re ruſt.* PLVTARCH.
60 *in qu. Rom.* vbi quaerit, cur caſtimoniam profitentes leguminibus ab-
61 ſtineant? alibi cannabe, *l. 1. §. 10. de exerc. act.* alibi piſcibus ſiluris vel ſtu-
62 rionibus elixatis, aſellis, *Störe*, *Stockfiſch*, *l. 12. de act. emt.* alibi
63 auro *l. 2. C. d. commerc.* ferro, cupro, ſtanno, aliisque metallis, *l. 11. de*

de publican. alibi lapidibus vel pretioſis, vt margaritis, gemmis, adamante, ſaphyrino, *l. 2. ad L. Rhod. d. iactu l. 16. §. 7. publican.* vel mi- 64
noris conditionis, vt molaribus ſcilicet &c. alibi carbonibus, *l. 17. §.* 65
6. de act. emt. ſale, *l. 11. d. publican.* aromatibus, *l. 16. eod.* ſarcinis,
l. 2. ad L. Rhod. d. iact. CVIAC. *3. obſeru. 2.* pellibus Corduenſibus 66
Corduaan, vel aliis *d. l. 16. §. 7.* purpura, *d. §. 6.* lana, *d. §.* pau- 67
no Attalico, Anglico, Hiſpanico, *Attlaſ*, *Sammet*, *Lacken*, deni- 68
que omni alia materia. *l. 1. §. 12. de exercit. act.* Quum enim non o- 69
mnis vbique ſit fructus, pro conditione et indigentia prouinciarum alii
importantur, et exportantur. Tandem ſi nihil eorum ſuppeditatur 70
ſaburrant nauim ſabulo, *mit Ballaſt.* Solent autem hae merces vel pro- 71
miſcue intro iaci, vt fit in frumento, ſale, carbonibus, &c. vel ſac- 72
cis indi, quod fit in aromatibus, vel tabulis, cuppis, heronibus, 73
tonnis includi, *Tonnen-Guth. l. 31. locat.* Vbi nautae quum tonnas in 74
nauim recipiunt, ad ſubleuanda et demittenda onera vtuntur inſtrumento cum orbiculis, per quos funes ductarii trahuntur, et armamenta explicantur, vulgo trochleam vocant. GODD. *ad l. 242. de V. S.*
num. 1. Eſt inter nautas vnus qui Plauto hortator, Feſto portiſcu- 75
lus dicitur, qui perticam (qui portiſculus) manu tenet, et excurſum 76
et exhortamenta moderatur, qualis Poris apud LIV. *lib. 40.* Hic
adhibetur in ipſa nauigatione. Celeuſma alias remigibus cani ſolebat 77
per Symphoniacos, et per aſſam vocem, id eſt ore prolatam, vt in Argo naui per cytharam. GOTHOFR. *ad d. l. 1. §. 3. naut. caup. lit. n.* SENEC. *epiſt. 57.* Hodie per tibiam, quam Germani dicunt
Zibelitz. Merces impoſitas ſcriba in ſcriptum redigit, nauiſque in- 78
ſtrumenta conſignat, et iuxta ea poſtea in loco conuento deponit, 80
naui eximit, *löſchet oder lottet*, et modio vel menſura nautica admetitur, vel alias ad numerum et pondus acceptum tradit. Et tunc in
exoneranda naui miniſterium illud ſubeunt nautae, eoque demum per- 81
fecto, alteram partem mercedis accipiunt, veniaque petita, a domino
diſcedere poſſunt. Illud notandum, quod in quibuſdam ciuitatibus 82
portus aliquot milliaribus, vel leuiore ſpatio ab vrbibus diſtant, flu- 83
mina vero tantae profunditatis non ſunt, vt naues ea ſubire poſſint. *l. 13. §. 1. locat.* ideoque ſubſidio aliarum nauium, lato alueo fabricatarum quas Carabos vocant, (*Prame*, *Börding*, *Lüchter*,) implentur et
euacuantur. Quod ſi plures nautae hos carabos petant, illi qui pri- 84

85 mus aduenerit, primo fauendum, ſi vero omnes vno tempore, nauis maioris prae minori primum habenda eſt ratio. RVTG. RVLAND. tr. *de commiſſ. part. 4. lib. 2. cap. 11. n. 34.*

86 Cauere autem ſedulo magiſter nauis debet, ne prohibitas et
87 illicitas merces vehendas ſuſcipiat. *l. 6. §. 4. de off. praeſid.* Illicitae merces ſunt cos, ferro ſubigendo neceſſaria, ferrum, frumentum, ſal,
88 ſi ad hoſtes exportentur, *l. 11. d. publ aurum l. 2. C. de commerc.* veſtes holoſericae, *l. fin. C. d. d. veſt. Holoſer.* equus militaris extra
89 prouinciam, *l. 12. ſ. 1. de re milit.* GOTHOFRED. *ad l. 11. §. 3. lit. m. d.*
90 *publican.* purpura, *l. 1. C. quae res.* lorica, ſcuta, arcus ſagittae, ſpathi, gladii, vel alterius cuiusque generis arma vel tela, aliaque facti
91 vel infecti ferri. *l. 2. C. eod. nou. 85.* Idem in vino, oleo, liquami-
92 ne ſtatuit *l. 1. C. quae res, export.* Perniciofum namque Romano imperio et proditioni proximum eſt, Barbaros quos indigere
93 conuenit telis, vt validiores reddantur, inſtruere. *d. l. 12.* Si quis con-
94 tra fecerit, capitaliter punitur, et eius bona vindicantur fiſco. *d. l. 2. in fin.* Hinc ſtatutum, vt naucleri nauium in portibus deponant, in quam prouinciam ituri ſint, ne indignatio poſtea contra eos proce-
95 dat. *l. vnic. in fin. C. d. lit. et itin. cuſt.* Sic cuilibet domino, etiam magiſtratui inferiori, ſi indigenae ipſi eo opus habent, permisſum facere ſtatutum, ne frumentum aliaeue res ex ipſius territorio
96 ad exteros deuehantur, *daß nichts ausgeſchiffett werde. argum. l. 2.*
97 *C. quae res export. arg. l. 1. §. 11. d. off. praef. vrb. l. 2. l. 4. C. de commeat.* et hoc ex vtilitate regnorum eſſe probat SAYSEL. *in Rep. Gall. p. 111.* CAMIL. BORELL. *tr. d. magiſtr. lib. 3. cap. 14* BESOLD. *in*
98 *vitae et mortis conſid. lib. 1. cap. 2. num. 7.* hac enim ratione auertitur annonae caritas, et prouidetur, ne ſubditi indigeant. CRAV. *conſ.*
99 *973. num. 45.* KLOCK. *d. vectigal. concl. 54. l. a.* Copia enim frumentorum prouinciae debet primum prodeſſe, cui naſcitur, et alienis
100 partibus, quod ſupereſt, impendi debet, et tunc de exteris eſt cogitandum, quum ſe expleuerit ratio propriae neceſſitatis, vt reſcripſit olim Theodoricus Rex Gothor. apud CASSIODOR. *l. variar. cap. 34.*
101 Quod ſi ſubditi contrauenerint, praeter vigilias et cuſtodias, inſtar bellicorum temporum partiendas, illa etiam inſtrumenta ſunt adhiben-
102 da, quibus maxima peccata in ciuitate ſanantur, quum ſancta et pia crudelitas illa ſit, qua ſupplicio paucorum, qui puniri meruerunt

manife-

manifeſtae certaeque plurimorum inſontium morti obuiam itur. Memorant. SAYSELL. *d. l.* BODIN. *tr. des monnoyes b. 3.* nunquam Franciam fame laboraturam, ſi exteri nil exportarent. Hiſpani tanto fa- 103
uore complectuntur, qui adferunt frumentum, vt nemo ex Iudicum 104
miniſtris auſit capere eum, qui ſaltem dicat, *trabo tridigo*, hoc eſt, 105
triticum adporto. Nec obſtat, quod nulla ciuitas legem poſſit im- 106
ponere extraneis. *l. 1. C. d. ſum. Trinit. l. fin. d. Iurisdict.* Poteſt
enim rebus ſuis legem, quam vult, dicere. *l. 21. C. Mand.* Quamuis 107
perſonae, ad quas res ſpectant, alterius ſint iurisdictionis. *l. 20. de S.* 108
S. Eccleſ. Et hoc etiam ad farinam extendendum, licet ſtatutum, 109
quod alias ſtricti iuris eſt, de frumento loquatur. Eadem enim quum 110
hic ſit ratio et mens ſtatuentium, neceſſe eſt, vt eadem etiam obtineat diſpoſitio. *l. 7. §. 3. ad SCtum Maced. l. 6. de V. S.* KLOCK. *d. l.*

Quaeritur hoc loco, an tale edictum prohibens euectionem 111
ipſum comprehendat principem vel ſuperiorem? Certe ratio iuris 112
refragatur, ne princeps ob conditionem perſonae ſibi ipſi imperet: *l. penult. de recept. qui arbitr.* quum diuerſae ſunt perſonae imperantes et parentes, *l. 13. §. penult. ad SCtum Trebell.* et ſemper in du- 113
bio excipiatur perſona loquentis. *l. 40. §. 1. de fideicommiſſ. lib.* Si vero publica vtilitas et mens ipſius principis inſpiciatur, dubium non 114
eſt, quin velit hic de maieſtate decedere, LL. ſe alligatum profiteri, 115
l. 4. C. de LL. quam dare ſiniſtram auaritiae ſuſpicionem, vel ſe ne- 116
gligentem oſtendere publici commodi, quod et in ſua perſona pro- 117
curare debet. *l. 3. de off. praef. vigil.* Et ſane aut abundat prouin- 118
cia frumento, aut eget. Si abundat, princeps ſe commerciis non 119
libenter immiſcere debet, quae priuatorum ſunt, et ſi facit, non exiguum auaritiae naeuum ſibi conciliat, vilia officia ſubeundo. Parum etiam edicta habebunt auctoritatis, quum conſtabit principem non 120
publicae, ſed priuatae vtilitati, ſeruire voluiſſe. Si eget, turpe eſſet, afflictis 121
addere afflictionem, ſuosque odio habere, vt extranei viuant. Dubium quoque eſt, an illi contineantur edicto, qui exportarunt ſui vſus gratia? A 122
vectigalis onere liberas eſſe res, quas quis vſus ſui gratia vehit, legibus cau- 123
tum eſt: *l. 5. C. d. vectigal. l. 4. §. 1. d. publ. et vectigal. l. 203. d. V. S.* ſed vt quis poſſit contra edictum vſus ſui gratia frumentum euehere, nullibi ſcriptum. Et quia leges generaliter, non in ſingulas perſonas, 124
feruntur: *l. 8. de LL.* nulla ratio eſt, quur hic eximantur *l. 2. C. eod.*

Digitized by Google

125 Refragatur etiam ipſius vocabuli natura. Vſus enim gratia id dicitur
eſſe, quod victus ſui cauſſa ab alio paratum eſt. *d. l. 203. u. quid autem.*
126 *l. 28. d. aur. arg. legat.* Quid autem magis victui ſit, quam frumen-
tum, nihil eſt, retineat ergo, ne ſibi ipſi damnum cauſſet. Et quidem
ſi victum habet in frumento: quid alterius vſus gratia expetit? veſtimenta
127 vel lautiora edulia? Temperet ſibi ab iſtis in publica neceſſitate, ne
eligendo prae reliquis ciuibus meliorem conditionem, diuitias expo-
128 nat inuidiae. Publica vtilitas vincat priuatam, nec vſus proprius tan-
tus ſit, vt multorum ncolumitatem euertere cupiat. *l. vnic. §. 14. C.*
129 *d. cad toll.* Quaeritur quid vlterius dicendum ſit de iis, qui rem ve-
titi exportare, emerunt aliunde, et portarunt in locum edicti, poſt-
130 que demum exportarunt? Si neſciuerunt, edictum publicatum eſſe,
nec adhuc nauis exonerata eſt, ignorantia facti eos excuſat. *arg. l. 29.*
131 *§. 1. mandat.* Si vero frumentum ſemel ciuitati inductum, etiamſi
mercator ignoret edictum, tacite videtur ſe conformaſſe publicae legi.
132 Verba enim pro vtilitate communi pinguius accipiuntur, *l. 14. d. except.*
rei iudicat. et facit egeſtas neceſſitasque, ne in tali caſu apices legum,
133 ſed potius aequitas inſpiciatur. Maxime autem illud obtinebit, ſi
aequum pretium offerant incolae, nullum enim damnum habet, qui
134 aeſtimationem accipit. *l. 12. §. 5. d. iur. dot.* Nec obſtat, quod alibi
plus lucrari potuiſſet. In caſibus enim neceſſitatis detrimenti, non lu-
cri ſit praeſtatio. *L. 2. §. 4. ad L. Rhod. de iactu.*

CAPVT VII.

NON OMNI TEMPORE COMMODE NAVIGATVR. LEGIBVS QVONDAM DEFINITVM. TEMPESTATEM EX SIGNIS NAVTAE CONIECTVRARE SOLENT.

SVMMARIA.

1. *Naue onerata, ventus captandus.*
2. *Nauta non debet ſegniter iter facere.* 3.
4. *Tempora quaedam nauigationi non apta.* 5.
6. *Ver aptiſſimum.* 7. 8.
9. *Determinatur commodum nauigationis tempus.* 10. 11. 12. 13. 14.
15. *Mare quando clandi dictum, et qua de cauſſa?* 16. 17. 18. 19. 20. 21.
22. *Hyeme periculoſa nauigatio.*
23. *Intellectus cap. 27. v. 9. in actis Apoſtolorum.*

24. *Hodie*

24. *Hodie ſtatuta tempora non aeque obſeruantur.* 25.
26. *Mare quando aperiri dicitur.*
27. *Tempeſtatem ſigna praecedere ſolent.*
28. *Iudicium nautarum circa ſigna tempeſtatis futurae.* 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37.
38. *Aliquando ab animalibus.* 39. 40. 41.
42. *Vel diebus.* 43. 44. 45.

Naue onerata, commodum exſpectat nauta ventum et tempeſtatem, 1
vt iter adgredi poſſit. Illud autem non ſingulis diebus et
noctibus, et omni tempeſtate, continuare cogitur, nec tamen 2
poteſt delicate progredi, vt reprehenſione dignus adpareat, ſed ha-
bita ratione temporis, aetatis, ſexus, valetudinis, ita debet agere vt
mature perueniat, i. e. eodem tempore, quo plerique eiusdem con-
ditionis homines ſolent peruenire. *l. 137. §. 1. de verb. oblig.* Tem- 3
pora igitur imprimis obſeruanda ſunt, nec enim omnia apta ſunt na- 4
uigationi, nec integro anno vis et acerbitas maris patitur nauigantes,
ſed quidam menſes aptiſſimi, quidam dubii, reliqui claſſibus intra-
ctabiles ſunt lege naturae. VEGET. *lib. 5. d. re. milit. c. 4.* Ver aperit 5
nauigantibus mare, cuius in principio Fauonii hibernum molliunt 6
coelum, ſole Aquarii vigeſimam quintam obtinente partem. Ideo
natalis nauigationis dies fuit. 6. Id. Mart. Attigit id VIRGILIVS *1. Georg.* 7

- - Et quum
Eurique Zephyrique tonat domus, omnia plenis
Rura natant foſſis, atque omnis nauita ponto
Humida vela legit. - - -

Item Poeta *Lyricus lib. 1. O. 4.* 8

Soluitur acris hiems grata vice veris et Fauoni,
Trahuntque ſiccas machinae carinas.

Poſt ortum Pleiadum a die ſexto Calendar. Martii vsque ad ortum 9
Arcturi, id eſt decimum octauum diem Calendar. Octobris ſecura naui- 10
gatio creditur, quia aeſtatis beneficio ventorum acerbitas mitigatur.
A Nouembri autem menſe crebris tempeſtatibus nauigia conturbat 11
Vergiliarum hyemalis occaſus. Ex die igitur tertio Iduum Nouem-
bris vsque in diem ſextum Iduum Martiarum maria clauduntur, VEGET.
lib. 5. c. 9. PIN. *4 nat. hiſt. 47.* THEODORET. *d. prouid. ſerm. 1.* et hac 12
ratione ſuſceptationis neceſſitatem intra tempora a Calendis Aprilis 13

vſque ad Calend. Octobris concluſerunt Impp. Grat. Valent. *in l. 3.*
14 *C. d. naufrag.* Hollandi id olim obſeruarunt, vt ante Calendas Apri-
lis neminem paterentur enauigare. KECKERM. *in curſ. philoſ. diſp. 31.*
15 *problem. n. n.* Hunc morem Romani annotarunt, et tunc mare claudi
dixerunt. CICERO *ad Quint. fratr.* ibi: *Atque adhuc clauſum mare ſcio*
16 *fuiſſe.* et CAESAR. *lib. 5.* ibi: *Quas naues quum aliquando fruſtra exſpe-*
ctaſſet, ne anni tempore nauigatione excluderetur, quod aequinoctium
ſuberat, neceſſario anguſtius milites collocauit. CASSIOD. *12. lib. var. 24.*
17 HORAT. *1. Carm. od. 4.* SVETON. *in Claud. cap. 18.* Rationem dat PLIN.
2. nat. hiſt. c. 47. Poſt id, inquit; aequinoctium diebus fere qua-
18 tuor et quadraginta Vergiliarum orſus hyemem inchoat, quod tempus
in tertium idus Nouembris incidere conſueuit, hoc eſt, Aquilonis hi-
berni, multumque aeſtiuo illi diſſimilis, cuius ex aduerſo eſt Afri-
19 cus. Ante brumam autem ſeptem diebus, totidemque poſtea, ſter-
nitur mare halcionum faeturae, et inde nomen ii dies traxere, reli-
quum tempus hiemat, nec tamen ſaeuitia tempeſtatum concludit mare.
Piratae primum coegere ex mortis periculo in mortem ruere, et hiberna
20 experiri maria, nunc idem auaritia cogit. Id vberius explicat VEGET.
d. l. ita, quod lux minima, nox prolixa, nubium denſitas, aeris ob-
21 ſcuritas, ventorum imbres, vel niuibus geminata ſaeuitia non ſolum
claſſes a pelago, ſed etiam commeantes a terreſtri itinere deturbat.
22 Et hoc reſpectu periculoſam tempore hyemis eſſe nauigationem, leges
docent. *l. 4. §. 1. de hered. inſtit. l. 38. ex quibus cauſſis maior. l. 6. C. d.*
offic. rector. prouin. VIRGILIVS id affirmat:

Quin etiam hiberno moliris ſidere claſſem,
Et mediis properas Aquilonibus ire per altum.

23 Atteſtantur id *acta Apoſtolorum c. 27. v. 9.* ibi: *quum iam eſſet nauigatio*
periculi plena, quod tempus ieiunii (Iudaici intellige, decimo die menſis
ſeptimi, quo hircus expiationis offerebatur) iam praeteriiſſet. Sed ho-
24 die auidae gentes haec tempora non ita bene obſeruant, vti teſtatur
CAEPOLL. *d. S. R. P. c. 29. n. 5.* de Venetis, de Hollandis, Anglis,
Danis, iuxta Islandiam hyemali tempore haerentibus, res eſt cuius
25 obuia. MERVL. *c. 2. diſſ. d. mar. p. 139.* Hi igitur, ſi poſtea quaſſatas naues
referant domum, ſuae auaritiae et temeritati damna imputabunt. Si-
26 cut autem inſtante clauſum, ſic exacta ſolutaque hyeme apertum dice-
batur

batur mare, HIERONY. *in vit. Paul. ad Euſtoch.* et tunc primitiae nauigationis Diis offerebantur. APVLEI. *lib: miles. 11.* MERVL. *p. 139.*

Tempeſtatem autem ſigna praecedere, VEGET. narrat. *lib. 5. c. 10.*
Nam aliquorum ortus occaſusque ſyderum tempeſtates vehentiſſimas 27
commouet. Vnde VIRGIL. *3. Aeneid.*

Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus, et omnes
Explorat ventos, atque auribus aera captat,
Sidera cuncta notat tacito labentia coelo,
Arcturum, pluuiasque Hyadas geminosque, Triones,
Armatumque auro circumſpicit Oriona.

Sed quia coeleſtes cauſſas humana conditio ad plenum noſſe prohi- 28
betur, ideo nauticae obſeruationis curam trifariam auctores diuidunt. Aut enim circa diem ſtatum, aut ante, vel poſtea tempeſtates
fieri compertum eſt. Vnde praecedentes *προχείμασιν*, ſubſequen- 29
tes *μεταχείμασιν* Graeco vocabulo nuncupauerunt. Planetae in-
primis, cum praeſcripto curſu dierum arbitrio creatoris ſuſcipiunt ſi- 30
gna, vel deſerunt, frequenter ſolent ſerena turbare. Interluniorum autem dies tempeſtatibus plenos, et nauigantibus quam maxime 31
metuendos, non ſolum peritiae ratio, ſed etiam vulgi vſus intelli-
git. Multis quoque ſignis et de tranquillo procellae, et de tempe- 32
ſtatibus ſerena produntur, quae, velut in ſpeculo, lunae orbis oſtendit. Rubicundus enim color ventos, caeruleus indicat pluuias, ex
vtroque commixtus nimbos et furentes procellas. Laetus orbis ac lu- 33
cidus ſerenitatem nauigiis repromittit, quam geſtat in vultu, praeſertim ſi quarto ortu, neque obtuſis cornibus rutila, neque infuſo
fuerit humore fuſcata. Sol quoque exoriens, vel diem condens, in- 34
tereſt vtrum aequalibus gaudeat radiis, an obiecta nube varietur; vtrum ſolido ſplendore fulgidus, an ventis vrgentibus igneus, neue
pallidus, vel pluuia ſit impendente maculoſus. Aer vero et mare ipſum, 35
nubiumque magnitudo vel ſpecies ſollicitos inſtruit nautas. Similia 36
de Sole VIRGIL. *1. Georgic.*

Sol quoque et exoriens, et cum ſe condet in vndas,
Signa dabit, ſolem certiſſima ſigna ſequentur.
Ille vbi naſcentem maculis variauerit ortum,
Conditus in nubem medioque refugerit orbe:
Suſpecti tibi ſint imbres &c. - - -

Item

Digitized by Google

37 *Idem de luna :*

Luna reuertentes cum primum colligit ignes,
Si nigrum obſcuro comprenderit aere cornu,
Maximus agricolis pelagoque parabitur imber.
At ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem.
Ventus erit, vento ſemper rubet aurea Phoebe.
Sin ortus in quarto (namque is certiſſimus auctor)
Pura, nec obtuſis per coelum cornubus ibit:
Totus et ille dies, et qui naſcentur ab illo,
Exactum ad menſem pluuia ventisque carebunt.

38 Aliquando etiam ab auibus, aliquando a piſcibus, ſignificantur. Sic
quando Phocae *Seehunde*, Balemae *Thürmeler*, capite prominent
39 vltra aquas inſtare tempeſtatem nautae diuinare ſolent. Iidem in-
quiunt, quum canis humi ſe volutauerit, magnitudinem venti ſignifi-
40 cari. Mergi, etanates, pluuiam denotant, quum merguntur quum alis
quatiunt, ventum. Fulicae, quum ſudum eſt, quo volant, inde ven-
41 tum praeſignificant. Complectitur haec VIRGIL. *d. l.*

Iam ſibi tum curuis male temporat vnda carinis,
Cum medio celeres reuolant ex aequore mergi,
Clamoremque ſerunt ad littora, quumque marinae
In ſicco ludunt fulicae notasque paludes
Deſerit, atque altam ſupra volat ardea nubem.
Saepe etiam ſtellas vento impendente, videbis
Praecipites coelo labi, noctisque per vmbras
Flammarum longos a tergo albeſcere tractus,
Saepe leuem paleam, et frondes volitare caducas,
Aut ſumma nantes in aqua colludere plumas.
Aeriae aut fugere grues, aut bucula coelum
Suſcipiens, patulis captauit naribus auras,
Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo,
Et veterem in limo ranae cecinere querelam.
Saepius et tectis penetralibus extulit oua.
Anguſtum formica terens iter, et bibit ingens
Arcus, et e paſtu decedens agmine magno
Coruorum increpuit denſis exercitus alis.
Iam varias pelagi volucres, et quae Aſia circum

Dulcibus

Digitized by Google

Dulcibus in ſtagnis rimantur prata, Cayſtri,
Certatim largos humeris infundere rores.
Nunc caput obiectare fretis, nunc currere in vnda
Et ſtudio incaſſum videas geſtire lauandi.
Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce,
Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena.

Fuerunt et ſingulares quidam dies, veteribus nautis ſuſpecti, nimirum 42
Februarii 6. 12. 15. 17. 19. 20. Martii 1. 7. 15. 17. 19. 25. Aprilis 5. 6. 7. 12. 20. Quibus plerumque, ſicut in nouilunio, plenilunio, qua- 43
draturis, lunae deliquio, et congreſſu cum Marte, aut cum ſtella fixa eius naturae, coniunctionibus item reliquorum Planetarum, praeſertim Saturni et Martis, magnae aequoris mutationes et tempeſtates ſuſcitari ſolent. RANTZOV. *lib. 5. comm. bell. 4.* Illud quoque nautae, 44
ex mari Balthico ſoluentes, vſu compertum habent, quod celeberrimae tempeſtates binis anni temporibus, quatuordecim nimirum diebus ante, et totidem poſt feſtum Paſchatos. Item quatuordecim die- 45
bus feſtum Michaelis praecedentibus, et ſequentibus. *Vide hac de re plura apud* RANTZOV. *d. l.* STEWECH. *in not. ad Veget. lib. 5. cap. 6*

CAPVT VIII.

VENTORVM FLATVS NAVEM MAXIME PROMOVENT. EORVMQVE NVMERVS.

SVMMARIA.

1. *Ventus in nauigatione debet eſſe proſper.*
2. *Hoc variat iuxta loca.*
3. *Ventus quid.* 4. 5.
6. *Diuiſio ventorum in quaternum numerum an bona.* 7. 8. 9.
10. *Ventis cardinalibus ſunt alii intermedii.*
11. *Progreſſus numeri ventorum.* 12. 13.
14. *Nomina ventorum recenſentur.* 15.
16. *Ventorum magna vis eſt.* 17. 18.
19. *Nautae debent eos noſcere* 20. 21. 22. 23. 24.
25. *Quaedam regiones habent ſuos peculiares ventos.* 26.
27. *Venti quidam ſtati dicuntur.* 28.

Quum vero tranquillum a tempeſtatibus mare eſt, vlterius requiritur, vt ventus ſit proſper et ſecundus, qui, quando talis eſt, ex 1

2 vna regula definiri nequit. Vt enim loca ſita ſunt, variant illi, et
3 modo hi, modo illis contrarii, expetuntur. In genere ſciendum eſt
ventum nihil aliud eſſe, quam copioſam exhalationem a terra pro-
greſſam, quae ab occurrente frigore repulſa paullatim in obliquum
retorquetur et cum impetu per aerem ruit. ARIST. *2. Meteor. 4.* MA-
4 GIR. *phyſiol. lib. 4. cap. 9.* De eius generatione, vtrum ſit aer commo-
tus, vel ſicca exhalatio, quod KECKERM. quatuor argumentis probat
problem. naut. 4. hoc loco nihil dicemus, ſed ſaltem, quomodo vſum in
nauigatione habeat. Hic ex ſingulis mundi partibus ſpirat, vnde qua-
5 tuor Cardinales venti numerantur, Eurus, Zephyrus, Aquilo, Au-
ſter, ſic dicti, quod a quatuor mundi cardinibus vel partibus ſpirent.
6 OVID. *1. Triſt. Eleg. 2.*

Nam modo purpureo vires capit Eurus ab ortu,
Nunc Zephyrus, ſero a veſpere miſſus, adeſt.
Nunc gelidus ſicca Boreas bacchatur ab Arcto,
Nunc notus aduerſa praelia fronte gerit.

7 Item MANILIVS:

Aſper ab axe ruit Boreas, fugit Eurus ab ortu,
Auſter amat medium coelum, Zephyrusque profundum.

8 Negare quidem id aliqui videntur ex *Pſalm 135. v. 7. Ierem. 10. v. 13.*
9 *Iob. 3. v. 8.* Sed ſi rectius illa loca inſpiciantur, id tantum negatur,
quod ſenſu corporis, tamquam res inuiſibilis, ventus adprehendi
poſſit, nequaquam vero, quod ex certis ſignis veluti vexillis aedium
10 vel templorum deprehendatur. Cardinalibus intermedii ſunt
11 itidem quatuor. Quibus tempore VEGETII *l. 5. cap. 8.* tot additi
12 vt duodecim fuerint. Poſterior aetas vsque ad triginta duos pro-
greſſa eſt, in quibus adhuc perſiſtimus, niſi quod frequentes in In-
diam nauigationes curioſis naucleris, dum vnumquemque in qua-
13 tuor partes diuidunt, centum viginti octo ſubiecerint. Nomina eo-
rum haec ſunt, ſecundum triplicem diſtinctionem, qua alii dicun-
tur Cardinales, alii Collaterales, alii intermedii.

Subſola-

Digitized by Google

- 15. Venti triplices ſunt
  - Cardinales
    - Subſolanus, ἀπιλιώτης, *Oſten.*
    - Fauonius, ζέφυρος, *Weſten.*
    - Auſter, Νότος, *Süden.*
    - Septentrio, Βόρεας, *Norden.*
  - Collaterales ſeruiunt vel
    - Subſolano
      - Vpeutus, *Oſt zum Süden.*
      - Vulturnus, *Oſt-Süd-Oſt.*
      - Meſeurus, *Süd-Oſt zum Oſten.*
      - Meſocaecias, *Nord-Oſt zum Oſten.*
      - Caecias, *Oſt Nord-Oſt.*
      - Vpocaecias, *Nord-Oſt zum Oſten.*
    - Fauonio
      - Vpafricus, *Weſt zum Süden.*
      - Africus, *Weſt-Süd-Weſt.*
      - Meſafricus, *Süd-Weſt zum Weſten.*
      - Meſocorus, *Weſt zum Norden.*
      - Corus, *Weſt-Nord-Weſt.*
      - Vpocorus, *Nord-Weſt zum Weſten.*
    - Auſtro.
      - Meſophoenix, *Süd zum Oſten.*
      - *Φοινίκιας*, *Süd-Süd-Oſt.*
      - Vpophoenix, *Süd-Oſt zum Süden.*
      - Meſalybanotus, *Süden zum Weſten.*
      - Auſtro-Africus, *Süd-Süd-Weſt.*
      - Vpolybanotus, *Süd-Weſt zum Süden.*
    - Septentrioni
      - Vpaquilo, *Norden zum Oſten.*
      - Aquilo, *Nord-Nord-Oſt.*
      - Meſaquilo, *Nord-Oſt zum Norden.*
      - Meſocircius, *Norden zum Weſten.*
      - Circius, *Nord-Nord-Weſt.*
      - Vpocircius, *Nord-Weſt zum Norden.*
  - Intermedii
    - Boreaphaelides Graecus, *Nord-Oſt.*
    - Notapeliotes Syroceus, *Süd-Oſt.*
    - Notolybicus Lybicus, *Süd Weſt.*
    - Boreolybicus Magiſtralis, *Nord-Weſt.*

16 Ventorum tanta vis eſt, vt non ſolum cataphractos equites pro-
17 ſternant, OLA. *1. hiſt.* SVEC. *4. et 7. cap. 4.* ſed etiam naues euertant, terrae motu vrbes abripiant, cuius rationes ſunt radii ſolares, copia exhalationum, aeriſque commotio. KECKERM. *probl. 4. 5.* Prae re-
18 liquis autem violenti ſunt Turbo, Ecnephias, Preſter. MAGIR. *d. l.*
19 Omnium exactam nautae cognitionem habere debent, iuxta illud:

Nauita de ventis, de tauris narrat arator.

20 Nam ſi eam non habent, facile contingere poteſt, vt damnum aliquod
21 nauis accipiat. Saepe enim ſinguli, interdum duo, magnis autem tempeſtatibus tres, pariter flare conſueuerunt. VEGET. *d. l.* RANTZ. *lib. 5. cap. 3. num. 2.* VIRGIL. *1. aeneid.*

Incubuere mari totumque a ſedibus imis
Vna Euruſque, Notuſque ruunt, creberque procellis
Africus, et vaſtos voluunt ad littora fluctus.

HORAT. *lib. 1. od. 3.*

- - *Nec timuit praecipitem Africum*
Decertantem Aquilonibus,
Nec triſtes Hyadas, nec rabiem Noti.

22 Vehementiſſimus ventorum eſt Aquilo, ſed noctu ortus, non eſt diu-
23 turnus, nec triduum in ea ſtatione conſiſtit. Exercitati igitur nautae ad primum intuitum Aquiloni temere non fidunt, niſi triduanus ſit.
24 Vice verſa Auſter primi diei exortu ſpem iisdem facit, fore diuturnum Vid. Prouerbium Νότος πρῶτος, βορέας τρίτος. Habent quaedam regiones ſuos peculiares ventos, *Land-Winde*, prouinciales di-
25 ctos. Sic Circius Galliae Narbonenſi, Boreas Thraciae, Carbaſus
26 Siciliae, Iapix Calabriae familiaris eſt. Olympius, ab Olympo monte
27 ſpirans nomen habet. MAGIR. *d. l. th. 26.* Praeterea ſunt etiam venti ſtati, qui certis et ſtatis anni temporibus ſpirant, Anniuerſarii, alias *Iahr-Winde*, quod ſingulis annis ad idem tempus redeant, veluti
28 Eteſiae, Chelidoniae &c. MAGIR. *d. l. th. 30.* Tales fuerint illi, quorum indicio Chriſt. Columbus nouum terrarum orbem humano generi detexit. KECKERM. *part. 2. problem. naut. 6.*

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT IX.

NORMA VELIFICATIONIS OLIM SIDERA FVERVNT, HODIE EST COMPASSVS. EIVS DESCRIBITVR FABRICA, ET FVNDAMENTVM, QVOD EST MAGNES. ADDITVR MODVS MENSVRANDI MILLIARIA.

Svmmaria.

1. *Nauigationem nauta ab inuocatione diuina incipit.*
2. *Poſtea diſponit curſum.*
3. *Quatuor in nauigatione attendenda.*
4. *Diſtantiae locorum bene obſeruandae.* 5.
6. *Compaſſus eſt norma nauigationis.* 7.
8. *Primo mortales littora legerunt.* 9.
10. *Deinde ad ſidera curſum direxerunt.* 11. 14. 15.
12. *In primis cynoſuram et Helicem.* 13.
16. *Demum quum nocte in mari eſſent, magnes inuentus eſt.*
17. *Eius deſcribitur natura.* 18. 19. 20. 24.
21. *Et ratio nominis.*
22. *Tum inuentor* 23.
25. *Philoſophorum opinio de cauſſa attractionis ferri.* 26. 27. 28. 29. 30.
31. *Plus eſt quod magnes habet polos ad mundi polos conuertibiles.* 32. 33.
34. *Huius cauſſa latet.* 35. 36.
37. *Vti et primus inuentor,* 38.
39. *Et tempus inuentionis.* 40.
41. *Tribuitur Italis, qui primi vſi.*
42. *Sufficit, neglectis ſideribus ſolam verſoriam inſpicere et ad eam nauigationem inſtituere.* 43 44.
45. *Hoc eſt admiratione dignum.*
46. *Deſcribitur fabrica Verſoriae.* 47. 48. 49.
50. *Diligenter pixis cuſtodienda.* 51.
52. *Circulus nauticus in 32. partes diuiditur.*
53. *Lineae ex compaſſo ductae, Rombi dicuntur*
54. *Hi monſtrant viam nauigationi.* 55. 56. 57.
58. *Schema compaſſi.*
59. *Habent hodie nautae et alios modos.*
60. *Nauigatio vel breuis vel longa.* 61. 62.
63. *Pleruinque breuis eſt.* 64
65. *Qui breuem expediunt illis compaſſus et bolis ſufficit.* 66. 67. 68.
69. *Monitum pro nautis tironibus.* 70. 71. 72. 73.
74. *Magnes aliquando mutat ſitum.* 75. 76. 77. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87.
78. *Ille duplex.* 79. 80
88. *Alius inuentus index, nauigationi proficuus.* 89. 90. 91.
92. *Eius figura.*

Digitized by Google

93. *Qui longiorem nauigationem cupiunt, illi alia adhibent inſtrumenta.* 94. 95. 96.
97. *Velificatio eſt duplex.*
98. *Vtraque deſcribitur.* 99.
100. *Modus traditur, quomodo veteres longitudinem locorum in nauigatione inquiſiuerint.* 101. 102. 104. 105.
103. *Orgya quot pedum.*
106. *Stadiorum ad noſtram menſuram computatio.* 107. 108.
109. *Additur modus, quo hodie in nauigatione nautae milliaria explorent,* 110. 111. 112. 113. 114. 115.
116. *Velocior eſt nauigatio ab ortu in occaſum.* 117. 118.
119. *Et quare?* 120.

1 Quando iam proſpicit magiſter nauis, ventum ſibi fauere, primum
omnium DEVM ter Opt. Max. felix iter pſalmis et precibus rogat,
vt ſub tutelam ſua et ſe recipere, et incolumem reducere velit.
2 Hinc leuatis anchoris dirigit velificationem iuxta compaſſum ipſe vel
3 gubernator, (*Er ſettet dat Corſt,*) et ita ex portu ſoluit. In ipſa nauigatione
quatuor attendenda veniunt. Longitudo, latitudo locorum
ſiue differentia eorum, Rombus, et itineris interuallum in ipſo oceano.
4 no. ADR. MET. *d. art. nau. c. 8. pr. 3.* De longitudine et latitudine
ſcita, quia ad Mathematicam ſpectant, et ea ſolide MET. *d. l.* SNELL.
5 *in Typh. Bat.* eruerunt, lectorem eo remittimus. Vbi etiam inueniet
modum inueniendi diſtantias locorum, quas IOH. AVRIG. *in ſpeculo nautico*
in chartis hydrographicis (*See-Karten*) per Europae loca
6 maritima quoque deſignauit. De compaſſo nautico et rombis in ea
7 adhuc quaedam propter inſignem vſum dicenda ſunt. Eſt enim compaſſus
veluti norma, iuxta quam naucleri nauigationem inſtituunt. Pri-
8 mo tempore, quum nulla adhuc in mari erant veſtigia, quae mortales
ſequerentur, vt portum attingerent, non auſi fuerunt integro pelago
9 ſe committere, ſed littora legentes, nocte ingruente ſe in portum recipiebant,
vel in ipſo littore quieſcebant.

Sol ruit interea, et montes vmbrantur opaci:
Sternimur optatae gremio telluris ad vndam.
Sortiti remos, paſſimque in littore ſicco
Corpora curamus, ſeſſos ſopor occupat artus.

10 Poſtquam vero, animis ad pericula obfirmatis, in alto mari pernoctari
coeptum, miſeri illi ἀλίπλαγκτοι tempora obſeruare, et ſigna quaerere
inſtituerunt, vnde certi eſſent, quas in oras, quo flatu ventorum fer-
11 rentur: Coelum ipſum principio ad partes vocatum, vt ad ſiderum
conſpectum curſus regeretur. *felix*

Digitized by Google

- - felix, ſtellis qui ſegnibus vſum,
Et dedit aequoreos, coelo duce, tendere curſus.

Phoenicum ea prima gloria, vt Solem interdiu ſequuti, meridie et ſe- 12
ptentrionis plagas haud difficulter diſiungerent, noctu autem a Cy-
noſura, (*Nordenleidung*) toti penderent, quod ea a polo proxime ab-
eſſet PLIN. *lib. 40.* At Graeci latiori ſpacio contenti Helicen ſpecta- 13
bant. Sic paſſim veteres docent.

Eſſe duos arctos, quartum Cynoſura petatur,
Sydoniis Helicen Graia carina notet.

Et haec longo tempore durarunt, vsque dum piratarum incurſus et 14
auaritia in vaſtum aequor mortales detruderet, nec amplius iuxta
littora haererent, ſed aliquot menſium ſpatio in pelago oberrantibus
nullae adparerent terrae, coelum vndique, et vndique pontus. Ibi
ſaeuientibus ventis, ſidereae ſpeculationes parum valuerunt, maxime 15
occidente Sole, et conduplicatis tenebris. Opus erat igitur alio du- 16
ctore, qui non e coelo petendus, ſed ante oculos et in manibus
verſaretur, et ſi nihil aliud, ſaltem id indicaret, quam in plagam maris
ſe puppis verteret, et quanto impetu concitata ferretur. Et hunc
ducem terra nobis praebuit Magnetem, qui, quod ferrum trahat, et 17
eam vim attrahendi in ipſum transfundat, iam olim pro miraculo ha-
bitum fuit. Quid enim eo mirabilius, inquit PLIN *lib. 36. nat. hiſt. c. 16.* 18
aut qua in parte maior naturae improbitas? Dederat vocem ſaxis, vt 19
diximus, reſpondentem homini, immo vero et loquentem. Quid lapi- 20
dis rigore pigrius? Ecce ſenſus manusque tribuit illi. Quid ferri duri-
tie pugnacius? Sed cedit, et patitur mores: trahitur namque a magnete
lapide, domitrixque illa rerum omnium materia ad inane neſcio quid
currit: atque, vt propius venit, adſiſtit, teneturque, et complexu hae-
ret. Siderium ab hoc alio nomine adpellant quidam Heracleam. 21
Magnes adpellatus eſt ab inuentore, (vt auctor eſt Nicander) in Ida re- 22
pertus. Nam et paſſim inuenitur, vt in Hiſpania quoque. Inueniſſe 23
autem fertur, clauis crepidarum et baculi cuſpide haerentibus, quum 24
armenta paſceret. CLAVDIAN. eum ſic deſcribit:

Hoc mihi quaerenti ſi quid deprendere veri
Mens valet, expediat. Lapis eſt, cognomine magnes.
Decolor, obſcurus, vilis, non ille repexam
Caeſariem regum, nec candida virginis ornat
Colla, nec inſigni ſplendet per cingula morſu:

Sed

Digitized by Google

Sed noua ſi nigri videas miracula ſaxi,
Tunc ſuperat pulchros, cultus et quidquid Eois
Indus littoribus rubra ſcrutatur in alga.
Ex ferro meruit vitam, ferrique rigore
Veſcitur, has dulces epulas, haec pabula nouit.
Hinc proprias renouat vires, hinc fuſa per artus
Aſpera ſecretum ſeruant alimenta vigorem.
Hoc abſente perit, triſti morientia torpent
Membra fame, venasque ſitis conſumit apertas.

25 Haec Magnetis efficientia naturalis omnibus nota eſt, cauſſas tamen
26 eius hactenus nemo indagare potuit. Anaxagoras magnetem facit ani-
27 matum. ARIST. *lib. d. anima ait* λίθον ψυχὴν ἔχειν, ὅτι τὸ, σίδηρον
κινεῖ. GALENVS φυσικὴν δύναμιν ἑλκτικὴν CLEMENS ALEXANDRINVS διὰ
28 συγγένειαν, GREGORIVS ἀῤῥήτῳ τῇ φύσεως βίᾳ. CECROPIS abſolute dicit
29 τὴν μαγνῆτιν ἐρᾷν τοῦ σιδήρου. EPICVRVS atomis adſcribit. LVCRETIVS putat
30 Magnetem ex ferro, tamquam cibo, viuere. Interim parum intererat
ſcire, nemine exiſtente, cui per ſomnium in mentem venerat, aliam
31 longe nobiliorem huius efficientiae cauſſam ſubeſſe. Haud multa ſae-
cula fluxerunt ab eo eo tempore, quum in Campania vel caſu vel ſtu-
32 dio notatum ſit, magnetem lapidem ſuos habere polos, quos ad mundi
polos conuertat, vt et axem ſuum contra mundi axem parallelo ſitu
dirigat, neque ita tantum ferrum aut chalybem ſua contagione infi-
33 cere, vt id ſolum effectet, et ad ſe trahat: Sed multo maxime vt
vim illam, per terrena omnia diffuſam, illi indat, qua affecta ipſa acus
34 ſemper ſuam lineam meridianam ſpectet. Cauſſa vera huius rei ha-
ctenus ignota. Quod enim quidam magneticos ſub polo montes ima-
35 ginantur, ſomnium eſt. Si acus, hoc modo temperata, partes orbis
magnete abundantes naturaliter reſpiceret, potius apud nos in oppo-
ſitam arctico plagam ſe conuerteret, quum Magnetis copia maior in
Hiſpania, et Ilua, vicina Corſicae inſula, quam in ſeptentrionalibus
36 locis. MERVLA *diſp. d. marib. c. 1. pag. 158.* Plurimi id tribuunt
ἀῤῥήτῳ ἰδιότητι et ſecretae cuidam συμπαθείᾳ quae magneti cum plaga
37 ſeptentrionali et polo arctico. Sagaciſſimus naturae myſtes fuit, cuius
opera hoc primum e naturae ſecretis erutum eſt, nomen tamen viri
ignoratum, ei gloriam inuentionis ſubtraxit. Tribuit id LANS. Ioanni
38 Goia *orat. pr. Ital. con. Europ. p. 723.* Flauio Melfo, Neapolitano.
KECKERM. *probl. naui. 7.* MERVL. *diſſ. de marib. cap. 2. p. 157.* Sed
quia


Digitized by Google

quia id ſolide non probant, manſit iſte honos Italae genti, ſicut olim
Phoenicibus adſcripta,ſingulorum nominibus occultatis, nauigandi pe-
ritia. Vix anni quadringenti ſunt, ex quo memorabile hoc inuentum 39
in Melphi, *hodie Amalſi*, Campaniae oppido, memoriae proditum
eſt. CLVV. *lib. 3. introd.* GEORG. SALMVTH. *in Panciroll. nou repert. c. 11.*
LANS. *d. l.* Illud enim quod ex ESTI. PASQVIER. *liure 4. des recher. de* 40
France c. 22. refert BESOLD. *in coniect. de nou. orb. n. 3.* iam tempore
Ludouici S. in vſu fuiſſe, veritate deſtituitur, et, qua ponitur, facili-
tate reiicitur. Huius fiducia Itali primum, inde Hiſpani, externa 41
maria attentare, atque inſulas Canarias adire coeperunt, quum ipſis
perpetuo in manibus norma erat, ſecundum quam curſus plagas re-
gere poſſent. Acus enim, pixedula coercita, ſuo ſeſe imperio et ductu 42
in eamdem plagam conſtanter vertit, vt vix vllis ſideribus opus ſit,
quin adeo ita mundi plagae accuratius inueſtigantur, dum ſolam pixe-
dulam, quae ante pedes eſt, itentidem inſpectant, eiusque ductum ac-
curate obſeruant. Praecipuum igitur quod obſeruant nautae Verſo- 43 44
ria eſt, ad quam nauigationem inſtituunt, ac longa maris ſpatia loco-
rumque ſitum ac diſtantiam admetiuntur, quantumque viae peractum
quantumque peragendum, ait ex LEMN. THOLOS. *in Synt. rer. mem. c. 10.* 45
et BODIN. *meth. hiſt.* CARDAN. *lib. 17.* hoc inuentum admiratione dignum
dicunt, quippe quo tot ſulcantur maria, veteribus nec nauigata, nec
nota, et cui tot hominum ſalus, tantae varietates mercium, tantae pe-
cuniae vis creditur. Haec verſoria ſic compacta eſt, primum eſt pixe- 46
dula bene aequata et excauata, huic ſubeſt rotula quaedam verſatilis
papyracea, plana, rotunda, tenui ac bipartito ferramento ſuffulta, in 47
cuius centro ſeu medio turricula anea acuminata adfixa eſt, quae ſtilo 48
aut cuſpidi acutiſſimae inſidet, eoque hinc inde in aequilibrio volui-
tur, atque vbi conquieſcit pars ea, quae lilii imagine inſcripta eſt, et in 49
qua ferramentum, magnete confricatum, deſinit, Septentrioni ceu po-
lo Arctico obuoluitur, quocumque etiam contorto clauo nauis impel-
litur. KECKERM. *d. l.* THOLOS. *d. l.* Diligentiſſime autem hanc pixidem 50
nautae obſeruant, muniuntque vitrea aliqua lamina, quia facile corrumpi
pretioſum hoc inſtrumentum poteſt, ſi pel puluis inſpergatur, vel pin-
guedo aliqua, vel pixis aerem admittat. KECKERM. *d. l.* vel allium, cum
quo ſumma ipſi eſt diſcordia, adfricetur. MERVL *d. l. p. 157.* Chartula au- 51
tem illa papyracea in forma circuli facta eſt, qui licet regulariter in 360.
gr. diuidatur a Geometris, quatuor enim quadrantes habet, quorum 52
quisque 90. gr. nautarum tamen inſcitia haec non obſeruauit, ſed quia tot

Xx nomi-

Digitized by Google

nomina ventorum non correſpondebant,quot habebant:in triginta duos
53 ventos diſtinxerunt. Hae autem lineae,quæ ex compaſſo deducuntur,vo-
54 canturque lingua Portugalſica Rhombi, docent,in quam coeli plagam di-
rigenda ſit prora,et quo vento de loco in locum nauigandum ſit. MER. *d. l.*
GEM. FRIS. *in Geogr.* APPIAN. *c. 15.* ROBERT. SVES *Angl. in lib. d. glob.* ex
55 recenſione ISAAC. PONTANI. Vocauit ita I. Nonnus, earumque adfectio-
56 nes integro libro deſcripſit. Eum ſequuti Ger. Mercator. Sim. Steuin.
Edw. Wricht, Rob. Hües, et in eam, qua nunc ſtat, perfectionem artem
57 nauticam redegerunt. Spirales illos ventos in ſingulis tabulis hydro-
58 gryphicis ex compaſſo eleganter depinxit LVC. IOH. WAEGENER. in
ſpec. naut. Schema compaſſi tale eſt:




Hodierno ſaeculo, quo ſcientiae maximam partem ſummi DEI beneficio 59
ad ἀκμὴν peruenerunt, nec ſiderum obſeruationibus, nec compaſſo
nautico, ſed aliis etiam inſtrumentis, naucleri vtuntur. Prout enim 60
nauigatio vel breuis vel longa eſt, varia adſciſcuntur. Nauigationes
enim aeque cito expediri nequeunt, ſed temporis locorumque haben- 61
da eſt ratio, *l. 4. d. re milit. l. 38. §. in fin. ex quibus cauſſis maior.*
STRACCH. *de adſecurat. gloſſ. 30.* vnde alii marinam et extenſam, alii fi-
nitimam et arctiorem, expetunt. *Nou. 106.* Plerique tamen eo animo 62
peregre abeunt, quaſi ſtatim reuerſuri: *l. 5. v. ideo d. O. et A.* quod ſi 63
ſuccedit felicem nauigationem habuiſſe dicuntur. *l. 137. §. 2. in fin. d.* 64
V. O. Qui breuem nauigationem amant, hos MER. *d. art. c. 1.* ita in- 65
ſtruit, vt compaſſum habeant et bolidem, quorum beneficio et mul-
ta exercitatione regiones, promontoria, portus, fluuios, inueſtigamus,
cognoſcimusque, quibus lineis a ſe mutuo diſtent, vt et aeſtus marinos, 66
nimirum vt conſtet quae lunae tempora ſecundum Compaſſi lineas
fluxum atque refluxum maris oſtendant, nec non curſus aquae, qua-
lis ea, quamque profunda ſit. &c. Quum ventus acutus atque contractus 67
eſt, an aquae aduerſum curſum velificando ſuperare queamus, et
quum aduerſus plane ventus eſt, qua ratione vtiliſſime nunc in hoc,
nunc in illud latus, ſit tranferendum velum. Quapropter nouitii nau- 68
tae, cupidi ſcientiae nauigandi, diligenter notabunt, quando ex por-
tu aliquo vel fluuio vela dant, Compaſſi directionem, et plagam mun- 69
di a ſigno vno ad alterum, ſiue a vaſe littorali vno ad alterum, et qui-
dem notabunt ad abacum, immo nonnunquam ſitum ad ordinem tabulae
depingent. Vbi iam deuehantur in profundum extra terram conti- 70
nentem, obſeruanda ſunt promontoria, turres, aliaque ſigna iuxta,
ac quomodo ſinus in mare proruat, quae profunditas in eius limine,
in ipſo, et extra eum, Bolida ſæpe proiiciendo, praecipue in ſinubus et
fluctibus aquarum. Sic ſi remote aliquid a terra conſpicitur, notan- 71
dum, qui viſi montes, cippi, aedificia, templa, arces &c. Si aeſtus
marinus vel terrae pars occurrit, accurate obſeruandus eſt curſus quo- 72
modo ad ipſum perueniatur. Sicut intra continentem omnes anguli 73
ſunt inſpiciendi, qui interior exteriorue ſitus calamo in tabulam refe-
rendi, vt eo melius retineri, et firmiter memoria adprehendi poſſint.
Diximus iam, indicem Magneticum, quando atteritur a Magnete, ſe cum 74
eo quaſi adunire atque moueri per vim magnetis in ſeptentrionem

Digitized by Google

75 aut vbi magnes ſitus eſt. Attamen hunc ſitum aliquando a naturae
legibus deſciſcere, idque occulta et latente aliqua de cauſſa, iam diu ex-
76 perientia comprobauit. Quamuis enim Magnes, vbi libere mouetur,
inſita ſibi vi et facultate, ſuis polis mundi polos affectet, et parallelo
ad mundi axem ſitu, ſuo axe exporrigatur, vt ita quoque acus, legi-
77 time tincta, ſecundum locorum meridianos ſeſe dirigat, nihilominus ab
hac cuiusque loci meridiana linea, modo a ſeptentrione in ortum ali-
quando etiam in occaſum, aliquot gradibus declinare deprehenſum
78 eſt. Et cum recta ſeptentrionem ſpectat, eam χαλυβόδειξιν, tamquam
ſitum acus legitimum et proprium, vocant. Nam occulta illa et inſita
79 mens ita eius molem agitat, vt polos ſuos et axem contra terrae axes
parallelo ſitu exporrigat. SNELL. *typh. Batau. lib. 1. prop. 1. 2.* Quum
80 autem euariat, χαλυβόκλισιν, eius ad meridianam lineam inclinatio-
nem indigitant, haecque ratione emendatur. SNELL. *in prop. 3.* Ita in
81 inſula Coruo, inſularum Flandricarum vna, medio fere inter Europam et
82 Americam ſpatio, recta ſeptentrionem ſpectat. Vnde a quibusdam id-
eo meridianorum omnium initium ab hoc meridiano deriuatur. Hinc
83 verſus Americam contendentibus apex boreus in occaſum declinat:
contra, Europam vel Africam petentibus, in ortum euariat, nempe
84 Pleimudae in Anglia *13. gr. 14.* ſcr. et Londini 11. gr. 30. ſcr. *Vid.* SIM.
STEV. *in Limeneuret. tab. Synop.* GVIL. GILBERT. *Angl. in pecul. lib.*
RANTZOV. *comment. bell. c. 9. n 3.* ita hac de re diſſerit: Obſeruatum,
85 ſi perpendiculum in pixide nauigatoria Magnete adfricetur, in noſtro
Hemiſphaerio, a fortunatis inſulis ad Catygatam declinare dextrorſum
86 gradibus circiter nouem in altero Hemiſphaerio nutare ſiniſtrorſum,
mox vbi peruentum eſt ad meridianum dictarum inſularum, exacte ad li-
neam congruere meridianam, nec in alterutram nutare partem: Inde
vero inflectere ſeſe idem perpendiculum a dextra poli verſus ſiniſtram.
87 Hic error vt corrigatur, formam indicis ſeu compaſſi aliam hoc modo
88 deſcribit MET. *d. ar. nau. c. 4.* Index ex purgatiſſimo ferro confici
89 debet, forma ea, quam vides, longaque ſit 5. aut 6. digitos, habeatque
Rombus indicis aliquam firmitatem, et minuatur paullo accuratius, quo
90 leuius, eo melius, modo propriam grauitatem ſuſtinere queat: in extre-
mitatibus Rombi erunt duo foramina, vt clauo aeneo poſſit adfigi
chartaceo circulo, nautae Roſam adpellant, alioqui enim ob nauis
motum non rite index officium ſuum faceret, quae per roſam charta-
ceam

ceam in officio continetur, atque tenui charta haec roſa aeneo axi de-
bet adfigi. Id vero obſeruandum eſt, ne index madefiat vlla ex par- 91
te, ob rubiginis metum. Roſa praeparata includenda eſt pixidi, ita,
vt inclinatione nauis roſa ſiue index ad aequilibrium moueatur, etiam
duae pinnulae e diametro oppoſitae ſunt erigendae, atque ab vno ha-
rum incipiendo, pixis in circulo rotundo iuxta oram interiorem ex
centro deſcripto diuidenda eſt in 360. grad.



Et hactenus de breui nauigatione. Si vero longior in diſſitas regiones 93
ſit inſtituenda, praeter experientiam et vſum Compaſſi, nautae vtun-
tur artificioſis inſtrumentis, regulisque, deſumtis ex Aſtronomia et Cos- 94
mographia, in quarum artium fundamentis nauta bene inſtituendus
eſt, absque earum cognitione enim nemo bonus gubernator eſſe pot-
eſt, longinquaque itinera conficere. Talia inſtrumenta ſunt Aſtrola- 95
bium, Annulus marinus, Radius quadrans, de vſu illorum, aptitudi-
ne et reliquorum vitiis *vid.* MET. *c. 2. d. art. nau.* Nos, ea Mathema- 96
ticis relinquentes, hoc loco omittemus, cui placet, legere poteſt SNELL.
d. l. MET. *d. art. naut. per tot.* SIM. STEVIN. *in Limeneuretic.* Illud ad-
huc addendum ex SNELL. *pr. 4. 5.* quod velificatio omnis vel circula- 97
ris, vel loxodromica fit. Circularis efficitur, quum recta in Septentrio- 98
nem et meridiem, aut ortum et occaſum dirigitur. Loxodromica,
quando obliquus curſus eſt, qui nunquam circulus fieri poteſt. SNELL. 99
d. l. pr. 15. Habet hoc magnum momentum in menſura curſus con-
ſtituenda. Deſudatum fuit valde apud veteres, quomodo ſcire poſ- 100
ſent, quantum ſpacii ſingulis diebus vel noctibus nauis conficeret, ſed

Digitized by Google

quia compaſſo nautico carebant, non poterant id certo definire. HE-
101 RODOT. de ſe teſtatur in MELP. quod Euxini ponti longitudinem, (quae
erat vndecim millium et centum ſtadiorum,) et latitudinem, (quae
102 erat trium millium ducentorum) ita inuenerit. Nauis diebus longio-
ribus vt ſummum quotidie conficit ſeptuaginta millia orgyarum, (or-
103 gya autem ſex pedibus definitur) noctu vero ſexaginta millia. Itaque
104 a faucibus Ponti vsque ad Phaſin nouem dierum eſt nauigatio et octo
noctium, quae faciunt mille centum ac decem millia orgyarum, h. e.
ſtadiorum vndecim millia et centum. E Scythia autem vsque ad The-
miſcyram, quae eſt ſupra flumen Thermodontem (hic namque ponti
105 latiſſimum eſt) trium dierumque noctium eſt nauigatio, quae faciunt
106 orgyarum trecenta, ac tria millia ac trecenta. Eadem ratione diſtan-
tiam inter Rhodum et Alexandriam quinque ſtadiorum millibus no-
107 tauit, inter Carthaginem et Lilybaeum STRABONI ſtadiorum mille quin-
108 genta ſunt, Polybio mille tantum. *1. hiſt. n. 41.* Haec ad milliaria
Germanica redigi poſſunt, ſi triginta duo ſtadia vni imputentur, faci-
lisque erit numerus, quantum itineris ſingulis diebus, nempe 30. millia-
ria conficere potuerit. CLVV. *prim. part. introduct. Geog. c. 9.* Sed
109 haec omnia erant incerta, quamdiu pixidis nauticae vſus erat incogni-
110 tus. Hodie acus magneticae ſitum luxatum ſumma, qua poſſunt, cura,
quotidianis obſeruationibus reſtituunt. Tunc curſus menſuram iactu
funis adhibita clepſydra momentanea explorant, hoc fere modo, fu-
111 nem notae longitudinis decem aut viginti decempedarum etiam pup-
pis perpendiculo, tamquam trianguli rectanguli crure aeſtimato, e
112 puppe praecipitant, cui in fine lignum cimbulamue alligant, quae
113 transuerſim pone in maris ſulco, a concitato nauis motu facto, inna-
tet: vt ita dum funem a glomere (*Lothſpiel*) minimo momento verſa-
tili deglomerant, eidem quaſi loco adfixa haereat, interim ab ipſo
114 initio clepſydra momentanea temporis ſpatium in ipſa glomeris euo-
lutione elapſum menſurant, et inde quantum ſingulis horis tali ſuc-
115 ceſſu proficiant, coniecturam capiunt, quod ipſum accuratiores
nauium magiſtri ſaepius iterant, pro ventorum vario impetu, vt huius-
modi obſeruationibus quam proxime diuinando ad verum accedant.
SNELL. *in typh. Batau. lib. 1. prop. 15.* RANTZ. *in com. bell. lib. 5. c. 9. n. 4.*
116 Illud etiam teſtantur nautae, velociorem eſſe nauigationem ab ortu in
occaſum, tardiorem ab occaſu in ortum. Qui ex Anglia in Hiſpa-
niam

Digitized by Google

niam ſoluunt, velocius veniunt, quam qui ex Hiſpania in Angliam, quia haec illi orientalior eſt. Sic ex mari Balthico in Hiſpaniam naui- 117
gantes citius veniunt quam redeunt. Cauſſa non eſt quod maria omnia 118
ſua natura ferantur ad commune illud omnium marium receptaculum oceanum orientalem. Sed eſt motus primi mobilis ab ortu in occa- 119
ſum rapidiſſime currentis, atque adeo ſecum tum inferiora elementa mobilia, tum ipſum aquae elementum arcano quodam impulſu ab or- 120
tu in occaſum rapientis. KECKERM. *part. 2. problem. naut. 4.*

CAPVT X.

SCIENTIA NAVTICA IN QVIBVS CONSISTAT. SCOPVLI ARENAE &c. OBVENIENTES QVOMODO VITENTVR. SCHOLA NAVTICA DESCRIBITVR ET MOS INITIANDI TYRONES NAVTAS, VEL PRIMO PROFICISCENTES. VBI VAROS PONENDA, ET QVO FINE.

SVMMARIA.

1. *Nautae initio profectionis nauſeam concipere ſolent.*
2. *Ea quomodo auertatur.* 3. 4.
5. *Quum ceſſauerit diuidunt officia.*
6. *Magiſtri et gubernatoris nauis quod munus.* 7. 11.
8. *Nautarum quod.* 9. 10.
12. *Qualitates nautarum recenſentur.*
13. *Nauicularia eſt profeſſio quaedam.* 14.
15. *Nemo debet maiora viribus adfectare.*
17. *Scientia maritima addſiuitate adquiritur.*
18. *Nauta debet noſſe rationem maris.*
19. *Quaedam maria periculoſa.*
20. *In exemplis firmatur.* 21. 21. 23.
24. *Fluctus dignoſcendi ſunt.*
25. *Maximi hyberni, et periculoſi iuxta vada aeſtuantes.* 26.
27. *Euripi cauendi.* 28.
29. *Vti et ſcopuli.* 30.
31. *Famoſus eſt Oelandiae lapis.*
32. *Et Siculi maris Scylla et Charybdis.*
33. *Montis Agarad et Maudab vis.* 34.
35. *Arenae vitandae.*
36. *Periculoſae in mari Balthico quaedam.* 37. 38.
39. *Maris vaſtitas, et profunditas obſeruanda.* 40 41.
42. *Profunditas bolide vel baſta exploratur.* 43.

44. *Bolidis*

Digitized by Google

44. *Bolidis deſcriptio.* 45. 46.
47. *Magiſtratus prudentes loca ſignis ſolent notare.*
48. *Traditur, quomodo collocentur et deſignentur tonnae.* 49. 51.
50. *Item ſtipites coronati.*
52. *Stipites tranſuerſi.*
53. *Anchorae fundus.*
54. *Scopuli latentes.*
55. *Quotannis vt fert maris, vel fluminis conditio haec ſigna mutari poſſunt.*
56. *Hollandia horum ſignorum curam gerit.* 57.
58. *Piſcium ſedes in mari obſeruandae.*
59. *Eorum ſpecies.*
60. *Horrendi in mari Arctico inueniuntur.* 61.
62. *In primis Ceti.*
63. *Horum aliquot ingentis magnitudinis exempla referuntur.* 64. 65.
66. *Refertur Balaena Hildae capta, quae viuum Salmonem in ventre habuit.* 67. 68.
69. *A Balaenis mare infeſtum eſt.*
70. *Modus quo diſpergantur, ne noceant.* 71.
72. *Nautarum induſtria circa vela.* 73. 74. 75. 76.
77. *In velorum ordinatione ſumma nauigationis.* 78. 79. 80. 81.
82. *Aquae fluxus obſeruandus.*
83. *Quum mare quietum, nautae incumbunt ancboris.*
84. *Schola nautica deſcribitur.* 85.
86. *Romanorum cura in informatione nautica.* 87.
88. *Scientiae exercitio comparantur.*
89. *Mos initiandi nautas tyrones et inexpertos maris.* 90. 91. 92.
93. *Defenditur ille, conſuetudine aliorum ludicrorum in collegis ciuilibus.* 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102.
103. *Licet aliquid pro introitu dare.*
104. *Traditur quomodo noctu pericula euitentur.* 105. 106.
107. *Pharus quid?*
108. *Celebres tres Ptolomæi.*
109. *Alexandrina.*
110. *Claudi Imperatoris.* 111. 112.
113. *Hiſpanorum.*
114. *Ducis Florentiae.*
115. *Arx Britannica fuit pharus.* 116.
117. *Sicut et Geſſoriacum.*
118. *Inueniuntur hodie paſſim in maritimis ciuitatibus ſpeculae, quibus candelae imponuntur.* 119.
120. *Piratae ſolent falſo lumine nauigantes in praedam allicere.* 121.

1 In ipſa autem velificatione nautae vtplurimum ex motu nauis nauſeam
2 concipere ſolent, quam vomitus ſubſequitur. Illam auertere poſſunt

Digitized by Google

poſſunt multis modis, veluti ſi aquam marinam vel ſolam, vel vino,
mulſo, aut cereuiſia mixtam, aliquot diebus, antequam adſcendant nauim,
biberint. Item ſi abſynthio et pulegio trito, vino aceto que macerato 3
naues fricuerint, alii torrefactum ſemen, aceto fuſum, ſumſerint &c.
RANTZ. *lib. 5. c. 6.* Si praeter opinionem vomitus alicui moleſtus fue- 4
rit, non debet quis ei reſiſtere, ſed inſuper inſertione digiti in fau-
ces, aut pennae, oleo tinctae, in os demiſſione eum procurare, prae-
ſeruat enim a multis aegritudinibus, aliosque morbos curat et alleuat.
Quod ſi omnes conſtantis ſunt valetudinis, vel nauſea ſe remiſerit, 5
quod ad triduum fieri ſolet, diuidunt inter ſe munia. Magiſter nauis
vel gubernator ad clauum ſedent, nauim dirigunt, et alia difficiliora 6
obeuunt. Expreſſit eorum officium MANILIVS:

- - - Nouerit orbem,
Fluminaque et portus mundi, ventosque, neceſſe eſt,
Iamque huc atque illuc caligine vertere clauum,
Et frenare ratem, fluctusque effundere rectos.

Quod ſi his non vacat, reliqui nautae horas diuidunt, vt nimirum vnus 8
primam, alter ſequentem tranſigat apud clauum, *ſoll etzliche Gläſer*
beym Roder ſteben. Quo fine horologia vel clepſydras habent, iuxta 9
quas diem in certas partes partiuntur, et variatis laboribus ſibi ſuc-
currunt. Vnus etiam alterius labores ſpe mutui auxilii ſuſcipere po- 10
teſt. Similiter noctem horis variant, niſi quod magiſter nauis et gu-
bernator eam inter ſe in duas partes gubernandam diſterminent. Quum 11
vero paſſis velis (*für vollem Winde*) feruntur, in nauarchis diligentia, 12
in gubernatoribus peritia, in remigibus virtus eligitur. VEGET. *lib. 5.*
c. 13. Eſt enim nauicularia profeſſio quaedam, *l. 6. C. de nauic.* cuius 13
ſcientiam pleniorem naucleri habere debent, *l. 3. C. de naufr.* alias 14
propter imperitiam, quae culpae adnumeratur, conueniri poſſunt.
Non enim id adfectare debent, in quo ſciunt ſuam imbecillitatem pericu- 15
loſam eſſe *l. 8. ad L. Aquil.* Ius Lubecenſe inhabilitatem reſtitutione 16
mercedis et adhuc dimidio eius punit. *lib. 6. tit. 1. art. 1.* Illa autem 17
ſcientia adquiritur exercitatione et adſiduitate, THVCYD. *lib. 1.* et con-
ſiſtit potiſſimum in eo, vt nauclerus vel gubernator exactam norit 18
conditionem fluminum, portuum, ventorum, de quibus dictum,
item rationem maris, fluctuum, aeſtuum, ſcopulorum, arenarum. &c.
Sunt enim quaedam maria periculoſa, vt de Britannico teſtatur HORAT. 19

Yy *lib.*




Digitized by Google

lib. 4. od. 14. CAMBDEN. *d. Ocean. Brit. p. 720.* de Siculo CLVV. *in Ital.*
20 *antiqu.* Mare Hadriaticum, vt ventis et tempeſtatibus obnoxium,
21 HORAT. *l. car. 33. et 3. od. 3. 9. 27.* dicit: iracundum, inquietum, atrum
faciens SENEC. *in Thyeſte: ſaeuo rapidus freto ventoſi tumor Hadriae.*
Idem HORAT. *1. carm. 14.* de Eubaeo mari propter Cyclades in eo pe-
22 riculoſos, dum Brutum bellum ciuile reparantem monet, *vt interfuſa*
nitentes vitet aequora Cycladas. Sic ignota vulgo freti natura in va-
23 ria diſcrimina Alexandri M. exercitum deduxit. CVRT. *lib. 9. de reb.*
24 *geſt. Alex.* Nec minor ſollertia eſt in dignoſcendis fluctibus, i. e. ma-
gnis maris in vnam partem agitationibus. SENEC. *lib. 4. nat. quaeſt.*
Inter hos hyberni maximi, *§. 3. d. R. D. l. 96. d. V. S.* periculoſiſſimi
25 illi, qui iuxta vada et breuia ſe torquere ſolent, quod vocant hodie
26 *Balewater*, ſaepe enim tales integras naues ſupprimunt. De Euripis
27 vitandis et aeſtu marino ſupra *part. 2. cap.* dictum. De Euboico et
28 Tauromitano Euripo elegantia congeſſit MERVL. *diſſ. d. marib. cap.*
vlt. vbi ſimul deliria Minoritae Angli de quatuor Euripis ſub polo ar-
ctico refutat.

29 Scopulorum in mari quoque accurata notitia eſſe debet, ne
30 nauis alicubi impingat. Norwegia, Finnia, Suecia, vbique his foetae
31 ſunt. Inter alios famigeratum eſt ſaxum illud prope inſulam Oenlan-
32 diae *die Schwediſche Iungfrau.* In mari Siculo infamis ſcopulus eſt
verſus ſeptentrionem, cui Scyllae nomen, ei proximus verſus meri-
diem Charybdis, vterque noxius adpulſis. CLVVER. *Introduct. Geogr.*
l. 3. cap. 41. Hinc prouerbium:

33 *Incidit in Scyllam, qui vult vitare Charybdim.* Sic mons Aga-
rad in Italia attrahit ad ſe naues eo accedentes, quapropter nautae
auertunt ſe receduntque ab illo. GEOGR. NVB. *ſep. par. clim. 1. p. 28.*
34 Prope montem Maudab, licet vndique ſit mari cinctus, nulla nauis
ferreis clauis compacta tranſire poteſt, quin ab illo attrahatur, et tali
ratione detineatur, vt liberari minime queat. *d. G. N. clim. 6. p. 23.*
35 Idem dicendum de arenis, quae multis in locis ad aliquot millia-
36 ria ſe extendunt. German. *Riff.* Periculoſiſſimae ſunt arenae, quae
37 circum Anhaut prope Iutiam in mari iacent. In noſtro mari Bal-
38 thico *dat Geſter Riff.* His non abſimilia illa vada, *dat Vat* circa Ami-
39 ſiam, in forma oui ſparſa. MERCAT. *in deſcript. Germ.* Denique non ſunt
negligenda maris vaſtitas, profunditas, qualitas, breuia, Syrtes, dorſa,
mediis

mediis in fluctibus arae, puluina, *Bancken*, promontoria, ſaxa laten- 40
tia, voragines, rupes, gurgites, vertices, ſinus. &c. RANTZ. *lib. 5.* 41
c. 2. n. 1. Profunditatem in locis vadoſis demiſſa bolide *Lobt* ex- 42
plorare ſolent. RANTZ. *lib. 5. c. 9.* In minoribus nauibus vtuntur ha- 43
ſta, quae in aliquot orgya diuiſa ſingula funiculis adpenſis deſignat,
ex hac vndis extracta, quatenus madida, de altitudine diiudicant. Bo-
lis autem eſt inſtrumentum nauticum, pyramidalem trunculum forma 44
referens, et acuta parte perforatum, qua funibus attexitur, ita vt 45
ſebum ex altera parte adplicantes nautae in fundum demergant, quo-
ties locum ſtationi aptum nactos ſe eſſe, exiſtimant. Quod ſi ei arena
adhæſerit, commodam eſſe ſtationem colligunt, ſin minus limum, aut 46
rupem ſubeſſe, agnoſcunt cui anchora infigi non poſſit.

Periculoſa autem loca a prudentibus magiſtratibus ſignis qui- 47
busdam notari ſolent, veluti tonnis, *Capen*, *Backen* tonnae anchoris,
quibus ferreis catenis connexae ſuſtinentur, et ſuprema parte rotundae, et 48
latae ſunt 1. in inferiore ſpiſſae et graciles, pice inun-
cta atrae, ma- ximam partem ad dextram iacent in ena- 49
uigando, ad ſiniſtram in redeundo. His aduerſa par-
te locati ſunt I  ſtipites 2. coronati, *Ba*- 50
cken, corbes impoſitos eminus oſten-
tantes. Et ſi periculum alibi ab a- 51
renis eſt, ne ibi nauis allidat, talia lo- 2  ca albis tonnis
ſignata ſunt, 3. quae ſem- per a contraria
parte iacent, ni- gris tonnis. Iuxta oſtia flu- 52
minum erecta ſi- 3  gna hac 4. 4  figura vocant
Capen. Vbi anchorae commode di- 53
mitti poſſunt, tale ſi- gnum occur-
rit 5. Si aſtericus 6. 6  reperitur coe-
cos ſco- pulos deno- tat, et vbi du- 54
plicati 5  vel multiplicati ſunt eos 7.
ingen- tes eſſe, arguunt. Sed quia 7 
quot- annis flumina aliquid de alueo
mutant, moreque hinc inde viciſſitudi- 55
nes accipit, mutantur etiam iſta ſigna, et pro condi-
tione temporis ex vno loco in alium transferun-

 tur.

56 tur. Nulla regio hodie eſt,vbi tam diligens horum ſignorum habetur ra-
tio, quam in Hollandia, in primis iuxta vada inſularum. Vlie,Te-
57 xel, Moſae oſtium &c. nec negandum quin ſumma exinde prouin-
58 ciae felicitas. *vid ſpec. naut.* IO. LVC. AVRIGARII, et habebis in ſingulis
Europae portibus maritimis ea depicta.

59 Praeter haec in maribus ſedes piſcium ſunt obſeruandae. Hae
non ſolum ouipari, ſed etiam viuipari ſunt, qui rurſum vel pilos
habent, vt vitulus marinus, ARIST. *3. de hiſtor. animal.* vel cartilagi-
60 nem, vt torpedo. PLIN. *lib. 9. cap. 51.* Sunt autem multiformes et
horrendae partim ſpeciei, in primis, qui in mari Arctico, et circa Islan-
diam videntur. Eſt ibi Hyena, ſiue porcus marinus, animal monſtroſiſ-
ſimum, Ziphius, bubonis caput habens, equus marinus iubatus, bos mari-
nus, colore cineraceo, vitulus, pellis duriſſimae, et nullo ictu penetrabi-
61 lis. Bataui etiam nuper coacti ſunt pugnare cum belluis marinis, *Wall-
roſſen*, vaſto corpore, ore leonino, pelle villoſa, quatuor pedibus, et
candidis eminentibus dentibus, ſicut depictae videntur in tabula Geo-
62 graphica Mercatoris ſub mappa freti magellanici. In primis autem
63 prodigioſae molis ſunt Balaenae vel Ceti, quibus mare Arctoum paſſim
abundat. Scribit PLIN. *9. hiſt. 30.* balaenas maris Indici quaternum
iugerum eſſe, et Iubam R. adnotaſſe, inuentum cetum ſexcentorum
pedum longitudiuis, et trecentorum ſexaginta latitudinis. *Idem lib. 32.*
64 *cap. 1.* In Hollandia Balaena, ex vtero exſecta, decem vlnas longa vi-
ſitur Lugduni in Camera Anatomica, vnde magnitudo matris argui
65 poteſt. Sicut etiam in antiquario horti medici ibidem vaſtus penis
66 balaenae facit coniecturae molem corporis. Apud nos in mari Bal-
thico Ceti raro reperiuntur, et ſi accidit, caſuum funeſtorum haben-
67 tur nuncii. Ex tabula Geograph. Pomeraniae, quam LVBINVS edi-
dit, patet, Anno 1545. circa Coenobium Hildenſe, quod hodie vniuer-
ſitatis Gryphiswaldenſis patrimonium eſt, balaenam 24. vlnas longam
captam, habentem in ventre tot piſces, inter quos eſox viuus longi-
tudinis vlnae fuerit, vt tres tonnae impleri potuerint. Iterum an-
68 nis 1622. 1641. 1642, quaedam in littus maris eiectae. Alicubi mare
69 ab his, gregatim ad prolificandum conuenientibus, infeſtum eſt: tunc
70 proderit caſtoreum dilutum aqua in mare effundere. Nam ita grex
balaenarum totus repente diſſipatus in profundum fertur. Nonnulli
nautae,

Digitized by Google

nautae tonnas aliquot eiiciunt, quibus ludentes detinent, vt ſecu- 71
rius interim vela faciant. RANTZ. *lib. 5. cap. 9. num. 6.*
Quod ſi haec omnia gubernator vel magiſter nauis 72
praecauerit, et nauis ſecundo vento labitur, induſtria reliquo- 73
rum nautarum in eo maxime occupatur, vt vela attrahant. (*Sei-
gel vphiſſen*) pro temporis ratione diducant, (*Schicken*) alibi con- 74
trahant, (*einnehmen*) modo dimittant. (*ſtricken*). Inprimis vero vt curam 75
adhibeant in obliquando curſu (*im iaviren*). Neceſſarium enim aliquan- 76
do eſt, vt quando vel ventus aduerſus eſt, vel promontoria eminent,
ſi rectum curſum tenere nauta nequeat, eum induſtrioſe obliquet,
et hoc recte efficere non minima ſcientiae nauticae pars eſt. PLIN. 2.
c. 49. Scribit VITR. *10. archit. lib.* et ratio palam facit, quod quum 77
vela ſunt per altitudinem mediam mali pendentia, non poteſt habere
nauis celerem curſum, quum autem in ſummo cacumine antennae ſub- 78
ductae ſunt, dum vehementiori progreditur impetu, quod non pro-
xime caſum mali, ſed in ſummo longius et ab eo progreſſa recipiunt
in ſe vela ventum. Igitur quum vela per medium ſunt temperata, mi- 79
norem habent virtutem. Quae autem in capite mali ſummo collo- 80
cantur, diſcedentia longius a centro, non acriore ſed eodem ſtatu
preſſiore cacuminis vehementius cogunt progredi nauem. Idem et
ANNAE. SENEC. ibi. Nulla enim res aeque adiuuat curſum, quam ſumma 81
pars veli, illinc maxime nauis vrgetur, itaque quoties ventus incre-
buit, maiorque eſt, quam expedit, antemna ſubmittitur, minus ha-
bet virium flatus ex humili.
Multum iuuat hic obſeruare, an curſus maris vento aequalis 82
ſit, an vero diſſimilis, *ob der Strohm mit iſt*, inde enim coniecturam
ſumunt de flatu venti, an ſe mutari velit. Si vero mare omnino quie- 83
tum eſt, anchoris incumbunt, interim tyrones rei nauticae com-
paſſum et nomina ventorum docent veterani, quae ſi non bene ad 84
aliquot monitiones perceperint, pro ſingulis quae neſciunt, aliquot 85
plagas fune picato (*Tagel*) infligunt. Romanorum ſtudium in hac re
ſingulare fuit, hi quum nauigandi prorſus eſſent imperiti, dum primae
naues aedificarentur, ad remigium ſuos exercuere hoc modo: Sub-
ſelliis in arena per ordines diſpoſitis, remiges inſidentes ad vocem 86
praecipientis, qui in medio eorum erat, omnes vna protendere bra-
chia ac reducere, remoſque per arenam mouere docebantur. Ad

Digitized by Google

87 illius vocem ſimul omnes incipiebant, ſimul deſinebant. Inde per-
88 fectis iam nauibus, verum in vndis periculum fecere. POLYB.
1. hiſtor. Scientia enim marina exercitio, vt omnia artificia et di-
ſciplinae, addiſcitur, et incrementa accipit. *l. 65. ſ. 3. d. legat. 3.*
89 Mos etiam apud nautas eſt, tyrones certo modo initiare ad ordinem
nauticum, qui hic eſt, quod funi alligatos in aquas demittunt, et
poſtea bene madidos malo nauis attundunt, in ſignum, quod multa in
90 nauigatione toleranda, quae antea inſueta fuerunt. Alia etiam conſuetudo
nautarum eſt, nondum expertos, cuiuscunque generis vel conditionis ho-
mines ſint, aliquo ludibrio excipere, vt ordini faueant, et nauigationem
91 non contemnant. Sic tyrones, quibus mare Boreae nondum nauigatum
eſt, a quibusdam laruatis nautis cucullo monachali indutis, ad poeniten-
92 tiam *Bichten* vocantur, quo facto, ſtatis ceremoniis inaugurati excipiun-
tur, maloque nautico alligati, marinae adſpergine quam hauſtro adfun-
duntur, ceu libamento quodam, expiantur. Fit hoc plerumque iuxta famo-
ſum ſcopulum COL, e latere Iutiae, quem a columna Herculis mutila-
te ita dictum arbitratur IOH. ISAAC. PONTAN. *in not. ad Robert.* HVER.
93 *de globo cap. 1. part. 3. pag. 19.* Non male et invtiliter hoc fieri, exem-
94 pla demonſtrant. Ita terreſtri itinere Lipſia Noribergam euntibus,
illi, qui numquam illic iter fecerunt, prope Iſenacum ingentem lapidem,
quem vocant *das Nadelohr*, perreptare coguntur. LIMN. *8. Iur. publ.*
95 *cap. 7. num. 13.* Apud Confluentiam vnusquisque, qui nondum Rhe-
num deſcendit, collum numellae vinariae in honorem aquarum vinum
96 deferentium inſerere tenetur. Notus etiam eſt mos in ciuitatibus Han-
ſeaticis, *das Henſen* quod nouiter adueniens pro priuilegio vt ceruos
iuxta VIRGILIVM in aere paſcat, ſoleat aliquot amphoras vini conui-
97 uantibus largiri. Bergae in Norwegia collegio mercatorum nemo ad-
ſociatur, niſi ludos Neptuni vſitatos, qui in Lumbifragio, fumatione,
ſuſpenſione et demerſione conſiſtunt, abſoluerit. KIRCHN. *de Rep. diſp. 14.*
98 *hypoth. 1. lit. q.* Luneburgae, licet verus heres ſit, tamen niſi cupam
per ciuitatis vicos ductitauerit, ad reditus ſalinarios non admittitur.
99 Et quomodo non aliquid relinquamus illis hominibus ineptiarum, quum
depoſitionis ritus a maioribus in Academias inuectus, ſolum hoc ſuſti-
neatur, quod patientia adoleſcentum exploranda, et vita ad pericula ad-
100 ſuefacienda ſit? D. CHRIST. CALEN. *in orat. d. rit. depoſition.* Coloniae eſt
ludus, quo nouitii ſtudioſi ad ſepulcrum Ariſtotelis ducuntur, vt fata
Philo-

Digitized by Google

Philoſophiae videant. DRESS. *mill. 6. p. 281.* Hoc eſt quod Imper. 101
FRIDER. *in Auth. habit.* dicit, ſaepe a viliſſimis hominibus iniurias patiuntur. Qualia quia muſſitanda, ideo et alibi aliquid moribus du- 102
ris condonandum eſt. Inprimis cum tales vexationes pecuniola in Sympoſium redimi poſſint, et iuri conſonum ſit, vt aliquid pro in- 103
troitu ad ordinem detur. *l. 7: l. 11. C. de prox. ſacror. ſcrinior. l. pen. §. pen. d. legat. 3. l. 6. §. 1. d. dec. d. legat. 3.*

Poſſunt autem ſupra dicta de bene inſtituenda nauigatione 104
interdiu bene obſeruari, noctu vero ſumma difficultas eſt. Ne vero nauigantes damnum habeant, praeter compaſſum iuxta quem curſum 105
dirigunt, in littoribus lumina oſtendi ſolent, vt procul iis oſtenſis, terras euitare poſſint. *l. 10. d. incend. rui. naufr.* Illa alte aedificatis 106
turribus imponuntur, vt de longinquo ſpectentur. Vocantur illae 107
turres alio nomine Phari, quaſi *Φάνια.* i. e. laternae SCAPVL. *in lex. German. Eine Lüchte.* Eiusmodi turrim Ptolomaeus talentis octin- 108
gentis exſtruxit. GOTHOFR. *d. l. 10.* De Pharo Alexandrina epigramma 109
Graecum exſtat:

πύϱγος ἐγὼ ναύτοισιν ἀλωμένοισιν ἀρήγιον

Ἔιμι, ποσειδάωνος ἀπειθέα πυρσὸν ἀνάπτων.

Turris ſum, nautis errantibus opem ferens,

Accendens Neptuni lampadem, luctu carentem.

HEID. *in geogr. c. 6. n. 6.* HONT. *lib. 1. c. 36.* Ad eius exemplum Imp. 110
Claud. portum Oſtiae exſtruxit, circumducto dextra ſiniſtraque brachio, et ad introitum, profundo iam ſolo, mole obiecta, quam quo ſtabilius fundaret, nauem ante demerſit, qua magnus obeliſcus ex Aegypto fuerat aduectus, congeſtisque pilis, ſuperpoſuit altiſſimam turrim, ad cuius nocturnos ignes nauigia curſum dirigerent. SVETON. *in.* 112
Claud. n. 20. STAT. *lib. 1. Sylu.* de ea

Teleboumque domos, trepidis vbi dulcia nautis

Lumina noctiuagae tollit Pharus, aemula lunae.

IVVENAL. *Satyr. 12.*

Tyrrhenamque Pharon, porrectaque brachia rurſus.

Multas tales ſpeculas et turres Hiſpaniam habere, LIV. *lib. 31. dicit.* 113

STEWECH.

Digitized by Google

114 STEWICH. *ad lib. 3.* VEGET. *c. 8.* Dux Florentiae elegantem in portu
115 Liuorno habet. AVCTOR. *diſc. d. princip. Ital. p. 196.* Arx Britan-
nica, *Brittenburg*, vel *t'huyſt the Britten*, in Hollandia olim ſita, iuxta
116 pagum Katwick, (cuius An. 1623. receſſus maris vetera fundamenta
aperuit) Pharos fuit, quam Caligula exſtruxit in indicium victoriae,
ex qua noctibus ad regendos nauium curſus ignes emicarent ad vi-
tandas arenas. SVET. *in* CALIGVL. *n. 46.* ADR. IVN. *in Bat. c. 10.* Fuit
117 talis pharus apud Geſſoriacum, Picardiae oppidum, *hodie Boulogne*,
quam reſtaurauit Carolus M. IVN. *d. l.* Sunt hodie in bene conſtitutis
118 maritimis vrbibus prope portus tales ſpeculae, in quibus ſingulis no-
ctibus candelae accenduntur, vti Lubecae, in portu Trauenſi, Roſto-
119 chii in portu Warnemundenſi, et memini ego, ante aliquot annos ta-
120 lem hic Gryphiswaldiae fuiſſe. Solent quoque piratae ſcopulis in
mari inſidere et, falſo lumine accenſo, nauigantes ad ſcopulos pertrahe-
121 re, et ſibi in praedam trahere. PECK. *ad d. l. 10. n. 3.* Sic Nauplius,
oſtenſo falſo igne, Aiacem ad ſcopulos deduxit, vbi periit. DICT. CRE-
122 TENS. *lib. 5. pr. de bell. Troi.* Ita Caeſaraei milites, quum Iutiam bello
occupaſſent, mutatis luminum locis, multos Hollandos ad arenas
ſibi in praedam adegerunt.

FINIS TERTIAE PARTIS.

PARTIS

Digitized by Google

PARTIS QVARTAE.

CAPVT I.

NAVIS EST RES, IN DOMINIO EXISTENS. ILLA ADQVIRITVR MODIS IVRE NATVRALI ET CIVILI ADPROBATIS. DISQVIRITVR DE SPECIFICATIONE NAVIS, ET VETERVM SVPER EA ICTORVM DISSIDIO. DE REFECTIONE NAVIS DISPVTATIO PHILOSOPHICA ET LEGALIS. PRO NAVI QVAE ACTIONES ET IN QVID. IN NAVI POTEST CONSTITVI VSVSFRVCTVS, NON FEVDVM.

Svmmaria.

1. *Ratio ordinis.*
2. *Nauis eſt res in commercio, et dominio exſiſtens.*
3. *Nauis non eſt praedium vrbanum.* 4. 5.
6. *Nec ruſticum.*
7. *Sed res mobilis.*
8. *Praedium eſt res immobilis.*
9. *Dominia oriuntur ex poſſeſſione.*
10. *Nauim qui poſſidet, quid poſſideat.* 11. 12.
13. *Traduntur modi, quomodo nauis iure naturali, vel ciuili noſtra fiat.*
14. *Nauis bello adquiritur.*
15. *Et ſpecificatione.*
16. *Tangitur ICtorum veterum diſputatio quis ſit Dominus nauis ex materia aliena factae.*
17. *Rationes Proculeianorum.* 18. 19. 20. 21. 22.
33. *Contrariae Sabinianorum.* 24. 25. 26. 27.
28. *Dubia circa vtramque opinionem.* 29. 30. 31. 34. 35. 36. 37.
32. *Materia praeualet formae.* 33.
38. *Iuſtinianus ſequitur mediam viam.* 39.
40. *Illa aperitur et eius rationes.* 41. 43.
42. *Materia facile poteſt ad priſtinam formam reduci.*
44. *Forma dat eſſe rei.*
45. *Conciliatio l. 61. d. R. V. cum l. 26. d. R. D.* 46.
47. *Variae Dd. circa has leges opiniones et conciliationes.*
48. *Bronchorſti reiicitur.* 49.
50. *Vti et Connani, Arumaei, Vngepauri, Vulteii, Hilligeri.* 51. 52. 53.
54. *Carina eſt forma nauis.* 55.
56. *Correctio legum vitanda*
57. *Hortenſii, Hottomanni, Cuiacii, Antonii Matthaei, Gilberti Regii ſententia. ſtatuitur ſine cauſſa contrarietas.* 58. 59.

 60. Al-

60. *Alberici Gentilis abſurditas.* 61. 62.
63. *Anton. Fabri, Gothofredi, Weſenbecii eſt ſubtilis* 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71.
72. *Refutatur a Bachouio et Hilligero.* 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79.
80. *Stracchae, Donelli, Harpprechti, Olemanni, Treutleri, Sutholti, Tuningi, adſertur quaſi optima.* 81. 82. 83. 84. 85. 86.
87. *Carpitur ab Hilligero.* 88. 89.
90. *Conuenit tamen Iuſtiniani deciſioni.* 91. 92. 93. 94.
95. *Et defenditur a Bachouio.* 96. 97. 98.
99. *A Timaeo Fabro vero pro diuerſitate caſuum docte enucleatur.* 100. 101. 102. 103. 104.
105. *Pro materia, et opera in ſpecificatione datur dominis actio in factum.* 106. 107.
108. *In naui refecta tabula cedit naui.* 109.
110. *Illa vindicari nequit, ſed datur actio ad exhibendum.*
111. *Disquiritur an nauis per partes refecta ſit eadem?*
112. *Occaſionem diſcurſui dedit nauis Theſei, et poteſt eadem ſumi* 113.
114. *Ex naui Ferdinandi Magellani*
115. *Vel Franciſci Draken.*
116. *Intellectus Legis 76. d iudiciis.*
117. *Quando nauis, legio, populus, vniuerſitas, collegium, homines, domus, grex, taberna, fons, pons, ſylua dicantur eadem* 118. 119. 120. 121. 122. 123.
124. *Diſtinctio traditur inter refectionem partialem et totalem.* 125.
126. *Subiungitur ſubdiſtinctio a mente reſoluentis cum rationibus.* 127. 128. 129.
130. *Quae perpetuo exſtincta in antiquum ſtatum reponi nequeunt.*
131. *Diſſoluitur dubium, quod quibusdam partibus commutatis res alia fiat, et quatenus hoc verum* 132. 133. 134. 135. 136. 137.
138. *Hermolai Barbari ratio refellitur.* 139. 140. 141.
142. *Leges ſequuntur, quod probabile eſt.*
143. *Ad traditionem nauis titulus requiritur habilis* 144.
145. *Modus adquirendae nauis ex iure ciuili eſt vſucapio.*
146. *Quomodo illa perficienda.*
147. *Et quid naui diſſoluta in vſucapione partium obtineat.* 148.
149. *Legato etiam nauis noſtra fit*
150. *Materia legatae nauis vindicari nequit.*
151. *Naue diſſoluta legata, ne quidem materia debetur.*
152. *Senſus l. 88. §. 1. et 2. d. legat. 3.*
153. *Inſtructo legato an nauis veniat ex l. 17. § 1. d. inſtruct. deciditur.* 154.
155. *Et inſtrumentum piſcatorium an nauicella ex l. 17. § 1. d inſtr. leg.*
156. *In vindicatione nauis quid obſeruandum.* 157. 158.
159. *Et quid in ſententia vindicationis*
160. *Traditur in l. 62. d. R. V. quid poſſeſſor nauis praeſtare teneatur.* 161.

162. *Hoc*

Digitized by Google

162. *Hoc ex diſtinctione an b. vel. mal. fid. poſſeſſor ſit, diſcutiendum.* 163. 164. 165. 166.
167. *Dubium, Papiniano circa m. f. poſſeſſorem obortum, ab ipſo diſſoluitur.* 168.
169. *Fructus vice vſurarum ſunt.*
170. *Dantur differentiae inter vecturam nauis, et vſuram pecuniae.* 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177.
178. *Si quis nauem petens victus ſit, an denuo poſſit tabulas petere.* 180.
179. *Intellectus l. 7. de except. rei iud. et l. 27 §. 8. d pact.*
181. *Donellus putat idem in naui, quod in domo, ſtatuendum.*
182. *Id per rationes diuerſitatis refellitur.* 183. 184. 185. 186. 187. 188.
189. *Si tabula naui iuncta, quomodo peti debeat, traditur.* 190. 191. 192.
193. *In naui poteſt vſusfructus conſtitui, ſiue inter viuos, ſiue vltima voluntate.* 194. 195. 196.
197. *Vſusfructus nauis quid in ſe continet.*
198. *Quamdiu durat.*
199. *Feudum in naui non conſtituitur.*
200. *Feudum eſt rei immobilis.*

Quomodo nauigatio inſtituatur, ſatis dictum eſt. Exigit iam ordo, 1
vt de adquiſitione nauis et contractibus maritimis, qui occa-
ſione nauis celebrantur, diſpiciamus. Nauis enim eſt res, quae in 2
commercio eſt, et vſibus humanis, dominioque noſtro ſubiici pot-
eſt. *l. 83. ff. 5. verſ. nam etſi v. nauis de V. oblig.* Eſt autem res mo- 3
bilis, *ſub part. 3. cap. 1. num. 4.* vnde vana Dd. concertatio, an ſit vr-
banum vel ruſticum praedium, ſubmouetur. Ad vrbanum inclinat 4
COEPOLL. *tr. de S. R. P. cap. 11. num. 7. perl. 1. §. 7. de vi et vi arm. l. pen. §. fin. de his qui deiecer.* licet fateatur, non eſſe proprie domum,
quae conſiſtat ex tecto et pariete. Huic ſuffragantur BALD. *in l. 5.* 5
col. 2. num. 7. C. loc. VERR. *tr. de S. V. P. cap. 1.* NEGVZ. *tr. de pignor. 4. mem. 2. part. num. 140.* IAS. *in L. 2. de flum.* SPECKHAN. *Cent. illuſt. iur. Sax. quaeſt. 56. num. 11.* PECK. *de iur. ſiſt. cap. 6. num. 4. iuxta l.*
23. de vſucap. Ad ruſticum CVIAC. *11. obſeru. 3. Treutl. V. 1. diſp.* 6
17. th. 4. lit. b. vt dixi inaniter. Seruitutes enim non ſunt, niſi in prae-
dio: *ff. pen. de ſer.* praedium vero non eſt, niſi rei immobilis, *l. 115. §.* 7
fin. de V. S. COEPOLL. *de S. V. P. cap. 2. num. 2.* WES. *per. d. l. num.*
1. nauis contra paratur vt nauiget, nec in vno loco conſiſtat. *l. 12. §.* 8
1. de vſufruct.

Oriuntur autem dominia ex poſſeſſione, *l. 1. ff. 1. de adquir.* 9
poſſ. et certis modis, iure gentium vel ciuili adprobatis. *§. 11. de R.*

 D. ad-

10 *D.* adquiruntur. De poſſeſſione nauis expreſſus textus eſt *in l. 30.*
11 *de adquir. poſſeſſ.* ibi: *idem dici.* Vbi dicitur, quod is qui nauim
poſſidet; ſingulas res et tabulas poſſidere non videatur, *arg. l. 23. de*
12 *vſucap.* ſed tantum vniuerſam nauem, quatenus, vt corpus ex con-
tingentibus vel pluribus inter ſe cohaerentibus conſideratur. *l. 30. de*
13 *vſucap.* ibi: *alterum.* Modi autem, quibus nauis ſingulis adquiratur,
ſunt vel naturales vel ciuiles. Inter naturales 1. eſt bellum, *l. 12.*
14 *de captiu. et poſtlim. de quo infr.* 2. ſpecificatio, quando quis ex pro-
15 priis, vel alienis tabulis nauim fabricat. Illo caſu ſpecificans ſine con-
16 trouerſia dominus nauis eſt. *§. 25. in fin. de R. D.* Hoc acris olim
17 inter ICtos fuit diſputatio, a Iuſtiniano etiam *in §. de R. D.* tacta, quis
ſit nauis dominus, an ille qui fecerit, an vero qui tabularum domi-
18 nus fuerit? Auctores diſſenſionis fuere Sabiniani et Proculeiani. *l. 7. §.*
19 *7. de A. R. D.* Hi Nerua ſcilicet et Proculus, dominium ſpecificantis
20 ſtatuebant, ex ratione, tum quod nauis antea nullius fuerat, et ideo
21 ex ratione naturali ſit occupantis. *arg. §. 12. de R. D.* tum quod po-
22 tentior ſit forma, quam nauis per ſpecificationem accepit, quum det
eſſe rei, *l. 9. ſ. 3. ad exhib.* quam materia, quae per illam extincta ſit.
23 *arg. l. 26. de vſufr.* Illi, Sabinus puta et Caſſius, magis naturalem ra-
tionem ſequuti, fauebant domino materiae, tum quod ſine materia
24 nulla ſpecies effici poſſit, et accidens cedat ſubſtantiae, vel rei, ſine
25 qua eſſe nequeat: *l. 23. ſ. 3. de R. V.* tum quod nemini debeat res
26 ſua auferri, *l. 11. de R. I.* vel quis cum iactura alterius locupletari:
27 *l. 14. de cond. indeb.* et quod meum ſit, quod ex meo fiat. *l. 49. §. 1.*
28 *de R. V.* CVIAC. *in fragm. l. 2. tit. de reb. §. 5.* Verum erat hic, quod
29 vtriusque opinionis auctoribus poterat opponi. Proculianis quidem
30 quod hic aliquid amplius ſit, quam ſimplex occupatio; et quod non
eſſe, ſed fuiſſe nullius, ICtus *in l. 7. §. 7. de A. R. D.* dicat, idque ad-
huc comparatiue, non proprie, quum reuera antea ne fuerit qui-
31 dem, nedum alicuius fuerit. Praeterea materia praeualere dicitur.
32 *l. 78. §. 4. de leg. 3.* non ordine cauſſarum, quo forma, vtpote dans
33 eſſe rei, vincit. *l. 13. ſ. de V. S.* ſed alia ratione, qua vel exiſtere, vel
34 acceſſione formae exſtingui legitur. Idque eo fine, vt quia mate-
35 ria fuerit alterius domini, ipſi eamdem ſeruemus, quantum fieri pot-
eſt, ſi vero ſeruari nequit, pro exſtincta habeatur, quando nec ſuper-
eſt, quod tunc fit, quum ſic commutata eſt, vt recuperari nequeat.

arg.

Digitized by Google

arg l. 15. de R. I. Sabinianis vero obſtabat, quod forma quidem 36
potentior, ſi ordo cauſſarum ſpectaretur, re omnino intereunte, et 37
quod hoc caſu nihil ſuperſit ex materia, ſed res noua fiat, deſinat-
que alterius eſſe, qui tamen ne damnum habeat, actione in factum
ſibi proſpicere poſſit. *arg: l. 23. § 5. de R. V.* In hac ſententiarum 38
diuerſitate Iuſtinianus, vt ſaepe, ita etiam hic mediam exemplo ve- 39
terum aliquorum ICtorum, *l. 7. §. 7. verſ. Eſt tamen etiam media de* 40
A. R. D. viam ingreſſus eſt, conſtituens, vt ſi ſpecies ad priorem et
rudem materiam reduci poſſit, is ſit dominus, qui materiae domi-
nus fuerat: Si nequeat hoc fieri, eum intelligi dominium, qui fece- 41
rit. *§. 25. de R. D.* Nam materia quae ad priſtinam ſpeciem redu-
ci facile poteſt, non videtur eam mutaſſe, aut amiſiſſe, *l. 78. §. 4. d.*
legat. 3. et formae hoc caſu praeualet, quod eam ad ſe transferat. *l.*
19. de aur. arg. leg. Si vero non poteſt reduci, forma potior eſt, quum 44
det eſſe rei *l. 6. §. 1. eod.* Hac diſtinctione praeſuppoſita, nauis do- 45
minus dicitur, cuius tabulae fuerunt in *l. 61. de R. V.* Huic opponi- 46
tur. *l. 2. C. de A. R. D.* quae ſpecificantem dominum dicit. Diuerſi- 47
mode has LL. Dd. conciliant. BRONCHOR. *3. εναντι. 79.* putat nauim 48
ſpecificantis eſſe: quia in tabulas reſolui nequit. Haec autem ra- 49
tio quum in adplicatione caſus legis claudicet, vt mox audiemus, 50
diſſenſionem non ſubmouet. CONNAN. *3. comm. 6.* ARVMAE *diſp. ſſ.*
8. th. 13. VNGEPAV. *exerc. Iuſtin. 5. quaeſt. 8.* VVLTEI. *ad §. 25. de R.*
D. HILLIGER. *ad Donell. lib. 4. cap. 12. lit. c.* putant, Minucii ſenten- 51
tiam in *d. l. 61.* a Iuliano reprehendi. ibi: IVLIANVS *notat.* Vox (no-
tat) enim in iure idem ſignificat, quod carpit, reprehendit. Hu- 52
ius autem ſuae reprehenſionis Iulianum hanc dare rationem; quod
proprietas totius nauis carinae cauſſam ſequatur, h. e. dominium 53
totius nauis eius eſſe, cuius eſt carina, quia ſcilicet reliquae tabulae
cedant carinae, ſicut aedificium ſolo. *arg. 29. de R. D.* Seu proprie- 54
tas eſt eius, qui nauim fecit, et ſpeciem dedit. Carina enim eſt for-
ma nauis. *l. 24. §. fin. de legat. 3.* Praeter hoc corrigit CONNAN. 55
et pro (*eiuſdem*) *in l. 61.* legit (*eadem*) quaſi ſenſus ſit, non cuius na-
uis ſit, ſed an noua ſit. Verum quia et correctio legum, et repre- 56
henſio ICtorum dura, huic ſententiae calculum ſubducimus. HORTENS.
HOTTOMAN. CVIAC *in not. ad §. 25. de R. D.* Minucium Sabinianum 57
a Paullo Proculiano diſſenſiſſe, dicunt, et his re ipſa conſentiunt AN-

Digitized by Google

58 TON. MATTHAE. *diſp. 5. Inſt. th. 22.* GILBERT. REG. 2. *ἐναντ. 16.* quan-
do veſtigia diſſenſionis veterum ICtorum in corpore iuris, et anti-
59 nomiam relictam eſſe, pronunciant. Haec conciliatio autem quum Iu-
ſtiniani intentioni *in l. 3. §. 15. C. de I. V. E.* repugnet, ſine cauſſa,
60 vbi poteſt dari alia, non debet adſumi. ALBER. GENTIL. *4. lect. 17.* ait,
l. 26. loqui in cauſſa domini, *l. 61.* in cauſſa rei vindicationis: hoc
ſenſu, quod effector nauis licet dominus ſit, nequeat tamen eam vin-
61 dicare a domino materiae, ſi is poſſideat, quia aequitas actionem ex-
62 cludat. Hoc quia diuinatorium, obſcurum, et contra iuris eſt prin-
cipia, quae domino totius corporis vnidicationem concedunt, et do-
mino materiae eam denegant. *l. 7. §. 10. de A. R. D.* merito reiicitur.
63 Ab his diſſentit ANTON. FAB. *6. coniectur. 15.* quem ſequitur GOTHOFR.
64 *in l. 61.* et quo inclinat WESENBEC. *in d. §. 25. lit. L.* et quidem diſtin-
ctionem Iuſtiniani *in §. 25.* non improbat, ſed ſpecialem indicat eſſe
65 rationem nauis, quam cuiuslibet alterius ſpeciei, quae ex aliena ma-
teria facta ſit, et quidem in eo, quod totius nauis proprietas carinae
66 cauſſam ſequi debeat; in caeteris vero rebus nihil ſit praeter
materiam et formam, ex quo rei dominium et proprietas ae-
67 ſtimari poſſit. Atqui quum ex meis tabulis carinam nauis
68 exſtruxiſti, nondum tamen nauis facta eſt; neque enim nauis carina nauis
69 eſt, ſed pars nauis, quemadmodum area pars aedificii. Carinam igitur
ex meis tabulis factam fateri te neceſſe eſt meam eſſe, quum materia tota
mea ſit, forma autem nulla dum acceſſerit, ne carinae quidem, prius-
70 quam nouam adſtruxeris. Hoc vero ſi ita eſt, illud quoque te fateri
oportet, quidquid ſuperaedificatur, meum eſſe debere, quoniam ca-
rina veluti nauis ſolum eſt, cui ratione tum naturali, tum ciuili, ſu-
perficies cedit, quia neque aedificium ſine area, neque nauis ſine ca-
71 rina ſubſiſtere poteſt. Et hoc modo comparationem domus, et nauis
72 inſtituit ICtus *in L. 10. §. 7. Quibus mod. vſusfr. amitt.* Verum fru-
ſtra hic argutari FABRVM, dicit BACHOV. *in not. ad* TREVTL. *vol. 2. diſp. 20.*
73 *th. 7. lit. b.* quum non animaduerterit omnino, falſum eſſe, quod carina
etiam ſola reuera ſpecies noua ſit, maxime ſi cum materia ex qua con-
74 fecta eſt, conferatur. Largius hanc FABRI opinionem ſuggillat HILLIG.
in DONELL. Quod primo non ſit concedendum, quod carina ſit do-
mini tabularum, quod forma nauis nondum acceſſerit: acceſſit enim
75 forma ſi non nauis, ſaltem carinae. Deinde fundamentum FABRI in-

aedificata

Digitized by Google

aedificata cedunt ſolo, eludit, quod 1. carina non vere ſed ficte tantum 76
totum dicatur. Fictionem autem ratio naturalis non agnoſcat. Immo
nec 2. ciuilis, quum LL. non probetur, ſequeretur etiam 3. hoc caſu 77
conflictus rationum naturalium, ſcilicet quod id quod nullius eſt, ce- 78
dat occupanti, et quod inaedificata cedant ſolo, quarum illa vince-
ret, quum adquiſitio ea ſit antiquior. *arg. l. 1. de A. R. D.* Demum 4) 79
ex ratione Fabri ſequeretur, ſi quis exſtructurus in ſuo aedes, ex alie-
nis lapidibus inſcius forte fundamenta ponat, primo illa fundamenta
eſſe domini lapidum, quia nec dum forma acceſſit. et deinde ſuper
impoſitas aedes fieri eiusdem, quod ne ipſe quidem FABER diceret.
Alii diſtinguunt, quod in *d. l. 26.* tractetur de caſu, quo ex aliena 80
cupreſſo, et ſic arbore rudi tabulas, et porro ex ipſis tabulis nauim confe-
cerit, quae quum ad priorem ſpeciem arboris redire nequeant, conficien- 81
tis factae ſint, et conſequenter quoque nauis, ex iisdem tabulis con-
fecta, ad eumdem ſpectet. Quod *in d. l.* non immediate ex tabulis, 82
ſed tabulae prius ex arbore aliena factae fuerint, hoc indicant 1. verba 83
illa, (*quia cupreſſus maneret*) 2. aduerſatiua (*ſed*) quae arguit proponi 84
ſpeciem contrariam ei, quae *in l. 24. eod.* inuenitur. At in caſu *l. 61.* 85
nauis exſtructa fuit non ex aliena arbore, ſed ex alterius tabulis iam
praeparatis, quae quidem nauis quum per diſſolutionem ad easdem ta-
bulas reduci poſſit, non ad facientem, ſed dominium tabularum, perti-
net. DONELL. *4. comment. iur. ciuil. 12.* HARPR. *ad §. 25. n. 13.* OLEMAN. 86
lib. 2. diſp. GIPHAN. *9. n. 21.* TREVTL. *u. 2. diſp. 20. th. 2. lit. b.* SVTHOLT.
diſſert. 4. Inſtit. th. 51. STRACCH. *d. nauib. part. 2. num. 10.* THVNING. *in
Comment. Inſtit. ad §. 25. d. adqu. rer. dom.* Opponit ſe huic Dd. 87
opinioni HILLIGER *in* DONELL. *d. l. lit. c.* ideo, quod nauis ad ſua initia
reuerti nequit. Nauis namque non ex ſolis tabulis conſtat, vel tota 88
lignea eſt, ſed oportet non minus in fabricandis nauibus, quam ex-
ſtruendis aedificiis, tabulas ſecari, exaſciari, adeoque multis modis
variari; quin immo aliud eſſe nauim, aliud materiam, ſubſtantiam, et for- 89
mam differentem docent *l. 38. §. 1. pen. d. pignor. action. 88. §. pen. iuncto §.
vlt. d. legat. 3.* Inter hos opinionum anfractus tutiſſime meo iudicio ibit, 90
qui CAII *in L. 7.* et IVSTINIANI *in §. 25.* veſtigia legens, ita diſtinguat;
Aut nauis eſt confecta ex rudi materia, et ſit ſpecificantis, aut ex ta- 91
bulis iam naui faciendae deſtinatis, et eſt domini tabularum. Et
haec eſt DONELLI et reliquorum Dd. opinio, ſaltem ſimplicius prolata, 92
quam

Digitized by Google

93 quam etiam BACCHOV. *in Treutl. d. loc.* adprobat. Nec obſtat, quod
iuxta HILLIGERVM alia quaedam ad conſtituendam et abſoluendam
94 nauim adiecta fuerint, quoniam vt ICtus *in L. 61.* reſpondet, totum
95 illud carinae, tamquam fundamenti et ſubiecti, ſequitur cauſſam, et
conditionem. Clarius hoc BACCHOV. *in §. 25. d. R. D.* per poſterio-
96 ris membri ibi a Iuſtin. facti ſubdiſtinctionem exprimit, ita ſcilicet,
quod tunc dominium amittat materiae dominus, ſi vere forma, et omni-
no noua fuerit adhibita, quaeque fuerit quodammodo remota a mate-
97 ria, quae pluribus formis ſuſcipiendis apta erat. e. gr. ſi ex rudi li-
98 gno, ex ſylua caeſo, facta ſit. Si vero ex tabulis naui faciendae deſti-
natis facta ſit, eius ſit, cuius lignum et tabulae fuerunt, *arg.* exempli ſi-
99 milis ex *L. 12. §. 3. ad exhibend.* Demum vt in omni caſu certum ſit,
quis nauis hoc modo factae dominus ſit, et quo iure, eleganter il-
100 lud decidit TIMAEVS FABER *in diſp. anniu. ad Inſt. 10. th. 1. lit. d.* hoc modo:
101 Si ex aliena trabe integra, ſeu arbore, carina facta ſit, eius nauis cuius
102 trabs eſt, iure acceſſionis *d. L. 61.* Si ex tabulis itidem, quia nondum
dici poſſunt in nouam ſpeciem transfuſae et exſtinctae, quod in ſpeci-
103 ficatione requiritur. Si ex arbore in tabulas diſſecta redactaque pri-
mum, conficientis eſt iure ſpecificationis, quia arbor non manet,
104 nec fieri denuo poteſt *d. l. 26.* Vnde fit, vt alias ad modum acceſ-
ſionis, alias ad modum ſpecificationis referatur, diuerſaque hac ra-
105 tione praeſuppoſita, modo dominus tabulae, modo ſpecificans, nauis
dominus ſit.

106 Quia vero iniquum eſſet, vt facto alterius dominus re ſua ca-
rere cogeretur, vti et alter laborem ſuum et operam fruſtra facere:
ideo datur vtrique tam domino materiae, quam auctori formae, actio
in factum, *l. 23. §. 5. verſ.* ideo *d. R. V.* accommodata *l. Aquiliae l. 11. d.*
107 *praeſcript. verb.* illi, vt repetat materiae pretium, et aeſtimationem
amiſſae rei huic vt habeat pretium operarum, quas rei confectae im-
108 pendit. WESENB. *in Comment. Inſt. d. §. 25. lit. K.* SVTH. *d. l. th. 51.*

Et haec de naue nouiter ex alienis tabulis exſtructa ita ſe ha-
bent. Secus eſt ſi nauis ex aliena tabula tantum refecta ſit. Manet
109 enim tunc nauis eius, cuius fuit *d. l. 61.* et tabula ei, tamquam toti, iure
acceſſionis accedit, *l. 26. §. 1. d. A. R. D.* ibi: *naui tabula.* adeo firmi-
ter, vt a domino, quamdiu adhaeret, vindicari nequeat, ſed detur actio
110 ad exhibendum contra coadunantem *l. 7. §. 2. ad exhibend.* ibi: *naui tabulam.*

tabulam. Occaſione huius lubet iucundam, a Philoſophis et ICtis diſpu-
tatam quaeſtionem, in medium proponere. An nauis per partes re- 111
fecta ſit eadem? Materiam quaeſtioni dederunt Philoſophi, qui acri-
ter contenderunt, an nauis Theſei, quae ab Athenienſibus vsque ad 112
Demetrii Phalaraei aetatem fuit adſeruata, ſemper illis aliam materiam
ſufficientibus, eadem eſſet, an non? PLVTARCH. *in Theſ.* ALEXAND.
AB ALEXAND. *genial. dier. lib. 3. c. 3.* Idem quaeri poteſt de naue Fer- 113
dinandi Magellani, *Victoria* dicta, qua Moluccas inueſtigatum miſſus, pri- 114
mus orbem circumuectus eſt, quaeque diu Hiſpali poſtea conſpecta.
IOH. METELLAN. *in praef. ad lib.* OSOR. *d. reb. geſt.* EMMANVEL. LV-
SITAN. *pag. 26.* SALMVTII. *ad Pancirol. part. poſter. cap. 1. pag. 20.* In An-
glia non procul a Londino in oppidulo Deipfordio, *vulgo Daitforde,* 115
videntur rudera illius nauigii, quo Franciſcus Dracke orbem circum-
nauigauit. ISENBERG. *in itiner. Angl. p. 355.* ISAAC. PONT. *p. 424.* MART.
ZEIL. *in itinerar. Angl. p. 229.* ICtus ALFENVS *in L. 76. d. iudic.* quaeſtio- 116
nem attingit, et dicit eamdem nauem eſſe; etiamſi tam ſaepe refecta eſſet,
vt nulla tabula eadem permaneret, quae non noua fuiſſet. Et hoc
ait ICtus in multis rebus euenire. Nam et legionem eamdem haberi 117
ex qua multi deceſſiſſent, quorum in locum alii ſubiecti eſſent; et po-
pulum eumdem hoc tempore putari, qui abhinc centum, vel pluri- 118
bus annis fuiſſent, etiamſi hodie nemo ex illis viueret. ION. *4.* ESAI. *1.*
vid. GROT. *lib. 2. d. I. bel. c. 9. n. 3. eleganter in not poſter.* item eam-
dem eſſe vniuerſitatem, vtrum omnes iidem maneant, an pars ma- 119
neat, vel omnes immutati ſint, non conſiderato. *l. 7. §. fin. Quod cuius-
que vniu. nom.* idem collegium iudicum, licet vnus vel alter mutatus
ſit. *d. l. 76.* Idem reperitur ſcriptum de domo, *in l. 10. §. 7. Quib. mod.* 120
vſusfr. amittat. l. 65. §. 2. d. legat. 1. grege, *l. 22. eod.* taberna. *l. 34. d.* 121
pignorib. Sic iidem fontes, fluuii, chori, ſoni in Muſica, qui fuerunt 122
olim. ALEXAND. AB ALEX. *d. l.* Sic eadem ſylua Hercynia, et idem 123
pons ſublicius Argentoratenſis, qui olim, licet infinitae arbores ibi et
caeſae, et de nouo renatae, hic vix particula ad decennium duret.
HOTOM. *illuſtr. qu. 19. in fin.* Hoc tamen intelligendum eſt, ſi parti- 124
cularis interitus, et per partes nauis refecta fuerit. *l. 10 §. 7. qu. mod. vſusf.
amit. l. 83. §. fin. d. V. Obl.* Si vero vniuerſalis fuerit interitus, vel 125
diſſolutio, licet ex iisdem tabulis refecta, alia nauis eſt. *d. l. 10.* Vbi
tamen ex ſententia ICti PAVLI *in l. 98. §. 8. v. nec ſimili d. ſolut.* 126

126 ſubdiſtinguendum, an nauis ea mente diſſoluatur, vt in priorem vſum
reſtituatur, vel vt in alium: quaſi ſcilicet ad rei diuerſitatem, vel
identitatem, ad corporis denique qualitatem, conſilium et propo-
127 ſitum hominis aliquid valeret. Priori caſu reſtituta nauis noua non
128 videtur, ſed antiqua, *d.* §. *8.* nam omnes tabulae reficiendae naui re-
fixae ſunt. *l. 83.* §. *5. d. V. Obl.* Poſteriori caſu alia nauis eſt, etiamſi
poſtea, mutata mente, ex iisdem tabulis nauim compoſuerit. *d.* §. *8. verſ.*
129 *homini.* Interitus enim aliquis perpetua deſtinatione alterius vſus na-
130 ui ita diſſoluta allatus eſt ex mente diſſoluentis. Quae vero perpetuo
ſunt exſtincta, in antiquum ſtatum reponi non poſſunt. Et hoc modo
vſusfructus dicitur *in d. l.* in naui exſtingui, tamquam ſublato corpore
131 *arg. pr. d. vſufr.* GOTHOFRED. *ad l. 98.* §. *8. lit. a.* Huic ſententiae
non refragatur, quod quibusdam placuit, partibus commutatis rem aliam
132 fieri. Id enim ſi verum, fore ait ICtus *in l. 67. d. indic.* vt ex ea
133 ratione nos ipſi non iidem eſſemus, qui abhinc anno fuimus, pro-
pterea quod iuxta Philoſophos (Epicureos, qui omnia in fluxu eſſe,
et ex atomis generari, ſtatuebant. CIC. *2. Acad. d. Finib.*) ex quibus par-
ticulis minimis conſtamus, hae quotidie ex noſtro corpore decedant.
134 Quapropter cuius rei ſpecies eadem conſiſteret, rem quoque eamdem
eſſe, exiſtimandum eſt. Nam quum ſpecies exſtincta non fuerit, ſed
idem perpetuo corpus, eademque forma manſerit, dici non poteſt,
135 aliam rem eſſe. Sicut enim ex forma eſt res, quatenus eſt, ita continua-
136 tio formae rei ipſius continuatio eſt. Hoc modo infans ſurreptus
ſi apud furem adoleuit, vt adoleſcens aeſtimatur. *l. 67.* §. *2. d. furt.*
137 *l. 13. d. condict. furtiu.* et infans, aut pullus legatus, ſi in virum, aut
magnum equum peruaſerit, nihilominus idem cenſebitur. *l. 55. d. vſufr.*
138 HOTOMAN. *illuſtr. quaeſt. 19.* Eiusdem cum prioribus a Philoſophis
adlatis ponderis ſunt, quae HERMOL. BARBARVS *refer.* ALEXAND. *ab*
ALEXAND. *3. gen. dier. cap. 1.* in medium protulit, ſc. quod, vbi mate-
ria non eadem ſubeſt, quae prius erat, minime res eadem ſit. Si-
139 quidem ſi quid idem dicitur, illud ita demum eſſe idem, putandum ſit,
140 ſi nihil ei additum detractumue ſit. Reſpondeo enim, id nos facile conce-
dere, ſi res phyſice et ſubtiliſſime conſideretur, verum in vſu iuris
ſufficit, eamdem rem dici, ſi eadem ſpecies maneat, licet materia rei
141 mutata ſit. Vbi enim ratio rei legis ineſt, ibi rem eamdem eſſe, aequum
et bonum eſt. Leges etenim quod probabile eſt, quamtumque ae-
quitas

quitas et ius ſuadet, ſequuntur, Phyſici vero, quamtum rei adparentia et ratio neceſſario euincit.

Tertius modus eſt traditio. Haec vt locum habeat, requiritur praeter voluntatem domini, transferre; et alterius, accipere volentis, iuſtus titulus ad transferendum dominium habilis. §. *40. de R. D.* 143
Talis titulus eſt emtio venditio, *l. 36. de euictionibus.* ſtipulatio, *l. 89.* 144
§. 5. nam et ſi nauem de V. obl. de quibus *infr. plur. capit.*

Inter modos adquirendi iuris ciuilis eſt. 1. Vſucapio. *l. 30. d.* 145
vſucap. ibi: *alterum.* Sed ita, vt quaeſtionem habeat: ſcilicet, quod 146
ipſa nauis vſucapiatur non ſingulae ipſius tabulae, ſi nauis ex alienis tabulis fabricata eſt, ad exemplum nempe domus, quae dum poſſidetur, vſucapitur, non ſingulae res, quae in ipſa ſunt, *l. 23. de vſucap.*
Ideo, naue diſſoluta, tabulae vindicari poſſunt, *arg. l. 29. de R. D.* et 147
ſi quis poſt diſſolutionem vſucapere vult ex integro, tabulae poſſidendae ſunt, vt tempore, quod in vſucapione rerum mobilium conſtitutum eſt, vſucapiantur. *arg. l. 23. §. 1. de vſucap.* BORCHOL. *in comm. ad* 148
tit. d. adquir. poſſeſſ. cap. 5. num. 20. II. Legatum. *l. 24. §. fin. de le-* 149
gat. 1. l. 88. §. 2. de legat. 3. Hic autem notandum eſt, quod ſi ma- 150
teria legata eſt, nauis ex ea facta vindicari non poſſit. *d. l. 88. §. 1. d.*
leg. 3. Aliud enim eſt materia, aliud res ipſa, *l. 57.* et in vltimis voluntatibus ſtricte verba accipienda, niſi teſtator aliud diſpoſuerit. *l. 7.* 151
§. fin. d. ſupp. leg. Contra, naue diſſoluta, legata ne quidem materia debetur. Nauis enim peti nequit, quia habetur pro re exſtincta, cu- 152
ius nulla eſt conſideratio; non item materia, quia non legata fuit. *d.*
l. 88. §. 2. DONELL. *8. comm. 17. num. pag. 268. num. 8.* Quaeritur, ſi inſtructum legatum ſit, an eo etiam nauis contineatur? Reſp. ICtus 153
VLPIANVS *in l. 12. §. 1. de inſtruct.* quod illa nauis, quae fructuum exportandorum cauſſa parata eſt, inſtrumenti nomine veniat, ſicut vehiculum ob paritatem rationis. Quaeſiuit autem illud hac de re ICtus, 154
quod in multis locis tunc temporis fuerit in vſu, fructus per nauim in ciuitatem deferre, ſicut hodie illud in Batauia, et apud nos in Rugia moris eſt. Eodem modo ſi inſtrumentum piſcatorium legatum 155
eſt, nauicillae, quae piſcium capiendorum gratia veniunt, eo legato continentur, *l. 17. §. 1. d. inſtruct. legat. Paul. recept. ſentent. lib. 3. c. 6. §. inſtrumento piſcat.*

Effectus adquiſiti dominii in naui conſpicitur potiſſimum in 156

 inſti-

Digitized by Google

157 inſtituendis pro ea actionibus. Datur autem pro vindicanda naui rei vindicatio, vbi notandum, quod is, qui petit nauim, accurate eam
158 deſignare debeat, et ſi ſcapham nauis, vel armamenta habet, ea debeat ſeparatim et ſingula vindicare. *l. 3. §. 1. de R. V.*
159 Non ſolum autem res ipſa, ſed etiam fructus, in actione reali in condemnationem veniunt. *§. 2. de offic. iudic.* Tenetur enim rem cum
160 omni cauſſa reſtituere. *l. 17. §. 1. de R. V.* Hinc quaeritur, ſi nauis ab
161 alio petita, quid poſſeſſor praeſtare teneatur? Ad deciſionem huius
162 diſtinguendum eſt, a bonas, an m. f. poſſeſſore nauis petatur, ex eo enim certum fit, in quid vterque condemnari poſſit. Rem PAPINIA-
163 NVS *in l. 62. de R. V.* manifeſtam facit. Quod b. fid. poſſeſſor de fru-
164 ctibus ante lit. conteſtatam, (nam poſt. lit. conteſt eadem eſt b. et m. fidei poſſeſſoris conditio) perceptis vel percipiendis non teneatur, ſed ſufficiat, ſi ſimpliciter nauim reſtituat, et fructus ante lit. conteſt. perceptos, ſi exinde locupletior factus eſt. CVIAC. *in explicat. d. l. ad*
165 PAPIN. *lib 6. quaeſt* Malae vero fidepoſſeſſor non ſolum nauim, ſed etiam fructus ante lit. conteſt. perceptos, et percipiendos, ſiue titulum aliquem m. f. poſſeſſor habeat, ſiue non, ſiue locupletior factus, ſiue non, o-
166 mnes reſtituere tenetur. Si ergo m. f. poſſeſſor ex naui aliena nullum quaeſtum fecit, nullam vecturam intulit, hac lege tanti damnatur domino, quantum ipſe dominus fructuum ex naui percipere potuiſſet, et ita da-
167 mnatur fructuum percipiendorum nomine. Mouet autem Papinianus hic ſibi dubium, quod m. f. poſſeſſor, qui ſciens poſſidet hereditatem alienam, ibique pecuniam depoſitam et inuentam non attingit, ſed otioſam relinquit, eius pecuniae non praeſtet vſuras, quamuis actio
168 depoſiti bonae fidei ſit. *l. 13. §. 1. d. vſuris.* Vnde concludendum,
169 quia fructus vice vſurarum ſunt, *l. 121. de V. S.* ſi non vſus naui,
170 quod neque fructus eius praeſtare teneatur. R. magnam eſſe inter vecturam et vſuram inter collocationem pecuniae, et nauis differen-
171 tiam. Nam pecunia collocatur periculo dantis, non domini; nauis lo-
172 catur conductoris periculo: non eſt igitur culpandus m. f. poſſeſſor, quod noluit ſe coniicere in periculum pecuniae foenori obligatae, vtpote debitore pauperiore facto, verum culpandus, ſi quod potuit facere, non fecit, vt ſi nauim idonea tempeſtate non locauit. *arg l. fin. §. fin. d.*
173 *adminiſt. rer. ad ciu. pert. 2.* Periculum pecuniae collocatae ad locatorem pertinet, non ad dominum, etenim is qui credidit ſeu locauit,

uit domino tenetur, vt refundat pecuniam, collocatam malis nomini-
bus *l. h.* ibi: *pecunia periculo dantis foeneratur*, non ergo incuſandus 174
m. f. poſſeſſor, qui noluit pecuniam collocare, et ita damnum refu-
gere: culpandus autem eſt, ſi nauem non locauerit idonea tempe- 175
ſtate, nullo cum ſuo periculo quum facere potuerit; praeſtat enim 176
tantum dolum et culpam, non caſum fortuitum et naufragium,
nauis enim ad hoc inuenta eſt, vt nauiget, *l. 12. §. de vſufruct.* et ideo
ſi perierit, eum caſum poſſeſſor petitori non praeſtat. *Vid. plur. apud* 177
CVIAC. *in* PAPIN. *ad h. t.*

Quaeritur autem hoc loco non inconcinne, ſi quis in iudi- 178
cio nauem petierit, et reus per ſententiam abſolutus fuerit, an po-
ſtea ſingulas tabulas vindicare poſſit? Negat ICtus VLPIAN. *in l. 7.* 179
verſ. item ſi nauem d. except. rei iudic. et idem PAVLVS *in l. 27. §. 8. d.*
pact. in pacto adſerit, quod is, qui pactus, ne totam nauim peteret, po-
ſtea non poſſit ſingulas tabulas petere. Ratio eſt, quia idem petiiſ-
ſe videatur, *d. l. 7. pr.* et in toto etiam inſit pars. *l. 113. d. R. I.* ZAN- 180
GER. *tr. de except. part. 3. cap. 17. num. 24.* Diſſentit DONELL. *22.* 181
comment. 5. ideo, quod domo petita, poſtea caementa, et ligna peti
poſſint, ergo idem de naui ob eamdem rationem dicendum eſſe. *d. l.*
7. §. 2. eod. Sed id nihil eſt, nauis enim *in d. §.* nulla eſt men- 182
tio, nec probabile, quod expreſſe deciſum in *pr. l. 7.* id paucis in-
teriectis ICtum ſubito reuocare voluiſſe. Praeterea ratio a domo ad 183
nauim non quadrat. Nam qui domum petit, ſi poſtea lapides et cae-
menta petat, in ea conditione eſt, vt videatur aliud petere. Etenim
cuius domus eſt, eius non vtique caementa et lapides ſunt. Nam licet ea 184
durante aedificio vindicare, vel ad exhibendum agere dominus non
poſſit: *l. 7. §. 10. de A. R. D.* tamen, ſi dirutum fuit aedificium, poterit 185
materiae dominus tigna vindicare, *§. 29. de R. D.* nec ei obſtabit rei
iudicatae exceptio. *d. l. 7. §. 2.* ZANGER. *tr. de except. part. 3. cap. 17.* 186
num. 25. Secus eſt in naui, quae ſi ex tabulis alienis, quae ad primam 187
reuerti nequeunt formam, facta eſt, mea eſt, ideo diſſoluta ea nihil
plus dominii ad tabularum dominum redit, quam antea fuit, ideo-
que, ſi quis ſemel per ſententiam a dominio tabularum repulſus fuit, ad 188
illud dominium petendum amplius reuerti nequit. ZAS. *in d. l. 7. n.*
6. GOTHOFR. *ad d. l. 7. lit. u.* Illud adhuc addendum, ſi non tota na- 189
uis, ſed tabula, naui adiecta, peti debet, quod tunc rei vindicatio

190 quamdiu iuncta eſt, ceſſet. *l. 26. §. 1. de A. R. D.* Eſt enim per acceſ-
ſionem eius facta, cuius nauis eſt, et ideo domino priori, exſtincta
naui, cedit *d. ff. l. 19. §. 13. de aur. et arg. leg. ff. 27. de R. D.* Inte-
191 rim quia dominus non tenetur ſine cauſſa rem ſuam amittere, datur
actio ad exhibendum, *l. 7. §. 2. ad exhib.* vt dematur, et vindicandi
192 fiat copia. *l. 6. h. t.* WESENBEC. *in part. ad exhib. num. 7.*
193 Sicut autem tota nauis quoad plenam proprietatem adquiri,
ita etiam vſusfructus ab ea ſeparari, et alteri conſtitui poteſt, ſiue
inter viuos, *l. 10. §. 7. quib. mod. vſufruct. amit.* ſiue vltima volunta-
194 te. *l. 12. §. 1. de vſufr.* Nauis enim vt res tenetur ſeruire perſonae, *arg.*
195 *pr. et §. 2. de vſufruct.* et paratur hoc fine, vt nauiget *d. l. 12. ff. 1.*
196 CAEPOLL. *de S. R. P. cap. 29. num. 4.* Hoc conſtituto quis illud con-
ſequutus videtur, vt nauim nauigatum mittere poſſit, etiamſi peri-
197 culum naufragii immineat, *d. §. 1.* et durat hic vſusfructus tamdiu,
donec nauis eſt, quae, licet per partes fuerit refecta, vſusfructus non
interit *d. l. 10. §. 7.* licet omnis noua facta ſit. *l. 83. §. 5. de V. obl.* Si
198 autem diſſoluta ſit, licet iisdem tabulis, nulla praeterea adiecta, reſtau-
rata ſit, vſusfructus exſtinguitur. *d. §. 3.* CVIAC. *tr. ad African. p. 175.*
199 Non incommode hoc loco quaeritur, an in naui poſſit feu-
dum conſtitui? Recte negat NIELL. *3. diſp. feud. th. 1.* ex eo, quod
200 res mobilis ſit. *l. 1. §. 7. iuncto §. 6. de vi et vi armata.* Feudum au-
tem conſtituatur in re ſoli, aut ſolo cohaerente. *2. Feud. 1. ff. fin.*

CAPVT II.

DE FOENORE NAVTICO, SEV MVTVO, AVT CREDITO MARINO, VEL PECVNIA TRAIECTITIA, ET EIVS TVM VSVRIS GRAVISSIMIS, GERM. BOEDDEMEREY, TVM SPECIEBVS, ET DIFFERENTIIS A MVTVO TERRESTRI. SINGVLARIA DE CREDITIS OPERIS SERVORVM, ET MVTVO IN ALEAM. DISQVIRITVR DE FOENORE NAVTICO, QVATENVS IVSTITIAE NON SIT ADVERSVM. INCIDENTER MODVS FOENERANDI CATONI VSVRPATVS EXAMINATVR.

SVMMARIA.

1. *Nauis in obligationem venire poteſt.*
2. *Eius reſpectu ſingulares ſaepe conuentiones fiunt.*

3. Quae-

3. *Quaedam hac de re hic obſeruata.* 4. 5. 6.
7. *Diuiſio obligationum.*
8. *Et contractuum.* 9.
10. *Foenus nauticum ſeu mutuum marinum quid?* 11.
12. *Pecunia traiectitia quae proprie dicatur.* 13.
14. *Eius duo requiſita, periculum, et trans mare vectio.* 15. 16. 17.
18. *Pecuniae traiectitiae nomine venit quantitas.* 19.
20. *Item merces.* 21.
22. *Etiam ſeruus pecuniae recipiendae cauſſa miſſus.* 23. 24. 25. 26. 27. 28.
29. *Redditur ratio rubricae, ſeu inſcriptionis tituli de Nautico foenore.* 30. 31.
32. *Creditor dat foenus, debitor vſuras.*
33. *Species nautici foenoris duae.*
34. *Prima eſt. quum pecunia in totam nauigationem datur.*
35. *Haec rurſus duplex.*
36. *Deſcribitur* ἑτερόπλοια *cum exemplo.*
37. *Et* ἀμφοτερόπλοια *cum exemplis.* 38. 39. 40. 41. 42.
43. *Altera ſpecies nautici foenoris eſt, quum pecunia in certos dies datur.*
44. *Probatur id legibus et exemplis.*
45. *Differentia inter* ἑτερόπλοιαν, *et eam quae fit in certos dies.* 46. 47. 48.
49. *Explicatio difficillimae legis* 22. §. 1. *d. V. Obl.*
50. *Eius quatuor emendationes Salmaſii* 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62.
59. *Et aliorum, vt Alciat. Cuiac. Roberti, Duareni, Gothofred.* 63. 64.
65. *Triplex eſt in l.* 122. § 1. *conuentio.* 66 67.
68. *Verus d. l. thematiſmus.* 69. 70. 71. 72. 73. 74. 76.
75. *Seruus non poteſt domini conditionem deteriorem facere,*
77. *Id limitatur.*
78. *Actio forenſis in l.* 122. §. 1. *demonſtratur.* 79.
80. *Dubium circa hunc caſum exortum cum alio ex l.* 6. *d. nautic. diſſoluitur.* 81. 82. 83 84. 85. 86. 87 88 89.
90. *In traiectitia pecunia ſors cum vſuris ſolui debet.*
91. *Quo loco debeat fieri ſolutio iuxta diuerſos modos, oſtenditur.* 92. 93.
94. *Differentia prima terreſtris mutui a marino.* 97.
96. *Ibi debitor caſum fortuitum ſuſtinet.*
96. *Hic creditor.*
98. *Periculum quando incipiat, et finiat.* 99. 100.
101. *Adpellatione periculi quid veniat.* 102.
103. *Cuiacii argumentum ex l* 6. *h. t. refellitur.* 104. 105. 106. 107.
108. *Secunda differentia eſt in vſuris.*
109. *In terreſtri ſufficiunt centeſimae.*
109. *Centeſimae vnde dictae.* 110.
111. *Modus veterum in conſtituendis vſuris, quoad menſem et diem Calendarum.* 112.
113. *Triginta dies faciunt menſem.*

114. *In*

Digitized by Google

114. *In traiectitia pecunia non cogitur creditor centeſimis contentus eſſe, ſed poteſt ſtipulari duas vel plures centeſimas.* 122.
123. *Vſura pecuniae traiectitiae vocatur nautica maritima, Germanis Böddemerey et cur?* 124. 125.
126. *Haec vſura apud Graecos erat octaua pars ſortis, apud Romanos infinita.* 127. 128.
129. *Modus traditur, quomodo creditores in ephemeridibus vſuras centeſimas adſignarint.* 130.
131. *Ratio immodicarum vſurarum eſt ſuſceptio periculi.* 132.
133. *Haec ratio facit, vt in mutuo terreſtri etiam aliquando liceat maiores legitimis vſuras ſtipulari.* 134. 135.
136. *Pro operis ſeruorum non licet infinitas vſuras ſtipulari et quare.* 137. 138. 139.
140. *Intellectus et caſus l. 4. §. 1. d. naut. foenor.* 141. 143.
142. *Operae ſunt diurnum officium.*
144. *Emendatio d. l. 4. §. 1.* 145. 146. 147. 148.
149. *Poſt diem periculi in operis ſerui alia ſtipulatio ſuper communibus vſuris interponebatur.* 150. 151.
152. *Variorum explicationes ſuper d. l. 4. §. 1. refelluntur.* 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162.
163. *Quaeſtio an ſtipulatio in ſingulos dies pro operis ſerui ſit poenalis, diſcutitur.* 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173.
174. *Opinio auctoris de ea.* 175. 176. 177. 178.
179. *Intellectus l. 23. d. obl. et Act. et deciſio duorum in illa quaeſtionum.* 180. 181. 182. 183. 184. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195.
185. *Non videtur debitor interpellatus, ſi poſtea repetendi inſtantia omiſſa.*
196. *Ceſſante periculo, ceſſant vſurae immodicae.*
197. *Perinde autem eſt vtrum initio non ſit, an poſtea ceſſet.* 198.
199. *Sublata obligatione principali, tolluntur etiam acceſſoriae, vti pignora.* 200.
201. *Si in terra creditor periculum ſuſcipit, poſſunt maiores vſurae peti.* 202.
203. *Improprium foenus nauticum non datur.*
204. *Euolutio ſubtiliſſimae l. periculi pretium 5. d. naut. foen. cum emendatione.* 211.
205. *Tres modi dandi mutui cum receptione alicuius augmenti.* 206. 207. 208.
209. *Alea quid?* 218.
210. *Eius exempla.* 212. 213. 214. 215. 216. 217. 219. 220. 221.
222. *Differentia ratione periculi inter conditiones adfirmatiuas et negatiuas.*
223. *Error, Cuiac. Hotom. Treutl. a Bachou. detegitur.* 224. 225.
226. *Alius Cuiac. et Treutl. error, quaſi de teſſerarum iactu lex intelligenda, remouetur.* 227. 228. 229. 230. 231.
232. *Limitatione Bachouii non opus eſt.* 233. 234.
235. *Molinaei interpretatio improbatur.*
236. *Vti et Borcholti.*
237. *Nec minus Hotom. et Cuiac. diuerſa lectio.* 238. 239.

240. *In-*

240. *Iuſtinianus voluit bis vſuris modum ſtatuere, ſed non potuit, conditione rei refragante.* 244. 245. 246. 247. 248. 249.
250. *Rationes Molinaei, quod Nou. 106. per Nou. 110. ſit ſublata, a Salmaſio diluuntur.* 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262.
263. *Inquiritur in conditionem vſurarum beſſalium reſpectu foenoris nautici.* 264. 265.
266. *Cauſſa abrogatae Nou. 106. per Nou. 110. traditur, Cuiacii et Molinaei ratione reiecta.* 267. 268. 269. 270. 271. 272.
273. *An ius canonicum vſuras has ferat, dubitatur.* 274. 275. 276.
277. *Ch. ab Hagen explicatio circa c. nauiganti X. d. vſuris non idonea.* 278. 279.
280. *Auctoris, textui conuenientior. et eius rationes.* 281. 282. 283. 284. 285.
286. *Dicterium Catonis ſuper foenore examinatur.* 287. 288. 289.
290. *Traduntur modi, quibus Cato in foenerando vſus.* 291. 292. 293. 294. 295. 296.
297. *Hotomanni et Cuiacii ſententia ſuper foenore Catonis non admittitur.* 298. 299. 300. 301. 302.
303. *Tertia differentia mutui terreſtris a maritimo eſt, quod illud ſtipulatione conſtituitur, hoc etiam nudo pacto.* 304.
305. *Eius ratio.* 306.
307. *Ob hoc foenus, ſi vſurae ſtipulatione promiſſae, datur condictio certi.* 308.
309. *Si pacto actio contractus.* 310.
311. *Vel condictio ex lege.* 312. 313.
314. *Ex legitimis pactis datur actio.*
315. *Potentior lex, quam pactum.*

Nauis, hoc modo adquiſita, infinitum vſum in commerciis praebet. 1
Vnde obſeruatum eſt, quod nullae fere reperiantur obligationes, quae non maritimis negotiis vel ratione conuentionis, vel ratione delicti poſſint adplicari. Non quidem ſemper ipſa nauis obiectum obli- 2
gationis eſt, ſed quia reſpectu nauis fit, ideo quaedam praecipua in legibus conſignata ſunt. Nos, quae hac de re notauimus, ſingularia, 3
proferemus. Non autem erimus occupati in contractuum requiſitis 4
exprimendis, per ſe enim patent, et alibi Dd. fuſe de illis agunt. Saltem, quod in contractibus ad rem nauticam pertinet, eſtque alicubi dif- 5
ficillimum, illud enodatum dabimus. Ita ſcilicet, vt natura rei per- 6
ſpecta, actiones, quae inde oriuntur, et aliquid a caeteris contractibus aliud habent, ſubiiciamus, et ſimilia de poenis obſeruaturi.

Sunt autem obligationes, vel ex contractibus, vel ex delicto. 7
Quae ex contractibus, vel ſunt ex nominatis, vel ex innominatis.

Digitized by Google

In nominatis rurſus vel veris, vel quaſi contractibus. In veris faci-
8 lioris cognitionis gratia ſequemur ordinem, quem Iuſtinianus in in-
9 ſtitutionibus obſeruauit. His ſubiungetur, ſi quid in quaſi conuentioni-
bus adnotatum. Innominati quia certum ordinem non habent, poſtea
diſtincto capite ſequentur.

10 Inter contractus primus eſt foenus nauticum, ſeu mutuum
vel creditum marinum, *nou. 106. in praef.* quod, ſicut mutuum gratui-
11 tum, eſt contractus ſub periculo creditoris, conſtans rebus, quae pon-
dere, numero, et menſura continentur, *pr. quib. m. r. cont. oblig.* quae-
que in genere ſuffectionem magis recipiunt per ſolutionem, quam in
12 ſpecie *l. 2. §. 1. ſi cert. petat.* Talis res eſt pecunia, quae ſi trans
mare vehitur, traiectitia dicitur, *l. 1. §. 4. §. 2. de naut. foenor. l. 2. §. fin.
de eo quod certo loc. 13. de neg. geſt. l. 1. §. 8. de pecul.* WESENB. *part. d.
Nautic. foenor. n. 1.* vel pecunia nautica. *l. 2. d. naut. foenor. l. 122. §. 1.*
13 *d. V. Obl. Nou. 110.* Eſt igitur proprie pecunia traiectitia, quae peri-
culo creditoris trans mare vehitur, *l. 1. h. t.* *διαποντια* Graece dicuntur
χρήματα ideo, quod trans mare vehantur. *7. Eclog. ex Lib. 33. tit. 7.*
14 *cap. 1.* Duo ergo ſunt requiſita, vt pecunia pro traiectitia quoad ra-
tionem ingentis vſurae, de qua mox, cenſeatur, nempe vt trans mare
15 vehatur, et deinde vt id periculo creditoris fiat. Haec duo requi-
16 ſita iuxta L. Rhodiam ſunt neceſſaria, et, ſi vnum deficit, etiam mi-
17 nuuntur vſurae. Nam ſi eodem loco vbi data eſt, conſumatur pecunia,
non eſt traiectitia. *d. l. 1.* Sicut et hoc nomen amittit, ſi creditor pe-
riculum non ſuſcipit, vel ſi ſuſcepiſſe illud deſinit. *l. 4. de naut. foenor.*

18 In cauſſa autem traiectitiae pecuniae eſt, I. pecunia ipſa, et
19 perinde eſt, ſiue illa ſit numerata, ſiue aliae quantitates, quae pondere,
numero, et menſura conſtant, vt oleum, vinum, frumentum, me-
20 talla. &c. *l. 2. §. 3. d. reb. credit. nou. 106. in praef.* II. Sunt merces ex
tali pecunia comparatae, ita tamen, ſi periculo creditoris nauigant.
21 *l. 1. h. t. verſ. ſed vidend.* WESENBEC. *part. h. t. num. 1.* CVIAC. *tr. 7. ad*
23 AFRICAN. *in L. 23. d. O. A.* III. Eſt ſeruus, qui ſequebatur pecuniae
traiectitiae cauſſa, et operae ipſius, quibus dominus interim carebat.
Lex Rhodia de nautico foenore: *ὅτε χρήσας τὰ χρήματα ἐπιπέμπετο
ἄνθρωπον ὃς ἂν ἐπιχρώννυται* h. e. qui foenore nautico pecunias dedit
24 mutuas hominem etiam mittat, qui et in inſuper mutuo datur. Nam
more apud Graecos et Romanos recepto, aut ipſi nauigabant credito-
res,

res, aut ſeruum ex ſuis aliquem dabant debitori, qui comitaretur, aut ſaltem eum habebant in portu et vrbe, quo ad mercatum tendebat nauis. *l. 122. §. 1. d. V. Obl. l. 23. d. O. et A. l. 4. §. 1. h. t.* Graeci ta- 25
lem ſeruum Κερμακόλουθον vocabant. Huius officium erat, videre, ſi quid accediſſet in mari, vtrum id caſui, et tempeſtati maris imputari deberet, an culpae aut dolo debitoris, tum vt merces idoneas ex pacto oneraret, pignori futuras, ſi ita conuentum, propter debitum. Quum igitur talis ſeruus quem creditor mittebat vna cum naui, quaſi 26
etiam ſimul creditus, ac mutuo datus cenſeretur, et periculum eſſet 27
creditoris in eo amittendo, ſi quid naui accidiſſet, operiſque eius praeterea careret, quae ipſi forſitan multum quaeſtuoſae fuiſſent, quibus tum in naui vteretur debitor, propter eas operas moris erat certam 28
ſummam in dies ſtipulari, quae ſimul cum ſorte et vſuris traiectitiae pecuniae, et viaticis ſeu ſumtibus itineris, in fine nauigationis, naue incolumi, ſolueretur.

Eſt igitur hac de materia *in ff. et Cod.* ſeparatus titulus de 29
nautico foenore, non de nauticis vſuris, inſcriptus. Cuius inſcriptionis haec eſt ratio, quod in communi mutuo vſurae ſucceſſiue currunt, et pro rata temporis ſoluuntur, ſeorſim ab ipſa ſorte. In traiectitia ve- 30
ro pecunia de ſorte ſimul ſoluenda cum vſuris in exitu nauigationis fit conuentio. Quia igitur ſors ſolui debebat cum ipſa vſura, ideo nauticum foenus dicebatur, quia totum foenus ſimul et ſemel ſoluebatur. In mutuo communi vbi vſurae penſionibus ſtatutis penduntur, nec 31
repeti ſors poteſt, quamdiu praeſtantur vſurae, titulus inſcribitur de vſuris. SALMAS. *lib. d. vſur. cap. 2. pag. 24. per. leg. 3. C. h. t. ibi: nauticum foenus dediſti.* At creditor dat, non debitor, vſuram vero 32
praeſtat debitor, non creditor.

Species nautici foenoris ſunt duae. Prima, quum in finem naui- 33
gationis, quam longa futura eſt, ſolutio differtur, donec nauis ſalua redierit. Haec rurſus duplici modo fiebat. Nam qui traiectitiam pe- 34
cuniam ſoliti erant accipere, vel ἑτερόπλουν, vel ἀμφοτερόπλουν, h. e. 35
in alteram nauigationis partem, vel in vtramque accipiebant. Erant enim Graecis, vti et Romanis, duo pecuniarum nauticarum genera, ἑτερόπλοια et ἀμφοτερόπλοια. GOTHOFR. *ad l. 122. §. 1. d. V. O. lit. t.* per ἑτερόπλουν initum tantum. Exemplum *in l. 3. C. d. naut. foenor.* 36
vbi quis ex portu Salonitano (in Dalmatia, non Bithynia ſito, *iuxta*

GOTHOFR. *ex Strabone ad. d. l.*) periculum pecuniae vſque in Africam
profectionis ſuſcipit, licet illa demum in reditu deberet exſolui, et
ita medii et temporis, et regreſſionis, nullum periculum ſuſtineat. τὰ
37 ἑτερόπλοια δανεῖσαι itaque dicebantur foeneratores, qui eo loco pe-
cuniae traiectitiae, quam dederant, ſortem cum vſuris ſolui ſtipula-
38 bantur, quem naui mercator peteret. Per ἀμφοτερόπλουν etiam in re-
ditum ſumi conueniebat. Exemplum *l. 1. C. d. naut. foen.* vbi dicitur
traiectitiam pecuniam tamdiu liberam eſſe ab obſeruatione commu-
nium vſurarum, quamdiu nauis adpulerat ad portum, ſcilicet ex quo
profecta eſt. Licet enim de quocumque portu quo nauis adpulerit,
et ſic de ἑτερόπλοια poſſet capi, melior tamen et legi conuenientior
prior ſenſus eſt. Alius caſus *in L. 122. ſ. 1. d. V. Obl.* vbi quis peri-
culum ex Beryto vſque Brendeſium (alias Brunduſium) et rurſus ex
39 Brendeſio vſque Berytum in ſe ſuſcipit. τὰ ἀμφοτερόπλοια δανεῖσαι
dicitur, qui in omne tempus vſque dum nauis ex nauigatione inco-
lumis domum redeat, vſuras ſtipulatur, quas tamen cum ſorte non
prius accipit, quam mercator reuerſus eſſet. De hac ſpecie etiam
40 Iuſtinian. *in nou. 106.* loquitur, quum ait οὐκ εἰς χρόνον τινὰ ῥητὸν, ἀριθ-
μουμένας, ἀλλ' ἕως ἂν ἡ ναῦς ἐπανέλθοι σεσωμένη h. e. non in certum
tempus praeſtitum numerandas, ſed eo vſque, donec ſalua nauis in
41 portum redierit. Breuius hoc dicit PAVLVS *in L. 7. h. t.* ſalua naue:
quod licet etiam ad praeſtitutos dies poſſit referri, ſimplicius tamen
eſt, ſi ſalua nauis redierit, ad portum nempe, vnde ſoluit nauigatura.
42 Hanc nauigationem, quae commeat, et remeat, lex Rhodia vocat κα-
τάπλουν. DEMOSTH. *in orat. cont. Dionyſidor. et Zen.*

43 Secunda ſpecies nautici foenoris eſt, quum certum praefinitur
tempus, numero etiam dierum expreſſo, intra quos ſi nauis ſalua in por-
tum venerit, petitio traiectitiae pecuniae creditori competit, ſi vero
amiſſa ſit nauis, ipſius crediti obligatio, non exiſtente conditione, defi-
44 cit, et ſuum perdit creditor. Diei ita praefiniti mentio eſt *in l. 4.
h. t.* ibi: *an poſt diem praeſtitutum l. 6. eod.* ibi: *intra praeſtitutos dies.*
et *in d. l. in fin.* ibi: *ſi poſtea nauis perierit, quam dies praefinitur pe-
riculo exactus fuerit. Nou. 106.* ibi: εἰς χρόνον τινὰ *h. e. non in certum
45 tempus.* Ex his concludendum, quod ἑτερόπλοια, quum in itum
tantum periculi ſit ſuſceptio, non ſit eadem cum nauigatione
quando in certos dies ſit. Nam tam in ἑτεροπλοίᾳ, quam ἀμφοτεροπλοίᾳ
aeque

aeque indeterminatum tempus eſt. De illa eſt textus *in L. 3. C. h. t.* 46
vbi nulli dies nauigationi in Africam praeſcribuntur, ſed tantum pactum, vt poſt eam peractam pecunia cum vſuris conuentis redderetur. De hac res eſt certa, quod non certi dies ſolebant praefiniri, ſed exſpectabatur nauigationis finis, quam longus etiam eſſet futurus. *Nou. 106. in praef.* 47 In hac autem ſecunda ſpecie ita ſolebat cautio concipi, vt numerus dierum exprimeretur, quorum periculum ſubire vellet creditor, quibus in nauigatione elapſis, in tuto ipſe eſſet quoad pecuniam creditam. 48 Exemplum huius rei Dd. ponunt *in l. 122.* 49
§. 1. V. Obl. quae quia difficilis, et multorum Dd. ingenia torſit, explicanda eſt. Ad intellectum eius ea, quae A SALMAS. *lib. d. mod. vſurar. cap. 9. p. 360.* et aliis notata ſunt, obſeruari debent. 1. Quod illa verba (*idque creditum eſſe in omnes nauigii dies ducentos*) vitium habeant. 50
Nauigatio enim in L. propoſita non conuenit cum ducentis diebus, toti nauigationi praefinitis. Etenim ſi tot dies praeſtituiſſet, quid 51
opus in ipſa ſtipulatione cauere, vt intra Idus Septembris debitor e Brunduſio proficiſcatur, aliis emtis mercibus Berytum perferendis, aut niſi id faceret intra praeſcriptum diem, in continenti ibi redderet pecuniam, quae Romam deportaretur. Noua enim haec fuit ſtipulatio, et 52
diuerſa a priore, quae ducentos dies nauigationi ſtatuebat. Nam priori ſatis habuiſſet, ſi intra ducentos dies nauigationem abſoluiſſet. Hac ſecunda ſufficere ipſi potuit, ſi intra Idus Septembris, ipſis etiam Idibus 53
comprehenſis, debitor e portu Brunduſii ſoluiſſet, verſus Berytum nauigaturus. Dicunt, alii hoc loco neceſſe fuiſſe debitori ſecundum verba ſtipulationis Berytum peruenire. 54 At ſtipulatio non dicit, ſed ſaltem, vt intra Idus Septembris e portu Brunduſii ſoluat. Reſtabant enim vſque ad Idus Nouembris, quo maria claudi ſolita adhuc circiter ſexaginta dies, intra quos Berytum redire potuit. 55 Et hoc ideo cauit, quod poſt Idus Septembris varia oriantur ſydera, occidantque, nauigantibus infeſta, vt arcturus, hoedi, taurus &c. Quum igitur 56
in verbis conuentionis nihil de ducentis diebus, adparet mendum eſſe. *Id.* SALMAS. *d. l. p. 361.* ſic emendat (*idque creditum eſſe in omnes nauigii dies ducendum*) *arg. l. 3. C. de naut. foenor.* Vt ſit ſenſus, quod creditum vſque ad finem perfectae nauigationis ſit ducendum, vt in 57
ἀμφοτερόπλοιω mos erat. 2. Verba (*et cum ante Idus ſupraſcriptas ſecundum conuentionem*) ita mutat et legit, (*et quum non intra Idus ſu-* 58

Digitized by Google

59 *praſcriptas ſecundum conuentionem.*) Conuentio erat, vt intra Idus
ſoluat, quod quia non fecit, vt lex dicit, oportet eum poſt Idus Se-
ptembris enauigaſſe. Cum hoc conuenit ALCIATVS *9. parerg. 10.*
(propterea A CVIAC. *14. ad l. h.* et ROBERT. *6. recept. lect. 1. reprehen-*
60 *ſus*) dum legit: *Sed quum non ante.* 3) quam ſecundum cautionem
Callimachus merces (*debito perferendas*) legunt rectius alii *Berito pro*
61 *Beryton perferendas.*) 4. in nauim miſiſſet, *eo tempore, quoniam &c.*
Callimachus quidem immiſit naui merces, ſed non eo tempore, quo
conuentum erat, ſed eo, quo iam (ita duobus verbis pro *quoniam* le-
62 git CVIAC. *2. obſeru. 11. num. 30. pag. 52.*) pecuniam ex pacto Brundu-
63 ſio reddere debebat Romam deportandam. Recte ergo DVAR. *in*
64 *explic. h. t.* notat, legendum, (*ſed eo tempore.*) 5. In fine conuentio-
nis Stichus L. Titii ſeruus dicitur, in principio ſeruus Seii dictus.
Quod leue eſt, et ICtis in vſu, qui nomina mutare ſolent. CVIAC. *2.*
65 *obſeru. 11.* GOTHOFRED. *h. t. lit. a.* Fuit ergo in hac lege triplex con-
uentio, prima, vt nauis ex Beryto Brunduſium, rurſusque Brundu-
66 ſio Berytum veniret, quae ſpecies eſt ἀμφοτεροπλόιας. Altera, vt
intra Idus Septembr. Brunduſio enauigaret, quae pactum in conti-
nenti adiectum a gloſſa hic dicitur, et ſpecies eſt praeſtituti diei.
67 Tertia, quae cum ſeruo facta, vt mutaretur curſus. Caſus huius le-
68 gis varie a Dd. figuratur, vt videre eſt apud GOTHOFRED. *in d. l. litt. b.*
Et neceſſe hoc fuit propter multiplicem lectionem et mutationem.
Iuxta praeſuppoſita vero et maxime conſentaneus et rectus thematiſ-
mus legis eſt hic. Callimachus mutuam pecuniam nauticam a Sticho
ſeruo accepit a Beryto in Brunduſium, et rurſus a Brunduſio in Bery-
69 tum in omne nauigationis tempus. Additur in continenti pactum, vt
propter periculum maris intra Idus Septembris Brunduſii merces re-
70 pararet, et intra illud tempus in Syriam verſus Berytum proficiſce-
retur, aut ſi hoc non feciſſet, nec enauigaſſet, redderet vniuerſam
pecuniam, quaſi profecto nauigio, et praeſtaret ſumtus omnes pro-
ſequentibus eam pecuniam, vt in vrbem Romam eam deportarent.
71 Debitor intra Idus Septembris non enauigauit, nec merces naui im-
poſuit, ſed eo tempore, quo iam pecuniam ex pactione Brunduſii
72 reddere debebat Romam deportandam. Quaeritur, an naui poſt Idus
ſubmerſa, non obſtante conſenſu Erotis, (Stichi conſerui, vel vicarii,
73 et ob accipiendam Brunduſii et deferendam Romam pecuniam miſſi)
Callima-

Digitized by Google

Callimachus ex ſtipulatu de pecuniâ domino Stichi teneatur? Reſpon- 73
det ICtus Scaeuola, quod ſic. Ratio deciſionis eſt quod Erotis con- 74
ſenſus dum vltra mandatum, quod certos limites habet, importunae
nauigationi conſentit, domini conditionem deteriorem facere non po- 75
tuit. *l. 133. de R. I. l. 5. de pact.*

Rectum hunc legis caſum eſſe, confirmat *d. l. §. 1.* vbi expreſ- 76
ſe dicitur, quod poſt diem ſupraſcriptum Callimachus nauigauit; et
quaerit ICtus porro, an Eros, ſupraſcriptus ſeruus, ſuo conſenſu actio-
nem domino ſuo ſemel adquiſitam adimere potuerit? Et reſp. quod
non, eadem ratione ex *l. 133. de R. I.* ſumta. Addit tamen limitatio- 77
nem niſi temporis, et nauigationis proferendae locique mutandi po-
teſtatem a domino habuit. Optime hoc GOTHOFRED. *ad §. h.* per
modum forenſis actionis declarat. Actio eſt. Pecuniam cum vſuris 78
ſolue. Exceptio. Tua pecunia caſu fortuito periit; porro ea pe-
riculo tuo fuit, quia nautica fuit. Replicatio. At poſt diem, quo
pecunia ex conuentione reddi debuit, naufragio periit. Duplicatio.
Periit quidem, ſed ſeruus a te miſſus ad recuperandam pecuniam con- 79
ſenſit vltra diem praeſtitutum nauigii. Deciditur. Si ſeruus proro-
gandi poteſtatem habuerit, debitorem non teneri. Si non habuit,
teneri.

Dubium autem hic ſuboritur, an ita certus dierum numerus, ex 80
quo nauis vel in eundo, vel redeundo e portu ſoluiſſet, praefiniri
poſſit, ex cauſſa quod debitor ventis aduerſus diu in portu detine-
ri, nec nauigare potuerit ante paucos dies, quam illud ſpatium die-
rum finiret. E. gr. Titius dat pecuniam traiectitiam Maeuio, nauiga- 81
turo Gryphiswaldia Amſterdamum, et inde Amſterdamo Gryphis-
waldiam, dum ne plus quam tres menſes in tota nauigatione conſu-
mat, a die numerandos, qua nauta Gryphiswaldia nauigare deberet, 82
et is poſtea per duos menſes et dimidium aduerſitate ventorum in por-
tu detineretur, quaeritur an valeat, quoad praeſtitutos dies ſuper pe-
riculo, et non vlterius, conuentio? reſp. quod ſic, per expreſſum tex- 83
tum *in l. 6. d. naut. foen.* Ibi enim conuentione trium tantum men-
ſium periculum ſuſcepit creditor, intra quos, ſi periiſſet nauis, ipſe
nihil reciperet, neque ſortis, neque vſurarum: Si vero poſt illud 84
tempus aliquid naui accideret, nihil damni pateretur, ſed ſuum re-
ciperet, tam quoad ſortem, quam vſuras, non tamen vltra legiti-
mas.

Digitized by Google

85 mas. *l. 4. h. t.* Nec obſtat huic *l. 1. C. d. naut. foen. l. fin. C. eod.*
vbi dicitur, traiectitiae pecuniae caſum ad debitorem non pertinere,
quamdiu nauis ad portum, vel deſtinatum locum non peruenerit.
86 R. id verum eſſe, ſi tali conditione conuenerit. Nam conueniri etiam poſſe, vt nullo modo ſit periculum creditoris, docet *d. l. fin. in*
verbis: Sine huiusmodi vero conuentione infortunio naufragii debitor
87 *non liberabitur*, et hoc non ſolum in tota nauigatione, ſed etiam vt
88 in parte nauigationis, h. e. intra certos dies, quos praeſtituerit, ſit periculum, poſt quod, veluti conditione impleta, periculum eius eſſe de-
89 ſinit. Expreſſe id ſcribit PAPINIAN. *in l. 4. h. t.* ibi vtrobique maius
legitima vſura foenus non debebitur, ſed in priore quidem ſpecie
ſemper, in altero vero diſcuſſo periculo.

90 Adparet hinc, quod in traiectitia pecunia ſemper ſors cum
91 vſuris ſoluenda ſit. *L. 3. C. h. t.* Et ſi initum nauis accipiatur
ſolutio eo loco, quo itur, vel a ſeruo, qui ſimul mittitur, vel a
92 factore creditoris. *l. 4. §. 1. d. naut. foen.* Si in reditum, accipiatur
93 in portu, ex quo quis ſoluit. *l. 122. §. 1. de V. O.* Pro operis ſerui
vero, vbi creditor vult.

94 Nunc videndum eſt, in quibus traiectitia haec pecunia a mutuo terreſtri differt. Prima differentia eſt in eo, quod in mutuo terreſtri dominium creditorum nummorum a creditore in debitorem
95 transeat, *pr. Q. mod. re cont. obl. l. 2. §. 2. de reb. credit.* et inde debitor periculum, et omnes caſus fortuitos, ſuſtineat, nec propterea,
mutuo incendio vel naufragio amiſſo, liberetur, *l. 11. C. ſi cert. pet. l.*
fin. C. d. naut. foen. §. 2. qu. m re cont. oblig. ibi: *naufragio.* Hic
96 omnia inuerſo modo ſe habent, dum creditor periculum maris in
pecunia nautica trans mare vehenda ſuſcipit, quamdiu inter eos conuentum fuerit. *l. 1. l. fin. C. h. t.* Illud vocatur a Graecis ἀποκίνδυ-
97 νον vel ἔγγυον, hoc ἐπικίνδυνον. Iul. Pollux Lib. περὶ δανείσματος. In-
98 cipit periculum traiectitiae pecuniae ad creditorem pertinere ex eo
die, ex quo nauem nauigare conuenit, *l. 3. h. t. i. e.* pactum eſt, nam
de commodo id ad nauigandum tempore intelligere, nulla ratio eſt.
Rurſus finito periculo, ceſſat etiam commodum, ratione periculi ca-
99 piendum. *l. 4. h. t.* Scilicet quod non maiores, ſed tamtum le-
100 gitimas vſuras capiat. Finitur vero periculum iuxta modos conuen-
tionis

tionis, quatenus vel in certos dies, vel in profectionem, vel ſimul in reuerſionem, periculum ſuſceptum eſt. *Vid. ſupr. dicta. n. 33. 37. 43.*

101 Quaeritur autem quid ſit periculum maris? CVIAC. *ad African. pag. 346.* putat, ſaltem naufragium intelligi, ex *L. 6. d. nautic. foenor. verſ. quando* ibi. *alio caſu.* Verius eſt, per illud intelligere omne in- 102 commodum, quod ex nauigatione metui poteſt, *l. 2. C. d. nautic. foen.* veluti ſunt tempeſtas, horrendi venti, ſcopuli, arenae, vada, Syrtes, nauigii ex vetuſtate diſſolutio, piratarum, vel hoſtium incurſus, quaeque alia non prouiſo, ſed extrinſecus contingere poſſunt. Nec obſtat argumentum CVIACII ex *d. l. 6. verſ.* vel *alio caſu*, loquitur enim 103 de tali caſu, quando poſt exiſtentem conditionem, quum nauis ſalua peruenerat, res amittitur, tunc enim periculum nequit dici marinum. Vt enim adparet, limitatio eſt de re poſtea amiſſa vel vilius diſtracta, 104 nequit autem vilius diſtrahi, vel alio caſu amitti, ſi iam naufragio periit. Poteſt ita etiam explicari, ſi debitor cauſſam dederit caſui for- 105 tuito, veluti, ſi curſum non tenuerit, merces illicitas vexerit, et hoc modo nauis a fiſco occupata fuerit, tunc enim creditor non tene- 106 tur periculum ſuſcipere. *L. 3. C. de naut. foenor.* Periculum enim, quod 107 ex praecipiti amicitia, vel inciuili debitoris audacia accidit, ad debitorem pertinet. *d. l. 3.*

Secunda differentia conſiſtit in grauiſſimis vſuris, quas creditor pro 108 pecunia traiectitia ſtipulabatur. Olim in terreſtri mutuo apud Romanos 109 legitimae erant centeſimae vſurae. Centeſimae iuxta BVDAE. *tr. d. Aſſe.* di- 110 cebantur, quod centeſimo menſe i. e. octo annis, et quatuor menſibus ſortem aequarent. Rectius *ſecundum* HARMENOPVL. *lib. 3. epit. tit. 7.* 111 quod centeſima pars ſortis menſtrua vſura ſit. Habuit enim reſpectum ad menſtruam penſionem, non ad annuam, qua nimirum centeſima vncia ſingulis menſibus penditur. CL. SALMAS. *de leg. lib. d. mod.* 112 *vſurar. cap. 6.* Solebant enim veteres Romani in foenerandis pecuniis conſtituendisque vſuris non in annos eas ſtipulari, ſed in ſingulos menſes, *l. 40. d. reb. credit.* et quidem in diem Calendarum *l. 41.* 113 *eod. l. fin. de pecul.* qui cum reliquis triginta diebus menſem conſti- 114 tuebat *d. l. 40. l. fin. C. d. iur. delib. l. 2. C. d. temp. adpell. l. 101. d. R. I.* ſolutione tamen ſaepe in Idus dilata. *l. 89. §. fin. d. ſolut.* GOED. *tr. d. cont. ſtip. c. 8. n. 60.* Legitimae vocabantur, quia eo usque legi- 115 bus Romanis foenerari licitum. *l. 8. C. ſi cert. pet. l. 1. C. Theodoſia. d. vſur.*

116 *vſur.* eaque quantitas maxima vſura Romanis viſa. SALMAS. *d. l. c. 7.*
117 AVGVSTIN. *2. emendat. 10.* Hinc nominantur in iure vſurae licitae, *l. 44.*
118 *d. vſur.* modus vſurarum, *l. 11 §. 3. d. pign. act.* ſtatus modus, *l. 2. §. fin. d. eo quod cert. loc. l. 8. in quibus cauſ. tacit. pign.* probabilis, *l. 3.*
119 *§. fin. d. ann. legat.* legitimae vſurae, *l. 4. § 1. d. naut. foenor.* maximae,
120 *l. 38. d. negot. geſt.* grauiſſimae. *l. 7. §. 8. d. adminiſt. tutel.* Dabant
121 hae vſurae duodecim in centum, quod videbatur Romanis pro vſu
122 pecuniae ſatis grande. At in traiectitia pecunia non cogebatur creditor legitimis et centeſimis his vſuris contentus eſſe, ſed poterat infinitas vſuras ſtipulari, et capere. PAVL. *2. ſent. recept. 14 §. traiect.*
123 Anianus *ad D. Pauli locum* adpoſuit, traiectitia dicitur, quae in naui, vt ad transmarina deferatur, deponitur, quia maris periculo commit-
124 titur, in quantas conuenerit vſuras, hanc pecuniam dare creditor po-
125 teſt. Haec vſura dicitur vſura nautica, *Nou. 106. et 110.* vſura maritima,
126 *l. 6. h. t.* Germ. *Boddemercy.* Erat apud Graecos plerumque octaua pars ſortis, et iuxta MANIL. ſaepe ſorti par:

Nauigat, et celeres optando ſortibus annos,
Dulcibus vſuris aequo quoque tempore vendit.

aliquando quinta pars ſortis quae Graecis ἐπίπεμπτος dicta. Exem-
127 plum apud DEMOSTH. ἐν τῷ πρὸς τὴν Ἀπατουρίου παραγραφήν. Apud Romanos infinita erat, id eſt, poterat quis ſibi paciſci duas, tres, quatuor, quinque centeſimas, vt placeret, cum alias regulariter, quando vſurae aequauerant ſortem, et alterum tantum effecerant, conſiſterent, nec
128 vltra excurrerent. e. gr. ſi quis centum mutuo acceperat, et vſurae etiam iam centum erant, hoc eſt duplum, ſorte cum vſuris ſimul comparata, ceſſabant. *l. 27. §. 1. C. d. vſur. Nou. 121. 138. 160.* CHR. AB
129 HAG. *c. 5. n. 115.* In adſignandis his vſuris foeneratores in Ephemeridibus habebant deſcripta nomina debitorum, deinde ſummam, quam debebant, vltimo iuxta illam ſummam vſurae quantitas, de qua conuenerat, in margine notata, ſi nauticum eſſet foenus, et vna centeſima pa-
130 cta, iuxta ſortem notabatur ſicilico, ſiue ɔ auerſo ad marginem ex aduerſo ſummae ſortis ponendo. Si duae centeſimae duo ſicilici ɔɔ. ponebantur, et ſic conſequenter. E. G. Summa cIɔ flor. ɔɔɔ. i. e. mille floreni ſub ternis vſuris.

131 Ratio immodicarum harum vſurarum erat periculum, ideo etiam periculi pretium *in l. 5. h. t.* τίμημα τοῦ κινδύνου *in Baſilic.* dicitur.

tur. Quia enim contingere poterat, vt ſortem cum vſuris creditor per- 132
deret, ideo tam infinito lucro periculum compenſare voluerunt. Si-
mile exemplum eſt in frugibus, in quibus propter incertum pretium 133
et periculnm an creſcant, maior vſitata vſura permittitur. *l. 14. l. 17. C.*
d. vſur. Fructus enim non aeque vbertim quotannis eueniunt, nec 134
ſi proueniunt, ob vbertatem, vel ſterilitatem aeque valent. *l. 23. C. eod.*
l. 4. d. eo quod. cert. loc. l. 63. §. fin. ad L. Falcid. §. 33. d. action. Ideo
vnius anni fertilitas cum alterius anni ſterilitate compenſanda eſt.
Non igitur habebant hae vſurae pecuniae traiectitiae modum, ſed a 135
libera paciſcentium conuentione pendebant. Sed in operis ſerui, 136
qui exigendae pecuniae gratia, vti dictum, ſolebat mitti, aeſtiman-
dis aliter obtinebat. Nec enim ibi infinitae erant permiſſae, ſed pro ra-
tione nauigationis longinquae, vel breuis, vel quae magis minusue
habebat periculi, vt in ipſius traiectitiae pecuniae foenore, veriſimile 137
eſt, pro ſerui, qui mittebatur operis plus minusue vſurae nomine in
ſtipulatum veniſſe. Sed quantumlibet longinqua, et periculoſa eſſet
nauigatio, quod deductum eſſet in ſtipulationem pro operis ſerui,
aut ſi forte nihil ſuper ea re ſtipulatus fuiſſet creditor, non debentur 138
vſurae eius vltra duplum centeſimae, idque ad finem nauigationis ſol-
uendum. Ratio eſt, quia ſeruum debiti ſui gratia mittit creditor, 139
cuius opera facile poſſet debitor carere, aequum eſt, vt pro ope-
ris ipſius non poſſet tam grandes vſuras paciſci, ſicut pro ipſa pecu-
nia traiectitia. Et hic eſt verus ſenſus *l. 4. §. 1. d. naut. foen.* quem 140
ex eius emendatione exſtruxit CL. SALMAS. *lib. d. mod. vſurar. cap.* 141
8. in princip. Pone, ſeruum illum domino ſingulis diebus pro opera
denarium retuliſſe lucri. In diem enim opera aeſtimabatur, quia
diurnum erat officium. *l. 1. d. op. ſeru.* Quum eum creditor mitte- 142
ret in nauim, proſequendae pecuniae gratia, pro operis eius in ſingu-
los dies eamdem ſummam ſtipulatus eſt, et eius ſummae quamdiu cum
debitore eſſet, vſuras. Vſurae illae non debentur iuxta PAPIN. *in d. l.*
vltra duplam centeſimam, id eſt, duplicem centeſimam, quamquam 143
pro pecunia traiectitia plus poterat exigi. Legendum igitur eſt *in d.*
l. 4. §. 1. diſparatim hoc modo: Quod in ſingulos dies in ſtipulatum 144
deductum eſt, ad finem centeſimae, non vltra duplum, debetur. Vel
ita iuxta SALMAS. *d. l.* Pro operis ſerui, traiectitiam pecuniam ſequu- 145
ti, quod in ſingulos dies in ſtipulatum deductum eſt, ad finem na-

Digitized by Google

146 gationis centeſimae, non vltra, duplum debetur. Immo ſi vox (naui-
147 gationis) omittatur, tamen iuxta verba (ad finem) ſubintelligenda eſt.
Vel hoc modo ad finem vſque, centeſimae non vltra duplum. Vel:
148 centeſimam non vltra duplam. Eſſe hunc legis ſenſum aperte euin-
cit *verſ. ſequ. in ſtipulatione.* Vbi dicit, quod periculo ſuperato ſe-
paratim ſtipulatio interpoſita, et ea, quod legitimae vſurae deeſt, per
149 ſtipulationem operarum ſuppleri potuerit. Nam quamdiu pericu-
lum erat, nauticae vſurae obtinebant, hoc finito, communes. *l. 1. C. h.*
t. Ergo poſt diem periculi neceſſe erat aliam ſtipulationem interpo-
150 ni, quae minores et communes vſuras poſtularet. In ea ſtipulatio-
ne ICtus ait, quod legitimae vſurae deeſt, per alteram ſtipulatio-
nem vſurarum ſuppleri poſſe. Alia enim ſtipulatio fuit facienda pro
operis ſerui, quae finito periculo locum haberet, quam qualis ante
151 tempore periculi fuerit. Hac altera ſtipulatione operarum Serui
ſuppleri poſſe dicit, quod legitimae vſurae deerit in ea, quae inter-
152 poſita eſt pro pecunia, vbi dies periculi exiit. Animaduerterunt *Dd.*
in §. h. ex lectione errorem eſſe, ideo varie ei ſubuenire voluerunt.
CVIAC. primo putauit, vocem (centeſimae) eſſe a Tribon. adiectam.
Sed eam opinionem mutauit *5. obſeru. 38. et in exp. d. §. ad Papinian.*
153 Bona tamen non eſt explicatio, quod putat, pro operis ſerui poſt fi-
nitum tantum periculum, ob moram, ſc quod tardius ſoluat, commiſ-
154 ſam ſtipulationem. Nam tempore periculi aeque carebat ſeruo, et
inſuper periculum eius amittendi ſuſtinebat, tum poſt periculum tan-
tum legitimae et vſitatae vſurae obtinebant, vt neceſſe ſit pro ſerui
155 operis licuiſſe in ſingulos dies, maxime tempore periculi, ſtipulari vſu-
ras, quae poſtea finita nauigatione cum pecunia et eius vſura red-
derentur. HOTOMAN. *3. obſ. 6.* diſpungit illas tres voces (*non vltra du-*
156 *plum*). Alibi vero vt in *diſp. d. vſur. cap. 9.* retinet, et illa verba
(*ad finem centeſimae*) explicat, cum centeſima integra in ſtipulatum
157 deducta eſt. Sed ex falſo hoc HOTOMANNI eſt praeſuppoſito, quod
putet centeſimam in foenore nautico fuiſſe ſolitam, quum vel plures
158 fuerint in vſu, iuxta ſuperius dicta. Et falſum eſt, quod in duplo,
cuius meminit hic Papinian. ſors. ſimplum ſit. *arg. l. pen. C d. vſur.*
Nam d. l. agit de duplo ſortis, quam communes vſurae non debet
excedere, hic vero agitur de centeſimae duplo quod non poteſt ac-
159 cipi, ſine didupla centeſima. DVAR. *2. diſp. 3.* verba (*ad finem cente-*
ſimae)

Digitized by Google

ſimae) explicat pro ad modum centeſimae, et putat, nihil intereſſe, an verba coniunctim, vel ſeparatim legantur. Verum hoc ſignificatu, 160
verba (vltra duplum) nihil denotarent, et quia illo tempore ad centeſimum menſem nauigatio non erat, nec eousque traiectitiae pecuniae foenus poterat extendi. BVDAE. *in adnot. ff.* inuerſo modo legit 161
(ad finem non vltra duplum centeſimae debetur) quaſi ſenſus ſit, vſuram traiectitiae pecuniae duplam centeſimam non excedere At diximus, infinitam fuiſſe iſtam vſuram, quum *in d. l.* non de vſura pe- 162
cuniae traiectitiae, ſed de vſura ſummae pro operis in ſingulos dies in ſtipulatum deductae quaeſtio eſt.

Stipulationem illam, qua in ſingulos dies pro operis ſerui 163
aliquid creditor paciſcitur, CVIAC. *5. obſeru. 38.* TREVTL. *v. 2. diſp. 3. th. 2. lit. c.* poenalem vocant, ſcribitque CVIAC. *lib. 7. ad African. ad l. 23. de O. et A.* vbi hoc ex profeſſo tractat, ſtipulationem operarum et poenam vnam et eamdem eſſe. Huius nulla ratio eſt. BACHOV. *in Treutl. d. l.* putat, quod in caſum pecuniae non ſolutae ad 164
diem ſoliti fuerint in ſingulos dies pro operis ſerui certam ſummam ſtipulari, quae ideo poena dicta fuerit. Verum illud non credo legibus conuenire. Nam 1. notum eſt, ſicut ſupra diximus, quod 165
diuerſae hic ſunt ſtipulationes, alia pro traiectitia pecunia et eius vſuris, alia pro ſerui operis, et eius vſuris, omnes autem ſint pro pe- 166
riculo, quod ſuſcipit ratione ſerui, operarumque eius, quibus caret, interpoſitae, vnde ſequitur, ex mora ſolutionis non poſſe poenales dici, quum iam ex ſtipulatu debeantur. 2. Haec poena, quae dici- 167
tur exigi, non vocatur poena propter operas ſerui et viatica, ſumtusque quos facit in itinere, ſed dicitur poena pecuniae traiectitiae, quae diuerſa a ſumma pro operis ſerui. *l. 8. l. 9. h. t. l. 23. de O. et A. l. 13. d. negot. geſt. l. 3. §. 8. d. pecul.* 3. Vſura pro operis ſerui 168
datur ob ſuſceptum periculum maris, ſeruique vſum tamdiu ademtum, et quia debitor eo in naui tamdiu vti poteſt, licet nullam moram in ſoluendo committat, ſed ſtatim, vt nauis in portum deuenit, 169
traiectitiam pecuniam cum vſuris, et ſummam pro operis eiusque vſuris, ſoluat. Poena autem ſoluitur, ſi debitor poſt diem periculi moram nectat in ſoluendo, quae cauſſa eſt, quod ſtipulatio operarum, 170
et poena non poſſint vnum et idem eſſe. Facit 4. quod CVIAC. *in explicat. d. l. 23.* poenam infligi ait propter moram, eſſe enim emen- 171

 datio-

dationem culpae, nec poſſe eſſe citra culpam. Vſuram vero infligi
172 propter lucrum. Hoc ſi verum eſſet, et in pecunia traiectitia ſol-
uenda quis morem faceret, quid hoc ad ſtipulationem poenae in
dies ſingulos pro operis, pro quo iam alia ſtipulatio erat interpoſita,
173 et quidem eo tempore, quum nondum mora eſſe poterat, et quae et-
iam fuiſſet exſoluenda, etiamſi poſtea mora quaedam, vel nulla, in-
174 terueniret. Demum CVIAC. *ipſe in explic. l. 4. §. 1. ad Papin.* dicit,
quod licuerit creditori pro operis ſerui ſtipulari vel poenam, vel vſu-
ras, vel vtrumque, quod qua ratione fieri poſſit, ſi vnum et idem eſ-
ſent, et nihil diuerſum in ſtipulatione poenae, vel vſurarum, non vi-
175 deo. Mihi ex ante dictis videtur, non male dici poſſe, quod diuer-
ſae ſtipulationes fuerint traiectitiae pecuniae et eius vſurarum, tum
ſummae pro operis ſerui, et eius vſurarum, et hae omnes in fine naui-
gationis, non habito reſpectu, an mora vel interpellatio interuenerint,
176 commiſſae fuerint, pecunia inde debita exſoluenda. Cauſſa erat, quia
periculum maris, quod creditor in ſe ſuſceperat, et propterea pecunia
et ſeruo caruerat, iam deſierat. Quia vero poſt finem periculi vl-
terius poterat debitor moram nectere, et ideo cogeretur ſeruus ex-
177 ſpectare, et ſaepe interpellare, ideo puto moris fuiſſe, vt ſi ſeruus
traiectitiae pecuniae nomine longius moraretur, in ſingulos dies pro
operis ipſius quis certam ſummam loco poenae et fruſtrationis ſtipu-
178 laretur. Pro pecunia traiectitia enim poſt periculum non opus erat
id fieri, quia communes et legitimae vſurae competebant. *l. 4. h. t.*
Pro operis ſerui vero et vſuras et poenam ſtipulari poterat, cum
179 moderatione tamen *in d. l. 4. §. 1.* tradita. Ex his explicari poteſt
difficillima *lex. 23. d. O. et A.* in qua duae ſunt quaeſtiones. Prima,
180 ſi pecunia nautica ad dies non fuit ſoluta, et ſtipulatus quis ſit poe-
nam in ſingulos dies ob operam ſerui perſequentis, taliſque ſeruus ad
181 diem interpellarit debitorem, ac exacta pecuniae parte deſtiterit ab
interpellatione, et denuo eum interpellet pro reliqua ſumma, an eius
temporis quo paullum abſtinuit ab interpellatione, poena peti poſſit?
182 Adfirmat AFRICAN. *in d. l.* ratio eius deciſionis 1. tum quod dies inter-
pellet pro homine, et ex re mora fiat, *l. 3. C. d. reſtit. in integr.* et con-
ſequenter poena committatur. Nam poena ob moram infligitur.
183 2. quod poena peti poſſit etiamſi omnino non interpellaſſet, dies enim
184 per ſe certus eſt. *l. 9. §. 1. d. vſur.* 3. ab euitando abſurdo, quod eſ-

ſet,

ſet, ſi quis incepiſſet interpellare, et poſtea morbo detentus cogere-
tur abſtinere, non poſſet poena peti. Non enim videtur moram fe- 185
ciſſe debitor, qui interpellatus eſt, ſi poſtea repetendi debiti eſt omiſſa
inſtantia. *l. 32. §. 1. d. vſur.* Illud abſurdum vt euitetur, et valetudo 186
aduerſa nemini noceat, vtilius viſum, vt mora ex re fieret, et ſolo
tempore tardae ſolutionis. Ea enim, quae quis promiſit in memoria
ſua ſeruare, nec ab aliis poſcere debet ſibi manifeſtare. *l. 12. C. de con-
tr. ſtipul.* ARVM. *tr. d. mor. c. 3.* OESTEN. *tr. de mort. cap. 2.* Poſito
iam, interpellatum eſſe debitorem, ſed moram feciſſe, ſuccedit alte- 187
ra quaeſtio. Si poſtea pecuniam offerat, an poena committatur? 188
Reſpondet Africanus adfirmando. Ratio eſt, quod inter contrahentes
id agi intelligatur, vt qui ſemel ad diem non ſoluta pecunia in poenam
inciderit, ſoluere ſe ab ea non poſſit, ne alioquin dies et poena fruſtra
praeſcribantur. Non enim deſinit eſſe moroſus, qui poſtea fidem agno- 189
ſcit: ſicut non deſinit fur, qui rem reſtituit, *l. fin. de condit. furt.* nec
fugitiuus, qui ad dominum reuertitur, nec meretrix, quae meretri-
cari deſinit. Idem eſt in eo, qui ab arbitro dare iuſſus eſt pecuniam, 190
vel promiſit certo die pretium pro fundo ſub conditione, niſi faciat,
quod fundus inemtus eſſe debeat, quod offerendo poſtea moram non
purget, ſi ſtatuto die non ſoluat. *d. l. 23.* Si vero dies certus prae- 191
ſcriptus non eſt, non committitur poena ſtatim, vt quis interpellatus
eſt, ſed modicum tempus ei dari debet ad conquirendam pecuniam.
d. l. 23. verſ. adeo vt et. Committitur autem mora tam ſtricte, vt ſi 192
debitor eo die, qui primus ſoluendae pecuniae fuerit, non amplius
vixerit, nihilominus peti poena poſſit. *l. fin. de naut. foen.* Sufficit
enim diei lapſus, nec requiritur, vera mora perſonae, quae adeſſe
non poteſt, hereditate iacente, *l. 5. §. 25. Vt in poſſeſſ. legat.* ſed ſufficit 193
interpellatio iuris, quae ex die eſt, hereditate defunctum repraeſen-
tante GOED. *ad l. 12. §. 1. d. V. S. n. 11.* Nihil ergo debitorem a mora 194
releuat, quam ſi per eum non ſteterit, quo minus pecuniam ad diem
ſoluat, veluti ſi creditor intra praeſtitutum tempus nolit accipere, *l.
pen. de naut. foen.* vel defuerit cui ſolui poſſit, quo caſu quidem mora
ſit, ſed inculpata et impunita. *l. 9. §. 1. de vſur.* His caſibus tamen 195
conteſtari debet, quod paratus fuerit ſoluere. *L. 2. eod.*

Quum igitur periculum ſit principalis cauſſa, quod creditor tam 196
grauiſſimas vſuras pro pecunia traiectitia et ſerui operis ſtipulari po-
tuerit,

Digitized by Google

tuerit, ſequitur, vbi nullum pecuniae, quamuis traiectitiae, periculum eſt creditoris, (quod leges Romanae contra l. Rhodiam concedunt,)
197 vltra licitum modum capere non poſſe, *l. 2. C. naut. foen.* idque perinde eſt,ſiue ſine periculo creditoris pecunia accepta,an poſt diem prae-
198 ſtitutum, et conditionem impletam, periculum eſſe creditoris deſierit, vtrobique enim maius legitima vſura foenus non debebitur: *l. 4. h. t.* ſed in priore quidem ſpecie ſemper, in altero vero, diſcuſſo periculo.
199 *d. l. 4.* Et hoc adeo verum eſt, vt nec pignora vel hypothecae titulo maioris vſurae teneantur. *d. l. 4.* Sublata enim obligatione principali, tollitur acceſſoria *l. 6. h. t. l. 43. de ſolution.* Nam licet per pi-
200 gnoris retentionem vſuras ſeruemus: *l. 5. l. 22. C. de vſur.* id tamen verum eſt de vſuris promiſſis licet nudo pacto, quod hic non eſt, promiſſione ad ſolum tempus periculi directa, vt ita, ceſſante cauſſa, debeat ceſſare diſpoſitio.

201 Rurſum ſi periculum creditoris ſit etiam praeter fortuita nauigationis, in terreſtri mutuo poteſt plus, quam pecuniam datam, exigere,
202 veluti ſi aleam amittendae ſortis ſubiret. *l. 5. h. t.* Haec lex quia difficilis, et non minimam lucem modo dictis adfert, occaſione hic data in verum eius ſenſum inquiremus. Dd. ex hac lege communiter foenus nauticum improprium exſtruunt BORCH. *tr. de foen. naut. cap. 2. num. 12.* HVNN. *in Treutl. vol. 2. diſp. 3. th. 2. lit. d.* CH. AB HAGEN. *tr. d. vſu*
203 *vſur. cap. 1. num. 16.* Qua ſine et ratione, ignoro. Si enim ratione periculi quid improprium debet dici, iam vſurae maiores pro frugibus ſpecies foenoris nautici improprii eſſent: quod nimis eſſet, vocabula ſine neceſſitate confundere. Valde in ea explicanda deſudant CVIAC. *I. obſer. 28.* HOTOM. *5. obſer. 12.* BORCHOLT. *tr. de naut. foen. cap. 2. Treutl. v. 2. diſp. 3. th. 2. ibique* HVNN. *et* BACHOV. SANTER. *tr. de adſecurat. c. 9. n. 4.* ZINZERLING. *in explic. d. l. in oper.* BASIL. *vol. 1. diſp. 9.* STOCKHAM. *diſp. d. vſur. th. 21.* Dubium fecit varia le-
204 ctio. Nam pro verbis (quamuis poenali) legunt alii (quauis poenali) 2. In verbis (conditione poenali non exſiſtente) EGVIN. BAR. delet negatiuam, BORCH. legit (quamuis non poenali). Aliter adhuc MOLIN.
205 aliter CVIAC. *et* HOTOM. vt patebit. Praemittendum, duos eſſe modos, quibus pecuniam, quam mutuam damus, recipimus, et inſuper aliquid praeter ſortem creditam, 1. quum vſuras ſtipulamur, 2. quum poenam, niſi intra certum tempus ſoluta ſit pecunia, pro vſuris. Vſurae in

in ſtipulatum veniunt ſine conditione. Poena vtplurimum cum con- 206
ditione venit, niſi ſua die pecunia ſoluatur. Accedit 3. modus, quo
quis pecuniam, quam dederit, recepturus ſit, cum aliquo auctario, ſeu
periculi pretio, vt hic SCAEVOLA ait. Hoc eſt, ſi res cadit in 207
ſpeciem aleae, E. G. ſi piſcatori erogaturo in adparatum plurimum
pecuniae dederim, vt ſi cepiſſet, redderet, et athletae vnde ſe exhiberet, 208
exerceretque, ſi viciſſet, redderet. Alea enim hoc loco eſt incertus
rei euentus, an aliquid futurum ſit. Sic alea emi dicitur, cum quis 209
iactum piſcium vel auium emit, *l. 8. d. contr. emt.* vel indaginem a vena-
tore, vel pantheram ab aucupe. *l. 11. §. vlt. de action. emt.* Ad hunc modum 210
etiam pertinent ſtipulationes conditionales, quae aleam, et caſum ha-
bent: veluti quum in aliquem caſum differtur obligatio, vt ſi aliquid fa-
ctum fuerit, vel non fuerit, e. gr. ſi manumittas, ſi illud non facias,
ſi non conualuero. Haec ſunt exempla aleae. Sed in prioribus aleae
et caſus periculum in nos ſuſcipimus, vt ſi quid non fiat, totum
quod credidimus, amittamus, ſi fiat, cum augmento recipiamus. In
poſterioribus, ſeu ſtipulationibus, merum lucrum ſtipulamur, cuius
ſpes pendet a caſu, ſi aliquid factum, vel non factum fuerit. Planus
igitur huius legis eſt intellectus, ſi demta negatione, ita cum SALMAS. 211
libr. d. mod. vſur. cap. 9. legatur, periculi pretium eſt, et ſi condi-
tione quantumuis poenali non exiſtente, recepturus ſis quod dede-
ris, et inſuper aliquid praeter pecuniam, ſi modo in aleae ſpeciem
cadat. E. gr. dat quis piſcatori centum ſolidos in adparatus piſca- 212
tionis, vt ſi capiat aliquid, eos reddat cum augmento, ſi nihil ca-
piat quod dedit, amittat creditor. Piſcator capit aliquid. E. red- 213
dit cum augmento. Nihil capit. E. nihil reddit. Item. Dat quis
athletae centum, (quod vocabant vt TERENTIANVS MAVRVS adnota-
uit, in legem pulueris,) vnde ſe exhibeat, exerceatque, eadem lege,
ſi vicerit, vt reddat, ſi non vicerit, retineat. Vincit! Reddit ergo 214
centum cum augmento. Vincitur. Nihil ergo reddit. Suſcepit e-
nim creditor in ſe aleam, quae eſt dubius euentus, an quis capere,
et vincere potuerit, an non. Eadem ratio eſt in ſtipulationibus,
quamuis poenalibus. E. gr. Do tibi centum, ſi manumittas, ſi vero 215
non manumiſeris, reddas ea centum cum poena. Manumittis, nihil
recipio. Non manumittis, reddis centum cum poena. Item. Do cen-
tum, ſi illud non facias, e. gr. non eas Romam, adiecta poena, ſi fece- 216

Digitized by Google

217 ris, i. e. iueris Romam, reddas cum poena. Non facis, non is Romam nihil reddis. Contra facis: is Romam: reddis centum cum poena. Similiter. Do centum ſub conditione negatiua, ſi non conualuero retineas, ſi conualuero, reddas cum poena. Non conualeſco. Nihil recipio. Reualeo, quia deficit vel non exiſtit conditio, recipio cum poena. Oportet enim conditionem negatiuam in contrarium intelligi, vel etiam adiici adfirmatiuam, ſi conualuero. BACHOV. *in Treutl. v. 2. diſp. 3. th. 2. lit. d.* Ratio igitur
218 vera deciſionis *in l. 5.* non eſt periculum vt in pecunia traiectitia, ſed res ipſa, quae in totum alea eſt, nempe dubius euentus rei, an quid futurum ſit, vel non, et qui alea hoc loco dicitur, licet ex euentuum
219 incertitudine, in quam pacta eſt reſtitutio pecuniae creditae cum acceſſione, prope par vtrobique ad vtrumque creditorem periculum ſpectet.
220 Vbicumque ergo non eſt alea, ibi non eſt periculum, neque periculi
221 pretium. Alea absque dubio eſt in incerto iactu retis. Similiter alea eſt, vbi conditio quamuis poenalis non exiſtit, quia enim euentum conditionis quis in ſe ſuſcipit, qui exiſtere poteſt, et non exiſtere, aleam, et per conſequens periculum ſuſcipere dicitur, eiusque po-
222 ſtea pretium accipere. Haec tamen eſt differentia inter conditiones, quod priores negligentiae fere nomine, et effectu non ſequuto, committuntur. Poſteriores vero fortunae ſolum poteſtate, et effectu ſequuto, vim ſuam obtineant, vt in his ſit maior dubitatio, quam in illis, et tamen vtrobique periculi pretium eſt. LANGEBECK. *2. ann.* GO-
223 THOFR. *in d. l. 5. lit. b.* Ex his patet, errare CVIAC. *9. obſeru. 28.* HOTOM. *5. obſeru. 12.* TREVTL. *d. l. l. d* dum in euentu conditionis (*ſi conualuero*) pecuniam repeti negant, repeti autem, exiſtente conditione, (*ſi non conualuero*) et fingunt medico morbum curanti pecuniam
224 promiſſam eſſe. Sed illud 1. non poteſt reliquis exemplis adplicari, praeſertim quum illud, vt BACHOV. *d. l.* recte reſpondet, 2. diuinatorium ſit, pacto inter medicum et aegrotum alias prohibito, et 3. *in d. l. 5.* agitur de ipſo, qui dedit, repetituro, non de ipſius heredibus; prae-
225 terea hoc 4. manifeſtae ſententiae ICti repugnat, qui pecuniam datam proponit ſub conditione negatiua, ſi non conualuero, et deficiente conditione, ſiue non exiſtente, repeti ait, deficit autem vtique illa conditio negatiua, ſi contraria adfirmatiua exiſtat, id eſt, ſi
226 qui pecuniam dedit, conualuerit. Illud etiam CVIAC. *d. l. et* TREVTL. *d. l. lit. e.* non eſt ferendum, quod de periculo ex luſu aleae, vel teſ-

ſerarum

ſerarum iactu, aut chartarum caſu ſuſpenſo hic proferunt. Nam ex ta- 227
li negotio in victum non erat actio condictitia, quia illicitum erat negotium, vel obſtabat exceptio, ſi in alea geſtum. *l. 19. §. fin. de probat. l. fin. §. 1. quar. rer. act.* Nec obſtat quod HOTOM. *5. obſ. 12.* 228
monet, non poſſe videri pretium periculi in illis, quae in arbitrium alterius collata ſunt. Reſpondet enim BACHOV. *d. l.* non omnis peri- 229
culi eſſe eamdem rationem, et recte dicitur ex dictis hoc loco, propter dubium euentum, ex quo ex accidente, vel incidente caſu noſtra actio impediri poteſt, hoc ſpeciem aleae eſſe, et inde periculum. Veluti, do centum, ne manumittas, (ita enim CVIAC. HOTOM. *d. l.* ne- 230
gatiue legunt) caeteroquin cum augmento pecuniam reddas: Contingere enim poteſt, vt vel per obliuionem, vel ex cauſſa aliqua ſingulari mouente contra promiſſum, vel conditionem veniatur. Le- 231
ctio tamen adfirmatiua, (*ſi manumittas*) defendi poteſt, ſi forte abſente ſeruo contingat, vt vel ipſe, vel dominus praemoriatur. Non opus quoque eſt, cum BACHOV. *d. l.* explicare aleam incertum euentum, 232
qui perſonas contrahentium nullo modo adficit aut concernit, e. gr. ſi hic, vel ille conſul fiat. Nam ſufficit per aleam intelligere dubium 233
euentum, non attento, an perſonas contrahentium attingat, an non; at haec exempla in *l. 5.* allata, in primis de athleta et piſcatore, per- 234
ſonas contrahentium concernunt, vt adeo illa coniectura non ſit ne- 235
ceſſaria. Illud MOLIN. *ad tit. d. vſur. num. 98.* quaſi legendum ſit, (*ſi modo in aliam ſpeciem non cadat*) nihil eſt, et plane alienum a ICti mente, inprimis, quum nec exprimatur, quaenam illa alia ſpecies eſſe poſſit, legi conueniens. BORCHOLTI lectio, et ratio, quod nullum 236
ſit periculum vbi conditione non exiſtente, vel piſcatore nihil capiente, pecuniam cum vſuris ſtipulatus recipit, oritur ex falſa lectione, et ſatis habet periculi, quod dubium euentum ſuſtinet. Recte etiam TREVTL. *d. l.* contra HOTOM. et CVIAC. *d. obſeru. 28.* ſentit, ſine cauſ- 237
ſa pro (*conditiones*) ſubſtitui vocem (*condictiones*). Nam exempla ipſa innuunt et verba, meras eſſe conditiones, quae exinde 238
naſci dicuntur, quod dubium ſit, quis caſus euenire poſſit. Interim ſi contra conuentionem factum fuerit, et quis ſuum vult repetere, me- 239
rito condictiones eo caſu dicuntur. E. gr. ſi dedero, vt ſeruum manumittas, vt aliquid non facias; ſi contra fiat, vel non fiat, condictio cauſſa data naſcitur, eodemque modo, qui ita alicui dat, vt eius fiat,

Ddd 2 ſi

ſi non conualuerit, in caſum contrarium conditionem habet. BORCH.
de naut. foen. c. 2. n. 14. BACHOV. *d. l. lit. d.*
240 Illud adhuc diſcutiendum eſt, an non immodicae hae vſurae in
pecunia traiectitia, et aliis caſibus, vbi periculum amittendae ſortis
241 eſt, pugnent cum iure naturali et Chriſtiana charitate? Multis id ita
videtur, ex omnibus illis rationibus, quibus vſuras damnant, quaſque
iam diu refutatas, apud optimos auctores CHRISTOPH. AB HAGEN. *d.*
vſur. vſur. c. 1. et ſeq. BACHOV. *in* TREVTL. *v. 2. diſp. 3. th. 1.* CL. SALMAS.
242 *lib. 1. de vſur.* habemus. Inprimis ex iniquitate, quae in eo ſumma
putatur conſiſtere, quod trinas, vel plures centeſimas quis ſtipulari
poſſit, et ita leui momento debitorem bonis euoluere. His de cauſ-
243 ſis motum imperatorem Iuſtinianum pro diuerſitate perſonarum, lo-
corum, et negotiorum ſtatuiſſe certum modum vſuris, et quidem pe-
cuniae traiectitiae, et ſpecierum foenori centeſimas, intra quas conſiſte-
rent. *l. 26. §. 1. verſ. in traiectit. C. d. vſur.* et hoc adeo, vt vltra alte-
rum tantnm ne quidem in pecunia traiectitia poſſint capi *l. pen. C. d.*
244 *vſur.* Verum potuit haec imperatoris voluntas fuiſſe, modum vſuris
pro pecunia nautica conſtituere, nequiit tamen effectum dare, more
245 in pecuniis nauticis contra valente. Nam vt ex *Nou. 106. in praef.*
patet, mos inualuerat, vt creditor in centenas ſolidos capere poſſit de-
cem, quae eſt vſura dextans, et hoc amplius, vt naui imponat in ſingulos
246 ſolidos ſingulos modios tritici, vel hordei, pro quibus vectigal debi-
tor, vel nauicularius ſiue negotiator dependat, quo adiecto, haec vſura
247 excedit centeſimam. Deinde et alia erat conuentio, vt creditor in
ſingulos ſolidos caperet tres ſiliquas, quae eſt vſura centeſima, et vt
haec vſura praeſtetur non vsque ad diem certum, ſed omnino vsque
dum ſalua redierit nauis, ſiue redierit poſt annum, ſiue poſt menſem
248 vnum vel duos, qua pactione efficitur, vt naui reuerſa poſt menſem
in ſingulos ſolidos vſurae nomine creditor accipiat ſiliquas tres, quod
centeſimam multis modis excedit, vtpote quae tantum in annum tres
249 ſiliquas reddit. CVIAC. *in expoſit. d. N. 106.* Has duas conſuetudines
licet vltra centeſimam foeneratoribus concedant, Iuſtinianus, quum vi-
deret, propter periculum ſuſceptum non poſſe vſuras nauticas reſtringi,
250 *d. nou. 106.* confirmauit, et ita a ſua determinatione *in L. 26.* facta
diſceſſit. Exiſtimat quidem Molinaeus *qu. 3. d. vſur.* GOTHOFR. *in*
nou. 110. lit. e. Iuſtinianum rurſus ſuam mentem mutaſſe, et per *nou. 110.*
legem

legem 26. §. 1. de vſuris, ſublata *Nou. 106.* in vſum reuocaſſe. Id adſtruit 251
aliquot argumentis, quae CL. SALMAS. *libr. d. mod. vſurar. cap. 9.* examinat et diluit. I. arg. Molinaei eſt, quod octaua traiectitiae *in nou. 106.* conceſſae, multis modis excedat centeſimam, et ſi nauigatio excederet duos menſes, poſſe vel centuplicem centeſimam pro rata temporis exigi. Reſp. SALMAS. *d. l.* octauam partem non multum excedere cen- 252
teſimam, immo eſſe ipſam centeſimam; tum nauigationem poſſe finiri vno menſe, et ſi per annum duraret, nihil plus competeret, quam ſi per menſem peracta eſſet, et quo citius perficiebatur nauigatio, eo 253
maius lucrum erat debitoris, qui ſuas merces diſtrahere poterat, et aliam nauigationem incipere. Et quis debitor nollet magnas vſuras poſt menſem reddere, quam exſpectare annum, et interea plus temporis et ſumtuum perdere? Quod igitur ex vna parte habet damnum, quod ſint vſurae graues, hoc ex altera parte habet commodum, quod cito nauis redit. II. arg. MOLAN. eſt, quod illa vſura octaua diſſi- 254
milis erat vſurae communi, quae ſolet eſſe menſtrua, vel annua, ſucceſſiue decurrens, illa vero non ſucceſſiue, nec pro rata temporis, ſed ſemel pro vna nauigatione, ſiue binis menſibus, vel longius, tamquam vna ſumma, et periculi pretium. Illud autem dicit abhorrens, 255
captioſum, et iniquum, quia ſine diſtinctione pro periculo etiam minus frequenti exigebatur. Reſpondit ad primum, quod et cauſſa, cur ita detur, abhorreat a iure communi, vbi creditor non ſuſcipit periculum pecuniae mutuae, et quod non ſint menſtruae, cauſſa eſt, 256
quod in totam nauigationem pecunia datur, cuius incertum tempus et ab euentu pendet, quare nec ante finitam nauigationem ſortem refundere poteſt. Contra autem in communibus vſuris debitori nihil perit, et poteſt ſortem refundere cum vſuris, quando placet. Ad ſecundum quod captioſum ſit, id non ita eſt. Si enim breuis naui- 257
gatio, vtriusque debitoris et creditoris eſt commodum. Si longa, veluti, ad annum creditor non plus vſurarum conſequitur, quam ſi pecuniam dediſſet ſub vſuris communibus. Ad tertium de periculo, 258
raro illud falſum eſt. Saepe enim pecunia datur imminente periculo, ſed ſub maioribus vſuris, et multa ſunt pericula etiam in breui nauigatione nautis, a tempeſtatibus, ſcopulis, arena, incendio metuenda. Et hac de cauſſa eſt in mari verum et frequens periculum, et conſequenter *l. 5. de naut. foen.* obtinet diſpoſitio. III. *arg.* MOLIN. 259

 eſt

Digitized by Google

eſt in eo, quod Nou. 106. excederet etiam modum in beſſalibus, quae
permittuntur non quibuslibet foeneratoribus, ſed ſaltem iuſtam nego-
260 tiationem exercentibus. Reſp. At foenoratores negotiatores ſunt, et
patet ex *l. 26. §. 1. C. de vſur.* ex ſpecierum foeneratione, quod cen-
261 teſimas non ſolis mercatoribus, ſed omnibus conceſſerit, et pauci re-
perirentur, qui traiectitiam pecuniam ſumerent, ſi a ſolis mercato-
262 ribus ſumere deberent, quum ipſi indigeant. Ex his patet, Molinaei
argumenta illud non euincere, quod intenderat, nempe, recte a IV-
263 STINIANO *Nou. 106. per Nou. 110.* abrogatum eſſe. Incidenter ex ter-
tio argumento notandum, quae fuerit beſſalium vſurarum conditio.
264 Haec nempe: ſi nauis in portum delata fuit, debitoribus dabantur vi-
ginti dies, immunes ab vſura conquirendae et ſoluendae pecuniae cauſ-
265 ſa. Poſt dies finitos, ſi nondum ſolutio facta, quia periculum erat
diſcuſſum, incipiebant currere vſurae communes, quae tunc ex Iuſtin.
266 lege erat beſſales. CVIAC. *27. obſeru. 37.* Abrogata igitur eſt *Nou.
106. per Nou. 110.* quo effectu autem et fine, dubium manet. MOLIN.
d. l. CVIAC. *in d. Nou.* putant, reductas eſſe rurſum in *l. 26. §. 1. C. de
vſur.* praefinitas vſuras centeſimas, adeo, vt non liceat plus ſumere,
et ſi fiat, id imputetur in ſortem. CLAVD. SALMASIO *d. l. pag. 377.* cui
267 adſentior, potius contrarium videtur, nimirum quod non centeſimam
de nouo conſtituerit, ſed quod modum, quem iis vſuris vsque ad
centeſimam impoſuerat, reuocarit, reſtituta antiqua licentia, in quan-
268 tas quis vellet vſuras pecuniam traiectitiam mutuam dandi. Facit pro
269 hac opinione, quod 1. pericula maris nimis ſint multa, et 2. nauiga-
tio ſaepe longe durare poſſit, creditor etiam 3. cogatur metuere, ne
ſortem cum vſuris perdat. Quapropter non iniqua ratione compa-
ratum eſt, vt nautica pecunia nullum habeat modum, et magnum lu-
270 crum ferat, qui magnum adit periculum. Hac de cauſſa recte ait
CVIAC. *in explicat. l. 23. de O. et A.* quod numquam centeſima Iuſtin.
obtinuerit, ſed ipſe IVSTIN. *per Nou. 110.* coactus fuerit, maiores vſu-
271 ras permittere. Vera igitur ratio abrogationis. *Nouell. 106.* non fuit,
quod nimia eſſet vſura octaua traiectitiae, ſed quod minor aequo, ni-
mis modica, et immenſa vſura nautica propter pericula aequior Iu-
272 ſtiniani centeſima inuenta. CVIAC. *d. l.* Immo hactenus iniqua vide-
ri poterat, quod idem modus in longa, et breui nauigatione deter-
minatus eſſet, quum eo caſu quo maioris et pluris periculi erat me-
tus,

Digitized by Google

tus, vt in longinqua nauigatione, par erat maiores etiam ſtipulari vſuras. *vid.* SALMAS. *d. l. p. 369.*

Hoc quum non ſuccedat, nec firmiter ex iure ciuili adſtrui poſ- 273
ſit, nec noſtra aetas ferat, ſaltem iure canonico iuxta quosdam
cenſetur iuris ciuilis rigor correctus, et foenus nauticum, licet quis
aliquid etiam minus vltra ſortem acceperit, improbatum. Producitur
pro deciſione textus *in C. nauigant. 19. X. d. vſur.* quo taliter pecuniam 279
credens, vt vſurarius eccleſiaſticae cenſurae obnoxius proclamatur. Ve-
rum correctionem iuris hic non eſſe, IAC. BVTR. *ad l. 1. Cod. de naut.* 275
foen. COVARR. *3. var. reſolut. cap. 2. num. 5.* MOLIN. *tr. de vſur. num. 515.*
CHR. AB HAGEN. *tr. de vſu vſurar. cap. 4. n. 47. et ſeqq.* tradunt, tum
quod vſura non propter vſum pecuniae, ſed propter pericula, quae 276
ſunt infinita, detur, et quod modicum ſit, quod pro compenſatione
tam magni periculi offeratur. Nec obſtat *c.* nauiganti. Reſpond. enim 277
CHR. AB. HAGEN. hoc falſo niti principio, et poſſe intelligi de naui-
gatione in flumine, vbi minus periculi ſit, quam in mari, vel de
praetenſo vano periculo, quod probat exemplo addito de eunte ad 278
nundinas, qui non habet magnum periculum, et ſi quod per do-
minos terrarum, vectigalia percipientes, poſſet auerti. Mihi numquam
haec reſponſio placuit: tum quod pericula vana ſimulare ſit facti, nec 279
praeſumenda in legibus, tum quod nauigans in mari etiam debeat ſe-
curus eſſe a piratis, propter telonea quae praeſtat, tum quod proficiſcens 280
ad nundinas non ſemper ſit in eo ſtatu, vt periculum auertere poſſit.
Puto igitur cum IOH. BERNAT. *libr. 2. de vtil. leg. hiſtor. pag. 69.* ne- 281
gationem omiſſam eſſe inſerendam, vt ita legatur, (*eo quod ſuſcepit in ſe
periculum recepturus aliquid vltra ſortem, vſurarius non eſt dicendus.*)
Lectionem probant ſequentia, vbi is qui dat decem ſolidos, vt alio 282
tempore totidem ſibi menſurae grani reddantur, licet tunc plus va-
leant, non reputatur vſurarius. Multo magis ergo hoc in creditore, 283
qui etiam periculum ſortis in ſe ſuſcipit, dicendum eſt. Maxime ſi
coniunctio *in d. c.* conſtare debet, coniunguntur enim nauigans, et
credens decem ſolidos ſub tali pacto recipiendi, per vocem (*quoque*)
quae idem, quod vox (*etiam, ſimiliter*) ſignificat. De paribus autem 284
iuxta vulgata idem ferendum iudicium. Quibus accedit, quod Ca- 285
noniſtae eum, qui non propter nudum vſum, ſed aliam iuſtam cauſ-
ſam,

Digitized by Google

ſam, videlicet ſuſceptionem periculi, credit, pro vſurario non habent. NOVAR. *in Man. tit. de vſur. §. circa cambi. n. 117.*

286 Non incommodum hic eſt, quae de modo exercendi foenoris nautici de Catone Cenſorino habentur, proponere. Nota eſt hiſtoria de ipſo, quod rogatus quid maxime in re familiari expediret, dixerit, congruenter paſcere, bene veſtire, vel arare. Et quum quaerens por-
287 ro rogarit, quid foenerari? reſponderit. Quid hominem occidere? CIC. *2. officior. in fin.* Quod ſi in ſimplici vſura verum eſſet, merito PLVTARCH. *in vita Cat.* eum reprehenderet, quod foenus nauticum
288 maxime διαβεβλημένον exercuerit. Sed ioco id dixiſſe Catonem, SALMAS. *in praef. de vſur.* cenſet, vel intellexiſſe eum tricones illos et prodigos, qui ab omnibus accipiunt, et nemini reddunt, et ſic vſuras vſuris aggrauando ſe ipſos occidunt. ID. *diſſ. d. foen. trapez. p. 762.*
289 Nam ſi foenerari eſſet hominem occidere, ſummus Cato fuit homicida, qui grauiſſimum foenus nauticum exercuit. Quod fecit duobus mo-
290 dis. Primo. Quod curabat Cato plures in ſocietatem conuenire, et coire ad nauigandum et peregre mercatores. Pone e. gr. quinqua-
291 ginta, qui et totidem naues habeant nauigaturas. His certam ſummam dabat ſub vſuris maritimis, periculo in ſe ſuſcepto, totius debiti perdendi, ſi omnes periiſſent, totius ſeruandi, ſi omnes ſaluae rediiſ-
292 ſent. Vniuerſae enim ſocietati dabat, non vni ex ſociis et omnes proinde merces in omnibus nauibus obligatas habebat. Naui vna ex quinquaginta peremta, partem damni quinquageſimam habebat. Si
293 plures, pro portione damnum faciebat. Raro enim poterat accidere, vt omnes naues perirent, et ita periculum totius debiti ſuſtineret. Id PLVTARCHVS *d. l.* expreſſe dicit, ibi: *οὐκ εἰς ἅπαν* (ſc. *τὸ δάνεισμα*) *ὁ κίνδυνος, ἀλλ' εἰς μέρος μικρόν*, i. e. non in totum debitum erat peri-
294 culum, ſed in partem eius exiguam, ſi vna, aut altera nauis periiſſet.
295 Secundo, Cato non ſolum periculum omne a ſe auertebat, ſed etiam quaeſtus ſe reddebat participem. Nam libertum in partem negotiationis cum illis mercatoribus admitti procurabat, et hunc ſimul mit-
296 tebat, vt cum his nauigaret, et negotiaretur, et lucrum, quod percipiebat pro virili, ad Catonem referret. Hoc pacto pecuniae ingens lucrum habebat, tam ex parte liberti, mercatorum ſocii, quam
297 pecuniae, cuius pro rata ſuſtinebat periculum. HOTOMANNVS *in ep. iur. tit. de nautic. foen.* ſentit, hanc Catonis conuentionem A PLVTARCH. *d. l.*

Digitized by Google

d. l. infamen dici, et eſſe eam in fraudem legis nauticae contractam,
ne periculum ſuſtineat, quod tamen eſt cauſſa maximarum illarum v-
ſurarum. Quae etiam ſententia eſt CVIAC. *lib. 7. ad Afric. in l. 23.* 298
de O. et A. pag. 348. Reſp. SALMAS. *libr. de mod. vſur. cap. 9. pag.*
379. Id falſum 1. eſſe, quod PLVTARCH. foenoris nautici rationem 299
infamem dixerit, nam tunc etiam apud alios homines fuiſſet turpis,
ſed dicitur illud foenus διαβεβλημένον, i. e. inhoneſtum, et vitupe- 300
randum in Catone hac de cauſſa, quod acerbus eſſet exactor, et, pi-
gnoribus captis, ad ſoluendum cogeret homines. 2. Licuit contra- 301
hentibus infinitas vſuras ſtipulari, vel prout maius vel minus adpa-
ruit periculum, maiores, vel minores, immo, communes ſi place-
ret, et ita periculum minuere proptereaque minores accipere vſu-
ras. Ex his omnibus euincitur, nihil contra vſuras nauticas hactenus 302
potuiſſe proferri, quo eorum infinitas queat euerti.

Tertio mutui terreſtris, et nautici haec eſt differentia: quod 303
ex mutuo terreſtri non debeantur, nec peti poſſint vſurae, niſi ſti-
pulatione fuerint promiſſae. *l. 3. C. de vſur. l. 24. de praeſcript. ver-*
bor. BORCH. *tr. de vſur. cap. 3. num. 34.* At in mutuo nautico vſu-
rae ex nudo pacto debentur. *l. 5. §. 1.* ibi: *pactum ſine ſtipulatione l.* 304
7. de naut. foen. ibi: *In quibusdam contractibus etiam vſurae debentur,*
quemadmodum per ſtipulationem, i. e. aeque, perinde ac ſi in ſtipula-
tionem deductae eſſent. GOTHOFR. *ad l. 7. lit. r.* Ratio huius eſt ſu- 305
ſceptio periculi, de quo iam ſatis. BORCH. *tract. de foen. nautic. cap.*
3. num. 1. ſeqq. Ex mora vero vſurae deberi in pecunia nautica ne-
queunt, quum periculum creditoris ſit, et mora nulla ſit, vbi nulla
eſt petitio. *l. 88. de R. I. l. 127. de V. O.* Periculo vero diſcuſſo, a tem- 306
pore morae debentur quidem communes vſurae, ſed earum cauſſa
non eſt mora, ſed ſeparata ſtipulatio. *l. 4. §. 1. de naut. foen.*

Ex tali pecunia nautica, mutuo data, oritur condictio certi, 307
quae eſt communis mutuo et ſtipulationi actio. TREVTL. *vol. 1. diſp.*
20. th. 10. ibid. BACHOV. ad repetendam ſortem cum vſuris, ſiue infi-
nitis, ſiue communibus poſt finitum periculum. Quia enim ſtipula- 308
tione regulariter conſtituantur, non poſſunt alia, quam eius actione,
peti. *l. 2. l. 4. §. 1. l. fin. de naut. foen. l. 122. §. 1. de V. Obl.* Sed ſi
pacto ſunt vſurae promiſſae, quae tunc datur pro illis actio? puto di- 309
cendum, ſi pacto in continenti ſtipulationi adiecto, vt in caſu *l. 5. §. 1.*

l. 7. de naut. foen. ſunt promiſſae, itidem condictionem certi dari.
310 Dari enim actionem contractus ex pacto in continenti ſtricti iuris con-
tractui, vtpote in ſpecie ſtipulationi adiecto, *l. 40. de reb. credit.* defi-
nit, et ſatis probatum dedi *in diſp. inaugura. ad l. 40. th. 27.* Quia
311 vero non opus eſt *d. l. 5. §. 1. et l. 7.* ita explicari, quaſi in pecunia
traiectitia ſemper in continenti pactum debuiſſet adiici, ſed illud poſt
interuallum ſequi potuerit, nec praeterea dici queat, naturam mutui
312 hic eſſe dilatatam, et ei nouam qualitatem b. f. actionis attributam,
expeditius eſt illa pacta quorum *in l. 5. §. 1. et l. 7.* fit mentio, legi-
tima vocari, cum BR. et FORT. GARTZ. *in l. 6. d. pact.* CASTRENS. in
l. 12. C. d. vſur. BACHOV. *in pr. part. comm. ff. de pact. tit. de pact.*
leg. num. 9. in fin. MART. BOKEL. *diſp. inaug. de pact. concl. 7. lit. d.*
313 Ex legitimis pactis autem dari actionem, VAL. FORSTER. *tr. de pact. c.*
314 *8. membr. 2.* dicit, ſed quaenam illa ſit, non explicat. Mihi videtur
cum WESENB. *part. d. pact. num. 9. in fin.* dicendum, condictionem ex
lege competere quum illa ex nouis obligationibus dari ſoleat. *l. 1. de*
315 *cond. ex leg.* Citra legem enim talis pactio eſſet inutilis, nec per ſe pa-
ctum illas vires habet, vnde quia potentior lex, quam pactum, et
ipſi haec vis tribuatur, commode exinde etiam actio nomen nanci-
ſcitur. BACHOV. *in not. ad Weſenb. part. tit. de condit. ex lege num. 4.*

CAPVT III.

DE COMMODATO NAVIS.

SVMMARIA.

1. *Poſſunt nauigaturis res commodari.*
2. *Immo nauis ipſa*
3. *Ventilatur illa quaeſtio an nauigio duobus commodato illi in ſolidum an pro virilibus teneantur.* 4. 5. 6. 7 8. 9. 10. 11. 12. 15. 16. 17. 18. 25. 26.
13. *Correi debendi in commodato, depoſito, locato, tutela, ſtipulatione, in ſolidum tenentur.* 14.
19. *Inſtantia quaedam diſſoluitur.* 20 21. 22. 23. 24.
27. *Emendatio Hotomanni in l. 5. § fin. commod. ponitur.*
28. *Romani prope oppida et praedia euectus curarunt.*
29. *Si vnus ſoluit contra alterum actionem ceſſam habet pro dimidia parte.* 30.
31. *Si nauigium duobus commodatum ſurreptum fuerit, ambobus competit furti actio.*
32. *Explicatur quouſque vera regula, quod commodatarius non teneatur de re commodata naufragio peremta* 33. 34. 35. 36.

37. *Quod*

Digitized by Google

37. *Quod quis ſua culpa damnum ſentit, non intelligitur ſentire.*
38. *Reſoluitur dubium, quatenus in naufragio rem propriam liceat praeferre commodatae.* 39. 40. 41. 42.

Poſſe nauigaturo ad vſum nauticum res quasdam commodari, repe- 1
ritur *in l. 18. commod. ſ. 2. in fin. Q. in re contr. oblig. l. 1. ſ. 4.*
de obl. et act. Immo ipſam nauim ad certum vſum commodari poſſe, ad- 2
ſerit HOTOM. *illuſtr. quaeſt. 19.* Oritur ex hoc contractu actio com- 3
modati, qua commodans a commodatario finito vſu rem repoſcit, eo
modo, ſicut dedit. Vnde quaeſitum eſt, ſi duobus nauigium commo- 4
datum ſit, vtrum in ſolidum, an pro virilibus teneantur? e. g. Titius
Caio et Sempronio nauigium 20. florenorum commodat, quod poſt-
ea ſurripitur, Titius aduerſus Caium inſtituit actionem in 20. florenos, 5
offert ille pro ſua virili parte 10. florenos, q. an liberetur? Adfirm.
videtur probari, 1. quod commodatarius re obligetur, quae quia in 6
ſolidum duobus neque ratione dominii, neque poſſeſſionis, dari po-
tuerit, *l. 66. §. 2. de legibus 2. l. 19. §. 3. de pecul. caſtr.* ſequi, quod non
vltra, quam accepit, quis teneatur. Etſi enim nauigium vel alia res 7
corporalis non poſſit tradi pro diuiſo, (natura rei abhorrente) tamen
poteſt tradi pro parte ciuili, id eſt, pro indiuiſo. 2. Quia vſus na- 8
uigii eſt euectus. At ille non eſt in ſolidum vnius, ſed pro ſua parte
duntaxat, quatenus ſc. ſuo tempore occupaturus eſt, *arg. l. 3. §. 5. d.* 9
adquir. poſſ. quae cauſſa etiam, quod quia ſinguli non vniuerſum eue-
ctum habuerunt, nec de ſurrepto nauigio poſſunt teneri. Verum his
non obſtantibus, contrarium, quod vterque in ſolidum conueniri queat, 10
ICtus CELSVS *in l. 5. §. 5. commod.* decidit, ex his rationibus. 1. Quod
ambo commodatarii pariter totius vehiculi cuſtodiam in ſe receperunt, 11
et ita duo rei debendi conſtituti ſunt. *d. l. 5. §. fin.* Commodans enim
amborum fidem ſequutus eſt. *l. 9. de duobus rei.* Correorum autem 12
debendi haec eſt natura, quod ſinguli in ſolidum obligentur: *l. 11. §. 1.* 13
eod. l. 15. §. 2. Quod vi aut clam. ſicut id obtinet in depoſito, *l. 22. de-* 14
poſ. locato, *l. 13. §. 1. C. locat. l. 13. § 9. eod.* tutela, *l. 21. §. 1. de excu-* 15
ſat. tutor. ſtipulatione. *ſ. 1. de duobus corr. ſtipul.* 2. Quia vſus naui-
gii ſimilis eſt vſui balnei, aut porticus, vel campi, pluribus ad lauan-
dum, ambulandum, vel exercendum conceſſi. Harum autem re- 16
rum vſus vniuscuiusque eſt in ſolidum, neque enim vnus minus vti-
tur, quam alter, nec vnius vſus alterius vſum impedit. Sic pluri-

17 bus vſum praebere poteſt flumen, *l. 5. d. rer. diuiſ.* ibi: *ſicut per ipſum.*
locus publicus, *l. 2. §. 2. ne quid in l. publ.* lucerna, quae vniuer-
18 ſis aequaliter lucet. Contra hanc rationem dubium Celſus mouet,
quod diuerſa ſit ratio inter illas res, nam balnei calorem peraeque
quidem ad ſingulos deferri, ſed in caeteris rebus porticu, campo,
19 nauigio &c. vnius vſum per alterius vſum minui. Idem eſſe putat
HOTOM. dicendum de nauigio, ſcilicet, quod pro parte euectus, et
qua quisque vehitur tantum, nauigii vſus vniuscuiusque proprius ſit,
20 nam omnia loca nauigii vnus obtinere nequit, et quia nec par eſt vbi-
que ſedendi commoditas, et celerius vnus, quam plures, vehere poſ-
21 ſunt, et is pro ſuo arbitrio, prout velit, modo ſedens, modo iacens,
modo diſcumbens, ſe reclinare poteſt, ſequitur, vnius vſum per al-
terius vſum, qui ſimul nauigans hunc impedire poteſt, minui. Huic
22 inſtantiae reſpondet Celſ. concedendo, in quibusdam rebus diſparem
hic eſſe conditionem, ſeu quamtum ad id, quod agitur, ſc. an vter-
23 que in ſolidum teneatur, ſimilem: quia hoc caſu neque res ipſa, neque ea-
rum vſus per ſe conſideratur, ſed quod inter contrahentes actum eſt. Il-
24 lud autem in conuentione actum fuit, vt ſingulorum fidem commo-
dans in ſolidum ſequeretur, *l. 9. de duobus rei.* ibi: *commoda vi.* h. e.
totius nauigii cuſtodiam in ſolidum in ſe reciperent, non pro qua quisque
25 parte locum occuparet, quod ne fieri quidem vllo pacto poteſt. Nec ob-
26 ſtant ſuperiores duae rationes, nam ex ſubiectis exemplis patet, non ſingu-
lorum in ſolidum fidem commodantem ſequutum eſſe: ſed pro parte,
qua quis facere poteſt, vti exemplum eſt in commodatis vaſis multis
contubernalibus. *l. 21. §. 1. Commod.* Notanda hic eſt emendatio HOTOM.
27 *illuſtr. quaeſt. 19.* dum legit pro verbis (pro parte quidem effectus) ita
28 (pro parte quadam euectus) Euectus idem, quod euectio vel vectura.
Romani diligenter id curarunt, vt prope oppidum vel praedium naui-
giorum euectus eſſet, quo naues ambulare, et commodius fruges de-
29 ferre poſſent. PLIN. *libr. 18. c. 5.* VAR. *lib. 1. c. 16.* Ex his ſequitur, quod
commodans electionem habeat, aduerſus quem velit, experiundi, et
ſolidum exigendi, qui ſi ſoluerit, alter liberatur, *d. ʃ. in. arg. l. 15. de
tut. et rat. l. 22. depoſ. L. 13. C. locat.* huic autem qui ſoluit, debet ab
30 eo qui exegit, aduerſus alterum actio cedi, aut ei vtilis actio dari, qua
illud quod amplius ſua parte ſoluit, ab altero recuperet. *L. 47. locat. l. 1.*
§. 10.

Digitized by Google

§. *10. d. tut. et rat.* Rurſus ſi nauigium ſurreptum fuit ambobus, competit furti actio; *d.* §. *fin.* vel alterutro agente, alterius actio contra furem tollitur. *L. 6. Commodat. Vid.* MARANT. *in ſingul. iur. ad h.* §. *pag. mihi 127.* 31

In caeteris rebus, ad vſum nauticum commodatis, commodatarius leuiſſimam culpam praeſtare cogitur: ſi ergo res commodata caſu fortuito perierit, *e. gr.* vaſa, ſuppellex commodata, piratarum inſidiis vel naufragio, commodatarius non tenetur. *l. 18. commod.* §. *2. in fin. Quib. mod. re cont. oblig.* Fatale enim damnum, quod praeuideri a commodatario nequiit, nec ei imputari poteſt. *l. 5.* §. *4. commod.* Sed hoc ita verum, ſi in hoc commodatur res, vt ad vſum nauticum trans mare vehatur, nam ſi alicui argentum commodatur, vt amicos ad coenam inuitet, et ille poſtea ſecum peregre ferat: ſine vlla dubitatione etiam piratarum et naufragii caſum praeſtat. *d. l. 18. verſ. Quod autem.* Culpam enim commiſit, dum extra modum aliter re vſus eſt, quam commodator voluit. *d.* §. *2.* ibi: ſi modo non ipſius culpa. Quod vero quis ſua culpa damnum ſentit, non intelligitur ſentire. *l. 203. d. R. I.* Quaeritur autem hoc loco, ſi naufragium fiat, an commodatarius res proprias potius ſaluare debeat, quam commodatas? Si res commodatae et propriae ſunt vtriusque pretii, et commodatum ſolius commodantis, vel vtriusque gratia fit, tunc proprias praeferre poteſt, ordinata enim charitas incipit a ſe ipſa. Si vero propriae res ſunt viliores, tunc ſi commodantis gratia commodatum eſt, eas praeferre poteſt. Si vero commodatarii, vel vtriusque gratia, ſalua fide aequalem rebus commodatis, quam ſuis, ſaluandis diligentiam praeſtare debet. Si vero propriae res ſunt praeſtantiores, merito commodatis praeferet, id enim diligentiſſimus paterfam. faceret. *l. 10. commod.* GOMEZ. *2. var. reſol. cap. 7.* 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42

CAPVT IV.

DE DEPOSITO NAVIS, VEL ALIARVM RERVM CAVSSA NAVFRAGII.

SVMMARIA.

1. *Nauis non facile deponi poteſt.*
2. *Sed bene ſequeſtrari.*
3. *Res in nauim immiſſas non fide cuſtodiens tenetur actione de recepto.* 4. 5. 6.
7. *Exponitur Edictum in l. 1.* §. *1. depoſit. de rebus naufragii cauſſa depoſitis.* 8.

9. *Hoc depoſitum miſerabile dicitur, et cur.* 10.
11. *Quid ſit ex cauſſa naufragii deponere, traditur.*
12. *Explicatur natura et ratio Edicti.* 13. 14. 15. 16.
17. *Varia lectio l. 1. §. 4. depoſiti.* 19.
20. *Diuerſa explicatio verbi, inutilis.* 21.
22. *Contra heredem datur actio, ob dolum defuncti in ſimplum, ob proprium in duplum.* 23.

1 De ſimplici depoſito nauis ipſius textus non occurrit, nec facile illud ei, nulla praeſente ratione cur id fiat, vel commode fieri poſſit, adplicatur, dubium autem non eſt, ſi de poſſeſſione nauis duo
2 litigent, quin illa ſequeſtrari poſſit, et alii etiam interea ad nauigandum committi. arg. *l. 12. §. 1. vſufr.*

3 Res autem quasuis alias in nauim deponi, et coſtodiae nautae committi poſſe, expreſſe adſerit, *l. 1. §. 6. naut. caupon.* et ideo, ſi quis
4 doloſe circa illas res verſatur, competit contra nautam depoſiti a-
5 ctio. *l. 3. §. 1. et ver. niſi quod. h. t.* Verum quia ex recepto rerum in nauim ſpecialis actio a praetore, quae etiam honoraria dicitur, inuenta, illa etiam non contra nautas proprie ſic dictos, ſed contra ex-
6 ercitorem, et non ſolum ſi gratis, ſed etiam pro pretio res recepta ſit, nec ob dolum ſaltem, ſed etiam culpam datur, ideo de ea fuſius infra agemus *cap. 15.*

7 De ſpeciali vero depoſito, quod naufragii cauſſa ſit, breuiter videndum. De eo praetor *in l. 1. §. 1. l. 18. depoſit.* ita habet, quod neque naufragii, neque incendii, neque ruinae cauſſa, depoſitum in ſimplum: earum vero rerum, quae ſupra comprehenſae ſunt, in ipſum
8 (depoſitarium ſcilicet) in duplum, in heredem eius, quod dolo malo eius factum eſſe dicetur, qui mortuus ſit, in ſimplum, quod ipſius, in
9 duplum iudicium dabo. Hoc depoſitum alio nomine neceſſitatis vel
10 miſerabile a Dd. vocatur, quod plerumque miſeratione digni, qui ſubito et inopinato naufragio territi, cogantur promiſcue venienti res ſuas concredere. MOZZ. *tract. de cont. tit. de depoſ. Rubr. de diuiſ. de-*
11 *poſ. n. 16.* Dicitur autem ex cauſſa naufragii deponere, qui nullam aliam cauſſam deponendi habet, quam imminens naufragio periculum. *d. l. 1. §. 2. et 3.* BACH. *tr. de action. diſp. 5. th. 20.*

12 Datur haec actio in depoſitarium in duplum, non ſimpliciter, VT TREVTL. *v. 1. diſp. 26. th. 13.* putat, ſed propter inficiationem, et ita accipiendi textus *in l. 1. §. 1. L. 18. h. t. §. 23. iunct. §. 26. de actionibus*

nibus ibi : *depoſiti ex quibusdam cauſſis*, ibi : *et interdum depoſiti inſi-
ciatione duplicantur.* MOZZ. *d. l n. 17.* OLDEN. *cl. 7. act. 8. n. 5.* Niſi 13
enim hoc, dicamus: ſequeretur, quod in depoſito voluntario propter in-
ficiationem etiam in duplum detur actio; quod nullae leges di-
cunt, nec nobis licet in poenalibus extenſionem facere, vel differen-
tiam inter ſimplex et neceſſitatis depoſitum *in L. 1. ſ. 1.* tollere. Ra-
tio huius conſtitutionis eſt, quod hic ceſſet ratio, quae in ſimplici 14
depoſito obtinet, nimirum quod amicum eligere non poteſt, quem
vult, ſed cuiusuis opera vrgente neceſſitate vti cogitur, *d. l. 1. ſ. 1.* 15
et ſ. 4. et ideo quia facilior eſt fallendi occaſio, quia ſaepius ignoti
hominis fidem ſequi neceſſe habet, tanto grauius ſancienda fuit, et 16
metu poenae dupli ab inficiando abſterrendus depoſitarius. Creſcit
enim perfidiae crimen, ideo publica vtilitate (*vulgat.* habet publica 17
vtilitas coercenda. HOLOAND. vtilitas coercendo vindicanda. CVIAC.
ad l. 2. C. de fid. haſt. publica inutilitas coercendo. ANT. MERCAT. *2.* 18
Not. 26. legit coercenda, et vindicanda Reip. cauſſa) coercendum vin-
dicandae reipublicae cauſſa. *d. §. 4.* Diligentius enim proſpicien- 19
dum eſt, vbi maius eſt periculum, et inutile eſt, in cauſſis eiusmodi
fidem frangere. Legunt *alii* inciuile. DVAR. *1. diſp. anniu. 11.* putat,
inutile idem eſſe, quod repugnans publicae vtilitati. GOTHOFR. *in* 20
not. lit. e. putat, inutile eſſe idem, quod moleſtum et incommodum.
Grauius enim iuxta ARISTOT. *in problem.* depoſitum negare, quam 21
mutuum. Contra heredem ob dolum defuncti datur intra annum in 22
ſimplum, *d. l. 1. §. 1.* et ſi plures ſunt, pro parte hereditaria. *l. 18. h. t.*
Si vero ipſe heres dolum in re naufragii cauſſa depoſita commiſit da- 23
tur in ipſum actio in ſolidum, et in duplum, et in perpetuum. *l. 18.*
arg. l. 9. depoſ.

CAPVT V.

DE PIGNORE NAVIS ET CONVENTIONE ISTA APVD MERCATORES VSITATA, QVAM BODDEMEN ET BODDEMEREY VOCANT, QVALIS EA SIT ET, QVID OPERETVR.

SVMMARIA.

1. *Pecunia mutua duobus modis datur et ſumitur.* 2.
3. *Nauis pro pecunia oppignorari poteſt.*

4. *Pignus*

Digitized by Google

4. *Pignus duplex eſt.*
5. *Definitur pignus expreſſum.*
6. *Id in naui eſſe poteſt.*
7. *Explicatur Art. 6. tit. 4. lib. 3. iuris Lubecenſ. cum ratione ſtatuti.* 8. 9. 10. 11.
12. *Quaeritur, an ſylua pignori obligata, nauis ex ea facta ſit pignus.* 13. 14.
15. *Intellectus verſ. item l 7. de except. rei iudic.*
16. *Creditor quouſque poſſit prohiberi, ne ex ſylua nauim faciat, traditur.* 17.
18. *Tacitum pignus quid?*
19. *Illud competit mutuanti in reſtaurationem aedificii.*
20. *Recenſentur Dd. qui ſtatuunt, tacitum pignus in naui eſſe ſi ad eius refectionem pecunia credatur.* 21.
22. *Reiicitur illa opinio.*
23. *Senſus l. 1. In quib. cauſſis tacit. pign.*
24. *Propter paritatem rationis non ſit extenſio in iuribus ſingularibus.*
25. *Ratio diuerſitatis inter domum et nauim traditur.* 26. 27. 28.
29. *Intellectus l. 5. l. 6. Qui potior. in pign. nou. 97. cap. 3.* 30.
31. *Erubeſcimus ſine lege loqui.*
32. *Plus eſt in mutuo reſpectu nauis, quam aliarum rerum.*
33. *Euoluitur, quid ſit apud nos, fueritque apud maiores* **Böddemen** *et* **Böddemerey.**
33. *Saepius huius conuentionis in antiquis legibus nauticis ſit mentio.* 36.
37. *Ratio nominis inueſtigatur.* 38. 39.
40. *Traditur, quae obſeruanda in hac conuentione.* 41. 42.
43. *Dubium auctoris ex Conſt. Hanſeat. obortum, quaſi expreſſum pignus ſit, nec diſſimilis pecuniae traiectitiae.*
44. *Vtriusque referuntur rationes.* 45. 46. 47.
48. *Nauis expreſſe poteſt oppignorari pro pecunia in refectionem credita.*
49. *Sed an ſemper fiat, in quaeſtione eſt.*
50. *Oſtenditur huius conuentionis differentia a traiectitia pecunia.* 51. 52. 53. 54.
55. *Auctoris ſententia, quod mutuum cum priuilegio praelationis ſit.* 56. 59.
57. *Expreſſe pignus ſtatuere non opus eſt, nec tacitum leges induxerunt.* 58.
60. *Iuri ciuili non fuit haec conuentio incognita.*
61. *Idem articulorum conſtit Hanſeat. intellectus.*
62. *Declaratio §. 7. tit. in d. conſtit.* 63. 64.
65. *Recenſentur caſus, in quibus haec conuentio id priuilegium operetur.* 70. 71. 72. 74. 75. 76. 77. 78.
66. *Differentia inter eum, qui in nauim et domum emendam credidit.* 67. 68. 69.
73. *Ratio horum caſuum allegatur.*
79. *Soliti fuerunt Romani pecuniam in merces ſub earum pignore dare.* 80.
81. *Quod ſi omiſſum, tacitum pignus non fuit.* 81. 83.
84. *Explicatur caſus l. 6. d. nautic. foen.* 85. 86. 87. 88.
89. *Limitationes quaedam adiiciuntur* 90. 91. 92.
93. *Exercitores poſſunt carinam obligare.* 94.

95. *An*

95. *An magiſter nauis?*
96. *Iure ciuili licet, iure Hanſeatico prohibitum.*
97. *Eius ratio et extenſio.* 98. 99. 100.
101. *Caſus quomodo liceat, diſſentientibus quibusdam exercitoribus.* 102.
103. *Maior exercitorum pars quae?* 104.
105. *Extra prouinciam exiſtente magiſtro nauis, licet ipſi nauim obligare.* 106.
107. *Conditiones enarrantur, ſub quibus hoc permiſſum.* 108. 109. 110. 111. 112.
113. *Damnum debet verum eſſe, non ſimulatum.* 114.
115. *Diſquiritur, an damnum fuiſſe probare teneatur creditor?* 116.
117. *Traduntur cautiones quatuor creditori obſeruandae.* 118. 119. 120.
121. *Ratio harum.*
122. *An res reuera a magiſtro nauis in vtilitatem nauis conuerſa, non tenetur creditor inquirere.* 123. 124. 125. 126. 127.
128. *Refellitur Beutheri opinio ſuper impenſis, in nauis refectionem factis.* 129. 130.
131. *Caſus diuerſi deciduntur.* 132. 133.
134. *Si praeter neceſſitatem carinam magiſter obliget arbitrarie, vsque ad mortem puniri poteſt.* 135.
136. *Finita nauigatione, ſors cum vſuris etiam grauiſſimis reddenda eſt.* 137. 138. 139.
140. *Praecipuus huius conuentionis effectus eſt priuilegium praelationis.*
141. *Priuilegium praelationis quid?*
142. *Docetur quid per illud conſequatur.* 144. 145.
143. *Senſus quorundam verborum in L. 6. qui potior. in pign.*
146. *Praefertur in nauim credens ſolis chirographariis, non hypothecariis.*
147. *Priuilegia dantur, ſoluo iure tertii.*
148. *Si cum aeque priuilegiato, veluti fiſco, concurrat, quid iuris?* 149.
150. *Si diuerſi in nauim credentes concurrant quis praefertur?* 151.
152. *An credens in emendam nauim praeferatur credenti in reficiendam?* 153.
154. *Si quis credens in nauim ſibi de ſpeciali hypotheca proſpicit, omnibus aliis etiam hypothecam anteriorem habentibus praefertur.* 155.
156. *Eius datur ratio.*
157. *Illa, qua de cauſſa extenſa expenditur ad cibaria nautarum.*
158. *Ad naulum.*
159. *Ad merces.* 160. 161.
162. *Si diuerſi mercatores ſub mercium oppignoratione crediderint, neuter praefertur.* 163.
164. *Large ventilatur, an credens in carinam praeferatur mulieri, dotem repetenti?* 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190.
191. *An aliud in repetitione donationis propter nuptias?* 192.
193. *Inquiritur, an naui pereunte teneantur exercitores pecuniam cum vſuris reddere.* 194. 195. 196. 197.
198. *Explicantur actiones, quae pro pignore nauis, vel credita in eam pecunia competant.* 199. 200.

1 Mutua pecunia dupliciter ſumitur et datur , vel ſub nudis debi-
toris ſyngraphis, quae etiam chirographa , obligationes, cau-
2 tiones, ἰδιόχειρα dicebantur, *l. 89. d. ſolut. l. 5. §. 8. commod. l. 40.*
d. reb. cred. l. 7. C. de non. num. pec. CIC. *pr. dom. ſu. l. 11. C. qui pot.*
3 *in pign.* vel ſub ſatisdationibus, aut pignoribus. Hoc modo etiam
nauis pro pecunia credita oppignorari poteſt. *l. 5. qui potior. in pign.*
ibi: ſi nauls fuit obligata *arg. l. 18. §. 3. d. pign. action.* ibi: et ideo
4 nominatim. Sed hoc venit in conſiderationem, an vtrumque pignus
tam expreſſum, quam tacitum, in ea locum habeat, ſicut enim notum,
5 dupliciter ita pignus diſtinguitur. Expreſſum eſt, cum expreſſa con-
6 uentione res quaedam pro pecunia credita oppignoratur. Ita nauis
7 pro pecunia credita oppignorari poteſt. *d. l. 5. l. 18. §. 3.* De hoc
pignore *art. 6. tit. 4. lib. 3. iur. Lubecenſ.* diſponit , quod ſi quis op-
pignorat nauim , vt in certo loco maneat , et nihilominus poſtea
cum ea debitor nauiget, et alibi eam vendat, quod tunc translatio-
ne nauis pignus perimatur. Quum enim nauis ideo paretur , vt hic
illic nauiget, *l. 12. §. 1. de vſufruct.* conuentionem illam , vt in certo
loco conſiſtat, quaſi naturae nauis repugnantem inutilem eſſe, ſtatu-
8 entes iudicarunt, et quia nauigatio ad publicam vtilitatem pertinet,
maluerunt eo caſu ei potius, quam priuatorum commodis, proſpicere.
9 Male quidem facit, quod quis nauim ita obligat, peius quod eam
poſtea vendat, quia vero in naui non ſolum debitoris perſona, ſed
etiam eorum, qui naui vtuntur, conſideratur, nec etiam conditio na-
uis patiatur ſe adſtringi, vt in vno loco ſemper maneat, praeualet
10 illud quod pluribus et publico vtile eſt, quam vni. Inde etiam ſi
debitor cum naui redit, nec illa vendita eſt, recidit in cauſſam pi-
11 gnoris, ceſſante cauſſa diſpoſitionis. ibi: *kommt er wiederum mit ge-*
meldtem Schiff auf vnſer Strohme.

12 Quaeritur hoc loco, ſi quis ſibi cauerit ſiluam pignoris loco
eſſe, an nauis ex ea ſilua facta ſit pignori? Negat ICtus PAVLVS *in*
13 *l. 18. §. 3. d. pign. act.* quia aliud ſit materia , aliud ſit nauis, et res
iam transiit in aliam formam, et quidem talem , quae non ſit redu-
cibilis ad priorem materiam vel formam. SALIC. *in l. 3. C. in quib.*
cauſ. tac. pign. NEGVZANT. *2. membr. 2. num. 26.* BACHOV. *tr.*
14 *d. pign. lib. 2. cap. 10. num. 5.* Si vero nominatim quis adiecerit, quid-
quid ex ſilua natum factumue eſt, tum nauis pignus eſt. *d. l. 18.*
§. 3.

§. 3. COSTAL. *ad d. l. 18.* Nec obſtat *l. 8. verſ. item de except. rei iudic.* vbi videtur idem materia et nauis eſſe. Reſp. loquitur de rei vindicatione, et exceptione rei iudicatae, quod illa in tabulis locum non habeat. Aliud autem ſunt tabulae, quae naui fuerunt adiunctae, 14
aliud ſilua ex cuius arboribus adhuc tabulae comparari debent, vt adeo ex diuerſis nihil ſequatur. Sed quaeritur, an poſſit creditor prohibere debitorem, ne ex ſilua nauim faciat? Diſtinguit COEPOLL. 15
tr. de ſeru. ruſt. praed. cap. 22. num. 8. ſi ſilua caedua ſit, et conſueto 16
more vtatur, quod non poſſit. *l. 9. §. fin. de vſufruct.* ſi non ſit caedua, 17
vel vult vltra modum caedere, tum prohiberi poſſit, ne ei pignus deterius fiat: quia hoc caſu per hypothecariam ſiluam oppignoratam auocare poteſt.

Tacitum pignus eſt, quod a lege inductum. BACHOV. *tr. d.* 18
pignor. lib. 1. cap. 4. Tale pignus eſt, ſi quis ad aedificium collapſum 19
exſtruendum, vel reſtaurandum, pecuniam mutuo dedit. Licet enim nullum partium voluntate conſtituatur in re reficienda pignus, tamen lex diſponit, vt domus pignoris loco ſit. *l. 1. in quibus cauſ. tac. pign.* DONELL. *tr. de pign. cap. 5.* BACCHOV. *d. l. 1. cap. 14. n. 1.* Idem, ſi quis 20
in nauim reficiendam credat, ex paritate rationis ſtatuunt gloſſa et *Dd. in auth. Quo iure C. qui potior.* SALIC. *in d. auth.* NEGVZANT. *par. 2. membr. 4. n. 162. caſ. 10.* MOZZ. *tr. d. contract. tit. d. pignorib. Rubric. Venio. n. 10.* STRACCH. *tr. d. nauib. par. poſter. num. 2.* GAIL. *2. obſ. 12.* et communem dicit COVARRVV. *1. var. reſolut. n. 3. poſt princip.* Fundamentum collocant *in L. 1. in quib. cauſ. tac. pig. l. 5. l. 6. qui* 21
potior. in pig. Nouell. 97. cap. 3. Verum exinde nondum euincitur, 22
hypothecam tacitam competere. Loquitur enim *d. l. 1.* de aedibus, quae aliud quam nauis ſunt, et licet quis vellet dicere, eſſe eamdem 23
vtilitatem, alicubi etiam maiorem in refectione nauium, quam aedium, id tamen non parit hypothecam, quum in iuribus ſingularibus non fiat 24
de caſu ad caſum etiam ex paritate rationis extenſio: et quamquam poſſit hic vtilitas publica conſiderari, quod naues aeque proſint et commodum adferant reipublicae, quam aedificia: ſuaſit tamen in ae- 25
dibus hypothecae tacitae rationem praeter publicum commodum ornatus et ſplendor vrbium, qui in aedibus eſt, quod de nauibus non 26
tam bene dici poteſt, quum non perpetuo et immobiles, vt aedes, in vno loco conſiſtant, ſed plerumque et maximam partem in mari mo-

Fff 2 biles

Digitized by Google

biles et vagae reperiantur, nec ſufficit, eamdem vtilitatem eſſe, ſi au-
27 ctoritas iuris deſit, ſine qua pignus tacitum non conſtituitur. RAVCHB. *in*
28 *termin. quae 5. n. 20.* Et hoc reſpectu multa ratione aedium ſingula-
ria in iure adnotata reperiuntur. *§. 29. d. R. D. 98. d. ſolut. l. 41. l. 43.*
29 *d. legat. 3.* Caeterae leges, vt *l. 5. l. 6. Nou. 97. c. 3.* loquuntur de
iure praelationis, non de tacita hypotheca, et hoc tantum docent,
quod anterior creditor non poſſit queri, ſibi iniuriam fieri, quod ille
praeferatur, quippe ſi pecuniam non credidiſſet, prorſus nullum pi-
30 gnus habiturus fuiſſet. Dici etiam poteſt *d. LL.* non agere de tacitae
hypothecae inductione, aut conſtitutione, ſed de iure et priuilegio
praelationis ex hypotheſi hypothecae ex conuentione vel lege conſti-
31 tutae. BACHOV. *d. L. n. 2.* Erubeſcimus igitur, ſine lege tacitam hy-
pothecam in naui conſtituere.

32 Interim quia videmus, creditores, qui in nauim emendam, ex-
ſtruendam, et reficiendam pecuniam crediderunt, praecipuum ali-
quod ius ſeu priuilegium prae reliquis creditoribus etiam ante-
rioribus habere, ideo videndum eſt, quaenam illa conuentio ſit,
33 et vnde illud priuilegum oriatur. Maiores noſtri, in primis illi, qui
ciuitates Wandalicas maritimas et Anſeaticas inhabitarunt, et hodie
Hollandi, et nosmet ipſi, vocamus talem conuentionem, qua quis
34 in nauim accipit, *Böddemen*, et quia plerumque ſub grauibus vſuris
pecunia dabatur, effectu adepto nomen a cauſſa, ipſa vſura vocatur
35 *Boddemerey. Vid. Ius Wiſbyenſ. in legib. naut. art. 35. 41. 69. 70. ciuitat.*
Hanſeatic. conſtit. nautic. edit. d. Ann. 1592. §. 55. 56. et d. Ann. 1619.
tit. 5. §. 7. et tit. 6. §. 1. ordinant. op. de Aſſeurant. art. 19. Placat. von
36 *Schipen, Coplüyden art. 12. in iure nautic. Holland. Middelburgi excuſo*
37 *a. 1637.* Ratio nominis eſt, quod in nauis quodammodo carinam *op*
den Böem, Boddem, oft Kyll, i. e. in fundum, et trabem quaſi funda-
mentalem, pecunia credatur. TIMAEVS FABER. *diſp. inſtit. anniuerſ. 13.*
38 *th. 1. lit. 3.* Carina enim fundamentum nauis eſt, et eius cauſſam to-
39 ta proprietas nauis ſequitur. *l. 69. de R. Vindic.* Sumitur igitur hoc
caſu carina *der Kyll, oder Bodden* per ſynecdochen partis pro tota na-
40 ui, vt quidquid ratione nauis creditum eſt, id in carinam ſeu totam
nauim creditum eſſe cenſeri debeat. Haec vt melius intelligantur,
reſpiciendum erit ad ſequentia capita, qualis ſcilicet haec conuentio
ſit, et an iure ciuili cognita, in quibus caſibus ea habeat locum, de-
mum

mum qui poſſint eam inire, et quis ſit eius effectus? Haec dum e- 41
uoluo, veniam peto, ſicubi, quod facile eſt, errauero, quem enim ſe-
quar non habeo, nec tamen plane ICti hac de re videntur tacuiſſe, 42
niſi quod noſtrarum legum et conſuetudinum ad Romanas non adpa-
reat inſtituta collatio. Dubium mihi occurrebat initio, quaſi haec 43
conuentio eſſet mutuum ſub expreſſo pignore, et quidem ratione vſu-
rarum par pecuniae traiectitiae, ratio illius viſa, quod *in conſtit. nau-*
tic. ciuit. Hanſeat. tit. 5. §. 7. et tit. 6. §. 1. ſaepius legantur illa ver- 44
ba, *er mag Geld darauf böddemen*, quod videbatur non aliter fieri
poſſe, niſi ſub expreſſa conuentione, praeſertim quum *dd. LL.* tra-
datur, quousque hoc magiſtro nauis praeſentibus vel abſentibus exer- 45
citoribus liceat, et vox, *darauf*, item *ihr eigen part Schiffs ver-*
böddemen, certam rem, ſuper qua conueniretur quaſi digito, et ex-
preſſis verbis demonſtrent. Huius erat ratio, quod ſicut in pecunia 46
traiectitia grauiſſimae et maximae vſurae permittebantur, illae au-
tem cum ſorte, finita nauigatione, exſoluebantur, idem fiat in pecunia
ſub *Boddemerey* credita, *d. tit. 5. art. 7.* ibi: *vnd wann die Reiſe behal-* 47
ten, vnd vollendiget iſt, den Hauptſtul ſamt der aufgelauffenen Bödde-
merey. Verum licet non abſonum putem, expreſſa conuentione ita 48
poſſe nauim obligari *per l. 5. qui potior. in pignor.* ibi: *ſi nauis obliga-*
ta. non tamen inuenio inſtrumenta obligationum, quibus hoc demon- 49
ſtrari poſſit, nec rationes quae id fieri factumque eſſe ſaepius euin-
cant: nec quod in vſuris cum pecunia traiectitia aliquatenus conue- 50
niat, in omnibus paritatem inducere poteſt, quum pecunia traiectitia 51
non in vſum nauis, ſed ſimpliciter debitori credatur, cum poteſta- 52
te vtendi, quomodo ipſi lubeat, praeterea in pecunia traiectitia pe-
riculum creditoris eſt, quod non obſeruaui in *Böddemerey*, quaſi 53
pereunte naui ſors cum vſuris *Böddemerey*, non reddenda eſſet, tum 54
vſurae pecuniae traiectitiae habent modum ad centeſimas, hic qui-
dem etiam grauiores communibus permittuntur, ſed quousque, non
reperitur cautum. Venio ergo in eam ſententiam, quod exiſtimem: 55
Conuentionem hanc *Böddemen* eſſe mutuum ad vſum nauis datum ſub
vſuris maioribus, pariens priuilegium exigendi. Vt enim expreſſe pi- 56
gnus conſtituatur, non opus eſt, et forſan raro fit, factumque; vt 57
autem tacitum alicui in ipſa naui pro pecunia credita competat, leges 58
nullibi exprimunt, vt *ſupra num. 22. et ſeqq.* dictum. Quia vero plus 59

Digitized by Google

quam ſimplex creditum chirographarium operetur, neceſſe eſt, id
conſiſtere in priuilegio exigendi, quum praeter hypothecas et hoc,
alia repetendae pecuniae, praeſertim in concurſu creditorum, non ſint
60 priuilegia. Iuri ciuili hanc conuentionem cognitam, et eo priuile-
gium hoc exigendi introductum fuiſſe, adnotarunt ICti *in l. 8. d. exer-
cit. action. l. 26. l. 34. de reb. auct. iudic. poſſidend. l. 5. l. 6. et §. 1. qui*
61 *potior. in pign.* Nec plus vel aliud reperio in conſtitutionibus Han-
62 ſeaticis, et quotidiana praxi. Quamquam enim verba illa *er mag*
63 *boddemen*, et quidem *uff das Schiff*, ibi inueniantur, tamen ex eo non
euincitur, quod expreſſe per conuentionem debeat conſtitui pignus,
ſufficit, quod in nauim credatur, et lex ipſa priuilegium tali credito
concedat. Quod enim plus conceſſum ſit, id non demonſtratur, et
ſi quis melius ſibi cautum eſſe velit, ille neceſſe habet ſibi de expreſ-
64 ſa hypotheca proſpicere. Nobis ſatis eſt, demonſtraſſe, quod con-
ventioni ipſi tacitum pignus non inſit, nec lex praeter priuilegium
exigendi attribuerit.

65 Habet autem hoc priuilegium locum, ſi quis I. cre-
didit ad nauim emendam. *l. 26. L. 34. de reb. auction. iudicand.*
66 *poſſidend. Nou. 97. cap. 3.* Vbi notandum, quod plus habeat ta-
lis creditor, quam ille, qui ad emendam domum credidit. Li-
67 cet enim hic in credito ad reficiendas vel exſtruendas aedes habeat
tacitum pignus, *l. 1. in quib. cauſ. tac. pig.* tamen in pecunia, ad emen-
68 dam domum vel aliam rem credita, nudus chirographarius creditor
eſt, nec priuilegium exigendi habet, *L. 7. C. qui pot. in pign. l. 17. C.
de pignorib. l. 5. §. 17. d. tribut. act.* DONELL. *tr. d. pignor. cap. 5.* niſi
69 quis dicere velit, vel hoc *Nouell. 97. c. 3.* ad alias res extenſum, quod
tamen non opus eſt, alia eius interpretatione praeſente *ſup. num. 29. 30.*
vel aequitati in hoc caſu fauendum. MOD. PISTOR. *lib. 3. quaeſt. 15.*
70 II. ad nauim fabricandam, ſeu exſtruendam *d. l. 26. l. 34.* III. qui ad na-
71 uim armandam, picandam aut inſtruendam: CUIAC. *in Afr. p. 449. zur*
72 *Auſtreidung l. 5. qui potior. d. l. 26. l. 34.* IV. ad nauim reficiendam *d.*
73 *l. 6.* V. ob nauim venditam, *d. l. 34.* ſcilicet quod in pecunia ex naui
74 vendita redacta aliis praeferatur. Ratio horum eſt *in L. 6. qui potior.*
75 *in pign.* quod ſua pecunia ſaluam fecerit totius pignoris cauſſam. VI.
in cibaria nautarum. Sine illis enim nauis ſalua peruenire non potuit.
76 *l. 6. qui potior.* VII. Si quis in merces credat, vel vt ſaluae ſint, vel
VIII. vt

VIII. vt naulum ex illis ſoluatur, potentior emit, licet poſterior, nam 77
ipſum naulum potentius eſt. *d. l. 6. §. 1.* IX. Idem priuilegium quis 78
habet in mercibus illatis, ſed ſua pecunia emtis, *l. 7. eod.* et illam con-
ditionem ſequuntur merces, in harum locum ſurrogatae. *l. 34. d. pi-
gnor.* CVIAC. *2. obſeru. 11.* Solitos enim fuiſſe creditores pecuniam 79
ſub mercibus, quae trans mare vehebantur, tamquam pignoribus et
hypothecis dare, aperte dicit *l. 122. §. 1. de V. O. l. 4. l. 6. de foen.*
Graeci vocabant *ἐξενεχυριάζειν* Nam in hoc foenore pignorum per 80
vim captio et *ἐξενεχυρασμὸς* erat licitus, licet honeſtis non conueni-
ens hominibus. SALM. *pag. 558.* ſed ſi id expreſſe actum non fuit, ta-
citum a lege conſtitutum pignus, non legimus. Probat id *l. 6. d. foen.* 81
naut. quae habet, quod quasdam merces, quis in naui propria accipe-
re potuit, quasdam in aliis, quod neceſſe non fuiſſet, ſi tacitum pi-
gnus in omnibus competeret. Interim pro mercibus, in naui pro pe- 82
cunia oppignoratis, et aliis in earum locum ſuffectis, priuilegium credito-
rem contra alios creditores ideo, quod ipſius pecunia priores compa-
ratae, et aliae in ipſarum locum ſurrogatae eſſent, habere, recte adſe-
ritur cum CVIAC. *2. obſ. 11. arg. L. 7. C. qui pot. l. 34. d. pignorib.* Quae- 83
ritur autem, ſi quis pro pecunia mutua ſub vſuris nauticis data aliquas 84
merces in naue pignori accepit, cum pacto, vt ſi ex illis non poſſet
totum debitum exſolui, illud quod ex aliis mercibus, aliis nauibus im-
poſitis, propriisque foeneratoribus obligatis, ſuperfluum eſſet, pignori
ſit, poſtea naue propria intra dies periculi peremta, an id damnum 85
ad creditorem pertineat, an vero ad ſuperfluum caeterarum nauium
debeat admitti? Ratio dubitandi eſt, quod pignorum deminutio et 86
interitus ad debitorem ſpectet, ſaluo creditori debito. *l. 5. l. 6. l. 9. C.
d. pign. act.* Sed contrarium in hoc caſu per *L. 6. d. foen. naut.* de- 87
ciditur, ex ratione, quod hic non purum ſit debitum, ſed ſub condi-
ditione ſuſpenſum, ſcilicet ſi nauis intra praeſtitutos dies ſalua perue-
nerit. Quae crediti obligatio quum defecerit naue pereunte, ſimul 88
pignorum etiam eorum, quae non amiſſa, perſequutio peremta eſt. In
conditionali enim ſtipulatione neque venit, neque ceſſit dies, *l. 213. §. 2.
d. V. S.* et pignorum natura eſt acceſſoria, quae tollitur, ſublato prin-
cipali. *l. 6. h. t. l. 4. eod. in fin.* Sunt tamen caſus, quando quis regres- 89
ſum propria naue peremta contra merces in aliis nauibus habet. 1. Si
conditio obligationis exſtiterit, naue ſalua in portum veniente, et pi- 90
gnus

gnus alio caſu amiſſum fuerit, vel vilius diſtractum, nam permittitur
91 venditio debitori, et reemtae merces in locum priorem ſuccedunt,
ideo ſi vilius ſunt diſtractae, non amittit creditor earum pro rata ſu-
92 perflui perſequutionem. CVIAC. *d. l. 2.* Si nauis poſtea perierit, quam
dies praeſtitutus periculo exactus fuerit. *d. l. 6. in fin. u. quando ergo.*
93 Sequitur vt videamus, quibus permiſſum, pecuniam mutuam
in carinam ſumere, *ein Schiff verböddemen?* Olim id ſub poena caduci
pecuniae datae in carinam, pro dimidia parte fiſco ciuitatum Han-
ſeaticarum, pro altera ciuitati, vnde nauis proficiſcitur, et ſub poena
marcae auri, ſi magiſter nauis hoc faxit, ſimiliter pro dimidia parte ad-
plicandae fiſco ciuitatum Hanſeaticarum, altera ciuitati quo nauis di-
rigitur, non fuiſſe licitum, ex copia manuſcripti iuris Lubec. articuli,
quem ad me CLARISS. VIR. *Dn. D.* MART. BOCKEL. miſit, et ſuper quo
Wiſmarienſes Senatum Lubecenſem a. 1581. conſulerunt, patet. Sed
quia in reſponſoriis Senatus ſcriptum, iam eo tempore eam prohibitio-
94 nem fuiſſe antiquatam, nullum dubium eſt, quin dominis nauium
et exercitoribus id liceat. *Conſt. Hanſeat. tit. 5. art. 7. et tit. 6. art. 1.*
95 De magiſtro nauis eſt quaeſtio, quid ei liceat? Iure ciuili ei permiſ-
96 ſum. *l. 7. d. exercit.* Conſtitutione vero Hanſeatica plane denega-
97 tum, quod conſtitutum, vt fraudibus huiusmodi hominum occurra-
tur, et ne nauis nimium oneretur. *d. art. 1.* Et hoc eousque extendi-
98 tur, vt ne quidem quoad propriam partem, (ſunt enim hodie magi-
ſtri nauis ſimul exercitores,) concedatur, niſi reliquorum exercitorum
99 habeat conſenſum, et tunc non vltra partem, quam in naui habent.
d. tit. 6. §. 1. ibi: *ſoll es gleichwol mit Wiſſen der Reder vnd nicht hö-
100 her, denn ſich ihrer Part Schiffs erſtrecket.* Si contra fecerit creditor,
exercitores conuenire nequit, ſed ſolum magiſtrum, et inſuper magi-
101 ſter arbitrarie puniri debet. *d. tit. 6. §. 1. in fin.* Quia vero vtilitas
nauigationis non admittit, vt nauis otioſe quieſcat, ſaepe autem con-
tingere poteſt, vt inter ſe diſſentiant exercitores, ſtatutum eſt, quod
102 magiſter nauis tunc cum conſenſu maioris partis exercitorum tantum
pecuniae quantum partes diſſentientium conficiunt, in nauim accipe-
103 re poſſit. *d. conſt. tit. art. 7.* Maior autem pars hoc loco non eſt vt
adſolet in collegiis, maior numerus perſonarum, *l. 19. ad municipal. l.
2. l. 3. Quod cuius vniuerſ.* ſed pro magnitudine portionum, quas in
104 naui habet. *d. art. 7.* ibi: *die geringſten Parten, ob die gleich mehrern
Perſonen*

Perſonen zuſtändig, et ita pluralitatem accipi, ſunt textus *in l. 8. d.*
pact. l. 14. d. poſit. l. 16. de reb. auct. iudic. Hoc autem in prouincia 105
tit. 6. art. ibi: *da die Reider zu Hauſs ſeyn* obtinet. Si vero extra 106
prouinciam eſt, et nauis indigeat, e. gr. ſi vela emenda, vel alia arma-
menta, poteſt magiſter nauis pro reſarciendo damno, quod nauis a
tempeſtatibus accepit, quantum eſt opus, periculo exercitorum ſume-
re, et quod ita accipit, tenentur exſoluere. *d. tit. art. 2.*

Vt autem hoc obtineat, ſequentia requiruntur 1. quod magi- 107
ſter nauis non poſſit fide exercitorum pecuniam collybo parare, quam
exercitores in loco ſoluant. *ibi, Geld auf Wechſel kriegen.* Minori-
bus enim ſub vſuris, et aliquando nullis *Geld für Geld* cambium trans- 108
ſcribitur, quum contra pecunia *vff Böddemen* graues vſuras *Bödde-*
merey habeat. 2. Quod non habeat bona in naui, quae pro meliori 109
conditione exercitorum poſſit diſtrahere, quam vſurae exigerent.
Saepe enim quis pretioſas merces habet, quae in locis extraneis ca- 110
re veneunt, illas potius debeat vendere, quam exercitores vſuris gra-
uiſſimis ſubiicere. 3. Vt liceat demum in caſu neceſſitatis *tit. 6. §. 2.* 111
ibi: *in ſolchen Fall der Noth*, quando ſcilicet nauis a tempeſtatibus
damnum accepit. ibi: *Schaden an dem Schiff oder Schiffs-Gereitſchaft.*
4. Non vltra accipiat, quam neceſſe eſt, ibi: *als er zur Beſſerung* 112
des Schadens, vnd andern dergleichen Nothfällen eigentlich vonnöthen
hat. Quod ſignificanter additum, vt fraudibus obex ponatur.

Debet autem damnum, in cuius reparationem pecunia accipi- 113
tur, verum, non ſimulatum, vanum, aut imaginarium eſſe. *Conſtit.*
Hanſeat. tit. 6. §. 2. ibi: *Beweiſslichen Schaden.* Vbi ſtatim quaeſtio
ſuboritur, ſi inſtrumento obligationis magiſter nauis cauit, nauim da- 114
mnum habuiſſe, an creditor, an vero magiſter nauis, ſi poſtea con-
tra exercitores actio inſtituatur, damnum reuera fuiſſe, probare debe-
at? Id decidit ICtus AFRICANVS, *in l. 7. d. exercit. act.* et res eo reci- 115
dit, quod ſi magiſter expreſſum mandatum habuit de pecuniis mutuo
ſumendis, quod tunc exercitor teneatur, etiamſi creditor non probet,
pecuniam in vtilitatem nauis verſam eſſe. *l. 1. §. 7. eod. l. 13. d. inſtit.*
act. Si non habet, caute creditoribus agendum eſt. Quatuor ergo, 116
ſicut CVIAC. *ad Afric. lib. 8. quaeſt. et* GOTHOFRED. *d. l. 7.* collegerunt, 117
praecipit Africanus creditori obſeruanda. 1. Vt nauis in ea cauſſa 118
fuerit, vt refici deberet. 2. Vt ſciat, aliquem naui tamquam magi- 119

ſtrum praepoſitum, exinde enim coniectura eſt, ad ea etiam praepo-
ſitionem extendi, quae ſaepe incidenter, et per conſequentiam rei
120 principaliter commiſſae, veniunt. 3. Vt non maior pecunia creda-
tur, quam naui reficiendae opus fuerit, cum quo *Conſtit. Hanſeat.*
121 conuenit ſupra num. 112. 4. Vt eo loco pecunia credita ſit, in quo
122 id, propter quod numerabatur, compari potuerit. Ratio horum o-
mnium eſt, vt nequitiae obuiam iretur, ne per magiſtros nauis, qui
ſaepe ingentes ſummas mutuo ſumunt, abſentes exercitores frauden-
tur, et bona pars negotiationis pereat, ditatis in dominorum pernici-
123 em fraudulentis miniſtris. Hoc ſi creditor obſeruarit, non vlterius
inquirere tenetur, an magiſter nauis reuera etiam pecuniam in re-
fectionem impenderit. Id enim tantum exigitur, ne mutuo falſus
124 titulus quaeratur, i. e. vt nauis ſit in ea cauſſa vt deberet refici, et
hoc indagarit et ſciuerit creditor, vt vero ipſe nauis reficiendae cu-
ram ſuſcipiat, atque ita quaſi negotium domini gerat, ad hoc minime
125 adſtringitur. CVIAC. PECK. *ad d. l.* Si pecunia ad velum emendum
data, non tenetur probare vltra, quam nauem eguiſſe velo, an vero
emtum ſit, aut tanti, quantum eſt in credito, non neceſſe habet pro-
126 bare. Quod tamen ita intelligendum eſt, ſi ſciuerit creditor, tanta
pecunia opus ad emtionem veli non eſſe, quantam credebat, ipſum
127 teneri: nam ſi magiſter ipſum decepit, et perſuaſit, non minore ſum-
ma, quam quae creditur, nauim refici poſſe, non eo minus exercitor
128 tenetur. Non enim tenetur in pretium veli inquirere, ſed ſufficit, ſi
ipſi conſtet, nauim eo indigere. *l. 1. §. 10. de ex action.* CVIAC. *d. l.* Fal-
129 ſa ergo BEVTHERI *in tr. d. praelat. credit. lib. 1. cap. 2.* eſt ſententia,
quod putet, 1. nominatim requiri, vt pecunia ad nauim emendam vel
armandam credita ſit, alias cenſeri ad omnes euentus mutuatam, et
130 2. reuera impenſam eſſe. Ideo quod impendere ſit actiuae ſignifica-
tionis, et requirat actum ipſum, nec dicatur nauis refecta eſſe, ſi
131 pecunia in alium vſum conuerſa ſit. Vt enim prius verum eſt, ſic
poſterius omnino falſum, quum creditor non ſit obligatus, vt ipſe
reficiendae nauis curam et domini negotium gerat. *d. l. 7. in med.*
132 Ex his ſequitur, ſi magiſter nauis pecuniam mutuam accepit, nec ca-
uit, ſe in refectionem nauis ſumere, etiamſi poſtea impendat, exer-
citorem non teneri. Non enim is, qui accepit, cauit, ſe in refectio-
nem accipere, nec is qui dedit, in eam cauſſam dedit. Et ex con-
trario

Digitized by Google

contrario, ſi cauit magiſter, ſe in refectionem accipere, et poſtea mutata mente in priuatos vſus conuertit, nihilominus exercitor tenetur, 133
debet enim ſibi imputare, quod talem praepoſuit. *l. 1. ff. 9. d. exerc. act. ſed de hoc inf. cap. 15. plura.* Contra haec igitur, ſi magiſter na- 134
uis in peregrinis locis, neceſſitate non exigente, fraudulenter *unnöthiger Weiſe* carinam obliget, debet damnum ſolus reſarcire, et propterea exercitoribus ſatisfacere, quod ſi praeſtare nequit, et eius euidens 135
dolus adpareat, poteſt pro circumſtantiarum varietate poena corporis adflictiua, vel mortis adfici. *Conſtit. Hanſeat. tit. 6. §. 3.*

Effectus huius conuentionis conſiſtit in eo, quod finita na- 136
uigatione, *wann die Reiſe behalten, Conſtit. Hanſeat. tit. 5. §. 7.* debeant exercitores ſortem cum vſuris reddere, *den Hauptſtuel ſammt der aufgelauffenen Boddemerey*, ſunt enim vſurae acceſſio ſortis, ideo- 137
que idem quod de ſorte, de illis dicendum. Quousque autem vſu- 138
ras ſtipulari liceat, non determinatum eſt, mos igitur regionis inſpiciendus. *l. 34. de R. I.* Interim hoc certum eſt, licere maiores com- 139
munibus ſumere vsque ad centeſimas, vel vltra, quatenus longinquitas nauigationis hoc contrahentibus ſuaſerit. Praecipuus autem effe- 140
ctus huius conuentionis eſt in priuilegio exigendi. Id nihil aliud eſt, 141
quam perſonale ius, quod ex beneficio legis competit iis, qui creditoribus chirographariis praeferuntur. *tot. tit. ff. de priuileg. credit. ſubiunct.* titulo *de reb. auct. iudic. poſſidend.* BACHOV. *in Treutl. vol. 2. diſp. 24. th. vlt. lit. e.* Hoc autem non conſiſtit in eo, ſicut rubrica 142
arguit, vt creditor rem ipſam, tamquam hypothecam, perſequatur, ſed vt ea vendita in ea pecunia ipſe potior ſit. Eodem modo ratio 143
ICti *in l. 6. (quod ſaluam fecit pignoris cauſſam)* non pro hypotheca concludit, ſed tantum diſponit, quis in hypotheca conuentionali ius praelationis habere debeat. *l. 6.* ibi: *nauis fuit obligata l. 6. ff. 1.* ibi: *merces obligatas.* et facit, quod ratio ICti in emenda naui non poſſit 144
locum habere, nondum enim eius nauis fuit, quum igitur eius poſtea emtione fit, inde non ſequitur, hypothecam eſſe, illud enim leges non dicunt, potius contrarium, vt ſi quis ſibi rem emtam habere 145
velit, hypothecam expreſſe de ea paciſcatur. *l. 5. ff. 17. de trib. act.* BACHOV. *tr. de pignorib. lib. 1. cap. 12. num. 2.*

Praefertur igitur talis in nauim emendam, exſtruendam, 146
vel armandam &c. credens omnibus chirographariis creditoribus,

Digitized by Google

Non vero hypothecariis, vt male BEVTH. *tr. d. praelat. credit. lib. 1.*
147 *cap. 20.* putauit. Priuilegia enim intelliguntur conceſſa ſaluo iure
tertii, ne alteri ius quaeſitum adimatur. *arg. l. 11. d. R. iur.* Sed quid
148 ſi priuilegiati perſonales, veluti in nauis refectionem credens et fiſcus,
inter ſe concurrant? Tunc illud ex cauſſa aeſtimandum, cuius nem-
149 pe potior ſit. Ita ICtus *in l. 34 de reb. auct. iud. poſſid.* praefert fi-
ſcum credenti in nauim, ex cauſa, quod ille non ſolum priuilegium
perſonale, ſed etiam hypothecam ex contractibus in bonis debitorum
150 habet. Quid? ſi concurrant, duo in nauim credentes, tunc nouiſſi-
mum pecuniae nauticae inſtrumentum praefertur aliis ſimilibus in-
ſtrumentis, *den iüngſten Boddemerey-Brief gaet vor andere gelicke Bre-*
151 *ven.* Quoniam per illam poſtremam pecuniam factum eſt, vt nauis
ex portu abierit. ARNOLD. VINN. *in not. ad Peck. in l. 1. §. 8 lit. a.*
152 Rurſus ſi producitur inſtrumentum pecuniae creditae in nauim ex-
ſtruendam, *ein Byll Brief*, praefertur inſtrumento foenoris nautici,
153 *ein ſükken Brief gaet vor Böddemerey-Brief*, vnde fit, vt creditores,
qui pecuniam dant *vff Böddemerey*, ſaepe incidant in damnum, ſi in-
ſtrumentum pecuniae creditae in exſtruendam nauim eſt, quod cre-
ditorem tempore pecuniae creditae latebat. ARNOLD. VINN. *d. l.*
154 His autem omnibus caſibus, ſi quis in credenda pecunia ad
emendandam, exſtruendam, inſtaurandam, reficiendam, armandam,
fabricandam nauim, ſibi de pignore proſpexit, de quo caſu *l. 5. l. 6.*
155 *qui potior. in pign. nou. 97. c. 3.* loquuntur, non ſolum priuilegium, ſed
etiam hypothecam habet, et ita omnibus creditoribus praefertur, et-
iam anteriorem hypothecam habentibus. Conuentio autem expreſſa
interuenire debet, nam ſine ea his caſibus pignus non conſtituitur.
156 *l. 17. C. de pign.* Ratio autem huius praelationis eſt, quod pecunia
iſtius creditoris ſaluam fecerit totius pignoris cauſſam, vt de condi-
tione iniqua illata non poſſint queri priores creditores, ſi enim ille
non credidiſſet, re pereunte, plane nullum pignus habuiſſent. Haec
157 ratio *in d. l.* eſt extenſa in cibaria nautarum, quia ſine his et eorum opera
158 ſalua peruenire non potuit. Idem ex eadem ratione dicendum, ſi quis
in merces (quae ſc. aliis obligatae) crediderit, vt ſaluae fiant, vel
naulum exſoluatur. Naulum autem eſt pretium pro vectura. Et ni-
159 mirum qui merces aduexerat, quum non haberet, vnde portorium
ſolueret, neque ob id merces ex naui transferre poſſet, pro naulo
exſol-

exſoluendo pecuniam ſub mercium hypotheca accepit, et qui ita cre-
didit, aliis licet prioribus praefe: etur; potentior erat, ait ICtus, 160
quoniam et naulum potentius, id eſt, ante omnia exſoluendum eſt.
Facit quod IVVENAL. *Sat. 8. v. 97. ait. furor eſt, poſt omnia perdere naulum:*
et non dubie quibus naulum debetur, res, pro quibus debetur, donec
naulum ſoluatur, detinere poſſunt. Quid vero, ſi diuerſi creditores 162
pecuniam nauticam dederint, non nautae, ſed mercatori ſub obliga-
tione mercium quibus nauim onerarit? inter eos nullum ius eſt prae-
lationis ratione temporis, ſed omnes pares habentur, et ſimul concur-
runt. Et ita Amſtelodami in Camera foenoris nautici obſeruari, teſta- 163
tur ARNOLD. VINN. *in not. ad* PECK. *ſuper L. 1. §. 8. de exerc. act.
lit. a.*

Quaeritur autem hoc loco, an, qui in nauim reficiendam vel 164
armandam ſub eius oppignoratione credidit, praeferatur mulieri, do-
tem ſuam repoſcenti? Tractat hanc quaeſtionem IVSTINIANVS *in nou. 97.
cap. 3* ſed valde obſcure. ROBERT. *3. animad. 14.* ANTON. FABER. *8.* 165
coniect. 11. GIPHAN. *in L. 12. C. qui potior.* BEVTH. *tr. d. prael. lib. 2. c. 19.*
BERLICH. *1. concluſ. pract. 45. n. 25.* mulierem Titio etiam anteriori prae- 166
ferendam, ſtatuunt. Fundamenta ſunt. 1. *L. 12. C. qui pot. in pig.* 2.
nou. 97. cap. 3. vbi Iuſtinianus tres ordines ponit, mulierem, alios
creditores anteriores, et huiusmodi creditorem, qui in rem reficien-
dam credidit, et quaerit an mulier etiam huic praeferenda, ex quo 167
effici videtur, quod etiam tertius iſte creditor fuit anterior hypo-
theca mulieris, adeoque quum ſine dubio illis praeferatur, mulier con-
ſequenter etiam huic praeferenda erit. 3. Facit ratio *in nou. 97. c. 3.* 168
ibi: *ἔγγε προγενέςερον τὸ τῆς προγαμίας δωρεᾶς εὐρηθείη*, vbi Iuſtinianus
vult mulieri dotem ſaluam, et dicit, ſatis eſſe, vt anteriores creditores
ei in lucris nuptialibus praeferantur. Ab hac ſententia diſcedit ACCVRS. 169
in nou. 97. CYN. *in auth. quo iure.* SALICET. *in dict. auth.* CVIAC. *in not.
ad animad.* ROBERT. *Lib. 3. cap. 14.* HVNN. *in* TREVTL. *u. 2. diſp. 24.
th. fin. lit. b.* vbi dicit, eſſe ordinem temporis, ita, vt ſi Titius prior cre-
diderit pecuniam, mulieri praeferatur. Facit 1. ordo et ratio propoſitae 170
quaeſtionis. Ait enim initio Iuſtinianus, quaſdam hypothecas iunio-
res praeponi antiquioribus, idque aliquot exemplis oſtendit. Et inde
ad quaeſtionem de dote, et concurrente muliere venit, vnde patet 171
hoc a Iuſtin. quaeri, an illa recentior hypotheca eorum, qui v. gr. in

Digitized by Google

rem reficiendam crediderunt,et quae aliis anterioribus praefertur, etiam
172 anteriori mulieris hypotheca prior ſit. 2. probat id verbum (antiquum, quod ita dicitur reſpectu alicuius recentioris hypothecae. Illud firmant
173 3. verba *in d. nouell.* ibi: *Veniat autem et alius creditor, poſterior quidem.*
174 Nec obſcure 4. *id. c. 4. d. nou.* probat, vbi ſimilis caſus proponitur 5.
175 Generaliter *L. 7. C. qui potior. in pign.* taliter priuilegiatum creditorem omnibus anterioribus praeferri, dicit. E. etiam mulieri.

176 Verum ſingulis rationibus eſt, quod reſponderi poſſit, et quidem ad *arg. 1. opin. ad 1. L. 12.* loqui de priuilegio ſimplicis temporis,
177 non de iure ſpeciali praelationis. Ad 2. eſſe tantum argumentum
178 probabile, nec Iuſtin. ſemper accuratum in verbis vel ordine eſſe. Ad 3. quod verbum (προγενέστερα) non ſolum ſignificet priuilegia tempore priora, ſed etiam effectu priora, cuiusmodi priuilegium eſt
179 eius, qui in rem reficiendam credidit. Et hoc reſpectu dici praeferri mulieri in donatione propter nuptias, quaſi lucrum captanti, non vero in dote, vbi de damno certat.

180 Ad ſecundae *opinion. arg. 1. reſp. quod Iuſtin.* non ſit accuratus. Ad 2. quod dos dicatur antiqua reſpectu augmenti, vel quod neceſſe ſit inter concurrentes creditores alium alio eſſe priorem. Ad
181 3. quod poſterior dicatur non ratione mulieris, ſed aliorum credito-
182 rum. Ad 4. caſum eſſe contrarium. Ad 5. eſſe *d. l.* iuris antiqui, quo mulier nondum habebat tacitam hypothecam: vel quod pertineat ad creditores anteriores, qui ſimplicem hypothecem habent, non ius praelationis.

183 DONELL. *ad l. 8. C. de pignorib.* BACCHOV. *in not. ad* TREVTL. *v. 2. diſp. 25. theſ. fin. lit. b.* diſtinguunt, quod mulier aut concurrat cum
184 prioribus ſimplicem tantum hypothecam habentibus, non ius ſpeciale praelationis, quibus procul dubio praeferetur: aut cum iis, qui tale ius praelationis habent, cuius vigore anterioribus hypothecis praeferuntur, qualis eſt creditor, qui in nauim reficiendam credidit, et inter hunc et mulierem ordinem temporis obſeruandum eſſe. Ratio
185 huius 1. deciſionis eſt, quod non fruſtra dos antiqua vocatur: 2. ex ipſo textu euincitur. creditorem illum reſpectu mulieris, non aliorum creditorum, dici poſteriorem. ibi: *veniat et alter creditor poſterior*
186 *quidem.* ſeu. ἔλθοι δὲ καὶ ἕτερος δανειστὴς μεταγενέστερος μὲν, vt adeo pateat, inter mulierem, et poſteriorem creditorem venientem contro-

verſiam

Digitized by Google

uerſiam eſſe, Et 3. verum eſt, quod *in cap. 4. d. N.* agatur de poſte- 187
riori creditore, quia alias inepte tam multa Iuſtinianus requireret, vt
praeſumtio fraudis contra dotem excluderetur. Nec mouet SALIC. ar- 188
gumentum quod in *cap. 4. d. N.* is ſolum caſus excipiatur, in caete-
ris cauſſis iuxta datum priuilegium mulierem praeferri velit, et niſi
ita ſit, non poſſet priuilegium dici, ſed ius commune. Immo reſp. hoc 189
eſt priuilegium, quod mulier ex ordine temporis praeponatur iis,
qui alias veteris iuris priuilegio omnibus prioribus praeferuntur. Nec
mouet quod SALIC. dicit, generale eſſe, vt mulier anterioribus taci- 190
tam habentibus praeferatur. Reſpond. vel quia hi quorum *in N. 97. cap. 3.* mentio, non omnes habent tacitam hypothecam, vel illud generale obtinet in hypothecis, quae ſunt ſine iure praelationis.

Et haec ita obtinent, ſi mulier agat pro repetenda dote, ſi e- 191
nim donationem propter nuptias petat, tunc credenti in refectio-
nem non praefertur. Quamquam enim eo caſu tacitum pignus ha- 192
beat, *l. 29. C. de iur. dot.* tamen priuilegio deſtituitur. Et huius eſt ratio, quod mulier de lucro captando, creditor de vitando damno agat, et ideo ſine dubio melior ipſius ſit conditio. RITTERSHVS. *ad Nou. 97. cap. 3. num. 2.*

Quaeritur adhuc, ſi nauis pereat, an teneantur exercitores 193
pecuniam cum vſuris reddere? In pecunia traiectitia periculum amittendae ſortis cum vſuris ſuſtinet creditor, ſi nauis perit. Idem videtur hic dicendum ex *Conſtit. Hanſeat. tit. 5. §. 7.* ibi: *Wann die Reiſſe behalten, vnd vollendiget.* Nequit autem finita dici, naui pereun- 194
te, et quod id videatur magnitudo vſurarum exigere. Puto videndum eſſe, quid actum aut regionis mos ſecum ferat. In dubio autem 195
quum non conſtet, creditorem periculum pecuniae in ſe ſuſcipere, ſequitur, quod amiſſa naui cum vſuris debitores pecuniam reddere de-
bent. Caſus enim fortuitus vel naufragium non liberat debitorem, 196
l. fin. C. de naut. pec. l. 11. C. de reb. credit. et debet ſibi imputare, 197
quod legem contractui non dixit apertius.

Ex hoc contractu oritur actio quaſi Seruiana ſeu hypothe- 198
caria, qua quis pignus ſuum perſequitur, quod definit pignus, ſi 199
nauis pignorata vendita ſit, nec tunc quis illud perſequi poteſt. *Vid. ſupra.*

CAP.

CAPVT VI.

DE STIPVLATIONE NAVIS: ET SPONSIONE WETTEN, CONTRACTV MERCATORIBVS VSITATO.

SVMMARIA.

1. *Nauis ſtipulato permitti poteſt.*
2. *Debetur tunc, etiamſi diſſoluta et refecta ſit.*
3. *Si modo ea mente* 4
5. *Stipulatio nauis duplex; pura et conditionalis.*
6. *Illa et haec quae?*
7. *Haec rurſum duplex.* 8. 9.
10. *Effectus harum conditionalium ſtipulationum oſtenditur.* 11. 12. 13. 14.
15. *Vis ſtipulationum conditionalium negatiue conceptarum.*
16. *Si plures conditiones coniunctae, omnes implendae.* 17.
18. *Si disiunctae, ſufficit, alterutram impleri.*
19. *Si adfirmatiue et negatiue, ſolutum non repetitur, vt indebitum*
20. *Deciditur, quid iuris ratione euictionis, ſi conditio et vera et falſa adiecta ſit et vtraque impleta.* 21. 22. 23.
24. *Item quid obtineat in conditione, viuo teſtatore exiſtente.* 25.
26. *Dubium de conditione. ſi nauis in Aſiam iuerit, et redierit, quod ſaepe fieri poteſt, quae habeatur pro impleta, ex l. 11. d. condit. et demonſtrat. explicatur.* 27. 28. 29. 30. 31.
32. *Additur ex l. 21. eodem, quid in conditionibus facti obſeruetur.* 33.
34. *Conditionali legato poteſt purum ſubiici.* 33.
36. *Et alternatiuam.* 37.
38. *In heredem inſtitutum conditio adiecta aliquando nihil operatur.*
39. *Caſus huius poſitionis in l. 33. d. hered. inſtit.*
40. *Alius caſus in l. 59. §. 6. eod.* 41. 42. 43.
44. *Hereditatis aditio confirmat teſtamentum.*
45. *Intellectus l. 44. §. 1. d. O. et Act. cum deciſione quaeſtionis, an purae ſtipulationi ſubiecta conditionalis illam noucet?* 46. 47. 48. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59.
49. *Nouatio non praeſumitur, ſed de illa agi debet.*
60. *Conditionali ſtipulationi ſponſio non eſt diſſimilis.*
61. *Eius natura explicatur.* 71.
62. *Rationes contra ſponſiones.* 63. 64. 65. 66.
67. *Meliores illae, quae eam admittunt.* 68. 69. 70. 72.
73. *Diſquiritur, quae ſit cauſſa in ſponſione.* 75. 76.
74. *Senſus l. 108. d. V. Obl.*
77. *Traduntur cancelli, intra quos ſponſiones conſiſtere debent, vt valeant.* 78. 79.
80. *Defendi poſſunt hoc modo in foro poli et ſoli.* 81.
82. *Actio ex contractu ſponſionis quae?* 83. 84. 86.
85. *Explicatio l. 17. §. fin. de praeſcript. verb.*
87. *Refutatio eorum, quae contra ſponſiones allata.* 88. 89. 90.

Nauis

Digitized by Google

Nauis in ſtipulatum deduci poteſt, *l. 83. §. 5. d. V. O. l. 97. §. 8.* 1
verſ. nec ſimul. de ſolut. et debetur ea, etiamſi a domino diſſo- 2
luta, et ex iisdem tabulis poſt refecta ſit, *d. v.* hactenus autem ſi diſ- 3
ſolutio ea mente facta ſit, vt rurſus tabulae compingi debeant, ea-
dem enim nauis eſſe incipit *d. §. 5. ſed ſi refici.* Si enim nauis diſſol- 4
uitur, vt tabulae alii vſui adhibeantur, etiamſi mutato conſilio rurſus
nauis fiat, peremta prior dicitur, et noua nauis. *d. §. 5.* Vid. plur.
cap. 1. h. libri. Eſt autem ſtipulatio vel pura, vel conditionalis. Pu- 5
ra, ſi quis ſimpliciter aliquid promittit. e. gr. dabis nauim? dabo, *d. l.*
83. §. 5. l. 98. §. 8. Conditionalis, quum in caſum obligatio ſuſpendi- 6
tur, quae et incerta ſtipulatio dicitur. E. gr. Dabis, ſi nauis ex Aſia
venerit? Dabo. *l. 163. d. V. O.* Haec conditio ſaepe in LL. occurrit.
l. 44. §. fin. d. O. et A. l. 46. §. 2. de euict. l. 129. l. 60. de condict. inde-
bit. l. 33. l. 59. §. 6. de hered. inſtit. l. 54. de legat. l. 21. de vſufr. legat.
ideo de eius effectu et qualitate quaedam ſubiungenda ſunt. Con-
ditio autem duplex eſt, vel ſecundum eſſe, vel ſecundum dici. Se- 7
cundum eſſe, ſeu propria conditio eſt, quae in futurum concepta, 8
et in vtrumque, vt et exiſtere, et deficere poſſit, eſt determinata,
et in hac neque ceſſit, neque venit dies: ſed quum conditio
aduenit, commiſſa eſt ſtipulatio. *l. 213. d. V. S. l. 2. de cond. et*
demonſtr. Secundum dici, quae tantum ad externam formam, et 9
verborum conceptionem conditio eſt. Huius duae ſunt ſpecies, al- 10
tera, quae concipitur in tempus praeſens vel praeteritum, et eo caſu
vel pura, vel nulla eſt obligatio, quia rei veritas, non ignorantia no-
ſtra, in conſiderationem venit. *§. 7. d. V. Obl.* Etenim ſi ita res ſunt, 11
ſtatim valet ſtipulatio; ſi non ſunt, nihil valet. Quae enim per rerum
naturam ſunt certa, non morantur obligationem, licet apud nos incerta
ſint. *d. §. 7. d. V. Obl.* Altera, quae ad alterutrum tantum, fieri 12
vel non fieri eſt determinata, eoque vel ſtatim praecidit ſpem obli-
gationis naſciturae, vel obligationem ſtatim ſiue pure, ſiue ſub die
ponit. Hoc contingit, vel propter qualitatem obiecti, e. gr. ſi aliquid 13
impoſſibile ſit adfirmatiue promiſſum e. gr. ſi mare ebiberis, vbi ſtatim
nulla eſt obligatio, *§. 12. de inutil. ſtipul.* vel propter formam condi-
tionis negatiue conceptae. e. gr. Si nauis ex Aſia non venerit *l. 129.* 14
d. V. O. quo caſu ſpes obligationis praeciſa eſt, vel propter vtrumque.
e. gr. ſi quid impoſſibile ſub negatiua conditione ſit promiſſum, ſi di-

Digitized by Google

gito coelum non attigeris, quo caſu ſtatim pura eſt obligatio. *§. 10. de*
15 *inutil. ſtipul.* Vim harum ſtipulationum negatiue conceptarum ab op-
poſito ratione coniunctionis et diſiunctionis eleganter ICtus SCAEVOLA
in l. 129. d. V. Obl. demonſtrat. Nam ſi quis ita ſtipulatus fuerit, de-
16 cem aureos das, ſi nauis venit, et Titius Conſul factus eſt: vtrum-
que debet impleri propter coniunctionem, quae connectit. *§. 12. de hered.*
inſtituend. Idem in contrarium dare ſpondes, ſi nec nauis venit, nec
Titius conſul factus ſit, vel ſi neque nauis venit, neque Titius con-
ſul factus ſit, exigendum erit, vt neutrum factum ſit: eadem enim
17 vis conditionis in negando, quam adfirmando. Et particulae (nec,
neque) vim hic coniungendi, non diſiungendi habent. CVIAC. *ad L.*
18 *132. d. V. Obl.* At ſi ſic: Dabis ſi nauis, aut Titius conſul factus ſit,
ſufficit vnum factum. Ex alternatiuis enim ſufficit, alterutrum fieri.
d. §. 12. Et contra dabis, ſi nauis non venit, aut Titius conſul factus
19 non ſit? ſufficit vnum non factum. Si vero quis ita promiſerit, ſiue
nauis ex Aſia venerit, ſiue non venerit, et poſtea ſoluerit, nequit
illud vt indebitum repoſcere, quia ex vna cauſſa alterius ſolutionis
20 origo proficiſcitur. *l. 60. de cond. indebit.* Si quis Stichum vendit
ſtatu liberum, ſub hac conditione (falſa) manumiſſum, ſi nauis ex Aſia
venerit, is autem ſi Titius conſul factus fuerat (conditione vera) ma-
21 numiſſus erat, qu. ſi prius nauis ex Aſia redit, ac poſt Titius Conſul
fiat, atque ita in libertatem, euictus ſit, an euictionis nomine tenea-
tur? Diſtinguendum eſt an prior conditio mendax, an vera exiſtat.
22 Si mendax, venditor poſtea exiſtente conditione vera, euicto ſeruo in
libertatem non tenetur de euictione, quia nihil ex ea re laeditur em-
tor, apud quem diutius manet ſeruus, quam ſperabat, nec enim e-
ripitur in libertatem ſtatim, vt impleta eſt conditio falſa, ſed exſpe-
23 ctatur vera; Sin autem prior exſtitit vera, venditor tenetur ad eui-
ctionem, et ob mendacium, quia citius, quam ſperabat, emtori ſer-
uus eripitur. CVIAC. *lib. 6. ad African. pag. 278.*

24 In teſtamentis heredis inſtitutioni, vel legato, conditio ad-
iecta etiam viuo teſtatore exiſtere poteſt, e. gr. ſi nauis ex Aſia ve-
nerit, quod ſi contingat, et conditio viuo teſtatore euenerit, debetur
legatum, nam quandocunque venerit nauis, conditioni paritum eſt,
25 *l. 2. de cond. et demonſtr.* et habetur ea pro impleta, ſi ignorante te-
ſtatore teſtamenti facti tempore nauis ex Aſia venerit. *l. 10. ff. fin. eod.*

Oritur

Oritur autem dubium, quia nauis viuo teſtatore pluries in Aſiam ire 26
et redire poſſit, ſi talis conditio in teſtamento reperiatur, eius cenſeatur facta reiteratio? an ſufficiat, ſemel factum eſſe, quod iuſſit? Reſpondet ICtus PAVLVS ſub diſtinctione, vt, ſi ſciat teſtator, quod fuit 27
in conditione, et iterum fieri iuſſit, exſpectandum ſit, donec iterum fiat: Sin ignoret, ſatisfactum ſit iudicio eius, vt ne quid aliud exſpe- 28
ctari debeat, ſed ſtatim ex conditione legatum debeatur. *l. 11. d. cond. et demonſtr.* Hoc enim ignorans teſtator huc ſpectabat, vt eueni- 29
ret, quod cogitabat, hoc animo, vt ſi eueniſſet, legatum deberetur. Si ſciebat, perſpicuum eſt, de aduentu prioris non ſenſiſſe. *arg. l. 9.* 30
l. 68. d. condit. et demonſtr. nam ſi de hoc ſenſiſſet, ſuperuacua fuit conditio. DONELL. *8. comment. iur. ciu. cap. 32. §. Illa.* Hoc tamen ita intelligendum eſt, ſi iterum fieri poſſit, quod erat in conditione. 31
Nam ſi id amplius fieri non poteſt, (e. gr. quum pubes erit, et eſt) conditio pro implenda habetur, ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit teſtator. *d. l. 10. §. fin. verſ. Et ſi cui.*

Eodem modo in conditionibus facti, e. gr. ſi nauis ex Aſia 32
venerit, requiritur in herede, vt ſciat, eas impletas eſſe. Nam ſi 33
ignorauerit, eas impletas, impedient eum quo minus hereditatem adire poſſit. *L. 21. d. condit. et demonſtr.* Secus eſt in conditione iuris, in illis enim ſola veritas exiſtentiae conditionis ſufficit. GOTHOFRED. *in d. l. lit. e.*

Non ſolum autem conditionaliter quis alteri legatum relin- 34
quere poteſt, ſed etiam puro legato aliud ſub conditione ſubiicere: e. gr. Titio centum lego &c. Hoc amplius, ſi nauis ex Aſia vene- 35
rit, heres meus ei fundum dato: quod quum fit, vtrumque legatum debetur, et verbo (amplius) ſuperiora verba repetita cenſentur. *l. 54. d. legat. 3.*

Sed ſi puro legato conditio alternatiue adiiciatur, e. gr. Ti- 36
tio vſufructus Stichi, aut, ſi nauis ex Aſia venerit, decem legata ſunto, alterutrum tantum debetur, nec poteſt Titius vſumfructum petere, antequam conditio decem exiſtat, vel deficiat, *l. 21. de vſu et vſufruct.* ne heredi cuius in alternatiuis tamquam debitoris eſt, electio 37
auferatur.

In heredum inſtitutione conditio adiecta aliquando operatur, 38
e. gr. Titius ex parte dimidia heres eſto, idem Titius ex altera parte

Digitized by Google

dimidia, ſi nauis ex Aſia venerit, heres eſto. Si Titius adit heredi-
tatem ex pura inſtitutione, pendente conditione ex aſſe heres eſt, et-
35 amſi deficiat poſtea conditio. Inutile enim eſt, exſpectare conditio-
nem, cuius euentus nihil proficit, nam Titio herede inſtituto, ex di-
midia parte ſine coherede ius adcreſcendi fecit, vt ſtatim heres ſit.
l. 33. de hered. inſtit.

40 Alius caſus eſt in *l. 59. §. 6 eod.* veluti ſi ita ſcriptum erit,
Titius ex parte tertia, Meuius ex parte tertia heredes ſunto, Titius
ſi intra tertias Calendas nauis ex Aſia venerit ex reliqua parte heres
41 eſto. Hoc caſu Titius non ſtatim in ſemiſſe heres inſtitutus eſt, nam
duo heredes inſtituti ſunt. Sed Titius aut ex ſemiſſe, aut ex beſſe,
ita ſextans vtique in pendente, et ſi conditio exſtiterit ex beſſe heres
42 erit? ſi non exſtiterit, ille ſextans Meuio adcreſceat. Sed ſi deceſ-
ſerit Titius, antequam conditio exiſtat, deinde conditio exſtiterit, ta-
43 men ille ſextans non Titio heredi, ſed Meuio adcreſcet. Nam quum
adhuc dubium eſſet, Titio an Meuio datus ille ſextans, Titius de-
ceſſit, nec poteſt intelligi datus ei, qui tempore dandi in rerum natu-
ra non fuit. Ex hac lege regulam Dd. ſtruunt, quod dubius euen-
tus in vltimis voluntatibus non transmittatur. BALD. *ad l. h.*

44 Haec omnia autem, quae de conditionibus in vltimis volun-
tatibus dicta ſunt, ita intelligenda ſunt, ſi poſtea hereditas eſt adita.
Hinc enim omnium eorum, quae teſtamento relinquuntur, non ſo-
lum petitio, ſed etiam obligatio et vis dependet: *l. 32. d. leg. 1. d. l.*
45 *44. §. 1. l. 86. §. 2. eod.* quippe tunc primum confirmatur teſtamen-
tum, ſine aditione inutile futurum. *l. 1. de iniur. rupt. l. 14. C. de fi-
deicommiſſ.*

46 Quaeritur in *l. 44. §. 1. et O. et A.* ſi nauim fieri ſtipulatus
ſum, et ſi non feceris, centum, an duae ſint ſtipulationes, pura et con-
ditionalis, et exiſtens ſequentis conditio tollat priorem, et in ſe trans-
47 ferat per nouationem? i. e. ſi exiſtat conditio, an quis non poſſit pe-
tere nauim, ſed cogatur ſimpliciter centum petere, an vero poſſit
petere facti praeſtationem et intereſſe, omiſſa ſtipulatione poenali?
48 Dd. ex hac l. ſolent illam quaeſtionem decidere, an per poenalem
49 ſtipulationem prior obligatio nouetur? Quod mihi negandum vide-
tur, tum ex iure nouo, quo nouatio non inducitur, niſi expreſſe
50 hoc actum ſit, *l. fin. l. d. nouat.* tum ex iure veteri, quia ex coniectu-
ris

Digitized by Google

ris ſolebat nouatio praeſumi, quod hoc loco nequit fieri, ideoquod 51
poena ſoleat adiici non in fauorem debitoris, ſed creditoris, vt metu
poenae debitor praeſtet, quod promiſit, nec onere probandi eius,
quod intereſt, creditor grauetur, vt proinde facultas agendi ex prio-
ri obligatione non videatur adimenda ſtipulatori. Quod igitur in 52
l. 44. §. 1. dicitur nouatio prioris fieri, id non eſt ita explicandum,
ac ſi reuera nouatio fiat, ſed quod ſimile ſit, vnde et *§. d.* quaſi no-
uatio dicitur, nam nouatio illa non ſtatim fit per ſubiectam ſtipulatio- 53
nem, ſed magis per moram in non faciendo commiſſam; poſtquam
ſicut nulla ſtipulatione poenali adiecta ad intereſſe, ita hic ex ſtipu- 54
latione adiecta agitur ad intereſſe. BACHOV. *in §. fin. de V. Obl.* Ideo-
que vtroque caſu, quum omnino reuera nouatio non ſit, liberatur 55
debitor, ſi ante litem conteſtatam factum praeſtet, quoniam ſola mo-
ra non videtur operari poſſe veram nouationem. Ratio huius vide-
tur eſſe; quod in obligationibus faciendi etiam citra ſtipulationem 56
poenalem antea agi non poſſit, quam ſi tantum tempus praeterierit,
vt computatione facta ab interpoſita ſtipulatione opus fieri non
poſſe, adpareat, quo elapſo tempore non ad factum, ſed ad 57
intereſſe agendum eſt. *l. 84. de V. Obl.* In obligationibus autem
dandi, ſiquidem purae ſint, quum ex iis ſtatim agi poſſit, pu- 58
tat BACHOV. *in Treutl. v. 2. diſp. 27. theſ. 2. lit. h.* etiam poſt
moram ad dandum agi poſſe. *Plura de ipſa quaeſtione apud* HOTOM. 59
ill. quaeſt. 10. TREVTL. *d. l. ibique* HVNN. GOED. *tr. de ſtip. cap. 3.*
concl. 7. num. 66. ALCIAT. CVIAC. DVAR. DONELL. *in l. 115. de V. Obl.*
GIPHAN. *ad l. 44. eod.*

Conditionalibus his ſtipulationibus non abſimilis eſt contra- 60
ctus ſponſionis, *das Wetten*, inter mercatores frequentiſſimus, qua
ſuper euentu certi caſus aliquid promittitur, et in conuentionem du- 61
citur, e. gr. Si hic vel ille vrbem obſeſſam ceperit, vel Caius Con-
ſul factus fuerit, tot aureos dare ſpondes? De hoc inter doctos contro-
uertitur, an ex illo in iudicio aliquid peti poſſit, et mereatur exſequu-
tionem? Quod licet non infimi ſubſellii ICti negent, tum quod ple- 62
rumque ex mera iactantia oriantur, et tamquam nuda pacta cauſſa de- 63
ſtituantur, tum quod calor ſpondendi ſit refrenandus, *arg. l. 9. d.*
publican. et contra rationem ſit, ſua bona fortunae committere, *l. 34.* 64
§. 4. d. donation. l. 4. vt in poſſ. Legat. ne quid quod ad malitiam ſi 65

65 ſub mortem alterius concipiantur, videantur inducere, *arg. l. 5. §. 1.*
66 *d. pact. dotal.* et legibus tantum eae ſponſiones concedantur, quae
modicae ſint, *L. 7. C. d. alcator.* et vbi pro virtute certamen eſt: *L. 3.*
67 *d. aleatorib.* peruicit tamen ea opinio, quam aeque egregii ICti
tuentur, licitas ſponſiones eſſe, et propter eas actiones dari. P. SAN-
68 TERN. *tr. d. Aſſecur. et ſpon. part. 2.* BEN. STRACCH. *tr. d. Sponſionib.*
part. 3. num. 2. HEIG. *part. 2. Illuſtr. quaeſt. 10.* WEHNER. *in pr. obſeru.*
69 *v. Wetten.* HERING. *de fideiuſſionib. cap. 18.* Sicut enim ſub condi-
tione ſtipulari licet *l. 57. l. 69. l. 108. l. 129. d. V. Obl.* et rem ſuam ab-
70 ſolute transferre, ita etiam ſponſiones facere, et ſuper illis dubium
euentum expectare. *l. 17. §. fin. d. praeſcript. verb. l. 3. d. aleat.* Actus
71 enim ſponſionis, per ſe conſideratus, non eſt plane iniuſtus, quia peri-
72 culum tantum vnius opponitur periculo alterius, qualia pericula quin
73 ſubiri et communicari poſſint, nulla ratio prohibet. Cauſſa quidem
earum non eſt eueniens conditio, vt per *L. 108. d. V. Obl.* putant,
74 SANT. *d. l. n. 3.* CORAS. *7. miſcell. 7.* SCACC. *d. commerc. §. 1. qu. 1.* HEIG.
d. l. n. 54. quum *in d. l.* non conditio per quam alias conditionalis ſti-
pulatio intelligitur, ſed donatio, quae eſt obligari velle quum quis
recuſare poſſit, cauſſa obligationis ſit. TH. HERBAY. *cap. 1. libr. rerum*
75 *ſingular.* Nec ſtipulatio per ſe iuxta GOED. *d. contr. ſtip. cap. 3. n. 65.*
ſufficit, ſola enim per ſe ſine negotio inidonea eſt. Sed ſubeſt hic
76 negotium, de quo non eſt eadem duorum mens aiente vno, negante
altero, *arg. L. 1. §. 3. d. pact.* vti erudite hoc TH. HERBAY. *lib. rer. ſingul,*
77 *cap. 1.* explicat. Obſeruandum autem eſt, 1. non aliter valere, niſi
78 1. pro virtute certamen ſit, *l. 2. iuncta l. 3. d. aleat.* vel 2. ex licita cauſſa
79 ineantur, ſi enim turpe et inhoneſtum in illis verſatur, v. c. exſpe-
ctare mortem principis, vel interitum patriae, non ſuſtinentur. *l. 17.*
§. fin. d. praeſ. verb. ibi: ſi inhoneſta cauſſa P. SANTER. *elegant. d. l.*
80 *num. 7.* Et hoc modo ſi 3. non nimiae ſint, et turpitudinem conti-
neant, in conſcientia defendi poſſe, autumat GVIL. AMES. *in caſib. con-*
81 *ſcient. lib. 5. cap. 45. num. 5.* et ſecundum eas ſalua moderatione pro-
82 nunciatum, tradit SIGIS. FINCKELTHAVS. *obſ. 33. n. 34.* Quae vero hinc
datur actio? Non inconueniens eſſet dicere, actionem ex ſtipulatione
deſcendentem, quia ei comparetur, competere. *arg. l. 63. d. V. O. ibi*
83 *ſi nauis.* Sed quia hic eſt diuerſitas in eo, quod in ſtipulatione ſaltem
vnus obligatur qui ſub conditione promittit, et vnus, qui ita rogat,
eueuien-

euueniente caſu aliquid accipit: Ita hic negotium vertitur, in quo ambo 84
aliquid in victoriam collocant, et vt ceciderit, modo hic, modo ille
vincere poteſt. e. gr. Si ſponſio ſit ſuper [illegible] ſi Titius conſul hoc
anno factus fuerit, eos habeto, qui hoc dixerit: Si euenit capit, ſi
non alter capit. Eſt enim hic quaedam periculorum commutatio, quae 85
non eſt prohibita. Hinc VLPIANVS *l. 17. §. fin. d. praeſ. verb.* dicit, ſi
quis annulos ſponſionis cauſſa acceperit, nec reddiderit, praeſcriptis
verbis agendum eſſe. Non enim recipienda Sabini ſententia, condici 86
et furti agi ex hac cauſſa poſſe, putantis. Quum enim eius rei victor
nec dominium, nec poſſeſſionem habuit, nec furti agi poteſt. Si 87
tamen ex inhoneſta cauſſa ſit ſponſio, ſui annuli duntaxat erit repetitio.
§. fin. d. l. HEIDEC. *ad l. d. praeſ. verb. th. 7. in fin.* Facile ergo ſi
modum et honeſtam cauſſam ſponſiones habent, cadunt ea, quae il-
lis obſtare videbantur. Habent enim vt dictum, ſuam cauſſam, nec 88
iactantia extimeſcenda, vel fortunae bona ſubiiciuntur plane, ſi mo-
dus in illis ſit, multo minus quis exinde ad delinquendum adducitur,
non magis ac per teſtamenta, et alias vltimas voluntates mors aliena 89
captata dici poteſt: tum ſi quid hic vitium, perſonae eſt, non rei.
Ratione igitur conſtant, quod modum habent, et ſi quid hic timetur, 90
ibi exceſſus amputandus, non res per ſe licita ſtatim abroganda.

CAP. VII.

DE ADSECVRATIONE, VSITATISSIMO HODIE INTER MERCATORES CONTRACTV, GERM. ADSEVRANTZEN.

SVMMARIA.

1. *Ratio ordinis.* 2. 3.
4 *Adſecuratio eſt nouus contractus.* 5.
6. *Veteres ICti eum ignorarunt.*
7. *Hodie frequens eſt.*
8. *Inquiritur in eius originem, et quomodo ab Italis et Hiſpanis ad Belgas, et poſtea Germanos peruenit* 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.
16. *Antwerpienſes inter Germaniae ciuitates primo exercuerunt.*
17. *Antwerpia inter Hanſeaticas ciuitates vna eſt, vbi emporium illarum fuit.*
18. *Adſecuratio ad ſtylum fori, ſeu Burſae Antwerpienſis dirigitur.*
19. *Stylus hic fundatur in ordinatione Philippi II. Regis Hiſpaniarum.*
20. *Stylus curiae in re nautica et Adſecuratione obſeruandus eſt.*
21. *Inquiritur in naturam huius contractus, an nominatus, vel innominatus ſit.*
22. *Haec quaeſtio deciſione Imperatoris indiget.* 23. 24.

25. *Opi-*

25. *Opiniones, Doctores, et rationes referuntur pro contractu reali.* 26. 27.
28. *Pro ſtipulatione.* 29.
30. *Pro fideiuſſione.* 31. 32.
33. *Pro literarum obligatione.*
35. *Pro emtione venditione.* 36. 37. 38. 39. 40.
41. *Pro locatione conductione.* 42.
43. *Pro ſocietate.*
44. *Pro mandato.*
45. *Alii Doctores, et rationes enumerantur pro ſententia, quod ſit contractus innominatus.* 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55.
56. *Explicatur mens Dd. quomodo hoc intelligant.* 57.
58. *Auctoris iudicium ſuper diuerſis his opinionibus.* 59. 60.
61. *Reiicitur illa opinio quod ſit contractus re conſtans.* 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68.
69. *Quod ſit ſtipulatio.* 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78.
79. *Quod ſit fideiuſſio.* 80. 81. 82. 83.
84. *Quod ſit literarum obligatio.* 85. 86. 87. 88.
89. *Quod ſit emtio venditio.* 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109.
110. *Intellectus l. 8. §. 1. d. contr. emt.* 111. 112.
213. *Quod ſit locatio conductio.* 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121.
122. *Quod ſit ſocietas.* 123. 124. 125.
126. *Quod ſit mandatum.* 127. 128.
129. *Rationes contra id, quod ſit contractus innominatus, ab auctore adferuntur.* 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 156. 157. 158.
143. *Oſtenduntur variae Doctorum circa hanc ſententiam contradictiones.* 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155.
159. *Noua auctoris opinio, quod ſit contractus nominatus, ſed conſtans ſuis pactionibus a reliquorum contractuum natura diſcretis, adducitur, et ſtabilitur, additis cauſſis cur hoc fieri potuerit et debuerit.* 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 177. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199.
171. *Nomen eſt accidens contractus.*
172. *Cauſſa quid ſit, in contractibus explicatur.* 173. 174. 175. 176.
187. *Perinde eſt an adſecuratio habeatur pro contractu iuris gentium, an iuris ciuilis, quoad rationem nominis.* 188. 189. 216. 217. 218.
200. *In dubio contractus magis pro nominato, quam innominato habetur.* 261. 240.
202. *Magis id quod certum, quam incertum, ſequendum eſt.*
203. *Refelluntur rationes Dd. pro contractu innominato.* 204. 205. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 252. 253. 254.
206. *Ius ciuile paucos contractus nominatos fecit.*
213. *Eodem tempore non omnes contractus exorti.* 214.

215. *Per-*

215. *Permutatio prior emtione, vtraque tamen iuris gentium.*
219. *Romanis adſecuratio fuit incognita.* 220.
221. *Non licuit Romanis hunc contractum pro nominato agnoſcere, alterum vero non.* 224 225. 226.
222. *Natura quotidie nouas formas edit.* 223.
227. *Non eſt tam certus contractuum nominatorum numerus, vt ei non poſſit aliquis addi* 228. 229. 230. 231.
232. *Ex numero contractuum nominatorum non creſcunt lites.* 233. 234. 235.
235. *Aſſecuratio non eſt vaga.* 237.
238. *Nec conſuetudine introducta.* 239.
241. *Ex contractibus innominatis non oritur condictio ex lege* 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251.
255. *Adiectio diei vel conditionis non facit contractum innominatum.* 256.
257. *Doctores inter ſe ambigunt, an et qua ratione poenitentia in contractibus innominatis locum habeat.* 258. 259. 260. 261.
262. *Adſecuratio quid?*
263. *Eius requiſita.*
264. *Non neceſſe eſt praemium ſtatim dari* 265.
266. *Adſecuratio non eſt vox Latina.* 267.
268. *Adſecurare idem quod indemnem facere.* 269. 270.
271. *Diuiſio adſecurationis* 272.
273. *Omnes poſſunt adſecurationem facere, qui non prohibentur.* 274.
275. *Etiam per modum ſocietatis.*
276. *Omnes res, quae ſunt in commercio, poſſunt in adſecurationem venire.*
277. *Non vero corpus liberi hominis.*
278. *In rebus excipitur locarium nautarum.*
279. *Eius datur ratio.* 280. 281.
282. *Res ſunt vel paruae, vel magnae.*
283. *Magnae quae?*
284. *Paruae quae?*
285. *In rebus adſecuratio generaliter concipi poteſt.*
286. *Tunc earum nomine non venit nauis.*
287. *Si particularis res eſt, ſpecifice deſignari debet.* 288.
289. *Ratio deſignationis traditur.*
290. *Naui in adſecuratione certa poſita, non debent merces in aliam transferri.*
291. *Niſi hoc pacto prouiſum.*
291. *Traditur ſub diſtinctione, cuius periculum, ſi merces in aliam nauim, vel ſcapham delatae perierint.* 293. 294.
295. *Alia diſtinctio, an merces aeſtimatae, vel inaeſtimatae fuerint.*
296. *Adhuc alia diſtinctio, an merces in portu, extra eum, in medio mari, an vero, quum peruenit nauis ad alium portum, interierint.*
297. *Quid iuris primo caſu.*
298. *Quid in altero per ſubdiſtinctionem monſtratur.* 299. 300. 301. 302.
303. *Quid in poſteriori.* 304.
305. *Adſecuratio conſiſtit in ſuſceptione periculi, et pro ea praemio.* 306. 307. 308.

308. *In ſuſceptione periculi duo obſeruanda.*
309. *Periculi nomine quid veniat?* 311.
310. *An differat a caſu fortuito?*
312. *Pericula vel ſolita, vel inſolita.* 313. 314.
315. *In exprimendo periculo contrahentes cauti eſſe debent.*
316. *Voce periculi veniunt damna caſu, fortuito ſeu extrinſecus oberta.* 317. 318.
318. *Ad damna, quae vitio rei contingunt, adſecurator non tenetur.* 320. 321.
322. *Alia diſtinctio, quod pericula vel facto hominum fiant, vel ſine eo.*
323. *Quae illa?* 324.
325. *Quae haec?*
327. *Si facto hominum illicito fiat damnum, adſecurator tenetur, et ſtatim damnum refundendum eſt.*
328. *Limitatur.*
329. *Si facto licito, diſtinguitur, cum adiectione temporis, a quo adſecurator obligatus.* 330. 331.
332. *Si vitium nauis accipit, adſecurantis ſumtibus aedificanda eſt.*
333. *Tempus determinatur, a quo hoc caſu adſecurator tenetur.*
334. *Si merces in aliam nauim translata, an tunc adſecurator maneat obligatus traditur.*
355. *Periculum ſolet per ſpeciales caſus exprimi.* 336.
337. *Vel quibusdam enumeratis generalis clauſula ſubiici.*
338. *Hoc caſu quis tenetur ad omne.*
339. *Generalem ſuſceptionem quis per ſpecialem exemtionem limitare poteſt.*
340. *Et quidem in certa ſpecie.*
341. *Hamburgenſes, durante cum rege Daniae bello, repreſſalias ab ipſo impoſitas exceperunt,* 342.
343. *Aeſtimatio mercium adſecuratarum fieri debet.* 344.
345. *Illa fit a peritis rerum.* 346.
347. *Ab illa omnis dolus abeſſe debet.*
348. *Aeſtimatio fit ſecundum communem valorem.* 349.
350. *Aeſtimatio non debet aliis ſumtibus augeri.* 351.
352. *Ratio proportionis in taxando adfertur.* 353.
354. *Iuxta aeſtimationem conſtituitur periculi pretium.*
355. *Hoc eleganti nomine praemium adpellatur.*
356. *Pendet eius quantitas a libera voluntate contrahentium.* 357.
358. *Exſolutio pretii ſolet tribus modis determinari.*
359. *Prioris caſus effectus, et modus, cum exemplo deſcribitur.* 360. 361. 362. 363.
364. *Medii caſus effectus, et modus.* 365. 366. 367. 368.
369. *Praemium eſt illicium huius contractus.* 370.
371. *Declaratur, quid vox (in continenti) ſignificet.*
372. *An extremitatem temporis.* 373. 374
375. *An ſpatium, iudicis arbitrio et determinationi relictum* 376. 377. 378. 379. 380.

381. *Po-*

381. *Poſterioris caſus effectus, et modus, addito exemplo.* 382.
383. *Adſecuratio fit ſub die, vel conditione.*
384. *Ei poſſunt pacta in continenti adiici.*
385. *Inſtrumentum adſecurationis vocatur Police et cur.* 386. 387.
388. *Hoc debet certa requiſita habere, alias vitiatur.*
389. *I. Inter ea nomen adſecurantis.*
390. *Si nomen fictitium, vel Iudaei poſitum ſit, nihilominus valet adſecuratio.* 391.
392. *II. Nomen nautae.* 393.
394. *III. Nomen nauis.* 395.
396. *IV. Nomen loci vbi nauis oneratur.*
397. *V. Nomen loci, quo nauis tendit.*
398. *VI. Deſignatio mercium.*
399. *VII. Nomina adſecuratorum, ad quos merces pertinent.*
400. *Pertinere ad aliquem quotupliciter accipiatur.*
401. *Id variis caſibus explicatur.* 402. 403. 404. 405. 406.
407. *VIII. Praefinitio temporis a quo incipere, et intra quod finiri aſſecuratio debeat* 408. 409. 410.
411. *IX. Permiſſio liberi curſus, et quo ſignificatu.* 412. 413.
414. *X. Periculorum expreſſio.*
515. *XI. Confeſſio de quantitate praemii.*
416. *XII. Subſcriptio adſecuratorum.*
417. *XIII. Allegatio ſtyli conſueti.* 418. 419.
420. *Inſtrumentum adſecurationis ad inſtar inſtrumenti guarentigiati ſecum paratam exſequutionem habet.* 421. 422. 423.
424. *Formulae aliquot allegantur.*
425. *Tenor polices, vel inſtrumenti adſecurationis, quod apud Hamburgenſes maxime in vſu.*
426. *Diſputatur, quae actio ex adſecurationis contractu competat.* 427.
428. *Nemo ſine actione agere poteſt.*
429. *Et quidem propria.*
430. *Rutgeri Rulandi errores circa actionem adſecurationis, quod vel b. fidei vel ſtricti iuris, vel actio oneris auerſi, vel praeſcriptis verbis ſit, diluuntur.* 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447.
448. *Alius error Rulandi, et ſequacium, quod ex adſecuratione detur actio ex lege, refutatur.* 449. 450. 451. 452.
453. *Contractus adſecurationis actio nomen proprium habet.*
454. *Sicut emphyteuſis.* 455. 456.
457. *Actionis nomen quod?* 458.
459. *In contractibus pro diuerſitate negotiorum varia nomina actiones habent.* 460. 461. 462. 463.
464. *Vocatur haec actio adſecuratoria.*
465. *Vel actio auerſi periculi.*
466. *Actio adſecuratoria duplex, et diuerſae vtriusque proprietates.* 467.
468. *Actione adſecuratoria adſecurato competente agitur ad obtinendum valorem mercium.* 469.

Digitized by Google

469. *Poſitio caſus.*
470. *Haec actio a die ſignationis oritur, et intra duos menſes inſtitui debet.*
471. *Requiſita libelli octo enumerantur.* 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480.
472. *Ex ſubſcriptione quis tenetur.*
481. *Adſecurator etiam expenſas, in conſeruationem mercium factas, tenetur refundere.* 482. 483.
484. *Actione adſecuratoria, adſecuratori competente, agitur ad habendum praemium.*
485. *Poſitio caſus.* 486.
487. *Tempus indigitatur, quando haec actio poteſt inſtitui.* 488.
489. *Requiſita libelli quatuor recenſentur.* 490. 491. 492. 493. 494.
495. *Adſecuratori conceditur etiam retentio.*
496. *Poteſt etiam ab eo implorari officium iudicis, quod rationibus probatur.* 497. 498. 499. 500.
501. *Exceptiones in hoc contractu obtinent, tam dilatoriae, quam peremtoriae.* 502.
503. *Adſecuratus poteſt excipere, merces tempore adſecurationis fuiſſe extra periculum.* 504. 505.
506. *Adſecurans, merces fuiſſe bis adſecuratas.* 507. 508. 509.
510. *Item adſecuratum in quantitate mercium feſelliſſe.* 511.
512. *Quaeritur, an exceptio non numer. pecun. in hoc contractu locum habeat?* 513. 514.
515. *Negatiua rationibus ſtabilitur, contraria reiecta.* 516. 517. 518. 520. 521. 522. 523.
519. *Indignum eſt proprio facto reſiſtere.*
524. *Dubium deciditur quid de exceptione non facti implementi in hoc contractu ſentiendum.* 527. 528. 529. 530. 531. 532.
525. *Haec exceptio in contractibus nominatis et innominatis locum habet.* 526.
533. *Ventilatur nobilis illa quaeſtio, an concluſa adſecuratione et non numerato praemio, ſi interea damnum contingat, adſecurator id teneatur reſarcire.* 534.
535. *Status controuerſiae.* 536.
537. *Inſtrumentum adſecurationis inſpiciendum in decidendis controuerſiis.*
538. *Magis autem natura contractus.*
539. *Adfirmatiua opinio, quod adſecuratoris periculum ſit, ab auctore rationibus firmatur.* 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 549. 551. 552. 555. 546. 557.
548. *Stylus curiae poteſt allegari ad deciſionem.*
550. *Inter mercatores ex aequo et bono controuerſiae deciduntur.*
553. *Si per aliquem ſtat, quo minus quid impleatur, habetur pro impleto.*
554. *In contractibus nominatis non licet poenitere.*
558. *Recenſentur argumenta ſententiae obſtantis.* 559. 560. 562. 563. 565. 566. 567. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 977. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587.
561. *In contractibus innominatis licet poenitere.*
564. *Conditio eſt pars contractus.*

568. *Tacitae conditionis eadem vis, quae expreſſae.*
588. *Refutatio argumentorum pro ſententia obſtante.* 589.
590. *Diſputatur incidenter, an contractus innominati propter conuentionem obligent.* 591. 592. 593.
594. *In negotiis do vt des, caeteriſque, duo aguntur, vnum expreſſe, alterum tacite, id contractum verum innominatum, hoc quaſi contractum contituit.* 595. 596. 597.
598. *Facultas poenitendi ei datur, qui dedit.* 599.*
600. *Demonſtratur, ad nullum articulorum contractuum innominatorum adſecurationem pertinere, vt in ea poenitentia locum habeat.* 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 612. 613. 614. 617. 620. 621. 622. 623.
615. *Senſus l. 5. §. 3. et §. fin. d praeſcript. verb.* 616. 618. 619.
624. *Sententia quod adſecur. ſit contractus innominatus, Dd. vbique haerere facit.*
625. *Nullam in adſecuratione conditionem eſſe, probatur.* 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636.
637. *Specialia ſtatuta, vel regnorum deciſiones, vel curiarum placita regulam generalem non conſtituunt, nec ex iis de natura contractus iudicium ſumendum.* 638. 639 640. 641. 642. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654.
643. *Tempus non actionem, ſed exactionem, determinat.*
655. *Caetera argumenta diſſoluuntur.* 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664 665. 666. 667. 668.
669. *Adferuntur reſponſiones diſſentientium ab auctoris opinione.* 670 671. 672. 673. 674. 675. 676. 177. 678. 678 679. 681. 682.
680. *Prorogationem petitionis factam, vel fidem de pretio habitam eſſe, facti ſunt, et probari debent.*
683. *Diluuntur hae reſponſiones.* 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699.
700. *Quando a communi, et a doctoribus defenſa opinione receditur, illius adſertores non contemnuntur, ſed in veritatem inquiritur.* 701. 702. 703. 704 705.
706. *Adſecurationi contrariatur error.* 707.
708. *Vis et metus.*
709. *Dolus.* 710. 711. 712. 713.
714. *Etiamſi contraria alicubi ſit conſuetudo.* 715.
716. *An laeſio vltra dimidium?* 717. 718. 719. 720. 712. 723. 724. 725. 726 727. 728. 729.
721. *Sciens aequiparatur renuncianti.*
730. *In contractibus innominatis beneficium l. 2. l. d. reſc. vendit non obtinet.*
731. *Deciditur, ſecundum quae iura in adſecuratione controuerſiae obortae definiendae.* 732. 733. 734 735. 736. 737.
738. *Adſtruitur iuſtitia huius contractus.* 739. 740. 741.
742. *Non eſt in adſecuratione vſuraria prauitas.* 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750

Digitized by Google

1 De hoc contractu hoc loco quaedam dicemus, tum quia a plurimis
2 doctorum ad fideiuſſionem, quaſi talis ſit, referatur, tum quod
medium locum inter contractus occupans, fere de ſingulis quid par-
3 ticipare videatur, et inde doctoribus obueniens ſimilitudo eos dubios
4 fecerit, quid de eo ſtatuere debuerint. Autumo vero, operoſas, quas
de eo inſtituerunt paſſim, diſputationes ſuperuacaneas eſſe, ſi ad id
ſolum intendatur, quod nouus contractus ſit, et veteribus incogni-
tus, vnde nec ex priſcis regulis cenſeri poteſt, et qui ideo inſtituitur
labor, vt ad veterum ſcita redigatur, plane fruſtraneus eſt.

5 Recte ergo dicit GROT. *2. d. iur. bell. et pac. cap. 12. num. 3. in
fin.* contractum praeſtandae indemnitatis circa caſus fortuitos, adſecu-
rationem dictum, olim vix cognitum, nunc inter receptiſſimos eſſe.
6 Ita etiam reuera ſe res habet. Parum aut nihil de eo veteres ICti ſciue-
runt, quaedam, quae ad ſuſceptionem periculi iuxta hunc, vel illum
contractum, vbi alias inſuetum eſſet, tradiderunt, ſed hoc modo, vt
7 hic contractus requirit, nihil ſimile. Nunc vero inter vſitatiſſimos
contractus habetur, et nulla fere eſt ciuitas maritima, quam parua et-
8 iam ſit, quae eum, vel eius vſum ignoret. Quo tempore autem, et vbi
9 primo coeperit, non eſt expeditum. Propius accedit vero, ſi ante annos
ducentos nec multo longius dicamus inter Italos, poſtea Hiſpanos coe-
10 piſſe, inde poſtea ad Belgas transmigraſſe. Et quia illi tempore Ca-
roli V. imperatoris, et ſucceſſoris in Belgio, Philippi II. Regis, Hiſpa-
niarum gloriam ſcientiae rei naualis, et mercaturae id temporis habe-
11 bant, inprimis vero apud Antwerpienſes mercatorum et nautarum
12 erat forum, ſeu tribunal, quod Burſam vocabant, in quo quotidie
iuxta obſeruantiam et ſtatuta illius ciuitatis *tit. 54. von Contracten,
von Adſecurantien*, difficiles ſuper hoc contractu controuerſiae decide-
13 bantur: praedictus Rex, Philippus, vt in poſterum mercatores habe-
rent certam cynoſuram, iuxta quam iudicarent, et vt huius contra-
ctus natura perſpicua eſſet, certam ordinationem Bruxellis A. 1563.
31. Octobr. edidit, in ea ſtricte definiens, qualis hic contractus ſit, et
14 quomodo porro ſuper eo inſtrumenta fieri debeant. Haec ordinatio
iterato a Rege Philippo A. 1570. promulgata, et quia interim merca-
15 tura, et eius rerumque maritimarum ſcientia a Brabantis ad Batauos
et Amſtelredamenſes, inde ad Germanos, praecipue vero Hamburgen-
ſes tranſiit, ſimul etiam hic contractus illis, et pedetentim reliquis
ciuita-

ciuitatibus Hanſeaticis et maritimis, coepit innoteſcere. Quia vero 16
commercia cum Hiſpanis, Italis et Belgis quotidie exercebantur, et
Antwerpia adhuc pro capite, ſicut etiam erat vna ex quatuor *Contör-* 17
ſtädten, habebatur, coeperunt ad normam ibi ſuetam caeterae ſe
accommodare, et, quoties hic contractus iniretur, eum ad ſtylum ſeu 18
morem fori ſiue Burſae mercatorum Antwerpienſium conficere. Hic
ſtylus autem fundatur in ordinatione Philippica, vnde etiam ex ea, 19
quia ſtylus in re nautica et materia aſſecurationis iuxta LEONIN. *conſ. 22.* 20
STRACH. *d. Nauigation. n. 24.* praeprimis attendendus, de hoc con-
tractu iudicandum eſt. RVTG. RVLAND. *tr. d. commiſſ. part. 4. lib. 2.*
cap. 16.

Si iam ad dictam ordinationem Regis Philippi reſpicere veli- 21
mus, non ita difficilis huius contractus, an nominatus, vel innomi-
natus ſit, erit diiudicatio. Quod quia ex iure ciuili hucusque Dd. 22
adſtruere voluerunt, neceſſe fuit, vt in eo anxie deſudarent, et hal-
lucinarentur. Etenim tam inter eos, qui ad nominatas conuentiones, 23
quam qui ad innominatas retulerunt, fuit ſententiarum colliſio, eſt-
que adhuc dubia, et caeſareae deciſioni expoſita, vt in ſimili ERN.
COTHM. *vol. 2. conſ. 18. pr. ait.* Nullus enim fere contractus fuit, cui 24
non ſimilem hic aut ille crediderit, et ideo ei pariare voluerit.

Ad contractus, qui re conſtant, refert auctor conſilii, quod 25
Rutg. Rulandi conſilio de quaeſtione ex hac materia Anno 1630. Ham-
burgi edito, ſubiunctum fuit *num. 31.* ideo, quod praemio et re con- 26
ſtet, quum id ſe accepiſſe adſecurator in police fateatur, et facit pro
hac opinione, quod ſicut in foenore nautico periculum creditor ſub 27
grauiſſimis vſuris in ſe ſuſcipit, ita adſecurator aeque ſub licentia foe-
nerandi, vt placuerit, faciat.

Stipulationi eam aequiparant, et pro vno eodemque cum ea ha- 28
bent *per Leg. 26. C. d. vſur. l. 6. de naut. foen.* SANTERN. *tr. de*
ſponſion. part. 3. num. 9. CAR. MOLIN. *tr. de commerc. et vſur. num.* 29
93. VALASC. *deciſ. 64.* ALB. LEONIN. *conſil. 21.* RVTG. RVLAND. *tr.*
de commiſſ. part. 3. lib. 3. cap. 15.

Sunt etiam, qui ad fideiuſſionem inclinant, vti MICHAEL 30
SALON. *in tract. de iuſtitia et iur. in rubric. de adſecurat.* VALASC. *tom.*
1. conſ. 18. ANT. HERING. *tract. de fideiuſſ. cap. 10. num. vlt.* STRACCH.
tract. de adſecurat. num. 45. MORL. *in empor. iur. part. 1. tit. 8. quaeſt.*
25.

Digitized by Google

31 *25. num. 25.* AZOR. *in inſtit. moral. part. 3. lib. 11. tit. de contract. dub. cap. 18. dub. 2.* FR. GARZ. *de contract. cap. 39. num 2.* LOPEZ. *de contract. lib. 2. num. 16.* hac de cauſſa, quod ſicut creditorem de pecu-
32 nia vel re debita ſecurum fideiuſſor faciat, ita idem praeſtet adſecurator ſuper mercibus, earum ſi perierint reddita aeſtimatione.

33 Ad litterarum obligationem illi reſpiciunt, qui ſicut ſub ſpe futurae numerationis ibi pecunia numerata eſſe adparet, etiam ſi hoc
34 factum non ſit, ita hic ſimiliter praemium confiteatur adſecurans ſolutum, licet nondum acceperit.

35 Emtioni et venditioni adſimulant PETR. SANT. *tr. de adſecurat. part. 3. num. 13.* BEN. STRACCH. *tract. de aſſecurat. part. 1. num. 47.*
36 *Deciſ.* ROTAE *Genuen. 3. num. 28.* SALON. *3. de iuſt. et iur. tit. de contr. adſecur.* SIGISM. SCACCIA *tract. de commerc. §. 1. quaeſt. 1. tit. de*
37 *adſecurator. num. 1. 2. 8. 9. part. 3. limit. 6.* Ratio eſt: quod adſecurator periculi euentum quaſi emit, et ſi ſineſterius res cadat, aeſtima-
38 tionem mercium praeſtat. Contra adſecuratus, vt dominus mercium vendit periculi euentum, et dat aſſecuranti praemium, quod eſt pre-
39 tium ſuſcepti periculi. SANT. *de loc.* Vel vt RVTG. RVLAND. *de conſ. num. 52. in fin.* id explicat, adſecurator mercium vendit pro aliquo certo pretio ſuſceptionem periculi, et ſecuritatis illarum, ac obliga-
40 tionem reddendi illarum valorem, ſi perierint. Facit *l. 8. §. 1. de cont. emt.* ex qua in emto iactu piſcium ſpem emi poſſe conſtat, quod ferme cum hoc contractu conuenit.

41 Ad locationem conductionem referunt BENED. STRACCH. *tract. de adſecurationibus num. 87.* LAVRENT. DE RVDOLF. *quaeſt. 71.* BAPTISTA LVPVS *de vſur. verſ. at primo. num. 16. in 6. vol. fol. 235.*
42 quaſi ſcilicet adſecurator locet alteri ſub periculo ſuo pro tali pretio et mercede ſecuram conditionem illarum mercium. *l. 31. locat.* SANTERN. *pag. 3. num. 9.*

43 Non deſunt, qui ſocietatem ex participatione periculi, dum vnus illud in ſe ſuſcipit, alter pro eo rependit pretium, ſtatuere volunt. SANTER. *pag. 3. num. 9.*

44 Sunt etiam, qui mandatum inde fingunt, quod quis negotium alterius curet, dum merces ſaluas ad locum promit.

45 Ab his autem maxima turba Dd. diſſentiunt, et contractum hunc ſtatuit innominatum. PETR. SANT. *part. 1. num. 7. et 8.* P. AV-

GVST.

Digitized by Google

GVST. MORL. *in empor. iur. tit. 8. num. 25.* BENEV. STRACH. *tract.* 46
de adſecurat. part. 1. num. 47. ROT. GENVENS. *dec. 3. num. 28. et dec.*
63. n. 9. ANT. HERING. *tract. de fideiuſſor. cap. 19. num. 19.* SYLVEST.
in v. Negot. quaeſt. 5. In primis hanc ſententiam operoſe defendit,
et multis rationibus ſtatuminat RVTG. RVLAND. *in tract. de commiſſ.* 47
part. 2. lib. 3. cap. 15. num. 5. et in ſpeciali relatione ſuper quaeſt. de
non exſoluto praemio, Hamburgi Anno 1630. excuſa. Adprobant eam
ICtus ANONYMVS *et* PETR. SNELLER. *in conſil. huic relationi adiun-*
cto, cum multis aliis ICtis, qui dictam relationem ſua ſubſcriptione
firmarunt. Rationes ſunt, 1. quod iuri ciuili hic contractus incogni- 48
tus, et ex eo nullum nomen habeat, *arg. l. 7. d. pact.* 2. Certus
ſit nominatorum numerus, qui ne lites excreſcant, non ſit multipli- 49
candus. 3. Formulam generalem habeat, et nullis limitibus inclu- 50
ſam, ſolo negotio ciuili conſtantem, quae nota innominatorum con-
tractuum. Sic 4. a conſuetudine inuentus, et ideo innominatus. In
dubio 5. omnis contractus cenſeatur innominatus, *l. pen. de praeſcript.* 51
verb. l. 44. pr. ſocio. et ex eo 6. competat actio ex lege, quae genera-
lis, et ex contractibus innominatis oriatur. OLDENDORP. *in claſſib.* 52
ſub rubric. d. condict. ex lege. Addit ICtus ANONYMVS, quod 7. in
ſtatutis ciuitatis Hamburgenſis plane ſit praeteritus, et quod 8. ſub 53
conditione et modo, vel 9. verbis ſeu particulis, (vt dummodo) con-
cludatur, SANTERN. *part. 3. num. 24.* quae ſint notae contractuum 54
innominatorum, BR. *in L. 5. de naut. foen.* et quod 10. poenitentia in
eo, ſicut in cont. innomin. locum habeat. RVTG. RVLAND. *d. l. num.* 55
181. ſeqq. ICtus ANONYMVS *num. 10. et ſeqq.* SNELL. *d. l. num. 38. et*
ſeq. Quomodo autem contractus innominatus ſit, id praedicti Dd. ita 56
explicant, vel quod ſit contractus innominatus, do vt facias, ſcilicet ſe-
curum et omnis periculi immunem: vel diuerſimode inſpecto con- 57
trahendi ordine, ex parte dantis ſiue adſecurati ſit, do vt facias, ex
parte vero facientis ſiue adſecurantis, facio vt des, ſicut in emtione
venditione, locatione conductione, et ſimilibus. PET. SANTER. *in tr.*
de adſecurat. part. 1. n. 7. SNELLER. *d. l. num. 18.*

Hoc opinionum diſſidium dum examino, neutra illarum opinio- 58
num, quae hactenus propoſita, meum calculum accipere potuit. Ete-
nim tam quod illis conuentionibus, quae nomen habent, quam his,
quae eo deſtituuntur, obtendi poſſit, in promtu eſt, vt adeo faci- 59

lius ſit has omnes refellere, quam meliorem et optabiliorem reperire.
Quia vero liberum cuique eſt, in iuris diſciplina ſe ſuamque mentem
explicare, iudicium, quod illi Dd. ſibi ſumſerunt in alios, id in me
60 non reprehendent, ſi in illos ſumſero, et quae contra eorum ſen-
tentiam viſa, aperuero, addita poſtea mea ſententia, quam aequa-
nimae omnium ſententiae rurſus ſubiicio.

61 Principio igitur illa opinio, quae ſtatuit, contractum realem
eſſe, plane ſubſiſtere nequit, quia eius haec eſt conditio, vt illa ipſa
res, quae ad abuſum, vel vſum, vel alio modo tradita eſt, vel in ge-
62 nere, vel in ſpecie, reſtituenda ſit. In genere autem hic ad reſti-
tutionem nihil datur, et vana eſt quaeſtio. In ſpecie etiam ineptior,
nam pro datione factum interuenit, vel pro facto iuxta Dd. res danda,
et quidem non eadem res, ſed diuerſa, et plane inaequalis, vt adeo
63 valde ſtolidum fuerit, hunc contractum illis nominatis conuentionibus,
64 quae re conſtant, adſimulare. Res eſſet facilis per ſingulas ſpecies con-
tractuum hoc demonſtrare, ſed quia per ſe patet, ſuperfluus labor alibi
65 inſumendus eſt. Nec facit, quod hic detur aliquid, nam dubium
inter ipſos Dd. eſt, qui hoc volunt, an a datione contractus incipiat,
66 ſunt enim, qui a facto ordiuntur, nec certum eſt iuxta illorum opi-
nionem, an neceſſe ſit veram dationem interuenire, an ſufficiat fidem
habere, et ſpe futurae numerationis rei dationem fateri. Multo mi-
nus illud pro mutuo vel foenore nautico iuuare poteſt, quod de
67 periculo et vſuris maximis dictum eſt. Nam ibi creditor periculum
nummorum ſuſcipit, hic alia res venit in conſiderationem, ibi, ſi na-
68 uigatio aduerſa, et nummos perdit, et vſuras, hic vero praemium ſta-
tim debet dari, et niſi detur, nihilominus, etiamſi res pereat, poteſt pe-
tere. Ne dicam, vſurarum quantitates in his duabus conuentioni-
bus plane non conuenire.

69 Stipulatio enim nequit eſſe, tum quod ille contractus ſit tan-
70 tum ab vna parte, ſcilicet promiſſoris, obligatorius, hic vero tam
71 ille, qui ſuſcipit periculum, quam alter, qui promittit praemium, ſe ad
aliquid obligant, tum quod Dd. qui hoc ſtatuunt, etiam illud adfirment,
72 quod a datione debeat hic contractus incipere, quod ſane non conue-
73 nit cum ſtipulatione. Praeterea Santerna qui hoc loco allegatur, ſta-
tuit infra, vbi itidem producitur, eſſe contractum innominatum.
74 Quod et facit RVTG. RVLANDVS, vt adeo de incertitudine illa nihil

certum

Digitized by Google

certum proferri poſſit Et quamquam dicere velit, ſtipulationem poſſe 75
accedere contractui innominato, quo R. Rulandus reſpicere videtur,
id tamen dubium, et ſi ita eſſet, non de eo eſt quaeſtio, ſed qualis
contractus in ſua natura ſtipulatio, an innominatus ſit, controuerti- 76
tur. Nec quidquam LL. allegatae huic ſuffragantur, nam *l. 26. d.* 77
vſur. agit de quantitate vſurarum, *l. 6. d. foen. naut.* agit de vſura maritima, et quidem obligatis mercibus in diuerſis nauibus, quod nullo 78
modo huc adplicari poteſt. *vid. explic. hui. Leg. ſupr. c. 5. n. 84. et ſeqq.*

Idem dicendum eſt de fideiuſſione, tum quia per ſtipulationem 79
conſtituitur, ideo quae de illa dicta ſunt, hic aeque obtinent, tum
quod fideiuſſio non ſolum in rebus maritimis et caſibus fortuitis, ſed 80
infinitis aliis modis, quoties quis magis fideiuſſoris fidem, quam principalis debitoris, ſequi velit, locum habet, tum quod illa ratio, quod
rem ſecuram faciat, nimis generalis eſt, et ita pignus vel alius mo- 81
dus adſecurandi poſſent adſecuratio dici, quod ſicut ſuo ſenſu in genere
verum, ita hic plane inutile. Denique in fideiuſſione et principalis, 82
et fideiuſſor pro vno debito aeque ſunt obligati, hic tantum ille, qui 83
merces ſaluas recipit. Allegati enim Dd. STRACCHA *n. 47.* MORLA *n. 25.*
HERINGIVS *c. 19. n. 19.* poſtea in eorum numero inueniuntur, qui innominatum ſtatuunt contractum, ſibi ipſis diſſentientes.

Quod etiam ſpe futurae numerationis quis fateatur ſe acce- 84
piſſe pecuniam, et hic contractus ſcriptura celebretur, illud non probabit, litterarum obligationem eſſe. Nam ille contractus loquitur 85
de numerata pecunia, quae reddi debet, et dicitur quod ex confeſſione fiat condemnatio, ſi quis ſtatuto tempore exceptione ſe non
defenderit, hic autem nulla conuentione eſt de reddenda pecunia, 86
nec petit adſecuratus pecuniam datam, ſed pecuniam promiſſam pro
euentu periculi, ſi merces perierint. Scriptura etiam tantum proba- 87
tionis gratia interuenit, vt de tempore, loco, mercibus et praemio 88
conſtet, non vero, vt quis ſimpliciter obligetur quia ſcripſerit, ſed vt
eius, quod ſcripſit, facilior ſit probatio.

Vt plurimum autem plerique putant, emtionem venditionem 89
hic contrahi. Sed nihil minus, quam hoc, ſubſiſtere poteſt. Non
quidem ex ea ratione, quam apud non neminem reperio, quod em- 90
tio conſenſu, adſecuratio re conſtet, et quod tria emtionis ſint ſub- 91
ſtantialia, conſenſus, res, pretium, in adſecuratione vero tantum

 duo

Digitized by Google

92 duo, conſenſus et praemium, nam vtrumque in ſe continet petitionem principii, ab illis enim, qui negant adſecurationem contractum
93 innominatum eſſe, et hoc negatur, eam re conſtare, et ſi vera eſt illa ſententia, quod conſenſu conſtet, iam tria ſunt eius requiſita, quo minus enim praeter conſenſum, et praemium, merces in conſiderationem venire poſſint, nulla ratio prohibet, et quid eſt quod peri-
94 culi euentus dicitur venditus, ſi non eius haberetur ratio. Illud autem maxime emtioni videtur obſtare, quod Dd. illi, qui ſtatuunt
95 emtionem, inter ſe non certo ponant, quis in hoc contractu venditor, quis emtor, quid merces, quid pretium eſt, et quod plus eſt,
96 idem vtrumque eſſe poteſt. Nam quod Dd. ſupra *n. 37.* dicunt adſecuratorem periculi euentum emere, et adſecuratum eum pro certo praemio vendere: id RVTG. RVLAND. *ſupr. n. 39.* in contrarium explicat, quod adſecurator vendit periculi euentum, et adſecuratus eum
97 emat pro praemio. Quod quidem ſicut adpareat veriſimilius eſt, ita Dd. obſcuros facit, dum id ſtatuunt, ſuper cuius intellectu adhuc du-
98 bii ſunt. Interim abſurdum eſt, in emtione vtrumque dare pecuniam.
99 At hoc fit in adſecuratione, tam enim adſecuratus dat praemium, quod conſiſtit in pecunia, quam adſecurator, ſi merces perierint, ſcilicet
100 earum aeſtimationem. Quod ſi dicas, ſi merces ſaluae peruenerint,
101 nihil praeſtare; quid ergo, rogo vendidit, vel emit? Si periculi e-
102 uentum, hoc nihil eſt, quum adſecuratus ſuas merces ſaluas habeat,
103 et exinde ſequeretur, hunc contractum claudicare, et incertum eſſe, et ex ſolo euentu fere, ſi merces pereant, emtionem eſſe, quod vt ridiculum, ita vel ſolum ſufficeret, male eam emtioni aequiparari. Prae-
104 terea in emtione requiritur proportio inter rem emtam et venditam, ideo enim nummus inuentus, et emtioni eſſentialis factus, vt pariator eſſet inaequalitatis, ſicut etiam, ſi nimia laeſio eſt, et vltra dimidium,
105 remedio. *l. 2. C. de reſcr. pt. vendit.* contractus reſcindi poteſt. In ad-
106 ſecuratione autem, vbi pro centum ſex vel octo dantur, eſt immenſa inaequalitas, et plane emtioni diſpar, perpetuo ergo hic contractus ſi emtio eſſe deberet, fluctuaret, et reſciſſioni maneret obnoxius. Et
107 hoc bene animaduertit ICtus ANONYMVS *num. 59. et ſeqq.* quando dicit, venditorem teneri transferre dominium mercium, *l. 11. §. 2. l. 30.*
108 *§. 1. de act. emt.* quod non fiat in adſecuratione, ſed ſi merces ſaluae
109 peruenerint, tantum praemium eum dare, et merces manere venditoris,

Digitized by Google

toris, ſi vero perierint, ab vtraque parte eſſe pecuniae praeſtationem. 101
Nec obſtat, *l. 8. de contr. emt.* nam in illa, ſi non in totum ſaltem aliquatenus eſt quaedam proportio, ad minimum in caſu proſperae fortunae, quo emtor vel duplum lucrari poſſit, quum ex aduerſo, ſiue proſpera, ſiue aduerſa fortuna ſit, vltra pactum praemium nihil accipiat. Adhaec, in tali conuentione verum corpus eſt, ſcilicet piſces, licet nondum capti ſint: at hic nullum corpus conſideratur, ſed 111
ſi felix eſt nauigatio, merces manent domini, nec fictio periculi pro 112
vero corpore haberi poteſt.

Quomodo autem locatio conductio eſſe poſſit, nullatenus video, quod enim adſecurator locet pro pretio ſecuram conditionem 113
mercium, id nihil eſt dicere, nam ſi locatio eſſe deberet, pro mercede deberet vſus rei praeſtari, hic autem adſecurator non praeſtat 114
vſum rei, nam adſecuratus per ſe eſt dominus rei, nec adſecuratus 115
dat praemium pro vſu, ſed pro ſuſceptione periculi, quae nihil communia habent, vt taceam, locationem conductionem non eſſe contra- 116
ctum ſuper caſu et rebus fortuitis. Quod vero MORLA allegato loco 117
dicit, ſi contrahitur duntaxat, vt merces nauta in naue transuehat, atque transducat, erit contractus locationis, nugae ſunt, nemo enim 118
hoc negat, tali caſu eſſe puram locutionem, ſed id in quaeſtione eſt, qualis contractus eſt, ſi pro pretio quis periculum periturarum mer- 119
cium ſuſcipit? Abſurdum autem plane eſt, ex *Lege 31. locat.* vbi a- 120
gitur de actione oneris auerſi, hanc conuentionem ad locationem conductionem velle referre. Nam plane alius eius legis ſenſus eſt, et 121
actio ibi ex delicto, non contractu, profluit, vt *infr. cap. 10. et cap. 17.* dicemus latius.

Societas etiam nulla ratione eſſe poteſt, quia non eſt hic par- 122
ticipatio periculi, et adſecuratus ideo dat praemium, vt velit immunis eſſe a periculo, et ſi dicere velimus, ideo, quod vnus damnum 123
ſolum ſuſtineat, alter pro eo aliquid det pecuniae, inde ſocietatem eſſe, certe non alia eſſet, quam leonina *in l. 29. §. 1. pr. ſoci.* reprobata. Praeterea in ſocietatem vel operam, vel res, conferunt ſocii, 124
quorum hic nihil ab adſecurato fit, et licet proemium det, non tamen dat in quaeſtum vel communionem, ſed vt alter ipſi praeſtet periculum. Quae hic ſocietati, vtpote fraternitatis ius habenti, contra- 125
ria ſunt.

126 Contra mandatum etiam eſt, quod hic actus non gratuitus
ſit, nec quis negotium alterius ſuſcipiat. Licet enim adſecuratus qui-
127 dem periculum ſuſtinere cogatur, hoc tamen non eſt tale negotium,
quod ſub mandato contineri poteſt, nec adſecurator id negotium quo-
128 modo adſecuratus velit, ſcilicet, vt ſine damno merces perueniant,
ſemper implet. Adhaec, quando merces pereunt, aliud praeſtat, vt
adeo duo negotia in hoc contractu inuenirentur.

129 Adparet ex his, inter eas conuentiones, quas hactenus ex
nominatis recenſuimus, propter diuerſas rationes adſecurationem
130 cenſeri non poſſe. Paria obſtacula ſe offerunt, cur nec contractibus
131 innominatis queat adnumerari. Primo enim certum eſt apud Dd.
in primis illos, qui in hac materia operam collocarunt, quod con-
132 tractus innominatus re, vel facto conſtet, nec ſine alterutro eorum
133 pro contractu haberi poſſit. Iam ſunt multi inter eos, qui modo huic,
modo illi conuentioni nominatae adplicant, quod certiſſimum eſt in-
dicium, eos ambigere, an res vel factum ad conſtitutionem huius con-
134 uentionis de neceſſitate requiratur. Euincit hoc 2. ipſa ſcriptura et in-
ſtrumentum adſecurationis, quod ſaepe ita concipitur, ſicut ex for-
mulis a R. RVLAND. collectis et conſilio ſubiectis *pag. 169. 176. 191.* col-
135 ligitur, quaſi iam praemium numeratum eſſet, ſaepe quod numerari
debeat, ſaepe etiam differatur ad certos menſes et tempus. Quae
136 omnia, ſi de eſſentia contractus eſſet datio vel factum, non poſſent o-
mitti, ſed in ipſo initio contractus deberent interuenire. Nam ſicut
137 mutuum, commodatum, depoſitum, pignus, non ſunt talis contra-
ctus, ſi conueniat de pecunia, vel re ad vſum, cuſtodiam, aut ſe-
curitatem danda, niſi pecunia numeretur, et res tradatur; ita idem
hoc loco et quam maxime dicendum eſſet. Interuentus enim rei a
138 Dd. pro forma requiritur. Forma autem initio conſtituitur; et per
139 illam res eſſe ſuum accipit. *l. 9. §. 3. ad exhibend.* Neceſſario igitur
talis rei interuentus in initio deberet praeſtari in innominatis con-
140 uentionibus, quod ſi non fit, ſed Dd. illi ipſi, qui tam acriter pro
contractu innominato pugnant, concedunt, poſſe interuentum rei omitti,
141 vel differri, iam ſequeretur pro forma non eſſe, et ideoq nec contractum
142 innominatum eſſe. Forma enim nequit abeſſe, et ipſa non ſeruata, actus
143 ipſo iure nullus eſt. Tertio autem quam maxime huic opinioni ad-
uerſatur, quod Dd. inter ſe hactenus nequiuerint conuenire, ad quem
ordi-

Digitized by Google

ordinem inter contractus innominatos, adſecuratio referenda ſit. Nam BENEV. STRACCH. *tr. d. Adſecur. p. 1. n. 47.* dicit, eſſe ſpeciem facio vt 144
des, i. e. ſuſcipio periculum, vt des. Idem SANTERN. *part. 1. num. 1.* 145
HERING. *tr. de fideiuſſ. cap. 19. n. 19.* aiunt. Mox SANTERNA *3. part. n. 13.* dicit eſſe, Do vt facias, dominus enim mercium dat pecuniam, et procurat, vt merces ſaluae ſint. SYLVEST. *in verb. negotium qu. 5.* TABIENS. 146
in §. vſura. 11. n. 2. Hic SANTERN. iterum *d. l.* dicit, eſſe vtrumque ex parte dantis ſeu adſecurati do, vt facias, ex parte facientis ſ. adſecurantis, facio vt des. Hoc amplectitur ROTA *Genuenſ. in deciſ. 3. n. 28.* 147
et 36. n. 9. PETR. SNELLER. *in ſupr. allegat. conſil. n. 18.* Hanc ſententiam autem ICtus ANONYMVS *in d. conſil. n. 33. et ſeqq.* omnimodo im- 148
pugnat, adſerens; quamuis quidam ſint in ea opinione, quod ſit ad 149
articulum facio vt des referenda, tamen ſe putare, magis ad contractus qui re perficiuntur, pertinere, et eſſe ſpeciem do vt des, rationem quod iuxta OLDENDORP. *in claſſib. act. 40. in fin.* inſpiciendum ſit, quid 150
principaliter intendatur, quum igitur hic factum ad dationem dirigatur, nempe ſi merces perierint, vt certa ſumma pecuniae detur, et ita principaliter aeſtimatio mercium intendatur, recte dici, eſſe conuentio- 151
nem do, vt des. Huic hactenus RVTG. RVL. *in conſil. n. 194.* conſen- 152
tit, quod dicat, magis hunc contractum adfinem eſſe illis, qui re conſtant, quam qui conſenſu. Sed in eo ſibi contrarius eſt, quod *infr. d. conſil. num. 95. et in tr. d. Commiſſion. part. 3. lib. 2. cap. 15.* dixe- 153
rat, ſe defendere Santernae opinionem; at ille vtrumque adſeruit: niſi dicere velimus, hanc R. Rulandi mentem eſſe, ſe defendere Santernam, quod verba *in libr. d. Commiſſ.* demonſtrant, quando ſtatuit 154
pertinere ad articulum facio, vt des. Quod ſi ita eſt, iam in *num. 194.* conſilii ſibi contradixit. Dum igitur ita fluctuant doctores in adſignan- 155
do genere contractus, commodius eſt, in totum ab ea opinione recedere. Praeſertim quum dicant, quod hic contractus ſub modo et 156
conditione, ſi praemium ſolueris, intelligatur initus. At conditio et modus tamquam extrinſeca non ingrediuntur eſſentiam contractus. 157
Vt taceam, 4. de illis factis vt plurimum *in tit. de praeſcript. verbis.* 158
agi, quae non ſuper euentu conſiſtunt, ſed in poteſtate promiſſoris ſita ſunt. *l. 15. l. 22. d. praeſcript. verb.*

Perpenſis igitur omnibus, ſtatuere non formido, aſſecuratio- 159
nem eſſe contractum nominatum. Non quidem, quod praeciſe ne- 160

ceſſum

Digitized by Google

ceſſum ſit, vt ad vnum ex illis, quos protulimus, referatur, ſed quod
161 ſua natura et propriis qualitatibus conſtet, et ſicut reliqui vſu et ne-
ceſſitate humana exigente nomen inuenerit. Si enim iuris gentium
162 pleraeque conuentiones nomen acceperunt tacito conſenſu, cur non
idem potuit adſecuratio a multis vel pluribus gentibus adipiſci? Vel
163 ſi a ſolis Romanis ſtipulatio potuit nominata conuentio declarari, quis
164 vetabit alios populos, vt adſecurationi id tribuerent? Immo ſi impe-
ratori Leoni licuit emphyteuſin a locat. conductione, et emt vendi-
165 tione ſeparare, *§. 4. d. locat. cond.* cur non Philippo Regi Hiſpania-
rum, poſt multas diſputationes, licere potuerit adſecurationem ab em-
tione, locatione, vel aliis conuentionibus nominatis ſegregare? Sta-
166 tuo igitur, adſecurationem eſſe contractum nominatum, ſed ſuis pactio-
nibus, quibus a reliquis omnibus ſeparetur, conſtantem. Rationes
167 ſunt: quod 1. hic contractus ſpeciale nomen habeat, et quidem tale,
vt illud nulli alii conuentioni adplicari poſſit, ſed ſtatim ille ex ſolo
168 nomine dignoſcatur. Et ſtabilit hoc, quod 2. nomen illud ex eadem
ratione et modo acceperit, ſicut reliquae nominatae conuentiones.
169 Nominatio ergo operationem habere debet, et talis iudicatur con-
tractus, quale ipſi nomen inditum. BORCH. *conſil. 15. §. 13. part. 1.* Ete-
170 nim cur ex conuentionibus nominatis actio detur, non eſt haec cauſſa,
quod nomen habeant, ſed quod cauſſam. *l. 7. §. 1. d. pact.* Nomen
171 enim accidens eſt, nec validum ſatis vt propterea detur actio. BACCH.
in πρωτ. ff. tit. d. pact, pag. 567. Cauſſa autem illa, vt DONELL. *12.*
172 *Comm. 9.* MART. BÖKEL *diſp. inaug. d. pact. th. 6.* eſt illa vis, quae pro-
ducit actionem, illa autem vis rurſus colligitur ex neceſſitate et vtili-
173 tate. Quia igitur propter frequentem vſum et vtilitatem talem na-
turam nominatae conuentiones acceperunt, dictae ſunt nominati con-
174 tractus, non quod nomen cauſſa actionis eſſet, ſed quod indicaret,
ſaltem illis conuentionibus talem vim et naturam ineſſe, vt ex ipſo,
et ſolo nomine, etiamſi ſpecialiter nihil eſſet dictum, ſatis intellige-
175 rentur. HVG. GROT. *2. de iure Belli et Pac. 12. n. 3.* Hinc etiam in dictis
conuentionibus certae erant proditae formulae, quum contra in cae-
teris contractibus minus frequentibus hoc tantum ineſſet, quod di-
176 ctum eſſet, et proinde non certa formula, ſed ad factum accommo-
177 data, et praeſcriptis verbis dicta actio daretur. Haec ſi ad adſecu-
rationem adplicentur, certe non minor eius eſt vtilitas, et neceſſitas,
quam

quam vllius ex reliquis nominatae conuentionis, quapropter nihil 178
impedit, ei, quum habeat talem naturam, nomen tribuere, et inui-
dioſum eſſet, exſiſtenti rei nomen denegare velle. Rurſus ſi 3. con-
ſideretur, qua ratione reliquae conuentiones, iam exiſtente publica 179
vtilitate, et neceſſitate, nomen acceperint, non alia erit, quam quod
BOCKEL. *d. l.* adnotauit auctoritas publica. Conuentionibus enim iu- 180
ris gentium populi et gentes, exigente neceſſitate humana, nomen de- 181
derunt, non quidem expreſſa aliqua lege, ſed tacito vſu, quia gen-
tes illa nomina vſurparunt. Ex eo enim ius gentium colligitur, quod 182
ſicut de conſuetudine dicitur, tacito conſenſu introductum, eius ori-
go ignoretur, ſed ſufficiat, non exſtare principii memoriam, et ab o- 183
mnibus gentibus, vel maiori parte, cultioribus tamen, hoc pro iure v-
ſurpatum fuiſſe. Caeteris conuentionibus nominatis potuerunt ci- 184
ues in ſua republica nomen attribuere. Sic Romani ſtipulationem, 185
poſtmodum imperatores donationem, ſponſalitiam largitatem, emphy- 186
teuſin inuenerunt. Quod igitur iuris illis et aliis gentibus vel ciui- 187
bus licuerit, cur hodie non idem adhuc populis, vel rebuspublicis liceat?
Siue igitur dicere velimus, adſecurationem eſſe inuentum iuris gentium, 188
ideo quod omnes populi, qui culti, et mercaturae maritimae notitiam
habent, eam vſurpent, ſiue iuris ciuilis, ideo, quod Philippus eam in 189
ſua ordinatione ſpecialibus terminis et notis circumſcripſerit, perin-
de eſt, manet tamen vtroque modo, conuentionem nominatam ab e-
gregio nomine, quo caeteris etiam contradiſtinguitur, adpellari poſ-
ſe. Firmat hoc 4. quod hic contractus in ſtatutis ciuitatis Antwer- 190
pianae ſpecialem titulum ſub qualitate nominatae conuentionis, *tit.*
24. von Contracten, von Adſecurantien, acceperit. Nullatenus vero
ſit ſub titulo emtionis locationis, vel fideiuſſionis collocatus. A ru- 191
brica autem in dubio ducitur argumentum. EVERH. *in loco legat.* 192
tit. a. rubr. SIXTIN. *in Conſil. Marpurg. conſ. 14. num. 20. pag. 3.* Idem
etiam 5. Philippus Rex Hiſpaniarum in ordinatione ſua, quae poſtre- 193
mo Anno 1570. publicata, confirmauit, et ſimul accurate eius pactio- 194
nes, quibus a reliquis nominatis conuentionibus diſtinguitur, expreſ-
ſit. Et quia Dd. et mercatores vnanimiter conſentiunt, in hac ma- 195
teria ordinationes Antwerpienſes et Hiſpanicas in conficiendo polli-
ce ſeu inſtrumento obſeruari, et debere hoc fieri, non video, quo- 196
modo adſecurationem nominatam conuentionem propter nomen, quod

197 in illis ordinationibus ei tributum , nolint agnoſcere , quum rem
198 ipſam habeant, et id commode fieri poſſit. Facit 5. quod Dd. qui
ſuper hunc contractum commentati, in ſpecialibus tractibus, et titu-
lis hoc fecerunt, ſicut hoc factum A SANTERN. STRACCHA R. RVLAN-
DO, quod vel ſolum eos ſimul monuiſſe deberet, ne eum pro con-
199 tractu innominato haberent. Vt taceam, 6. contractum innominatum,
200 quando participat de nominato, eius naturam induere. VVLTEI. *con-
ſil. Marpurg. part. 2. num. 15.* et in dubio contractum magis pro no-
201 minato, quam innominato, habendum. Ille enim nomine et formu-
la agendi certus, hic propter vagam naturam incertus, et ideo prae-
202 ſcriptis verbis formulam accipit. Magis autem illud ſequendum, quod
certum, quam incertum, quum incertitudo actum vitiet.

203 Ab hac ſententia me non dimouent, quae pro ſtabiliendo
contractu innominato ſupra a Dd. fuerint in medium adlata. Nam
204 quod 1. dicunt, iuri ciuili Romanorum hunc contractum fuiſſe inco-
gnitum, nec eo nomen habere , id nihil concludit. Nullibi enim
dicitur, quod Romani ſoli hanc poteſtatem habuerint ſuo tempore,
contractum nominatum faciendi. Quod illis licuit, et hodie aliis
205 gentibus in ſuis rebuspublicis licet. Falſum etiam eſt, conuentiones
nominatas a iure ciuili Romano nomen accepiſſe. Ius gentium enim
eas inuenit, et ſimul nomen tribuit. *l. 5. de iuſtitia et iur. l. 7. ſ. 1.*
206 *de pact.* Pauci contractus ſunt, quibus ius ciuile nomen dedit , et ſi
207 ſtipulationem exceperis, vix vllus. Quod igitur Romani ſuo tem-
pore fecerunt, id poſtea Antwerpienſes et Philippus eadem poteſta-
208 te. Quod ſi dicas, Antwerpienſes ſibi tantum aliquid ſtatuere po-
tuiſſe, et Philippum ſuis ſubditis: id verum eſt , quum et Romano-
209 rum poteſtas olim vltra ciues et ſubditos non fuerit, et ideo licet ho-
die paſſim Romanae leges doceantur, et iuxta eas iudicetur, illae ve-
ro maneant nihilominus origine iuris ciuilis, ita etiam adſecurationi
paſſim receptae non demit originem, quod ab Antwerpienſibus pri-
210 mo diſtincta fuerit. Quid ſi ad priora tempora ante ſtatuta Antwer-
pienſia confecta reſpexerimus. et iam Italis et Hiſpanis fuiſſe contra-
211 ctum in vſu, dicamus, et hoc ſubinde alios populos ſequutos eſſe, ni-
hil aliud inde deduceretur, quam nomen habuiſſe, vnde innoteſce-
212 re aliis populis coeperit, et, quia pleraeque gentes hodie eum habent,
quid prohiberet, pro iuris gentium conuentione haberi? Nam vt
eodem

eodem tempore apud omnes gentes ſimul contractus exſiſtat, non o- 213
pus eſt, ſufficit in vna incipere, et pedetentim progreſſum ad caeteras
fieri. Sic permutatio fuit antiquior emtione, et iam emtione a plu- 214
ribus recepta, adhuc apud alias permutatio erat in vſu. *l. 1. d. con-*
trah. emt. §. 3. de emt Succeſſu autem temporis ad reliquos perue-
nit. Interim vtraque tam permutatio, quam emtio, iuris gentium 215
contractus fuerunt. *l. 1. § 1. et 2. d. cont. emt.* Eadem ratione ab I- 216
talis vel Hiſpanis coepta adſecuratio ſe poſtea reliquis populis com-
mendauit, adeo, vt nulla fere hodie gens ſit nauigationi operans, quae
eam non receperit. Si iam ius gentium eſt, quod gentes exigente 217
vſu, et humanis neceſſitatibus ſibi conſtituerunt, *§. 3. de I. N. G. et*
Ciu. adſecuratio autem hoc conſtituta ſit, ſequitur, non male eam 218
iuris gentium dici conuentionem, et quidem nominatam, quia ſimul
nomen diſtinctum ab aliis acceperit. Illud autem non opus eſt, quod 219
Romanis debuerit hic contractus cognitus eſſe, nam non potuit eo
tempore, quo Romani rerum potirentur, eius vtilitas, exegiſſe. Sicut
igitur illi pro ſua vtilitate modo hoc, modo illud inuenerunt in con- 220
tractibus, quod vel ſolum foenus nauticum docere poteſt, ita et re-
liquis gentibus idem licet, nec ſolis Romanis hoc permiſſum, contra- 221
ctum vnum iuris gentium dicere, vel alium iuris ciuilis facere, quin
non in alio contractu idem liceat aliis gentibus in ſuis ciuitatibus. Ob-
tinet igitur hic regula Iuſtiniani: *in l. 2. §. 18. de I. V. E.* natura quo- 222
tidie deproperat edere nouas formas, nec omnia apud maiores me-
liora, noſtra quoque aetas multa laudanda et imitanda poſteris inue-
nit et reliquit. TAC. 3. *annal.* Poſſet hic quis dicere, nullum con- 223
tractum ſimul iuris gentium et ciuilis eſſe poſſe, et ideo incertum
manere, an hic contractus iuris gentium, vel ciuilis ſit? Non addu-
cemus, quod Dd. in ore frequens, aliquem contractum origine iuris 224
gentium, forma iuris ciuilis eſſe: ſaltem id obſeruandum eſt, ſuper
hac re hic principaliter non quaeri, ſed hoc decidi, ſiue huic con- 225
tractui nomen ex iure gentium, ſiue ex iure ciuili, ſeu ſtatutis Ant-
werpienſium adſtruere velimus, (adhuc in medio relinquentes, cui, iu-
ri gentium, an ciuili, origo eius adſcribenda,) eſſe eam nominatam, et 226
non innominatam conuentionem. Ad 2. quod certus ſit contractuum no- 227
minatorum numerus, reſponderi poteſt, quod hoc ſit valde incertum,
nec hoc negotia humana permittant. Praeterea non poteſt probari, 228

 Roma-

Digitized by Google

229 Romanos certum numerum ſtatuiſſe, quaſi plures eſſe non deberent,
et ſi ſtatuiſſent, nec illi ipſi, quo minus hoc mutare poſſent, nec aliae
230 gentes, ea lege tenerentur. Sicut igitur illi ipſi iuris gentium conuen-
tionibus nominatis addiderunt ſtipulationem: ita ſimiliter reliquis gen-
231 tibus licuit adſecurationem vel alium addere. Singulis quidem ſae-
culis, et frequenter non fit, vt noui contractus excogitentur, ſed
eius cauſſa non eſt, quod fieri non poſſit, ſed quod rerum neceſſi-
232 tas non exigat. Illud autem ridiculum eſt, quaſi lites excreſcerent,
233 ſi plures contractus nominati eſſent. Quaſi ſane ex innominatis non ori-
rentur lites? et quidem plures? et quidem ideo, quod ſine nomine
234 vagam et incertam naturam habent. Qua de cauſſa tam litigantes,
quam iudex, ſuper eo longe dubitant, et litigant, antequam ad contro-
uerſiam primariam deuenire poſſint. Sola adſecuratio hoc monſtrat,
235 quomodo ſuper eius qualitate an nominatus, vel innominatus con-
tractus eſſet, et deinde, quae ex ea actio competeret, diſſentientibus
Dd. hinc inde fuerit diſputatum, quae omnia ceſſare poſſunt, ſi no-
236 minata conuentio ſtatuitur. Tertium obiectum, quod formulam ge-
237 neralem adſecuratio habeat, falſum eſt. Eſt enim ſuis limitibus incluſa,
vt poſtea dicemus, nec vllus contractus eſt, qui cum ipſa aequipa-
ratur, ad haec formulae contractuum innominatorum adeo contrariae
238 et generales ſunt, vt nihil de iis poſſit certum ſtatui. Eiuſdem farinae
eſt, quod 4. dicitur, conſuetudine inuentum, et ideo innominatum eſ-
239 ſe. Quod enim ſi dicemus Philippica conſtitutione inuentum eſſe,
et ideo nominatum. At demus prima origine ex conſuetudine eſſe,
certe inde nihil aliud ſequeretur, quam omnes iuris gentium con-
240 uentiones quae eo modo coeperunt, innominatas eſſe. Quintum
plane poteſt inuerti, et rectius dicitur, in dubio omnem contractum
241 nominatum eſſe. *ſupr. n. 200.*. Non ſtringit etiam 6. quod ex OL-
DENDORPIO adfertur, condictionem ex lege, quae ex contractibus inno-
242 minatis datur, hinc competere. Nam OLDENDORP. *d. l.* agit de illis
obligationibus quae ex lege inductae ſunt, et certum auctorem ha-
243 bent. At diſſentientes hactenus dixerunt, hanc conuentionem ex con-
244 ſuetudine eſſe, quae legi opponitur. Si etiam vellent reuocare, et
defendere, ſe non negare ex ordinatione Philippica eſſe, tunc certe
245 non poſſet illi articulus vel do vt des, vel facio vt facias adplicari, vt-
pote ex quibus conuentionibus datur actio praeſcriptis verbis, et non
con-

condictio ex lege. Deinde OLDENDORP. dicit, condictionem ex lege 246
ex tali negotio competere, quod lucri cauſſa paratum non eſt. Quin
autem adſecuratio ſit lucri cauſſa inuenta, nemo diffitebitur. Summa- 247
tim condictio ex lege datur ex obligatione noua introducta. *l. 1. d. cond.*
ex lege. At diſſentientes hic nullam agnouerunt nouam obligationem. 248
E. nec condictionem ex lege coniicere poſſunt. Nec illud adhuc 249
probarunt, condictionem ex lege dari ex contractibus innomina-
tis. Immo condictio ex lege datur ex obligatione noua. At con- 250
tractus innominati veniunt ex negotio incerto et vago. Quae
certe contrarietatem inducent, ſi contractum innominatum dicere ve- 251
limus, et tamen ex certa et noua lege actionem prouenire. Quod 252
vero 7. in ſtatutis ciuitatis Hamburgenſis omiſſus ſit, id non facit con-
tractum innominatum. Potuerunt conditores ſtatuti huius rei cauſſas 253
habuiſſe, et fortaſſe an diſputationes ICtorum ſuper contractus natura,
ſtatuentes dubios reddiderunt, vt maluerint de eo ſilere, quam in-
tempeſtiue aliquid decernere. Interim ſufficit, quod a ſtatuto non 254
inter contractus innominatos refertur. Quod vero 8. ſub conditione et 255
modo, vel 9. particulis ſuſpenſiuis fiat, non facit contractum innomina-
tum. Etiam nominatae conuentiones talia admittunt. *§. 2. d. v. obl.* 256
et nullibi dicitur, quod illae particulae notae ſint contractuum inno-
minatorum. Demum quod 10. de poenitentia adfertur, id nihil ob- 257
ſtare, *infra n. 600. et ſeqq.* explicabitur. Interim poenitentia etiam in
nominatis locum habet, ne dicam, hic poenitentiam locum habere non
poſſe, nam facta infecta fieri non poſſunt, et ſi dans poenitere vellet, 258
alter hoc pro lucro non pro damno reputabit, ſicut *infra plur. n. 600.*
dicemus. Fruſtra igitur Dd. deſudant illud explicare, quomodo con- 259
tractus innominatus ſit. Vtrumque enim articulum recipere non po-
teſt, do vt des, facio vt facias; et quamquam Santerna reſpectu or- 260
dinis, et eius, qui contractum incipit, modo ad hunc, modo ad illum
articulum pertinere velit, dubium tamen per aeque dubium explicat,
et quia certus non eſt ordo, ex accidenti illo, quod hic vel iſte con- 261
tractui principium dederit, numquam contractus nominatus vel inno-
minatus dici poteſt.

Demonſtrato, adſecurationem eſſe contractum nominatum, porro 262
exigitur, vt eius naturam inueſtigemus. Eſt autem adſecuratio con-
uentio de mercibus tuto aliunde transferendis pro certo praemio ſeu

Digitized by Google

eſt auerſio periculi: Vel contractus indemnitatis pro certo pretio.
263 Definitio exhibet tria requiſita, ſcilicet conſenſum, praemium, et
auerſionem periculi, reſpectu mercium ſub obligationem venientium.
An ſtatim praemium numerari, an vero prius adſecurator defunctus
264 eſſe periculo debeat, non additur, nec opus eſſe iudico. Sufficit, quod
certum ſit, quid vnusquisque praeſtare debeat, nempe alterum
dare pecuniam, alterum vero ſuſcipere periculum, et merces ſaluas
265 praeſtare. Hic enim effectus adſecurationis eſt, quod merces ſecure
transferri, et exportari debeant, et adſecurator earum indemnitatem
266 praeſtet, vel ſi perierint, earum valorem. Hinc alio nomine ab effe-
ctu, non male dicitur indemnitas, ſecuritas, Gallis *Adſeurance*, Ita-
lis *Sicurezza*, Hiſpanis *Seguridado*, Anglis *Quitneſſe*, aliis aliter, vt
fert idioma cuiusque populi.

267 Adſecuratio quidem vox Latina non eſt, nec tale verbum re-
peritur, quod ſecurum facere ſignificet. Non male autem illud Se-
268 necae huc quadrat, quod vocat indemnem facere. Quia vero nomen
ex vſu accepit, et ab illis populis, qui primo inuenerunt, in patria lin-
gua commodum nomen impoſitum, ſufficit, illud, licet barbarum, reti-
269 nere, quam rei bene intellectae inconuenienti vocabulo nebulas po-
270 nere. Et quamquam ſecuritas, tranquillitas, indemnitas, *Schadloſver-*
ſchreibung, idem quod adſecuratio ſignificet: ſunt tamen haec vocabula
nimis generalia, omnem cautionem continentia, et inidonea, vt con-
uentionem ipſam, qua mercium indemnitatem quis promittit, deno-
tent.

271 Diuiditur adſecuratio in terreſtrem, et maritimam. Illa eſt
272 ſuper rebus, quae terra, haec, quae mari transuehuntur. Rara illa,
frequens haec, ideo de hac potiſſimum hic dicta tractant.

273 Adſecuratio autem quum ſit contractus inter mercatores vſi-
tatus, omnes, qui ſe obligare poſſunt, et mercaturam exercere, adſe-
curare poſſunt, et ſe ad praeſtationem huius contractus obligare. Vn-
274 de videtur dicendum, qui a mercatura, et negotiis maritimis, vti
milites, clerici &c. arcentur, nec hunc contractum celebrare poſſe.
de quibus ne idem bis dicatur, commodius *infr. c. 15.* agetur. Sicut
275 et illae controuerſiae, ſi plures adſecurationem faciunt, et ſocii ſeu
correi debendi fiunt, vel credendi, illud obtinet, quod alibi de duobus
reis dicitur, et ex illis locis decidendum eſt.

Prae-

Praeſtatur autem adſecuratio ſuper omnibus rebus, quae ſunt in commercio. Vnde ſequitur, quod ſuper corpore et perſona liberi 276
hominis, nauigationi adhibiti, cuius nulla eſt aeſtimatio, non fiat ad- 277
ſecuratio. *l. fin. d. his qui deiecer.* In caeteris rebus vero manet regula,
niſi quod per ordinationem Philippi deciſum *art. 9.* quod nullus nauta 278
ſiue primi, medii, vel infimi ordinis, faber nauticus, claſſarii milites, 279
cuiusque ſtatus, poſſint ſuper locario ſuo adſecurationem facere. Cuius 280
non poteſt alia ratio eſſe, quam quod nondum illud integrum debea- 281
tur, antequam finis nauigationi impoſitus, ideoque non poſſit in taxationem venire, vel etiam vt ſint diligentiores, ſi ſciunt, locarium periculo obnoxium.

In rebus autem fit adſecuratio vel ſuper naui ſigillatim, vel
omnibus ſimul. In rebus videndum, an paruae vel magnae ſint: quod 282
denotare intereſt, quum in paruis non opus ſit, ſpecificare pretium, ſed ſufficiat demonſtrare ſchedulas, per quas pretium doceatur. RVL. *d. l. n. 4.* Magnae autem res hoc loco ſunt ſecundum ordinationem 283
Philippicam *art. 4. e. gr.* vinum, fruges, oleum, ſaccharum, ſal, adeps, butyrum, caſeus, lupulus &c. Parũae vero, pretioſi lapilli, 284
gemmae. &c. Vt ita in his rebus reſpectu magnitudinis, vel paruitatis, magis inſpiciatur pondus, quam aeſtimatio. Rurſus ſi dere 285
conſtet, an generalis ſuper omnibus facta ſit adſecuratio, an ſuper certis rebus expreſſa, videndum eſt. Nam ſub generali rerum, vel mercium nomine nauis non venit, nec vox (omnis) vtrumque ſignificat. SANTER. *part. 4. n. 69.* Si vero certa res eſt, ſpecifica deſcriptio 286
adeſſe debet, nec enim ſufficit, dicere vinum, ſed addendum eſt, an Rhenanum ſit, vel Gallicum, quum vnum praeſtet altero. Hic iterum videndum, an merces ſint naui illatae, vel non. Et quidem 287
ideo hoc in contractu adſecurationis ſpecificari debet, quia alias non va- 288
let, nam merces in naui fuiſſe, probari debet, et vt conſtet, ne quis 289
prohibitas merces habeat, nam de illis adſecuratio aeque non valet.

Si nauis expreſſe in adſecuratione poſita, non debent merces 290
transferri in aliam, P. SANT. *d. l. part. 3. n. 35.* STRACH. *gloſſ. 8. n. 2.* niſi clauſula addita, vt hoc liceat, quo caſu, ſi ſtatim in aliam delata, tenet 291
adſecuratio. STR. *d. l. n. 3.* Si non ſtatim delata, ſed merces adhuc in ſcapha perierunt, ſecus eſt. SANT. *d. l. n. 36.* Quod et obtinet, ſi non 292
in ſcapha, ſed loco oneris, perierunt. STR. *gloſſ. 12. num. 1.* Si vero 293
merces

294 merces in nauim delatae ſunt: inſpiciendum, an illae ſolae, an vero
etiam aliae poſtea delatae perierint. Nam adſecurator tantum tene-
tur de iis, quae tempore adſecurationis exiſtunt, quae vero poſtea
295 ſunt illatae ſub ea non comprehenduntur. SANTERN. *d. l. num. 49.*
STRACCH. *d. l. gloſſ. 6. num. 9.* In illis rurſus quaeritur, an aeſtima-
tae, id enim requiritur, SANTERN. *d. l. part. 3. num. 40.* an inaeſti-
matae, tunc enim ſi tempore adſecurationis fuerunt integrae, ille va-
lor inſpicitur, non quum perderentur. *idem d. l. num. 41. diſſ.* STRACCH.
296 *gloſſ. 6. n. 2.* Si aeſtimatae merces ſunt, videndum porro, vbi merces perie-
rint, an in portu, an extra eum, in medio mari, an vero quum peruenit na-
297 uis ad alium portum. Priori enim caſu non aliter tenetur adſecurans, quam
298 ſi extra portum nauis ducatur. Altero, an ante vel poſt adſecurationem
299 res perierint. Iſto caſu, ſi tempore contractus initi perierint, et ad-
ſecurationem petens hoc ſciuerit, non tenetur adſecurator, ſecus
ſi ignoret. STRACCH. *in gloſſ. 27.* ANT. GAMMA *deciſ. 181. num. 1.* Sci-
300 entia autem hoc caſu probari debet, et ſimul attendi, an non ſit con-
301 ſuetudo in contrarium. LEON. *in conſil. 22. num 5.* Hoc caſu, vi-
dendum, an tempus adiectum, quando portum egreſſura nauis ſit,
302 quod ſi obſeruatum, adſecurans tenetur. Si non eſt adiectum, et nau-
ta egreſſum diu diſtulerit, vtpote ſi Maio deberet nauigare, et ille
ſe Decembri naui committat, vel ſi alius caſus culpa nautae vel ad-
ſecurati interueniat, adſecurans non tenetur. STRACCH. *gloſſ. 20.*
303 *num. 3.* Poſteriori caſu, ſi locum, ad quem tendebat nauis, non at-
tigerit, ſed ſaltem portum, et eo caſu in portu, licet in ipſam ciuita-
tem nondum peruenerit, merces perierint, SANTERN. *d. l. num. 39.*
304 STRACCH. *gloſſ. 6. num. 1.* vel in ipſa exoneratione ſcapha ſubmerſa ſit,
adſecurans non tenetur. STRACCH. *d. l.*

305 Forma adſecurationis vel eſſentialis, vel accidentalis eſt. Il-
306 la conſiſtit in ſuſceptione periculi, et determinato ſuper ea pretio.
307 Nam vt praemium ſtatim numeretur, non opus eſt, vt *ſupra num.*
308 *263.* dictum. In prima, nempe ſuſceptione periculi, duo rurſus pro-
be obſeruanda, et quid periculi nomine veniat, et quomodo illud
309 reſpectu mercium taxetur. Solent hic quidem diſtinguere inter pe-
riculum, et caſum fortuitum, quaſi illud qualecumque damnum ſit, ſiue
310 dolo, ſiue culpa obortum, *l. 4. naut. caup. l. 1. de peric. rei vend. l. 13.*
d. liber. cauſ. l. 60. §. 6. locat. l. 25. pr. Socio. hic, quod caſu fortuito,
qui

Digitized by Google

qui prouidentia humana praecaueri non potuerit, contingit. *l.2. §.7.* 311
d. adm. rer. ad ciuit. pertin. Talia ſunt hoc caſu omnia damna, quae
a vento, vadis, ſyrtibus, tempeſtatibus, ſcopulis, igne, pirata-
rum aut latronum incurſibus, vel alia ratione naui et mercibus accidere
poſſunt. Haec damna rurſum ſunt vel ſolita vel inſolita. Illa ſunt quae 312
ſolent contingere, vt ſi aqua vel adſpergine merces deteriorentur, 313
quod fere quotidie vſu venit, quum a pluuia, vel alia aqua difficulter
caueri poſſit. Haec ſunt, quae quidem ſaepe ſed non ita ſemper 314
contingunt, et quae grauius damnum ſecum habent. Hic adſecura- 315
tor in exprimendo periculo vel caſu fortuito valde cautus eſſe debet,
quia enim caſus fortuiti variae ſunt ſpecies, ſi quis vnum, aut alterum,
e. gr. naufragium ſuſceperit, non ſtatim piratarum incurſum ſuſce-
piſſe videtur. Quamquam hoc caſu, ſi quis periculum in ſe ſuſcepit, 316
voce periculi tantum illa damna, quae caſu fortuito obueniunt, in-
telligantur. Ideoque, qui periculum in ſe ſuſcipit, etiam ad caſus for- 317
tuitos tenetur, qua ratione vtile eſt, poſt expreſſionem caſuum fortui-
torum generaliter omne periculum ſubiicere. Et tunc intelligitur, 318
omne illud damnum, quod extrinſecus per vim maiorem obuenit. 319
Illa enim damna quae ex vitio rei, et extrinſeca eius natura contingere
poſſunt, nomine periculi non veniunt, nec ad ea adſecurator obli-
gatus eſt. Veluti ſi merces e. gr. vinum aceſcat, grana a curculio- 320
nibus, ligna a teredine, panni a tineis, carnes a thermis, vel aliae 321
materiae a muribus, vel blattis corrodantur, vel per aliam aliquam
humiditatem conſumantur, vel deteriorentur. Poſſunt igitur peri-
cula vel caſus fortuiti in hac materia diſcerni, quod vel facto hominum 322
contingunt; vel ſine eo. Factum hominum vel eſt illicitum, vt ſi 323
piratae vel latrones incurſitent, et vel nauim ſpolient, vel plane au-
ferant: vel licitum, vt ſi per repreſſalias, arreſta, vel alia media 324
principes et Reges naues detineant, vt non poſſint oportuno tem-
pore merces ad locum deſtinatum deducere. Sine facto hominis con- 325
tingit, vel ſolo infortunio maris, vt ſi tempeſtate, igne, ventis, vel
aliis modis, merces intereant, vel vitio nauis, quae reficienda eſt.
Vbique hic videndum, quid inter partes actum ſit. Nam ſi facto illi- 326
cito damnum detur, vel depraedatio fiat, id omnino, et ſtatim vt 327
adparet, refundendum eſt. Si modo in mari, non vero ſi in portu ea 328
acta. SANTERN. *part. 4. n. 49.* Si vero facto principum, videndum: 329

Digitized by Google

330 an ſpes recuperandi ſit, vel non: Illo enim caſu ſi extra lineam Europae nauis arreſtata cum mercibus commoretur, integer annus, antequam adſecurator conueniatur, exſpectandus, et ei ad ſolutionem dandus eſt iuxta ordinat. Philippicam. Hoc vero tres menſes ad ſatisfaciendum
331 adſecuratori indulgentur. Si vitio nauis ſit, ſiue id ex infortunio
332 maris, vel alia cauſſa contingat, ſumtibus adſecurantium nauis reficienda
333 eſt, qui tamen primo hac de re certificari debent: et tunc ſi intra lineam ſex menſes, extra lineam annus datur ad reficiendum. *ord.*
334 *Philipp. art. 16.* Si vero nauis non potuit tam cito refici, vel plane corrupta ſit, et merces in aliam nauim ſint impoſitae, nihilominus durat adſecuratio, eſt enim periculum earum vsque ad certum locum
335 ſuſceptum. Summatim autem de periculo tenendum, quod illud per ſpeciales caſus ſoleat exprimi, ſicut ex tenore pollicis adparet, hoc fine, vt ad non expreſſum quis non teneatur, ibi: *ende verſeeckern die vorsz Aſſeureurs den Geaſſeureerden, van der Zee, Vuer, Winden, Vrienden, Vianden, Breeuen van marque end contremarque, van arreſte,*
336 *ende detentie van Koningen, Princen ende Heeren, wie ſie ſien, ende van alle pericul ende fortuinen, die dar ſouden mogen ouerkoomen, in wat maneren dat ſy, ende dat men ſoude mogen imagineren. O. Phil. art. 1 pag.*
337 *8. mibi.* et ſi omne quis ſuſcepit, vel ſuſcipere debeat, principalioribus caſibus omiſſis, ſolet generalis clauſula praemitti, vel ſubiici de
338 omni periculo. Quo caſu quis ad omne tenetur. ibi: *alle riſicq, pe-*
339 *rickel, ende auentueren, dee dar ſouden mogen gebeuren.* E contra omni periculo ſuſcepto, poteſt quis limitare conuentionem, excluſa vna vel altera ſpecie, e. gr. piratarum incurſu, et tunc excluſio vnius facit
340 incluſionem caeterarum. Sicut etiam in certa ſpecie periculi, ſolet illud reſtringi, ne reſpectu huius vel illius caſus locum habeat, in pri-
341 mis, ſi ille caſus non facile caueri poteſt. Ita Hamburgenſes bello inter R. Daniae et ciuitatem exſiſtente in repreſſaliis ſoliti excipere, ſi a Rege Daniae impugnarentur, commodum enim Regi erat, tam Hel-
342 ſingorae, quam Gluckſtadiae, leui opera naues ſiſtere. *vid. pollicen. infr. num. 423.* ſubiectum.

343 Alterum quod circa ſuſceptionem periculi obſeruandum, conſiſtit in taxatione, vel facienda aeſtimatione mercium. De hac or-
344 dinatio Philippica *art. 10.* ita diſponit: Vnusquisque, res ſuas adſecurationi ſubiicere volens, ante nauigationem obligatus eſto curare, vt

res

res per idoneos aeſtimatores, qui illarum rerum peritiam et ſcientiam habent, taxentur. Quia enim diuerſae res in adſecurationem veni-
unt, veluti nauis tormenta, puluis nitratus, globuli, merces, certe 345
ad vnius hominis arbitrium taxa fieri nequit, ſed obtinet hoc loco 346
illud, quod dici ſolet, peritis in ſua arte credendum eſſe. Haec ta-
men aeſtimatio ita intelligenda eſt, vt omnis dolus, calliditas, et ma- 347
chinatio excludatur, nam ſi conſtiterit, taxationem ſimulatione, col-
luſione, vel fauore nimis extenſam eſſe, ea non praeiudicat, ſed arbitrium aliorum reuocari ad iuſtam aeſtimationem poteſt. Aeſtima-
tio autem non debet vltra communem valorem ſub quocumque etiam 348
praetextu fieri. *Ord. Philipp. art. 12.* Res enim, quantum communi- 349
ter valent, taxari ſolent. *l. 63. ad L. falcid.* Qua de cauſſa dicta *ord. art.* 350
11. ſtatutum, quod quis ad maius praemium obtinendum non debeat mercibus imputare ſumtus vectigalium, locarii, nauli, litterarum onerariarum, *Frachtbrieven, Certificationen*, lucri ſperati ex mercibus
venditis, ſi ad deſtinatum locum peruenerint, vel alterius commodi, 351
ſed debeat ſimpliciter taxa fieri iuxta primum mercatum, ibi: *den eerſten innkoope.* Hinc additur *in d. art. 11.* ſi merces in primo mercatu
ſint infra valorem mille pondo Flandrica, quod tunc decima earum 352
pars non debeat adſecurari, ibi: *ſal gebouden weſen, het tiende part van
deſelue goeden te laten onuerſeckert* Si vero ſuperent illum valorem, 353
tunc de tota aeſtimatione poteſt fieri adſecuratio, dummodo ſumtibus praedictis illa non augeatur.

Aeſtimatione certa definita, iuxta eam poſtea periculi preti- 354
um, quod praemium eleganti vocabulo adpellatur, conſtituitur, fa- 355
cta computatione, quot floreni de centum loco praemii dari debeant.
Hoc autem a libera voluntate contrahentium pendet, nec certo defi- 356
niri poteſt, prout enim nauigatio longinqua, vel breuis, et loco pluribus periculis obnoxia ſunt, ita hoc praemium extenditur vel re- 357
mittitur.

Solet autem exſolutio praemii tribus modis determinari, vel 358
absque vlla temporis praefinitione, vel vt ſtatim ea fiat, vel vt certum tempus vel dies adiiciatur. Priori caſu, actio ſtatim ex promiſ- 359
ſo naſcitur, vt adſecuratus, quando lubuerit, adſecuranti cogatur pecuniam ſoluere, ſicut ille periculum ſuſcipere. Hic modus ab Anno 360
1617. vſque ad annum 1623. Hamburgi fuit in vſu, ſicut multis exem-

 plis,

361 plis et formulis probat RVTG. RVLAND. *d. l. a. pag. 169. vſque ad*
362 *pag. 176.* Hoc caſu confeſſio de accepto praemio in pollice omitti-
tur, nec in ſubſcriptione certi diei ſolutionis fit mentio. Plerumque
ita: *Wy Aſſeureeders, hier onderteckent belouen ende verobligieren ons, to*
verſeeckeren ende verſeeckern ock an u, Peter Boem, te weten elck een van
ons de ſumme, door hem hier onder geſpecificeert. &c. Subſcriptio: *Wir*
363 *Rudolf vnd Anthonis Behmer ſeyn tho freden in deeſe Aſſeurantie (die*
Gott bewahre) die Summa van 3000. Marck Lübiſch van Dunkerken na
Hamburg gegen 3. pro Cent. Dat. 4. Octobr. Anno 1619. Altero caſu,
vbi ſtatim debeat fieri praemii exſolutio, maior oritur difficultas. Mer-
364 catores id vocant *die praemie contant*, vel, *per ualuta bezahlen.* Hic
365 modus ab Anno 1620. quo Amſterdami ſtatutum, et placito merca-
torum definitum, (*verwilkühret*) vt in poſterum praemia in continen-
366 ti (*content, vnd bahr,*) ſoluerentur, Hamburgi coepit vſurpari, ſpe ni-
mirum futurae ſubitae ſolutionis propter promouenda commercia,
non quaſi realis ſolutio ſtatim facta. Hoc modo pollicibus inſertum.
367 *Ende bekennen betaelt te ſyn van den priß van deſe verſekeringe door*
die handen van Cornel. Martens, gerekent tegen 1000. Rthlr. fünff ten
368 *hondert.* Subſcriptio ita: *Ick Cordt Hinrichſen bin tho freden in die-*
ſe Aſſeurantie (die Gott bewahre) für 1000. Rtlr. in ſpecie, oder die wer-
de daraf, die prämie contant empfangen in Hamburg den 10. Nouembr.
1623. Exempla ſunt apud RVLAND. *d. l. a. pag. 176. vſque ad pag. 191.*
369 Realem ſolutionem hoc caſu valde vrgent illi ipſi, qui praemium vo-
cant huius contractus RVTG. RVLAND. *pag. 39.* illicium, *den Lockvogel*
dieſes Contracts, et exinde, quaſi interuentus rei ſit neceſſarius, hunc
contractum ſtatuunt eſſe innominatum, quaſi a traditione rei incipi-
370 at. Sed iam hoc *ſupr. num. 130.* reiectum. Et illud ipſum, quod di-
ximus, plus euincit ipſius vocabuli (*contant* vel *per ualuta*, quod idem
371 eſt) ſignificatio. Quamquam enim illa verba numerationem important,
MAR. ANT. DE AMAT. *deciſ. Flor. 45. n. 12.* et voces (*contant*) et illi reſpon-
372 dentes (in continenti, ſubito, mox, ſtatim, illico, confeſtim, vel *alſbald, alſ-*
fort, ſtracks,) ſignificent extremitatem temporis, quaſi hoc denotent, quod
res fieri debeat ex tunc, ſine omni vlteriori mora, et temporis interuallo,
373 *Iaſ. in l. 40. d. adopt. gloſſ. in l. 8. C. vnd. vi.* BR. *in l. 1. ſi cert. pet.* BL. *in*
l. 18. C. de adpell. ſeu quod vox (in continenti) ſignificet momentum
374 temporis, intra quod non alius actus interueniat. Sicut in ſtipula-
tioni-

Digitized by Google

tionibus et pactis contractu,adiectis, vt ei inſint, id dicitur in continenti fieri, quod initio, ſtatim in ingreſſu contractus fit, contractu nondum perfecto. *l. 1. §. 2. d. V. obl. l. 13. C. pact. L. 7. §. 5. eod. l. 5. et L. L. pen. C. d. pact. int. emtor. l. 27. eod.* Nihilominus hac de re iniure certi nihil definitum eſt, et ideo hoc arbitrio iudicis pro circumſtantiarum, et negotii varietate determinandum, relinquitur, vt explicetur de aliquo ſpatio, *arg. l. 3. pr. vt in poſſ. legat.* BL. *in l. 3. §. 9. num. 2. d. V. et vi armat. h. e.* non minimo, nec maximo temporis ſpatio, ſed moderato, et tali, quod magis intellectu percipi, quam eloquutione exprimi poteſt. *l. 13. l. 105. d. ſolut. l. 137. de V. obl. l. 21. d. iudic. l. 31. d. re iudic.* COLER. *tr. d. proceſſ. execut. par. 4. cap. 2. n. 2.* WESENB. *conſil. 6. n. 11.* MENOCH. *d. arbitr. iudic quaeſt. 2. n. 11.* ROSBACH. *in proceſſ. tit. 41. n. 11.* WEHNER. *in obſeruat. u. alſsbald.* Sic in continenti dicitur factum, quod eodem adhuc die, quo actus geritur, fit, *l. 12. d. duob. reis. Dd. in L. 43. de re iudic. l. 26. locat.* alibi, quod intra triduum, vt *arg. l. 1. fin. C. d. iudic. l. fin. C. de error. aduoc.* alibi per decem dies. *arg. l. 21. §. 1. de conſtit. pecun. l. 6. §. 3. de duob. reis. conſ.* NAT. *conſ. 153. num. 5.* COTHMA. *part. 3. reſp. 45. num. 118.* GRAV. *lib. 2. concluſ. 15. num. 8. conſil. 1.* Apertiſſimo documento, quia hoc ſpatium in puncto non conſiſtit, non eſſe hunc contractum innominatum, quia non a rei traditione incipiat, et alias praeciſe et ſtatim rei traditio neceſſaria eſſet. 375 376 377 378 379 380

381 Vltimo caſu numeratio praemii ad certum tempus differtur, et tunc ſolet eius in pollice, vel in ſubſcriptione, mentio fieri, vel in pollice verba, (*ende bekennet*) omitti. Exempla habet RVTG. RVLAND. *a. pag. 91. vsque ad pag. 200.* In pollice omittuntur illa verba, *ende bekennet, betbalet tho ſyn von den pryſs von deeſe verſekeringe.* Subſcriptio: *Ick Didrich Poppe ben tho freden in deſe Aſſeurantie (die Gott bewahr) für 500. Marck Lüb. die praemie auer dry Monat tho ontfangen 17. Sept. Anno 1625.* 382

383 Adſecuratio poteſt fieri pure, vel ſub die, vel conditione, vel adiectione certi loci, quod commune habet cum reliquis obligationibus.

384 Ad formam etiam pertinet, quod certa pacta adiici poſſunt quod ſi in continenti fit, formant actionem, ſin ex interuallo, exceptionem pariunt. Illa autem plerumque conſiſtunt in modificatione pericu-

riculorum, et adiectione diei, temporis, et loci, quouſque et quam diu adſecuratio tenere debeat.

385 Accidentalis adſecurationis forma eſt, quod ſuper ea inſtru-
386 mentum ſeu obligatio conficiatur. Illud inſtrumentum vocatur Italico nomine Pollex, a mercatoribus hodie, (police) non alia vt videtur, ratione, quam quod ſicut pollex in manu reliquorum digitorum
387 praecipuus, et quaſi baſis eſt, ita ex hoc inſtrumento controuerſiae tamquam ex fundamento, ſuper adſecuratione obortae, definiantur.
388 Hoc inſtrumentum accurate conficiendum eſt: ſicut patet ex ordinat. Philippica *art. 1.* Sequentia vt plurimum in ſe continere debet, adeo, vt ſi vnum omittatur, cenſeatur inſtrumentum vitiatum et nullum.
389 I. Nomen adſecurantis, vel plurium, ſi quis multos acceperit, ad-
390 dito plerumque loco domicilii vbi habitant. Quod ſi nomen fictitium ſit, vtpote ſi Iudaei adſecurationibus inſerantur, quod ſolet fieri pro-
391 pter depraedationis, quibus ipſorum bona ſub Chriſtianis obnoxia ſunt, nihilominus valet inſtrumentum, quum talis dolus pro ſolertia mercatoria habeatur et licitus ſit. STRACCH. *gloſſ. 7. num. 1.* II. Nomen nau-
392 tae ibi: *Dar Meeſter van iſt Pieter Siebrantten van Amſterdam.* Differentia enim inter eos propter mores, et peritiam marimorum locorum, et hinc adſecuratores ad hunc contractum vel faciliores, vel diffici-
363 liores. Iam olim id obſeruatum, vt ex poeta videre eſt:

Alter erit tunc Typhis, et altera, quae vehit Argo
Delectos Heroas. Item:
Quid tibi cum parua nauita Typhi mea.

394 III. Nomen nauis, *int' Schip S. Ionas.* Habent enim naues ſua no-
395 mina, vt ſupra *part. 3. c. 2. n. 104.* dictum. Et inde ſi adſecuratio ſuper certa naui facta, et merces poſtea immittantur in aliam, non tenet adſecuratio niſi illa clauſula adiecta ſit, quod nauim mutare li-
396 ceat. STRACCH. *gloſſ. 8.* IV. Nomen loci, vbi nauis oneratur. ibi. *Poort,*
397 *Hauen oder Reide van Lisbon.* V. Nomen loci, quo nauis tendit, ibi: *van Seuille nach Antwerpen.* Si ergo ad alium locum nauigarit, vitiatur adſecuratio, et ſoluitur obligatio, propterea, quod nauigans in
398 dolo eſt. LEONIN. *conſil. 23. num. 5. 6. Genuenſ. 40. n. 2.* VI. Deſi-
399 gnatio mercium, quae et quales illae ſint. VII. Nomina adſecura-
400 torum, ad quos merces pertinent. Pertinere hoc loco non ſolum id dicitur, quod ad aliquem iure dominii pertinet, ſed aliquali inter-

eſſe,

Digitized by Google

eſſe. Hinc adſecuratio ſuper mercibus, ad me pertinentibus, ad mer- 401
ces promiſſas trahitur. STRACCH. *gloſſ. 10. n. 2.* Sicut etiam valet ſuper 402
pecuniis, a magiſtro nauis debitis, et ab ipſo promiſſis ſolui aliis, ſub
periculo ſuae nauis in ciuitate Venetiarum. Agenti enim ex con- 403
tractu non poteſt opponi, quod quis non ſit dominus mercium, vel
quod quis alius ſit dominus. STRACCH. *d. l. n. 4. 5.* Sic adſecuratione 404
facta Titio ſuper mercibus Meuii, ea ſimul etiam ad merces Titii por-
rigitur. *Id. n. 8.* Secus autem eſt, ſi Titius ſocios haberet, tunc ad 405
eorum partem non extenditur, SANTERN. *part. 3. n. 38.* at ſi fiat no- 406
mine ſuo et ſociorum, tenet in totum quoad ſocios, ſi re integra ratum
habuerint. STRACCH. *d. l. n. 15.* vbi aliquot alios caſus non negligen-
dos tractat. VIII. Exprimitur tempus, ex quo adſecuratio incipere de- 407
bet, et in quo finire. Illud plerumque incipit ab ea hora, qua mer-
ces ad portum deductae, vt naui imponantur ſiue ſtatim, ſiue bene- 408
ficio ſcapharum. ibi: *van der üre ende daghe, dat de vorsz goedern ende
Kopmanſchappen gebracht ſullen ſieen ter vors poort, Hauen ou reede,* 409
*om te laden int' vorsz Schep, oft die Doen in Bözen, Schuyten, of Licht-
ſchepen, vm geuboert, ende geladen te weſen int' ſelue Schip, om de
vorsz reiſe te doen.* Hoc, dum exponantur rurſus in loco conuento in
terram. ibi: *ende ſall de vorsz verſekeringe of Aſſeurantie duren tot* 410
*dat de vorsz goedern, en Koopmanſchappen gekomen ſullen weſen tot Ant-
werpen, ende aldaer, outladen vpt' lant, in goede behoudeinſſe ſonder
einich verlieſ oft Schade.* Vbi tamen ſufficit, portum attigiſſe, nec
tenetur adſecurans, ſi in eo, vel in ſcapha res perierint, vt *ſupr. n. 292.*
dictum. IX. Additur liber curſus nauis, qui in libera poteſtate ma- 411
giſtri nauis eſſe debet, quomodo curſum dirigere velit. ibi: *ende ſall*
vorsz Schep mogen vahren voorwaerts, achterwaerts, ter rechten Handt, 412
*ter ſlincker Handt, ende allen Syden, ende nemen alle courſen of ſcha-
len ende beiden, of vertoeuen, tzy door bedwanck, noodtſake of ghwil-
lick, ſo den Gouerneur van denſeluen Schepen goet duncken ſall.* Haec
autem clauſula ad dextram, vel ſiniſtram nauigare permittens, non per- 413
mittit mutare locum, ſed tantum commoditatem magiſtro nauis re-
linquit, quomodo curſum tenere, vel dirigere velit, vel ſi propter
cauſſas littora legere, vel portum intrare velit, hoc ei maneat liberum.
LEON. *conſil. 23. n. 3.* X. Exprimitur ſuſceptio periculi ſiue in genere, ſiue 414
in ſpecie, ſiue in totum, ſiue ſub certo modo, *vt a n. 309. vsque ad n. 334.*

ſupr.

415 *ſupr.* deductum. XI. Fit confeſſio ſuper quantitate et numeratione
pretii, vel a manu ipſius adſecurati, vel proxenetae ipſius. ibi. *ende*
bekennen die voorſchreuen aſſeureurs betaelt te weſen van den coſt oft pryſ
van deſer Aſſeurantie, by handen van Clas Dirxſen ten priſe van ſeuen-
416 *ten honderde.* XII. Subſcribunt adſecuratores ſub nomine, cum ex-
preſſione quantitatis, et quouſque periculum in ſe recipere voluerunt.
417 XIII. Demum ſolet addi, quod adſecuratio ſit facta ſecundum ſtylum,
et obſeruantiam fori Antwerpienſis. ibi: *nagh wonte, ende coſtuyme van*
418 *der Börſe van Antwerpen.* Hoc effectu, vt ſi aliquid omiſſum, vel
dubie poſitum, exinde decidatur: ſicut etiam in pleriſque ciuitatibus,
419 eo vt dictum modo, inſtrumenta concipiuntur, et vix alicubi, vel raro
aliquid immutatur, prout videre eſt ex formulis vbique obuiis. Tale
420 inſtrumentum autem magnam habet efficaciam, ideoque eius verba
diligenter ponderanda ſunt. *Deciſ. Genuenſ. 110. n. 5.* Nam vim et effi-
caciam inſtrumenti guarentigiati habere putatur, quod paratam ſe-
421 cum habet exſequutionem. Quo fine etiam vel coram notariis, vel li-
bro publico ſolet confici, vel clauſula addi, quod eamdem vim, ſi
hoc non fiat, habere debeat, ac ſi factum fuiſſet. Quod ſuaſit vtili-
422 tas, et ſimul neceſſitas commerciorum, ne mercatores difficillimis pro-
bationibus, et litium ambagibus innexi cogantur tempora, et pecu-
nias profundere et hac ratione commercia ſiſtere. ibi; *conſenteren die*
423 *ſelue Aſſeureures, dat deſe police van Aſſeurantie alle van ſo grooten kracht*
ſyn, gelick of de ſelue gemaeckt ende gepaſſeert ware voor Scepenen,
424 *openbare notariſen, ende anderſins.* &c. Formulas autem inſtrumenti,
ſeu pollicis adſecurationis, paſſim inuenimus, illa ipſa Antwerpienſis
exſtat in libro de iuribus nauticis, excuſo Middelburgi *An. 1637. pag. 80.*
425 *et ſeqq.* Alias, eiusdem autem vt plurimum tenoris, habet RVTG. RVL.
in fin. relationis ſuper caſu controuerſo ex hac materia pag. 169. 176. 191.
Sufficiat, vnicam formulam ex his, qua hodie vtuntur, caeteris in ſub-
ſtantialibus ſimilem, adiicere.

Tenor Pollicis.

WY Aſſeureedeers, hier ondertekent, belouen ende verobligeeren ons, te verſekeren ende verſekeren ock an u, Alexander Tancké, te weten elck een van ons, de Somme door hem hier vnder geſpecificeeret, van Gryps-wold of Hamborch, op ein ende twintig Laſten Pommeriſch Rogge ende Maut,

Maut, hem toebehorende, offt iemand anders, frye offt vnfrye Perſohnen, geladen int' Schip dat Gott bewahre, de Ionas genaempt, daer Schipper offt Meeſter op is Iacob Loſe, offt jemant anders, die voorſchipper offt Meeſter daerop ſoude mogen fahren, frye offt vnfrye Perſohn, gaende deſe Aſſeurance op goede ende quade tydinge, waruan de riſigo begint van deerte vre, dat het vorſcz. Maut ende Rogge vant Landt na Boort gebracht worden, ende ſall duren tot dat het vorsz. Maut ende Rogge tot Hamborch binnen Booms opt Landt wel geconditionert geleuert is, oock ſall den verſeckern angebouden ſyn, de tien pro Cento te lopen, maer ſal hem frey ſtaen, dat hy te vollen mag laten verſeckern, nemende wy Aſſeuradeurs tot onſen laſte ende pericul alle Beſchwaringe, ſchade oft vnkoſten, bedacht offt vnbedacht, hoe die Nahmen hebben mochten, offte waer wt eenige moleſtien ſouden mogen procederen, vns ſtellende van alles tot alles, in platſe van v. Alexander Tancke, gelyck offte vns het ſelue goet ſeluer toquaem, doch van de Arreſt van ſyn Maytt: van Dennemarcken in de Sont, dragen wy Aſſeuradeurs geen pericul, alles ter goeder trouwe, ſonder arg offt liſt. Welchen Ryſiek wy draghen ende tot onſen laſte nemen, na den dach ende vre, dat deſelffde Koopmanſchappen ſullen gheladen offt geſcheept geweſen, om aen boort te vooren vant ſelffde Schipp offt ſchepen, ende int het ſelffde geladen ſollen zyn, ende ſal dueren tot de tijt, dat het ſelffde Schip ſy ghekomen in deſelffde Hauen van Hamborch binnen Booms, ende deſulue Koopmanſchappen vpt Landt ſullen ontladen zijn in goede Behoudeniſſe, ſonder eenige ſchaden, ende ziin te vreden het ſelffde Schip offt Schepen, doende, de ſulfſde reiſe ſullen mogen ſeylen voorswaerts, en achterwaerts ter rechter ende ſlincker zijt, ende in allen manieren voortvaren, offt blyuen anckerende in ſulche Hauen, ghelijck het den Meeſter, Capitain, offt Pilote vant ſelffde Schip goetduncken ſal. In welcke vorſekeringe voorz wy Aſſeureeders dragen alle perijckel der See, van Vier, van Winden, van Vrienden ende Vianden, van Brieuen van Markque, off te van contramarque, van Arreſte, ende vphaudinge van Koningen, Princen, van ſodanige Heeren tſoude mogen weſen. Oock van veranderinge offt anders ſins van Meeſters, Schippers, ende Generalyken van allen andern perickelen ende fortunien, die ſouden mogen ouerkomen in eeniger Maneren, offt die man ſoude verdencken. Wy ſtellen ons van als tot als in de plaetſe van deſelffde Alexander Tancke, om hun te beurijden ende

ſchadeloos te houden van allen Verlieſs, ende ſchaden, die geſchieden ſouden mogen, ende komende de Sake anders, als ſe wel met derſelffde Koopmanſchap offt partye desſelffs (daer Gott aff behoede) belouen ende vorbinden ons dan te betalen ende te vorſchieten aen v offt aen den brenger van deſen allen, het verlieſs ende de ſchaden, die ghy ſult geleden hebben, achter volgens te ſamme by elck een van ons onderteekent, te weten, ſo wel den erſten van ons, als den lateſten, ende dat binnen tween Maenden erſt naeſt kommende, na dien dat ons behoorlickee wete ende intimatie ſal ghedaen weſen van het verlieſs opt ſchade in deeſe verſekeringe geſchiet, ende ſulk komende, geuen wy, ende elck een van ons geefft macht en beſonder bevel an v, deſelfde Alexander Tancke offt an vwen gecommitteerden, om ſo wel tot onſer ſchaden als profite te handthauen, tot de ſalueringe beneficeren van deſelffde Koopmanſchap, ende belouen in allen gewalte te betalen de koſten ende onkoſten gedaen in deſelffde ſalueringe, ende het beneficeren derſelffde de Koopmanſchappen, het ſy dat yet daer aff wederkregen, wort offt niet. Ghevende gelooff ende vollkomen credit an de Rekeninge, ende trouwen van de Perſoon offt Perſoonen, die de voorsz koſten ende onkoſten ghedaen ſullen hebben, ende bekennen betaelt te zijne van den prijſs van deſe verſekeringe, door te handen van Alexander Tancke, ghereckent thegen dry ten hondert: Alles der goeder trouwen ſonder eenich bedroch offt argeliſt. Achtervolgende de forme ende naer de Coſtuyme van de Borſe van Antwerpen onder welcken wy ons ſubmiteren, ter contrarie van deſer niet weſende. Ende dar tot verbinden wy alle onſe Goederen, renoncerende ter goeder trouue, ende als met onſen Eeden allen exceptien ende Cauillatien deſen gegenwordigen contrarierende. Renuncerende te effecte de Ordinance van Aſſeurance tot Antwerpen gemacekt, ende vorsz. alle andere Ordinantien, Statuten ende Placaten, dee gemaeckt offt gemaeckt ſouden mogen worden, deeſer Police contrarie ſynde, end ſo einige differentie quamen te geryſen, ſyn Partz te vreeden, hun te ſubmitteren in dry neutrale Kooplüden van deeſe Boorſe allhir, ende wat deſulue offt twee van hun ſententieren ſullen, ſall van Partz van werden gehauden worden, gelyck offt ſulx by de Keyſerlyke Camer tot Spyer geſententieert waer, end de Partz ſüllen niet vermogen der ene den andern in eenige Rechten te beſpreken, alles ter goeder trouwe, ſonder arg oft Liſt. Alſo gedaen in Hamborch Anno 1637.

Digitized by Google

Ick Daniel Romborch bin te vreeden in deeſe Aſſeurantie, die Gott bewahre, voor ſesbondert Rysdalers in ſpec. 25. Iulii Anno 1637.

Effectus porro huius conuentionis in eius actione conſiſtit. 426
Quae autem exinde actio competat, aeque dubium eſt apud doctores,
ac illud, qualis contractus ſit. Vnum enim fluit ex altero, et cauſſa- 427
tum refertur ad ſuam cauſſam. CACHERAN. *deciſ. 177. num. 26.* Ope-
rae autem pretium eſt hoc inueſtigare. Nemo enim ſine actione ex-
periri poteſt, *l. 6. l. fin. de negot. geſt.* et quidem ſi quis agere cupit, 428
propria actione vti debet. *l. 1. de praeſcript. verb.* COTHM. *part. 3.* 429
conſil. 19. num. 74. Varia hic in medium veniunt, et quidem RVTG. 430
RVLAND. *de relat. num. 103. et ſeqq.* hoc arceſſit, non tam ex nomine,
quam ex forma, ſeu natura contractus, ſeu ipſius effectu, vel potius
ex negotio geſto, vel initio conuentionis, vel voluntate contrahen- 431
tium, aut facie inſtrumenti, vel pactionibus adpoſitis, licet aliud ver-
ba contractus prae ſe ferant, ſicut hac de re *a num 103. vsque ad num.*
110. late diſſerit. Sed haec omnia ſunt vaga, ambigua, et incerta, vn- 432
de nihil certi concludi poteſt, immo contraria, et ſe inuicem tollen-
tia, plane etiam, quidquid accipiatur, inutilia. Neceſſe igitur fuit, vt 433
hunc errorem vlterius RVTG. RVLAND. erraret, quando *in tract. de*
commiſſ. part. 3. lib. 3. cap. 15. num. 2. et ſeqq. ita hac de re diſputat, 434
vt dicat, actionem vel ex contractu nominato eſſe, vel innominato,
ibi, vt ſit vel b. fidei, et tunc, vt videtur, actio emti venditi, vel actio
oneris auerſi, vel ſtricti iuris, actio ex ſtipulatu. Hic actio praeſcri- 435
ptis verbis facio, vt des. Quae omnia RVTG. RVLAND. *de relat.* 436
num. 118. et ſeqq. repetit. Hic autem tot ſunt errores, quot verba, et
nullum membrum eſt, quod colorem vel fundamentum adſumere poteſt. 437
Nam ſi hic contractus 1. non eſt innominatus, quomodo ex illo actio 438
praeſcriptis verbis competere poteſt? Rurſus ſi 2. iuxta RVTG. RV- 439
LANDVM et ſequaces eſt contractus innominatus, quomodo ex eo, a-
ctiones b. f. et ſtricti iuris ex nominata conuentione, veluti emtione
et ſtipulatione oriri poſſunt? Contraria enim quum talia ſint, neceſſe 440
eſt, vt contrarios etiam effectus habeant. Vlterius ſi 3. non hic eſt 441
emtio venditio, locatio conductio, ſtipulatio, vt *ſupra num. 69.*
89. 113. ſolide demonſtratum, qua ratione illis actionibus defungemur?
In primis autem 4. abſurdum eſt, actionem oneris auerſi exinde velle 442
elicere. Illa enim oritur ex delicto, non ex contractu. Peſſime ergo

 hic

443 hic adplicatur. Vt taceam 5. illud abſurdum, ex vna conuentione ſi-
mul velle actionem deriuare, quae ſit ex nominato, et ſimul inno-
minato contractu, ſimul bonae fidei, et ſtricti iuris. Certe nihil ta-
444 le obtinere poteſt, et ſi dicatur, haec propter ſimilitudinem tantum
ita dici, quum tamen aliter pateat, non eſt illa opinio amplectenda,
quum tot ſecum trahat abſona, et a iure deuia. Parum etiam eſt,
445 quod RVTG. RVLAND. VANDERAN. *part. 3. num. 9.* STRACCH. *gloſſ.
27. num. 3.* SANTERN. *part. 1. num. 7.* hoc vel illud ſtatuere adferat.
446 Vt enim verum dicam, incurioſi fuerunt hi auctores in contractu ipſo
definiendo, vnde non potuerunt non hallucinari in actione defini-
447 enda. Et licet numero plures ſint, tamen non auctoritas ſentientium,
ſed rationum pondera aeſtimanda ſunt. *l. 1. §. 6. C. d. V. I. E.* Ali-
448 quid facere videtur, quod ſubiicitur a RVTG. RVLAND. *num. 125.* con-
dictionem ex lege, quae ex feudis oritur, iuxta tradita HENR. A RO-
SENTH. *de feud. concluſ. 11.* tamquam ex noua conſtitutione Philippi-
ca, competere poſſe per ea, quae ſupra ex OLDENDORP. *num. 6.* ad-
449 ducta. Sane ita eſt, quoties noua obligatio lege introducitur, nec
additur, qua actione experiendum ſit, condictionem ex lege compete-
450 re, *l. 1. de condict. ex leg.* et proſtant huius rei multa exempla. *in l. 35.
§. 5. C. de donat. l. fin. v. ſin autem C. de pet. hered. l. 21. C. de S. S.
Eccleſ. l. 46. §. 6. C. de epiſ. et cler.* Non repetam, quae ſupra dicta
451 *num. 241. et ſeqq.* cur non bene haec actio huic negotio adplicetur,
id certum eſt, quod condictio ex lege ſit generalis actio, quae mul-
tis negotiis, et tot, quot nouae leges futurae ſunt, adplicari poteſt.
452 Hic autem eſt conuentio certa, et numeris ſuis abſoluta, ideo in-
conueniens eſſet, ei vagam et incertam actionem attribuere. BACHOV.
453 *tract. de actionib. diſp. 4. th. 14.* Reſtat ergo, vt dicamus, ſicut con-
tractus ipſe nominatus eſt, et ſpecificis ſuis pactionibus ab aliis ſepa-
ratus et diuerſus, ita et nominatam, et propriam eius actionem eſſe.
454 Non male autem huc adplicamus, quod BACHOV. *v. 1. diſp. 23. th. 1.
lit. d. et diſp. 29. th. 13. lit. g.* de emphyteuſi dicit, quod non per
Philippicam ordinationem noua obligatio introducta, ſed contractus
adſecurationis a variis ſententiis diſtinctus, et eius pactiones ſpeciales
455 demonſtratae. Sicut igitur in emphyteuſi non noua actio ex lege in-
456 troducta, ita idem hic dicendum. Et ſicut emphyteuſis ipſa et actio
emphyteuſis, nomen habet: ita idem in adſecuratione obtineat.

Rurſus

Rurſus vero hic grauius oritur dubium, quum recitatarum 457
actionum nomina ab hac conuentione remota ſunt, quale nomen haec
actio habeat, et quod ei dari debeat? Plura quidem ſunt negotia, 458
quam rerum vocabula: *l. 4. de praeſcript. verb.* ideo in tali caſu ad
ſubſidiaria nomina deueniri ſolet. *d. l.* Quia vero hic contractus no-
uus nomen a negotio ei ſubſtrato accepit, nihil prohibet, hanc actio-
nem adſecuratoriam vocare. Videmus, in nominatis conuentionibus 459
alicubi vnam actionem competere, alicubi plures, et has vel diuerſi,
vel vnius nominis. Sic condictio certi ex mutuo et ſtipulatione datur, 460
contractibus ab vna parte obligatoriis. Ex commodato, depoſito, pi- 461
gnore, mandato, directa, et contraria, vt fert rei conditio et nego-
tii qualitas. Ex emto vendito, locato conducto, vbique ab initio ob-
ligatorii, diuerſi nominis actiones, at pro ſocio eadem, et ea ab v-
traque parte directa. Inuenerunt has formulas olim et nomina ſe- 462
cundum conuentionum naturam pontifices, vt commodior via agen-
di eſſet. Quae etiam eſt ratio, cur hic actionis nomen ponere cogi- 463
mur ex contractus natura deſumtum. Nihil ergo impedit, hanc acti- 464
onem vocari adſecuratoriam, vel ſi Latinum vocabulum mauelimus,
actionem auerſi periculi, nomine ei ex duobus vocabulis conciliato.
Quod non infrequens in iure, vt vna actio duo vocabula habeat, ſic 465
actio oneris auerſi, ad exhibendum &c. CALV. *in Lex. verb. Actio.*
Duplex ea eſt, quia duplex ab vtraque parte hic obligatio, altera 466
quae datur adſecuranti, altera quae adſecurato, diuerſa intentione, 467
ſicut ex vtriusque proprietate, quid ea petatur, quomodo et quan-
do inſtituatur, et quae exceptiones illi opponi poſſint, et denique
quando ceſſet, licet animaduertere.

Prima actio adſecuratoria, ſeu auerſi periculi competit adſe- 468
curato ad obtinendum mercium valorem. Inſtituit eam hoc modo.
Proponit, inter ſe et Titium eſſe conuentum, vt Titius periculum
ſuarum mercium ex portu hoc in alium ſuſciperet pro praemio 8. th.
in centum, illud a ſe numeratum eſſe, vel in praeſenti, vel dicto die, 469
aut ſibi fidem de pretio habitum. Quum igitur nauis perierit, petit
adſecurantem condemnari in valorem mercium.

Haec actio a primo die ſignationis, vel ſubſcriptionis, dici- 470
tur nata eſſe, et intra duos menſes intentari debet a die notitiae,
quando adſecurans eſt certior factus de damno in mercibus accepto.

Digitized by Google

471 *artic. 1. ordinat. Philipp.* ibi: *dut binnen twee maenden erſt volgende.* §.
18. ibi: *den tyd van twee maenden den geaſſeurerde ghegeuen* Ex his
patet, quae adſecuratus a ſua parte facere, et probare debeat. Sci-
licet 1. contractum adſecurationis eſſe initum, quod probat pollice,
472 ſeu inſtrumento deſuper confecto, quod ſi quis ſubſcripſit, vel etiam
ſubſignauit, cenſetur fateri omnia in eo contenta, et ex ſua ſubſcri-
ptione condemnari poteſt. *l. 13. C. ad l. Corn. de falſis.* BORNIT. *tract.*
473 *de inſtr. lib. 1. cap. 19. §. quod &c.* 2. Praemium a ſe numeratum eſ-
ſe, vel ſtatim, quod probat confeſſione ex inſtrumento, vel dicto die, quod
probatur apocha ſeu quietantia vulgo, vel dicit paratum ſe eſſe adhuc
ſoluere, vel perpeſſurum, vt detrahatur, veluti ſi poſt finitam nauiga-
474 tionem ſolutio dilata. 3. Damnum naui vel mercibus obueniſſe.
Siniſter enim caſus, quia facti eſt, probari debet, et ad minimum duo-
bus teſtibus, vnus enim teſtis ſicut regulariter non probat, ita nec
475 hic plene admittitur. *Deciſ. Genuenſ. 42. n. 1.* 4. Damni vel periculi
accepti adſecuratorem eſſe certiorem factum. Tenetur enim adſe-
curans id adſecuratori intimare, et ſimul documenta accepti vere
periculi, et deſignationem amiſſarum mercium offerre, ſi enim hoc
476 non fecerit, ad nihil adſecurator tenetur. *Ord. Philipp.* §. *1.* ibi. *na dat*
477 *ſy behoorlick gheaduerteert ſullen weſen vant verlieſʒ ende ſchade.* §. *18.*
ibi. *behoorlicken intimeert.* ibi: *en fall de aſʒeurcurs niet lopenten effecte,
om tot eenige namptiſatie of betalinge houden te ſyn, ten zy dat de geaſ-*
478 *ſeureerde geſamentlick met derſeluer intimatie, deudelyke certificatie
vant vorsz perickel mitsgaeders ſpecificatie van de ghepericliteerde goe-*
479 *dern.* &c. Demum 5. tempus agendi ordin. Philippica vel conſuetudine
receptum, intra quod agi poſſit, a die intimationis, per notarium,
480 vel alios factae, quod documento ſuper eo facto probat, effluxiſſe,
ideo petit in deſignatatum mercium pretium adſecuratorem conde-
mnari, et expenſas, quae in conſeruationem reliquarum factae ſunt.
481 Quia enim ſemper non omnes merces pereunt, ſed quaedam ſeruari
poſſunt, ideo ſtatutum, vt expenſas ideo factas adſecurator ſoluat, et
482 ne hac de re longae lites ſint, fides habetur deſignationi iuratoriae con-
ſeruantium *ordin. Philipp. art. 1.* ibi, *Die Handt houden ter behouden ſie
van dem voorsz goedern belouende te betalen alle die Koſten die gedaen*
483 *ſollen worden om de ſelue beohudeniſſe, tzy datter jet wordt gerecouvreert,*

oſt

oſt niet, van welcken Koſten gheloove gegeven ſal worden der rekeninge ende eidt van de ghene, die dieſelue gedaen ſullen hebben.

Altera actio datur adſecuratori, qua agit ad obtinendum prae- 484
mium. Proponit eam hoc modo: conuentionem inter ſe et Sempronium
de transuehendis ſuo periculo mercibus ex loco hoc ad illum pro
praemio octo in centum factam: ſe illud periculum ſuſtinere vel ſuſti- 485
nuiſſe, et merces ſaluas perueniſſe, vel ſe perditarum pretium ſoluiſſe, 486
ideo petere, vt ſibi promiſſum praemium praeſtetur. Haec actio ſi
parata pecunia promiſſa eſt, ſtatim intentari poteſt, ſi vero dies prae- 487
finitus ſolutioni, quum ille praeterierit, vel tota nauigatio, ſi eousque 488
dilata, finita fuerit. Sequentia igitur in libello quoad probationem 489
attendenda. 1. Conuentionem eſſe factam, vt ſuſciperet in ſe pericu- 490
lum mercium, quod probatur pollice. 2. Praemium propter id pro- 491
miſſum. Id aeque inſtrumentum monſtrat. 3. Se adhuc periculo 492
obnoxium, vel iam deperditarum mercium valorem ſoluiſſe. 4. Reum 493
pure debere, vel diem praeſtitutum effluxiſſe, aut nauigationem fini- 494
tam eſſe. Ideo petere, vt condemnetur ad praemii exſolutionem,
cum omni intereſſe, et damno.

Sicut autem adſecuratori datur actio, ita et retentio, ſi adſe- 495
curatus ab ipſo petit valorem mercium, nec praemium exſoluerit.
Quod iuri conuenit, vt cui datur actio, ei multo magis detur exceptio
l. 1. §. 4. d. ſuperficieb.

Praeter haec BEN. STRACCH. *gloſſ. 37. n. 1. et 2.* RVTG. RVLAND. 496
tr. d. commiſſ. part. 3. lib. 3. cap. 15. n. 1. tradunt, poſſe implorari in hac
cauſſa officium iudicis, vt, oſtenſo inſtrumento ſeu pollice, ſtatim ex-
ſecutiue procedatur. Dubium quidem ſibi ipſis mouent, quod haec 497
ſcriptura tantum priuata ſit, et ideo vim publici documenti habere
non poſſit, vt ex ea exſecutiue procedatur. Expedit igitur, quod 498
et conſueuit fieri, vt pollices coram notariis et adſcitis teſtibus fiant,
vel plane coram magiſtratu, et in publicum librum redigantur. In-
terim, ſi contrahentes ſuae ſcripturae eamdem vim, ſicut publico in- 499
ſtrumento vel camerali obligationi, quoad ſe dare velint, propter fauo-
rem commerciorum, et ad praecauendas lites, non dubitem talem 500
ſcripturam valere, et ex ea exſecutiue agi poſſe. *vid. ord. Philipp. art. 1.*
Et hoc in praxi ſe obſeruaſſe, STRACCH. RVTG. RVLAND. *d. l.* adſerunt.
Vid. ANT. MASS. GALLES. *d. cam. obl. p. 3. qu. 4. per tot.*

Iam

Digitized by Google

501 Iam de exceptionibus. Vbi notandum, contra vtrumque omnes
exceptiones tam dilatorias, quae litigantibus, quod perſonam non ha-
502 beant ſtandi in iudicio, vel ex defectu mandati &c. STRACCH. *gl. 29.*
opponuntur, quam peremtorias, quales ſunt doli, metus &c. quae
partim et contrariis adſecurationi ſumuntur, partim ex aliis iuris arti-
culis, hic obtinere. STRACCH *gloſſ. 37.*
503 In ſpecie vero a parte adſecurati exceptio eſt, ſi contra adſe-
curatorem, petentem praemium, dicat, concluſa adſecuratione, iam
504 merces extra periculum fuiſſe. Haec quum naſcatur ex ipſo inſtru-
mento, quod in ſuſceptione periculi concipitur, merito attenditur,
et paratae exſecutioni opponitur. *Vid. quae eleg.* ANT. MASSA GALLES.
505 *in Cam. obligat. part. 3. quaeſt. 2. num. 3.* hac de re tractat. Non enim
poteſt non in dolo eſſe, qui ita aperte alium decipere ſatagit.
506 Contra a parte adſecurantis vna exceptio eſt, ſi adſecurator
dicat, merces bis fuiſſe adſecuratas, et iam adſecuratum earum valo-
507 rem recepiſſe. Hanc exceptionem non admittendam, ſed ab vtroque
adſecurante pro parte damnum ſarciendum, tradunt DEC. *et* TIRAQ. SEL.
508 *a* STRACCH. allegati. Magis autem placet, hoc caſu priorem adſecura-
509 tionem valere, *ordinat.* PHILIPPICA *art. 15.* quum incongruum ſit, et con-
tra bonam fidem, vt idem bis petatur *l. 57. d. R. Iur.* STRACCH. *d. ad-
ſecur. gloſſ. 3. num. 4.* RVTG. RVLAND. *d. commiſſ. part. 4. cap. 16. num. 21.*
510 Alia eſt, ſi excipiat quod in quantitate mercium ſefellerit,
dum pro mille tantum centum naui immiſerit: et nihilominus reli-
quum pretii petere audeat. Hoc non attendendum eſſe, cenſet GAMMA
511 *deciſ. 181. n. 3.* quum propudioſum eſſet, tam apertam fraudem admit-
tere; ideoque quum ex ipſo inſtrumento deſcendat, non negligenda eſt
STRACCH. *gloſſ. 1. n. 9.* RVTG. RVLAND. *d. l. n. 22.*
512 Praeter has maximopere exceptiones non num. pec. et non
facti implementi ab adſecuratoribus opponi ſolent. Vnde quaeſitum,
513 an locum habeant? Quod priorem, ſcilicet non numeratae pecuniae
exceptionem, attinet, ſi adſecurator dicit, ſibi praemium non eſſe nu-
meratum, acriter hic contendunt DD. an haec exceptio contra con-
feſſionem (*bekent tho bethalet ſyn*) locum inter mercatores habeat?
514 Quod licet adfirment ex eius generalitate: BEN. STRACCH. *d. mercat.
art. quomod. in cauſſa mercat. proced.* FACHINEVS *2. cont. 56.* RVTG.
515 RVLAND. *d. relat. n. 159.* mihi tamen negatiua, quam defendunt *gloſſ.*

in

in Nou. 4. cap. 3. WESENBEC. *conſil. 31. num. 23. vol. 1.* PARIS. *conſil. 69.*
n. vol. 2. ZANGER. *tr. d. exception. par. 3. cap. 14. n. 56.* arridet, non 517
tam propter fauorem commerciorum, et inſtrumentum adſecuratorium,
paratam exſecutionem ſecum ferens, ANT. GOMEZ *ad l. Taur. in l. 50.*
ZANGER. *d. l. n. 45.* quam quod illa exceptio ſaltem in cauſſa mutui lo-
cum habeat. Vbi vero quis ex alia cauſſa praecedente debet, veluti 518
hic adſecuratus propter ſuſceptionem periculi, tunc promittens ſuae
confeſſioni ſtare cogitur. *l. 13. C. d. non numer. pecun.* Nimis enim in- 519
dignum eſſet, quod ſua quisque voce dilucide proteſtatus eſt, id in
eumdem caſum infirmare, teſtimonioque proprio reſiſtere: *d. l. 13. in
fine.* et hoc verum eſt, ſiue ſimpliciter confeſſus fuerit, ſe pecuniam ac- 520
cepiſſe, ſiue confeſſus fuerit, ante aliquot dies aut menſes pecuniam
numeratam. LVD. ROM. *ad d. l. 13. num. 3.* ALEX. *ibid. num. 2.* Vt ta- 521
ceam, hanc exceptionem dari debitori contra creditorem, qui mutuam
pecuniam ex ſyngrapha petit. *pr. d. literar. obligat.* At hic adſecu- 522
ratus non petit mutuam pecuniam, ſed valorem ſuarum mercium,
narrando pro fundamento, ex confeſſione conſtare de praemio nume-
rato, vnde in alio contractu haec exceptio locum non habet. WESEN- 523
BEC. *vol. 1. conſil. 24. n. 21.*

Quod alteram exceptionem non facti implementi attinet, 524
verbo illa diuerſa, ſed effectu fere eadem cum priori eſt. Fatemur,
hanc eſſe priuilegiatam exceptionem, quae litis ingreſſum impedit.
OLDEND. *in Enchirid. except.* RVBRIC. *d. except. non implet. contr.* CRAV.
conſ. 127. n. 14. et non ſolum in contractibus nominatis, *l. 13. §. 8. d.* 525
act. emt. MENOCH. *lib. 1. conſil. 55.* ſed etiam innominatis locum habe- 526
re, *l. 5. pr. d. condict. cauſſ. dat. cauſſ. non ſequ.* ZANGER. *tr. d. except.
part. 3. cap. 22.* immo, ſi contractus ſub modo celebratus ſit, reum non 527
impleta promiſſi fide excipiendo actorem repellere poſſe. *l. 6. C. d.
pact. inter emt. et vendit. l. 1. C. de donat. quae ſub modis.* Quomodo
autem haec exceptio huic negotio adplicari poſſit, non video. Nam 528
illa locum habet, ſi de facto non impleto conſtat, e. gr. ſi venditor 529
agat ad pretium venditae domus, emtor recte excipit, ſi adhuc domus
penes venditorem eſt, rem non eſſe traditam. At hic adſecurator fa-
tetur, ſe praemium accepiſſe, et ſi velit dicere, obiicere ſe exceptio- 530
nem non numeratae pecuniae, iam eadem eſſet vtraque exceptio, et
iam dictum, in hoc caſu illam exceptionem locum non habere. Quid 531

Digitized by Google

ſi dicamus, et adſecuratum fateri, praemium non eſſe numeratum, ſed
paratum eſſe; vt tantum detrahat, non video, quomodo non poteſt
532 impleuiſſe contractum, ſi alter non exigit, et tali caſu, quum per eum
non ſtetit, conditio, vel modus pro impleto cenſeri debet. *l. 24. d.*
condit. et demonſtrat.

533 Circa duas has exceptiones venit diſcutienda nobilis illa quae-
ſtio, et propter quam tam operoſe RVTG. RVLAND. *in relat.* et alii
ICti in natura huius contractus exploranda deſudarunt: an concluſa
534 adſecuratione, et non numerato ab adſecurato praemio, ſi interea na-
ui, vel mercibus fatale damnum obueniat, adſecurator teneatur da-
mnum reſarcire, an vero ob non ſolutum praemium poenitere poſ-
535 ſit? Caſus hic eſt: Titius cum Sempronio conuenit ſuper adſecura-
tione de certis mercibus, pro certo praemio transuehendis. addita con-
feſſione de eo numerato.

536 Contra Titius non ſoluit praemium, quaeritur, infortunio
eueniente, an Sempronius ſit obligatus ad damnum emendandum, an
vero ob non numeratum praemium poenitere, et ſe exceptione non
537 facti implementi poſſit tueri? In hac quaeſtione adprime reſpicien-
dum eſt ad inſtrumentum adſecurationis, quod quia in ſe continet
confeſſionem accepti praemii, de eo enim caſu eſt quaeſtio, vt eam
latius RVTG. RVLAND. *pag. 38. 39.* figurat, eſſet fere exinde determi-
538 nanda. Sed quia deciſio ex natura contractus ſumenda, et confeſſio
tantum vice probationis fungitur: ideo haec mecum ponderans, ex
illis, quae ſuperius adlata ſunt, non dubito ſtatuere, adſecuratorem non
539 attento, quod praemium ſolutum non ſit, eſſe adſecurato ad damnum
540 reſarciendum obligatum. Non quidem ex eo, quod hic contractus
adſimuletur emtioni-venditioni, id enim non multum ex maiore v-
triusque diſformitate ſtringere, ſupra *num. 90.* obſeruatum, ſed quod
541 1. adſecurator promiſit ſe in caſum, quo res vel merces perirent, vel-
le ad rerum adſecuratarum valorem pro certo praemio obligatum
542 eſſe. Habet ergo adſecuratus fundatam actionem, rebus pereunti-
bus, quum contra alter vel pretium habet, vel id petere, vel de-
543 curtare poteſt. 2. Quod ex pollicibus, a Rutg. Rulando allegatis, con-
ſtet, quod non ſit neceſſe, vt praemium in continenti numeretur,
ſed ſolutioni eius vel nullum, vt *a pag. 169. vsque ad pag. 176.* vel cer-
544 tum diem praefigi. *a pag. 191. vsque ad 200.* Quod ſi vero hic contra-
ctus

Digitized by Google

ctus a praemii ſolutione et interuentu inciperet, iam ne momento 545
quidem differri poſſet. Sequitur igitur, de eſſentia contractus non
eſſe, vt praemium numeretur, ſed vt ſuper eo conueniatur. Hinc
3. praedictus RVTG. RVLANDVS ipſemet *pag. 68. num. 140* et ICtus A- 546
NONYMVS *num. 50.* teſtantur de obſeruantia, quod ſaepe illa verba
(contant *empfangen*) deleta reperiantur, et praemia poſtea ſoluan- 547
tur, adſecuratores etiam damnum reſarciant, et praemium a ſumma
decurtent, nec hac de re ante hac vllam fuiſſe controuerſiam. Ob-
ſeruantia autem eamdem vim habet, quam lex ſcripta, *l. 37. de legib.* 548
MENOCH. *conſ. 296. num. 7.* et ſtylus poteſt allegari ad deciſionem cauſ-
ſarum, CHRISTIN. *ad LL. municip. Mechlin. tit. de emt. art. 19. num.*
16. in primis ſi eſt notorius, vt hic. MASCARD. *de probat. concl. 105.*
num. 2. Accedit, quod 4. domini mercium huic adſecurantium pro- 549
miſſo fidem habeant, quos falli iniquum eſſet, quum inter mercato- 550
res ex aequo et bono, neglectis iuris apicibus, res agatur. SALIC. ANG.
in L. pla. C. d. iudic. BOER. *deciſ. 221. num. 15.* SCHVRF. *conſil. 42. n. 3.*
cent. 2. ZAS. *vol. 1. conſ. 15. num. 3.* GAIL. *2. obſeru. 20. n. 5.* STRACCH.
tit. quomod. in cauſ. mercat. proced. num. 2. CARD. TVSCHVS *concluſ.*
207. H. PISTOR. *part. 3. quaeſt. 2.* Demum 5. promouet haec ſenten- 551
tia commercia, quae contraria impedit: quae etiam 6. malas con- 552
ſequentias producit. In primis quum 7. adſecurator ſit in culpa exi- 553
gendi, et per eum ſtet, quo minus pecunia ſoluatur. Quum autem
per aliquem ſtat, quo minus conditio impleatur, tum pro impleta ad-
hibetur. *l. 24. de condit. et demonſtrat.* SANTERN. *de tract. parte 3.*
num. 28. Adhaec 8. in contractibus nominatis non licet poenitere, 554
COSTAL. *in l. 5. d. condict. cauſ. dat.* ſed ad implendum agitur, BAC-
CHOV. *in Treutl. vol. 1. diſp. 22. th. 1. lit. a.* vel intereſſe. Nec pa-
rum facit huc 9. dilemma a ICto Anonymo adductum, quod vel ad- 555
ſecurator accepit praemium; vel non: Si accepit, vana eſt quaeſtio.
Si non accepit, tunc aut fidem praeſumitur habuiſſe de praemio. 556
RVTG. RVLAND. *num. 133.* MENOCH. *3. praeſ. 29. lib. 3* B. GRAEVEVS
lib. 2. concluſ. 15. conſil. 1. num. 5. et habetur pro ſoluto, vel exce-
ptionem non numeratae pecuniae vult opponere. At haec vel non 557
habet locum, vel eſt altioris indaginis, et ad reconuentionem dif-
fertur.

Digitized by Google

558 Contrarium autem his prolixe RVTG. RVLAND. *in relat. ſup. hac quaeſt.* ICtus ANONYMVS *et* PET. SNELLER. *in ſeparat. conſil.* de-
559 fendunt. Rationes ſunt, quod hic contractus iure ciuili ex interpretum iuris recepta opinione, et Hamburgenſium ſtatutis, inter contra-
560 ctus innominatos referatur. Certum autem eſt, in contractibus innominatis, ſi quis a ſua parte, vt hic adſecuratus, non impleuit contractum, quod tunc alteri propter non factum implementum poeni-
561 tere liceat: *l. 7. §. 4. d. pact. l. 5. in pr. et ſ. 1. d. condict. cauſſ. dat. cauſſ. non ſecut.* 3. Quod contractus etiam nominatus, ſub conditione
562 vel modo initus, ſi res ante conditionis exiſtentiam, vel impletionem modi intereat, nullus ſit, et periculum ad dominium pertineat. *l. 8. d.*
563 *rei vendit.* Conditio enim, et modus, qui pro conditione habetur, *l. 1. C.*
564 *de his quae ſub mod.* eſt pars contractus: *l. 17. §. 4. d. condit. et demonſtrat.* ideoque ad formam pertinet, et praeciſe adimplenda eſt.
565 *l. 55. eod.* Hic autem eſt conditio. Nam debet adſecuratus praemium (*vorber*) ante ſoluere, quod euincitur ex formula confeſſionis, quae haec eſt, quod adſecurans fatetur, pecuniam accepiſſe (*bekent*
566 *empfangen zu haben.*) Nunquam autem poſſet fateri accepiſſe, ſi non
567 tacita haec eſſet conditio, quod nolit obligatus eſſe, antequam alter il-
568 lud numeraret. In primis, quod promiſit exſoluere in praeſenti pecu-
569 nia, (*baar*, content.) Tacitae autem conditionis eadem vis eſt, quae expreſſae. *L. 4. §. 1. d. pact.* 3. Quod in Hiſpania, Italia et Hollandia, vnde ad nos hic contractus dimanauit, ita obſeruetur, et ſub poena nullitatis ſtatutum, vt non valeant pollices, niſi in praeſenti pecu-
570 nia (contant) praemium ſoluatur. Id probatur ex Philippica ordinatione, et obſeruantia Borſae Antwerpienſis, iuxta quam vigore illius ordinat. ſe reliquae ciuitates maritimae componunt, quod quis fatea-
571 tur, ſe pecuniam accepiſſe. ibi: *en bekant den vorſeiden verſekerer beta-*
572 *let tho ſyn von den Koſt, oft pris van deſer verſekering.* Idem Rex Hiſpaniae VT RVTG. RVLAND. *pag. 162.* demonſtrat, Madriti 1629. 21. Iunii
573 ſtatuit, ibi: *vt damni praeſtandi periculum ſubeunti, nulla interpoſita mora, praemium tribuatur. Cum praemio tradito, et accepto ſecuritatis praeſtandae negotium ſuſcipientis fides quaſi oppignoretur.* Nec minus id
574 adprobant Praeſidentes et adſeſſores camerae adſecurantiae Genuenſis, An. 1629. 11. Sept. apud RVTG. RVLAND. *pag. 164.* ibi: *praemium iſt die bekandt.* ibi: *dauon die praemia nicht content betalt is, van nul, vnd van vnwer-*

vnwerden. vid. ROTA *Genuenſ. deciſ. 36 num. 9.* Expreſſe etiam id 575
Amſtelodamenſes 5. Dec. An. 1620. conſtituerunt. ibi: contant *ſullen moeten werden betaelt, ob poen, dat alle de policen die van nu voortarn geteeckent ſullen werden, gehouden ſullen werden nul ende van* 576
onwaerden. pag. 161. 162. et ſimul ſententia lata confirmarunt 2. Mart.
An. 1629. pag. 165. Sequitur ergo, quia conſuetudo finitimarum pro- 577
uinciarum, praeſertim vbi eadem eſt ratio commerciorum, id euincat, idem Hamburgi, vbi haec quaeſtio acriter exercita, et in reliquis
ciuitatibus maritimis, definiendum eſſe. Facit, 4. quod in ſtatutis Ham- 578
burgenſibus iuri communi non ſit derogatum, ergo ex eo de hoc iure, quod adſecuratio inter contractus innominatos refert, et in quibus poenitere licet, dicendum, quod non numerato praemio, nihil prae-
ſtandum ſit. Et hoc ideo, quod 5. ſit obſeruandum, cui con- 579
tractus aliquis ſit propinquior, et quis ei initium det. Iam apertum eſſe adſecuratum qui ſoluit praemium, initium contractui
dare, et quia re conſtat, et verbis (*vt dummodo*) conditionem impor- 580
tantibus concluditur, quod inter contractus innominatos referendus ſit, et propterea poenitere liceat. Tandem 6. neceſſitatem com-
merciorum hoc exigere, vt praemium in pecunia praeſenti ſoluatur, 581
concludunt, cum alias adſecuratores longis litibus implicentur, ſi id per proceſſus obtinere debeant, inde autem diminui fidem mercato-
rum, et commercia, cum contra vbi (*baar*) ſoluuntur, nullae ſint li- 582
tes, et ideo commercia ſummopere floreant. Demum 7. inquiunt, in 583
dubio illud accipiendum, quod quam minime iniquum eſt: Id autem 584
eſſe ſi pro adſecuratore pronuncietur, tum quod adſecuratus agat de lucro captando, ille de damno vitando, nam pro 8. fl. in 100. quos
dat pro periculo, ſi nauis ſalua eſt, 92. lucratur, tum, quod res pe- 585
reat ſuo domino, tum quod adſecuratus ſit in culpa, quod praemium
non numerauit, et a ſua parte contractum adimpleuit: tum, quod hac 586
ratione plures adſecuratores eſſent, ſi ſtatim praemium acciperent, qui
deterrentur, ſi poſtea proceſſibus illud petere cogerentur, et hac ra- 587
tione commercia, vix aliquo in periculorum ſocietatem veniente, facile labaſcerent.

Valida haec ſunt tela, quae vt exarmare poſſimus, laboran- 588
dum eſt. Quod 1. attinet, falſum eſſe, quod hic contractus iure ciuili
inter innominatos referatur *ſupr. n. 131. et ſeqq.* demonſtratum eſt; ſi- 589
mul

mul eorum Dd. qui hoc ſtatuunt, opinione reiecta, cum explicatione
590 ſtatuti Hamburgenſis, nullo modo hoc euincentis. *ſupr. n. 252.* Nihil
etiam huc facit, quod in contractibus innominatis, quia facto, vel rei
591 traditione conſtent, poenitere liceat. Praeterquam enim, quod iam diſ-
putatum, contractus innominatos non ſolum facto vel traditione, ſed
iure conuentionis obligare, vt id probatum dare conatus eſt IAC. MAE-
592 STERT *d. iuſtit. leg. Roman. lib. 1. c. 5.* Demus tamen, ſed ſine veri-
tatis praeiudicio, contrariam interpretum ſententiam, quam defenden-
dam ſuſcepit CYPRIAN. REGNER. *lib. d. iuſtit. leg. Rom. cap. 3.* poſſe ſu-
ſtineri, ideo quod non libenter Dd. a communi, etiamſi ſaepe ſit erro-
593 nea ſententia, deflectant, nihil tamen hoc adſecurationis contractui pro-
594 ficere poteſt, vt inde contractus innominatus ſit. Etenim ex iure
conſtat, et certum eſt, quod in negotiis do, vt des, vel do vt facias
595 duo agantur, alterum expreſſe, alterum tacite. Illud vt detur, vel
fiat, quod iuxta Dd. conſtituit verum contractum innominatum, ex
quo naſcitur actio praeſcriptis verbis ad intereſſe. *l. 5. §. 1. in fin. d.*
596 *praeſcript. verb.* Tacite autem agitur, vt ſi non praeſtetur, quod
conuenit repetere liceat, quod datum eſt, et haec tacita conuentio
conſtituit quaſi contractum, ex quo naſcitur condictio cauſſa data cauſ-
ſa non ſecuta, *l. 1. §. l. 5. d. cond. cauſſ. dat. l. 7. 9. d. praeſcript. verb.*
597 ſicut hoc eleganter et ſuccincte declarat BACHOV. *in tr. d. act. diſp. 4.*
th. 19. et vol. 1. diſp. 22. ad Treutl. th. 1. lit. f. et in not. ad WESENBEC.
parat. tit. d. condict. cauſſ. dat. cauſſ. non ſecuta n. 2. Facultas igitur
598 poenitendi non ei, qui accepit, ſed illi, qui dedit, iure eſt permiſſa, et
quidem re adhuc integra, BACCH. *in Treutl. vol. 1. diſp. 22. th. 2. lit. d.*
599 *§. creditor*, nec contra actionem praeſcriptis verbis, quae ad intereſſe
datur, valet exceptio oblationis. BACCH. *ad* WESENBEC. *d. l. n. 3.* Iam
ad Dd. concluſiones ſuper adſecuratione hoc adplicemus. Nam ſi
600 adſecuratio eſt contractus innominatus, pertinens ad articulum do, vt
601 des, ſicut *ſupra num. 149.* voluit ICtus Anonymus et Rulandus, ſci-
licet do pecuniam, vt des valorem mercium, adſecuratum poſſet poe-
nitere. danti enim datur condictio, vel actio praeſcriptis verbis. At
602 hic non cupit poenitere, quia valorem mercium petit. Ergo hoc
603 reſpectu non eſt contractus innominatus, licet enim adſecurans poe-
nitere velit, ipſi non concederetur, quia poenitentia conceditur ei,
604 qui dedit. Si dicas, at adſecuratus nihil dedit? Nihil pro adſecu-
rante,

Digitized by Google

rante, quum propterea ille non poſſit poenitere, quia enim nihil praeſtitit adhuc, qua via vellet poenitere? Illum enim poenitet, qui 605
iam aliquid dedit, at nihil adſecurans dedit, ſed dare debet, quia ſe ſemel obligauit, et ſi non ex contractu nominato, certe ex innominato actione praeſcriptis verbis ad id poteſt compelli. Rurſus ſi ad articulum do vt facias, ſcilicet praemium, vt ſuſcipias periculum, quum SANT. SYLVEST. TABIENS. *ſupra num. 146.* referas, eadem eſt ratio.
Nam non ſuſcipienti periculum, ſed danti praemium, poenitere licet. 606
Quod quia hic non cupit, vanum eſt de poenitentia hic dicere, multo inanius autem, ex eo contractum innominatum elicere. Maxime
quum illi, qui vult talem contractum facere, et poenitere, illud non 607
liceat. Supereſt articulus facio vt des, id eſt ſuſcipio periculum, vt 608
des praemium, quo hunc contractum referunt idem SANT. STRACCH.
HERING. *ſupra num. 145.* Subito dubium oritur, an dicatur ſuſce- 609
piſſe periculum, quum conuenit de eo, et tum initium ſuſceptionis periculi facit, an vero tunc demum, quum tota nauigatio finita, vel
ſaluis, vel pereuntibus mercibus. Quidquid ſit, quum incipit, dici- 610
tur periculum ſuccepiſſe, et iam factum eſt, ſi non conſummatum, 611
certe inceptum. Inde quaeritur, an poenitere poſſit? Nequaquam? facta enim infecta fieri nequeunt, et in quo vult poenitere? Forſan
vt factum reuocet? at hoc impoſſibile. Quum igitur poenitere non 612
poſſit, ſequitur, quod nec propter hanc rationem opus fuerit, hunc contractum innominatum ſtatuere. Praeterea Dd. hunc articulum recte reſtringunt ad ea facta, ex quibus nullum commodum ad alterum pertinet: e. gr. vt ſeruus manumittatur, quum et imputare ſibi debeat, qui praeuertit facere, ad quod nulla actione cogi poterat.
BACCH. AD WESENB. *de praeſcript. verb. num. 2.* Hoc vero factum 613
adſecurationis aliter comparatum eſt, nam ex eo adſecuratus magnum 614
commodum habet, ſi merces pereant, et ſi ſaluae perueniunt, non minus pro commodo habetur, etiamſi aliquid praemii loco det. Et
hac de cauſſa *in l. 5. §. 3. de praeſcript. verb.* ſtatuitur, ſi facio, vt des, 615
et poſtquam feciſſes dare, nulla erit ciuilis actio, ſed actio de dolo
dabitur. Qui enim facto ſequuto contra conuentionem rem non 616
praeſtat, ſemper in dolo eſſe intelligitur, quum factum condici non
poſſit. BACH. *eleg. in diſp. 30. th. 10. pag. 1163.* Vnde concluditur, ſi 617
negotium non ſubeſt, vt ciuilis actio dari poſſit, nec contractum innomina-

618 nominatum eſſe. Et quamquam *in l. 5. §. fin.* videatur aliud dici,
tamen id recte explicat SCOTT. *ad tit. de praeſcript. verb. pag. 472.* ſi
repetere velit, qui fecit, illum de dolo agere debere, quia factum ne-
619 quit infectum reddi, vel ſi ad conſummandum contractum agere ve-
lit, tunc praeſcriptis verbis agendum. Et ita hoc caſu ageret ad
praemium, quod adſecuratus, ſi non ſoluit, libenter ſoluere paratus
620 eſt. Ex his iam concluditur, quia poenitentia in adſecurante non
poteſt locum habere, fruſtra exinde contractum hunc pro innominato
621 haberi. Id autem putidum eſt, quod *num. 57.* quidam ſentiunt, vtrum-
622 que articulum, et do vt facias, et facias vt des hic obtinere. Vt
enim taceam, tale contractus monſtrum vix aliquos ſomniaſſe, ita nihil
hic releuat, quum, ſi neutrum per ſe eſſe poſſit, nec alterum eſſe poſ-
623 ſit, nec alterum eſſe poteſt ſi coniungantur. Saltem oſtendit illa opi-
nio, quam conturbatos reddidit Dd. illa ſententia de adſecuratione,
quod ſit contractus innominatus, ſcilicet vt quocmuque ſe verterent,
624 ſtatim ſe haerere ſentirent, quum e contrario, ſi alteram opinionem de
contractu nominato recepiſſent, illas difficultates vel effugiſſent, vel
facilius ſuperaſſent.

625 In 2. regula, quod contractus ſub conditione ſuſpenſus pendeat
626 in conditionibus, expreſſis iuris eſt. Sed *l. 8. de peric. et comm. rei
emt.* hic male allegatur, quum emtio cum hoc contractu parum con-
627 formitatis habeat. In conditionibus vero tacitis res non eſt expedita,
ſed multas haec regula limitationes habet. BECHSTADT. *d. condit. in
628 ſponſ. cap. 10. lib. 1.* Quod vero hic ſit conditio, contractum ſuſpen-
dens, ex inſtrumento non reperitur, ſed potius pura obligatio eſt, ex
qua ſtatim adſecurans agere poteſt ad dandum pretium, licet adſecu-
629 ratus cogatur euentum exſpectare. Nec verba (*bekennt empfangen zu
haben,*) conditionem efficiunt, ſed declarant, iam ſtatim debere pecu-
niam ſolui, eo effectu, vt ſi non ſoluatur, ſtatim ad eam petendam
630 agi poſſit. Et certe, quaenam hic eſſet ſpecies conditionis, an cauſſa-
lis, an poteſtatiuae? Non illa, quia non ab euentu pendet, an quis
631 praemium petere poſſit, vel alter ſoluere, ſed ſtatim quum de eo con-
632 uentum eſt, et ille pure petere, et hic ſoluere tenetur. Non haec,
quia non in poteſtate eius eſt, qui ſoluere debet, an ſoluere velit, ſed
cogitur haec facere, licet in poteſtate adſecurantis ſit, an petere prae-
633 mium ſtatim velit, an exſpectare donec ei offeratur. At dicas con-
ditio

Digitized by Google

ditio eſt, niſi ſolueris praemium. non ero obligatus. Verum haec verba non reperiuntur in inſtrumento, potius confeſſio acceptae pecuniae, vnde concluditur, ſi praemium non ſoluatur, illud peti poſſe. 634
Conditiones autem non ſunt fingendae, vbi nullae ſunt, et in dubio actus ita explicandus, vt potius valeat, quam pereat. Adhaec vox (*vorber*) non reperitur in obligationis inſtrumento, igitur nec ſine ratione praeſupponi debet. 635 636

Fortius autem 3. ſtringunt, quae ex ſtatutis et decretis variorum regnorum adlata ſunt. Reſponderi tamen poteſt, quod illae leges ſpeciales certorum locorum ſint, vnde nihil vniuerſaliter inferri poteſt. Tum, quod hac de re non ſit diiudicandum ex ſcitis vnius vel alterius populi, ſed ex natura contractus; quum igitur illa conſiſtat in ſimplici conuentione ſuper pretio, et ſupra probatum, quod vel ſine praefinitione temporis, vel cum ea, vel in praeſenti, de eo conueniri poſſit, certe quod ab arbitrio contrahentium pendet, illud ſimpliciter determinari ad naturam contractus nequit, maxime quum certum ſit, tempus non eſſe de eſſentia obligationum, ſed de accidenti, et non actionem, ſed exactionem, determinare. §. *3. d. V. Obl. l. 44. §. 1. d. O. et A. l. 213. d. V. S.* Nec aliud fere adlata praeiudicia in ſe continent. Nam quod in ordin. Philippica reperitur adſecuratores fateri ſibi ſatisfactum eſſe, (*bekent bethalet ſin,*) illud non poteſt probare, neceſſe fuiſſe, vt ſtatim fieret, quum et differri ſolutio poſſit, ſed id ſaltem demonſtrat, quando ita placuit, ſecundum conuentionem ſolutionem factam eſſe. Decretum Madriti ſpeciale eſt certae regionis, praeterea etiam dubio nititur principio, quaſi adſecuratio ab accepto praemio pendeat, quum potius in fide conuentionis conſiſtat; quamquam etiam illa mora explicari poteſt, vt ſpatium temporis non omne excludatur, vel ſit de caſu, quo adſecuratus petit pretium, vel in, vel extra iudicum, quod tunc ſine mora ei ſolui debeat. Eadem eſt ratio placiti Genuenſis, eodem praeſuppoſito ſuffultum dubio. In reliquis ſicut et Amſterdamenſi placito, voce ambigua (*content*) rem definiente. Iam vero ſupra *n. 371.* probatum eſt, illam vocem non extremitatem temporis denotare, ſed ſpatium legale, pro arbitrio iudicis, in ſe continere, praeſumitur autem in hoc contractu fides de pretio habita eo ipſo, quod quis non exegit praemium, quod exigere et habere potuit. Sententia autem Amſterdamenſium de 637 638 639 640 641 642 643 644 645 646 647 648 649 650 651 652

2. Mart. ſtricti iuris eſt, et ius facit, ſed inter partes, de quo ob cir-
653 cumſtantiarum varietatem nihil certi definiri poteſt. Quum igitur
poſt haec decreta Hamburgi aliquoties contrarium obſeruatum, et
654 valor rerum perditarum, non attento, quod praemium ſolutum non
ſit redditus, nihil ſolidi ex illis conſtitutionibus, quae exteros non
ligant, inferri poteſt. Caetera, quae ſequuntur, leuia ſunt. Nam
655 quod 4. et 5. dicitur, iure communi hunc contractum inter innomi-
natos referri, falſum eſt, quum ius commune nihil de hoc contractu
ſciat, ſicut et falſum eſt, quod hic contractus re conſtet, vel in eo
656 poenitere liceat, vel ille in ſe conditionem habeat. Nec 6. commer-
657 ciis ex noſtra opinione periculum eſt, ſed commodum, quum adſe-
658 curati ſint certi de damno reſarciendo, nec cogantur proceſſus me-
tuere, adſecurantes etiam ſibi quam optime vigilare diſcant. Sicut
659 alias lites non ſunt metuendae, ſi quis ſimpliciter fidem datam ſer-
uat, alias nulla cauſſa tam manifeſta, vbi quis non valeat contradi-
cere, ſi quis ſui immemor eſſe velit, et potius priuatum commodum,
quam publicam fidem, qua commercia ſuſtinentur, reſpicere. Vlti-
660 mum denique obtinet, ſi res dubia eſt. Quia autem in claris obli-
gationis verbis verſamur, res non eſt dubia, nec decet bonum virum
661 potius tricari, et rem dubiam efficere velle, quam bonam fidem agno-
662 ſcere. Adhaec adſecuratis in dubio fauendum, qui, ſi in contrario
caſu nauis pereat, omnium mercium periculum ſuſtinent, quod certe
663 in grauiſſimo metu eſt conſtitutum eſſe. Nec valet regula, quod res
pereat ſuo domino, quum alter ſe ad caſum fortuitum obligauit, et
caſum pro certo praemio ſuſcepit, tunc enim ex commodo regula-
664 tur incommodum, ne dicamus, quaſi per aeſtimationem inter merces
et periculum res ſuas fecerit, vt RVTG. RVLAND. *de comm. et* STR.
665 *d. l.* loquuntur. Culpa etiam nulla eſt apud adſecuratum, quod non
666 numerauit, ſed apud eum, qui non exegit, nec credendum, adſecu-
ratores non inuentum iri, ſi haec obtineret opinio, quum videamus
contrarium, et certum ſit, multos, ipſo RVTG. RVL. atteſtante, non factis
diſputationibus ſoluiſſe valorem mercium, non numerato ante prae-
mio, ſed pro ſufficienti habuiſſe, ſi illud ſaltem detraherent. Et
667 quia inter mercatores plus bona fides, quam ſubtilitates iuris, opera-
668 ri debent, auſim dicere, ob ſeruatam ſeruandamque fidem ſine diſpu-
tatione

Digitized by Google

tatione plures inuentum iri, qui hac ratione commercia, certi conuentionum, promouere velint.

Supereſt, vt breuiter videamus, quae contra argumenta in medium a diſſentientibus, in primis ICto ANONYMO *num. 69. et ſeqq.* prolata reperimus. Haec fere ſunt talia: Quod ad 1. et 2. firmiter teneant, contractum rei interuentu conſtitui, et ideo innominatum eſſe. Ad 3. conſuetudinem ſeu obſeruantiam dici non poſſe, quae ab illis, veluti hic mercatoribus, qui totum populum non repraeſentant, nec habent poteſtatem eius introducendae, inuecta ſit, nec vniformem hanc eſſe, vel contradictorio iudicio obtentam. Quidquid etiam hic factum, intra priuatos parietes actum, et vel taedio litis, vel ſpecialis pacti, quo praemium prolongatum, aut alterius particularis conſiderationis, quae omnia tamen ſint inualida ad introducendam conſuetudinem. In 4. putant, hic non diſputari de apicibus iuris, ſed de naturalibus contractus, vt ſunt conditio et modus, quae aeque a mercatoribus, ac aliis, in conuentionibus ſpectentur. Ad 5. et 6. quod potius non exſolutum praemium commercia conturbet, et mala exempla inuehat, ex cauſſa, quod adſecurantes ita periculo obiiciantur, ſi res ſaluae adpulerint. In 7. quod adſecuratus ſine interpellatione debeat ſoluere, quia dies interpellet pro homine. *l. 16. §. d. pec. conſt. l. 24. d. concl. et demonſt.* Nec adſecuratus probet, ſe obtuliſſe pecuniam. Ad 8. quod hic contractus innominatus ſit, qui admittat poenitentiam. Demum ad dilemma replicant, quod plus inſpiciendum quod agitur, quam quod verbis dicitur, actum autem vt reuera pecunia ſoluatur, nihil ergo operari confeſſionem extraiudicialem in contrarium. Deinde quod non praeſumatur fides de pretio habita, vel prorogatio facta, quum vtrumque ſit facti, quod probari debeat, *l. 10. de cont. emt. l. 5. §. 18. d. trib. act.* nec hic principaliter agatur de exceptione non numeratae pecuniae, ſed non facti implementi, quae ſit exceptio litis ingreſſum impediens. Et quia hic contractus a mercatoribus originem habeat, ideo in eo bonam fidem, quae in numeratione praemii conſiſtit, praecipue attendendam eſſe.

669 670 671 672 673 674 675 676 677 678 679 680 681 682

Haec autem facile dilui poſſunt, ſi ad 1. et 2. ſuperiora repetamus, quibus ſufficienter deductum, hunc contractum non eſſe innominatum, nec a rei interuentu incipere. In tertio obſeruandum, quod non ſecundum conſuetudinem, ſed naturam contractus haec 683 684

685 controuerſia decidenda. Haec autem eſt, quod praemium differri,
vel de eo fides haberi poſſit, ideoque ſufficit demonſtraſſe, quod vel
686 illud actum, agaturque, licet alius aliter procedat, quum vbique recte
fiat, nec ſit neceſſitas aliter faciendi, quam iuxta naturam contractus
687 placeat. Huic 4. conſentimus, quod non de apicibus iuris diſputetur,
ſed aequitate, quae vero non in praeſuppoſitis conditionibus, ſed ſim-
688 plici conuentione ſuper praemio et periculo conſiſtit. In 5. et 6. con-
trarium metuendum, quum adſecurati ſubiiciantur incommodo, ſi
praemium debeant dare, et poſtea merces perierunt. Aeque autem
689 cito fieri poteſt, vt ſaluae perueniant, et intereant, ideo quod adſe-
690 curatos ſubleuare poteſt, non negligendum eſt. Quod 7. adductum,
691 ad nauſeam aliquoties refutatum eſt. Verum quidem 8. eſt, quod
dies interpellet pro homine, ſed quia adſecurator confitetur, ſe pecu-
692 niam accepiſſe, adſecuratus ſecurus eſt, nec offerre tenetur, ſi etiam
693 adſecuratus ſpe numerationis factum dicat, illa exceptione, vt iuris
eſt, poſtea vtatur. Id vltimo amplectimur, quod videndum, quid ſit
actum. Illud autem actum eſt, quod verba exprimunt, quum ſint no-
694 tae rerum. *L. 7. §. fin. d. ſupell. legat.* Fatentur vero, pecuniam acce-
695 ptam eſſe. Quod ſi hic difficiles eſſe velint, ne verba ſint inania, co-
guntur fateri, fidem de pretio habitam, quum enim in promtu pecu-
niam habere potuerint, nec petierint, alter etiam propter confeſſio-
nem non tenetur ad domum ferre, ex non facta petitione nihil aliud,
696 quam prorogatio termini, intelligi poteſt. Sufficit etiam de proroga-
tione, vel fide de pretio habita ex praeſumtionibus conſtare. Quod
697 ſi ſimplex negatio non eſſe numeratum praemium fortior eſſe debet;
698 illa ad reconuentionem reiiciatur. De illa enim agitur, non de ex-
ceptione non facti implementi, quum ex natura contractus pateat, non
699 ſtatim praemium ſolui, ſed prolongari poſſe, ideoque ſufficit, ſe con-
700 trahentem ad naturam contractus conformare. Et haec eſt mea ſuper
hac quaeſtione breuis, et ſimplex ſententia, cui veniam petere co-
701 gor, praeſertim quod tres clariſſimi ICti R. Rulandus, Anonymus
quidam, P. Snellerus contrariam ſententiam integris conſiliis tuiti, et
hanc non ſolum duodecim excellentiſſimi ICti alii a R. RVLAND. *p. 113.*
702 *114. 115.* allegati, quibus me omnibus inferiorem ingenue fateor, ſed
703 etiam duae celebres Facultates Iuridicae in Acad. Lipſienſi et Roſto-
704 chienſi, ſuo ſuffragio adprobarunt. Nam non mecum ſedit opinio haec
conte-

Digitized by Google

contemnere, ſed pro libertate Academica in rationum neruum, et
fundamenta volui inquirere, quae quia non ſatis firma reperi,
nemo mihi vitio vertet, quod ab illa ſententia diuortium feci, para- 705
tus tamen ſemper, meliora docentes audire, et obſeruare.

Tamdem de contrariis adſecurationis, vnde et exceptiones pro 706
re nata ſumi poſſunt, breuiter ſubiiciendum eſt. Hic ſufficit genera-
liter repetere ex materia obligationum, quod quae aliis contracti-
bus obſtant, et hic locum inueniant. Talia ſunt. 1. error, quum ni- 707
hil conſenſui tam contrarium ſit, quam error, *l. 15. d. ICd.* 2. vis et
metus, quae conſenſum impediunt aut labefactant. *l. 1. quod vi vel me-* 708
tus cauſſa. 3. Dolus, quando quis alterum in hoc contractu circumue- 709
nit. *l. 1. d. dolo malo.* Sic ſi alter contrahentium ſciat, rem, de qua agi- 710
tur, aut ſaluam, quo deſtinabatur, perueniſſe, aut periiſſe, obligatio in-
ualida eſt, non tam ob paritatem, quam exigit contractuum per-
mutatoriorum natura, quam quia propria huius contractus materia 711
eſt damnum ſub ratione incerti. HVG. GROT. *2. d. iur. bell. et pac. 12.* 712
n. 23. ordinat. Philipp. artic. 4. ibi: *gheen aſſeurantien gedahn mogen*
werden op goeden, die te tyde van der Aſſeurantie ſullen weſen ghepericli-
teeret. artic. 5. ibi: *Dat den tyde van der Aſſeurantie dat danig Schip* 713
ende goet noch was in weſen. Non obſtante conſuetudine, vel con- 714
uentione in contrarium, nullae enim ſunt: nec poteſt non in dolo eſſe,
qui ita fraudulenter, vbi nullum eſt periculum, alterum periculo obli- 715
gat. *l. 1. d. dolo malo d. artic. 4. te nieden doende alle vſantien ten con-*
trarie, ende off eenighe contracten ten contrarien mochten geuonden wor-
den, verclaren deſelue nul, machtloß, ende van onwaerden. 4. Lae-
ſio vltra dimidium, ſecundum STRACCH. *tr. d. ſponſionib. in 4. part.* 716
verſ. quae et igitur n. 4. R. RVLAND. *tr. d. commiſſ. par. 3. lib. 3. cap. 15.* 717
n. 2. in fin. ſi ſcilicet enormiſſima ſit laeſio vltra dimidium, cui inaequa- 718
litati conſultum eſſe debet. In primis quod hic contractus emtioni 719
ſit adſimilis, vel innominatus, in vtroque autem locum *d. l. 2.* habe-
re. Mihi vero potius contraria VANDERANI *in l. 2. C. d. R. V. part. 5.* 720
n. 5. placet ſententia, tum quod inter ſcientes iſta *l. 2.* locum non ha- 721
beat, ſcienti enim non fit dolus, ſed talis aequiparatur renuncianti, 722
c. ſcient. d. R. I. in 6. BL. *in l. 14. §. 9. d. aedilit. edict.* tum quod hic
propter dubium euentum non poſſit dimidium conſiderari. Nec enim
merces et praemium in ſe veniunt in conſiderationem, ſed damnum 723

724 ſub ratione incerti, quod certe maximum eſſe poteſt. Quia ergo hic
725 non aeſtimantur merces, quanti reuera ſunt, ſed quanti veriſimi-
liter aeſtimaretur dubius rei euentus, reſpectu enim illius ſpei, non
reſpectu eius, quod poſtea vere euenit, ſeu aeſtimationis mercium, hoc
praemium videtur conſtitui, ſequitur, nec diſpoſitionem *l. 2. C. d. reſc.*
726 *vendit.* locum habere. Adhaec laeſio illa non habet locum, niſi tem-
727 pore contractus ſit laeſio. *Dd. ad. d. l. 2.* At hoc caſu ea obuenire
non poteſt, quum tempore contractus adhucdamnum metuitur, et ſi-
728 mul ſpes eſt, illud non euenturum. Quae ratio facit, vt hic nulla ſit inae-
qualitas, ſed potius ſumma aequalitas, comparando mercium valorem
729 cum periculo ſuſcepto. Nihil autem iuuat, quod de emtione dictum:
quum iam ſupra ſaepius diſſimilitudo horum contractuum demonſtrata:
730 multo minus, quod putetur, in contractibus innominatis etiam benefi-
cium *l. 2. C. d. R. V.* obtinere. Id enim falſiſſimum eſt, ſicut ſufficien-
ter deducit ARVM. *diſp. 3. ad d. l. 2. th. 22.*

731 Secundum quae iura, in hoc contractu ſi incidat controuerſia,
732 diiudicandum ſit, ex dictis patet: Nimirum iuxta ordinationem Phi-
lippicam et pollicem ibi praeſcriptum, quem vbique alibi ſequuntur,
art. 2. art. 3. ibi: *na forme, ende ſubſtantie van de voorsz police.* Quum
733 enim nouus contractus ſit, et de eius natura et pactionibus exinde
conſtet, fruſtra ius commune, vt plurimi volunt, exinde eum definien-
tes, aduocatur, et leges Romanorum, quibus plane incognitus fuit.
734 Nec enim ex vna vel altera cum hoc vel illo contractu conuenientia
735 poteſt controuerſiarum obortarum ſumi deciſio. Nullum enim ſimile
736 eſt idem. Probe autem videndum eſt, quid actum eſt, quum enim
pacta huic contractui adiici poſſint, non debent illa fruſtranea
eſſe, ſed eorum ratio haberi, *l. 34. d. R. I.* nec negligenda in dubio
aliarum maritimarum prouinciarum obſeruantia, ſi vbique par, et
737 vniformis eſt, nec ſpeciali ratione nititur. PAVL. DE CASTR. *vol. 2.*
conſ. 162. SANTERN. *d. adſecurat. part. 3. n. 8.*

738 Illa autem inanis eſt quaeſtio, an hic contractus licitus ſit an
non? Quum enim iuri non repugnet periculum et caſum fortuitum in
quouis contractu *l. 1. et tot. tit. d. peric. et commod. rei. vendit.* PHILIP.
739 MATTH. *ad L. 23. d. R. I. per tot.* etiam mutuo ſub maximis et cen-
teſimis, vſuris in ſe ſuſcipere, *l. 1. d. naut. foen. vid. ſupr. cap. 2. n. 94.*
740 *et ſeqq.* haec etiam conuentio per ſe nullibi prohibita legatur, po-

tius

tius a cultiſſimis populis, et iuſtitiae ſtudioſis, quam diligenter exercea-tur, nulla erit ratio, tam vtiliſſimum contractum e republica eliminare 741
velle. SANTERN. *tr. d. adſecurat. cap. 1.* Nec facit, quod vſurariam 742
prauitatem ſapiat, vel contra ius ſit, rem alii, quam domino, perire, ideo
ad minimum ſaltem reſpectu domini mercium hunc contractum pro
vſurario reputandum. Sicut enim futilia ſunt illa, et iam a doctis re- 743
iecta, quae de vſuris, re per ſe licita, odioſe hinc inde leguntur, ni- 744
hil etiam inde incommodi eſt, quum periculi ſuſceptio, ſi quae hic
vſura eſſet, illam abunde adprobaret. *vid. ſupr. c. 2. n. 131* Et alias
non inſolitum, aliquem ſuper re aliena caſum fortuitum ſuſcipere, quod 745
in commodato et alibi fit, *l. 1. C. commod.* praeſertim quum non gratis 746
fiat, ſed pro certo praemio. Qua de cauſſa etiam, licet olim in pro-
uinciis Burgundicis hic contractus, vti patet ex ordinatione Antwer-
piana in pr. inter prohibitos fuerit relatus: eius tamen ſumma vtili- 747
tas, et neceſſitas, cum fauore commerciorum coniuncta, effecerunt, vt
ab illa prohibitione abiretur. Et ſic videmus hodie, in Prouinciis Bur- 748
gundicis, in primis Antwerpiae, aliisque Europae regnis, hoc contractu,
olim plane incognito, nullum eſſe frequentiorem. Tot autem populos
cultiſſimos, et iuſtitia praeclaros, alicuius impietatis in receptione huius 749
contractus accuſare, vel tam ſtupidos iudicare velle, vt prauitatem in
eo vſurariam, (quae tamen in ſe figmentum eſt,) a tot annis non ſubol- 750
fecerint, eſt hominis vel ſumme amentis, vel intempeſtiua ſapientia
abutentis.

Et haec pro ratione inſtituti de hac materia ſufficiant. Quae 751
dum ſcribebam, inciderunt in manus meas aliquot philyrae de tractatu
adſecurationis, quem Meurer I. U. L. Helmſtadii Anno 1646.
21. Februar. loco diſputationis inauguralis praeſidendo edidit. Vide-
tur in eo R. Rulandum in multis ſequi. Sed nullus dubito, quin au- 752
ctor qui in celebri emporio Hamburgi viuit, et totam materiam pro-
mittit, ſchema etiam praefixum eam exhibet, multa vtilia, neceſſa-
ria, et in praxi obſeruata adnotauerit. Ideo lectores, ſi fortaſſis me- 753
liora his ibi repererint, illuc remitto, et peto mihi, in loco, vbi non tam
frequens hic contractus eſt, viuenti veniam dari, ſi vbique rem acu
non tetigerim.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT VIII.

DE OBLIGATIONIBVS LITTERARVM EX CAMBIO, VON WECHSEL-BRIEFFEN.

SVMMARIA.

1. *Quomodo veteres Cambia pecuniarum exercuerint, remiſſiue traditur.* 2.
3. *Cambium literale ab aliis modis differt.*
4. *Eius varia nomina.* 5.
6. *Origo Cambiorum vnde.* 7. 8.
9. *Cambium facientes an iuſte aliquid pro eo officio petant.* 10. 12. 13.
11. *Labor eſt pretioſior pecunia.*
14. *Cambium quid.*
15. *An contractus nominatus, vel innominatus.* 16. 17. 18. 19.
20. *Tenor literarum Cambii.*
21. *Inueſtigatur, quot perſonae in hoc contractu interueniant.* 22. 23. 24. 25. 26. 39.
27. *Et quale ſit negotium.* 28. 29. 30. 31. 32. 33. 35. 36. 37. 38. 41. 42. 43. 44.
34. *Licet pro alio etiam inuito ſoluere.*
40. *Literae cur adhibeantur in hoc contractu.*
45. *Circa literas et perſonas quaedam obſeruanda.*
46. *Literarum requiſita enumerantur.*
47. *An neceſſe ſit, in iis menſis et diei mentionem facere.* 48. 49. 50.
51. *Tempus non eſt de ſubſtantia actus.*
52. *Variae literae cambii a mercatoribus concipiuntur.* 53.
54. *Vel ratione termini ſolutionis, vel ratione numeri literarum.*
55. *Formula quando tempus ſolutionis differtur.* 56.
57. *Alia, quando ſtatim ſolutio fieri debet.* 58.
59. *Formula, quando vnae literae mittuntur.* 60.
61. *Alia, quando alterae.* 62.
63. *Literae intimationis,* d'Auiſo, *quae?* 64.
65. *Quomodo concipiantur, ſi tempus adiectum habent.* 66.
67. *Et contra, ſi ſtatim ſolutio fieri debet.* 68.
69. *Caſus ſuper amiſſis et interceptis literis* d'auiſo *deciditur.* 70. 72. 73.
71. *Falſo creditori ſoluens non liberatur.*
74. *Mandatarii ſolent reſcribere, quod cambium ſoluere velint.*
75. *Tenor talium literarum.*
76. *In perſonis circa dantem ſeu numerantem quaeritur, an, literis amiſſis caſu fortuiso, poſſit pecuniam repetere.* 78. 79.
77. *Epiſtola miſſa non eſt eius, ad quem mittitur, antequam reddita.*
80. *Circa transſcribentem quaeritur, ſi ante ſolutionem bonis cedat, cuius ſit periculum?* 81. 82. 87. 88.
83. *Acceptans literas, ad ſolutionem, vel intereſſe tenetur.*
84. *De acceptatione tribus modis conſtare poteſt.* 85. 86.
89. *Circa acceptantem quaeritur, quid iuris, ſi is bonis cedat.* 90. 91. 92.

93. *Alius*

93. *Alius caſus.* 94.
95. *Scribens an reuocare literas poſſit, per diſtinctionem deciditur.* 96. 97. 98.
99. *In primis, ſi alter ipſius mandatum ſequens partem ſoluit.* 100. 101.
102. *Generaliter negotiationi praepoſitus non habet poteſtatem recipiendi literas cambii.* 103 104.
105. *Circa exigentem quaeritur, cuius ſit periculum, ſi raſum et falſum in literis committatur.* 106. 107. 108.
109. *Pro honore literarum ſoluens an teneatur ſcribentem certiorem facere.* 110. 111.
112. *In cambio non habet locum exceptio non numeratae pecuniae.* 113. 114. 115 116. 117.
118. *Nec exceptio ordinis, ſeu excuſſionis.* 119.
120. *Pecunia cambii in concurſu creditorum habet ius praelationis.* 121.

De modo veterum cambiendi pecunias, aurum pro argento, vel con- 1
tra, vel pretioſiores nummos pro minutis, et vice verſa, aut etiam
diuerſarum prouinciarum pecuniam pro eadem, vbique apud Comicos, ICtos, et Hiſtoricos egregia adnotata ſunt. De quibus SCACC.
in tr. d. Camb per tot. LOPEZ. *tr. d. negotiat. lib. 2. cap. 1. et ſeqq.* RAEVARD. 2
lib. var. lect. c. 18. SIGON. *d. antiquit iur. Rom. lib. 2. cap. 11.* legi poſ-
ſunt. Nos hac vice de illo modo non erimus ſolliciti, ſed tantum in 3
naturam illius obligationis, qua pecunia virtute literarum ex vno
loco in alium transſcribitus, inquiremus. Vocant hoc cambium li- 4
terarum, vel literale, quod mediante ſcriptura perficiatur. VIRGIN. *d.* BOCCAT. *in interd. vti poſſid. c. 18. n. 174.* aliter traiectitium, vel translatitium. IO. AZOR. *in inſtit. moralib. part. 3. lib. 12. tit. d. Camb. cap. 5.*
qu. 3. Ipſae literae teſſerae collybiſticae, literae tranſcriptionis, let- 5
tres de change a Gallis, a nobis *Wechſel-Briefe*, quod per illas pecu-
nia permutetur, et de loco in locum transſcribatur. Exigit hunc 6
contractum ſumma commerciorum ratio, nec minus publica vtilitas,
vt ſcilicet pecunia, quam olim ſemper mercatores, vel profecturi ſe-
cum cogebantur in marſupio ferre, et variis itinerum moleſtiis, et 7
maris incommodis, vel latronum et piratarum incurſibus ſubiicere, ſit
in tuto et ſine periculo transſcripta. Hoc eſt, quod CICERO *contra* SA- 8
LVSTIVM dicit: fide nominum pecuniam traiicere. Quae cauſſa etiam 9
eſt, quod Campſoribus pro praeſtito illo officio aliquid detur, tam
propter ſumtus, quos in miniſtros ſuos alibi degentes impendunt, 10
tum propter faſtidia conſcribendarum literarum, et ſolutionis alibi fa- 11

11 ciendae onera. Labor enim non vilioris eſt pretii, quam pecunia, *l. 5.*
12 *§. 1. L. 29. pr. ſoc.* immo aliquando pretioſior: *arg. l. 10. §. fin. d. poen.*
ideo licet pro induſtria praemium petere, *l. 40. locat.* et accipere, *l. 1.*
§. 5. d. extraord. cognit. praeſertim quum ſollicitudo magni aeſtimetur,
13 *l. 4. ad SCtum Trebellian.* et periculum pretio atque intereſſe par cen-
14 ſeatur. *l. 4. l. 5. d. nautic. foenor.* Eſt autem cambium contractus in
permutatione pecuniae aequiualentis, in diuerſis locis, pro certo pretio
facienda conſiſtens.

15 Qualis autem contractus ſit, inter Dd. diſputatur. Pleriſque
hoc ſollemne eſt, quod ſit contractus innominatus. *Vid.* SCHAFH. *diſp.*
16 *d. Camb. th. 3. vbi plures allegat.* Cuius non aliam habent rationem,
17 quam quod iure ciuili nomen non accepit. Sicut autem alibi de-
monſtraui, illud non ſufficere, quum plerique contractus a iure gen-
tium nomen habeant, pauci a iure ciuili, et de hoc ſtatuendum ſit ex
negotio, et inde prouenientis conrractus vtilitate, et neceſſitate, ſimul
18 adprobatione reipublicae. In hoc autem contractu nemo neget ne-
ceſſitatem cum vtilitate coniunctam, nec minus fere apud omnes gentes
receptam eſſe, non inepte etiam contractus nominatus dici poſſet.
19 Verum id ſcire vel ſtatuere nondum abſoluit eius naturam, ideo pe-
nitius negotium introſpiciendum. Hoc autem melius nequit cognoſci,
20 quam ex formula literarum cambii. Ea plerumque talis eſt: *Es be-
liebe dem Herrn dieſen meinen Wechſel-Brief von 200. Rthal. ſage
zweyhundert Reichsthal. an* Sempronium *zu bezahlen, den Werth alhie
bin ich vergnügt, thue gute Bezahlung, vnd ſeze es auf Rechnung.*

21 Hic deſpiciendum, quot perſonae in hoc contractu interue-
niant, et quale ſit, quod agitur negotium. Scilicet vt vna ſit dans,
22 altera accipiens pecuniam ad cambium, tertia recipiens literas, et ſol-
23 uere debens, quarta exigens pecunias transſcriptas. E. G. Titius nu-
merat Caio pecuniam Gryphiswaldi, vt eam transſcribat pro certo
pretio Amſterdamum. Caius conficit literas ad Sempronium, factorem
ſuum, vt vocant, Amſtelodami habitantem cum mandato, vt eam
24 Titio vel eius mandatori (*ſeinem Commiſſ*) ſoluat. Hoc caſu ſi Titius
25 ipſe recipit pecuniam tres, ſi eius maandatarius quatuor interueniunt
perſonae, niſi dicere velimus ſemper quatuor hic perſonas conſide-
rari, et Titium pro diuerſitate circumſtantiarum pro duabus reputari,
26 quod non infrequens in iure eſt *arg. l. 3. l. 4. d. adopt. l. 26. C. d. adm. tut.*

§. 4.

Digitized by Google

§. 4. d. inoff. teſtam. IASON. *in L. 15. d. iurisd.* EVERH. *a Middelb. top.*
legal. loc. a tamquam num. 11. Negotium autem, quod hic agitur, non 27
videtur vno modo geri et perfici. Certe inter Titium et Caium nu-
merantem, et accipientem pecuniam, vt pro pretio transſcribatur,
videtur mandatum eſſe. Qui numerat pecuniam transſcribenti, non 28
facit ſuam, ſed dat, vt transſcribat ad certum locum. Sed quia man- 29
datum gratuitum eſt, ſicut et negotiorum geſtio, *§. fin. mandat.* ideo
poſſet credi quaſi opera ipſius pro certo pretio conduceretur. Quod 30
rurſus eo ſubruitur, quod hic aliquid tantum pecuniae pro labore
numeretur, et mandatum ſubleuat, quod licet pretium ſit contra ipſius
naturam, tamen pro labore poſſit interuenire honorarium. *l. 6. mandat.*
Rurſus inter Caium et Sempronium, vbi Caius mandat, vt illam ſum- 31
mam, quam in literis ſibi numeratam a Titio ait, illi vel eius manda- 32
tario ſoluat, eſt proprie mandatum: et quidem, quod reſpectu Caii
cadit in illam ſpeciem, ſua, et aliena. Et hoc videtur extra dubium 33
eſſe, ſi Sempronius mandatum Caii ſequitur, ſi vero nullum haberet
mandatum, et nihilominus, veluti ſi pro honore literarum Caii ſolue-
ret, eſſet negotii geſti actus, ex regula, qua licet pro alio etiam in- 34
ſcito, et ignorante ſoluere, *l. 39. de negot. geſt.* et ita ſolutione facta
contra Seium negotiorum geſtorum actionem adquirit. *l. 5. pr. d. O.*
et A. Demum inter Titium vel eius mandatarium, repoſcentem pe- 35
cuniam, et Sempronium, a quo petit, nullum interceſſit ex conuentio-
ne negotium, ſed ſit, ſi ille acceptat literas, et tunc tamquam conſtituens 36
vel delegatus poteſt conueniri. Nempe ſi fateatur, ſe debere tantum
Caio, teneatur actione, qua Caius ipſum conuenire poterat, ſi hoc ne- 37
gat, ſed in honorem ſcribentis ſe ſoluturum recipiat, ex conſtituto te-
neatur. Quo caſu proteſtatio fieri ſolet, vt tunc teneatur Caius Ti- 38
tio numeranti, quia cauſſa, propter quam data pecunia, non ſequuta eſt.
Ex his diiudicare licet, ad huius contractus naturam requiri 1. quatuor 39
perſonas, vel tot perſonarum conſiderationem. 2. Literarum inter-
uentum. Non tamen, quaſi ſcriptura contrahatur obligatio, id enim 40
non eſt, quum ille non ſoluat, qui ſcripſit, et quia ſcriptum, ſed alius,
ad quem ſcriptum, et quod pecunia numerata eſt. Eſt ergo ſcriptura
velut ſymbolum, per quod ſolutio mandatur, ne numerans vane pe- 41
cuniam numeraſſe putetur. Nequit ergo de huius conuentionis na- 42
tura, et actione certo determinari, quum diuerſae perſonae, et nego-

Digitized by Google

tia diuerſas faciant conſiderationes, et pro diuerſitate circumſtantia-
43 rum diuerſas actiones ſuggerant. Et haec cauſſa eſt, quod quaeſtio-
nes, arduae ſaepe et intricatae, non tam feliciter decidi poſſunt, quia
ſcilicet vna circumſtantia inuoluit alteram, et obiter rem perpendentibus
44 nebulas obiicit, vbi tamen diligens inueſtigatio et negotiorum diſtin-
ctio rem ſaepe leuiter expedit.

45 Veniunt autem circa harum literarum formulas quaedam ra-
tione perſonarum, et ſcripturae adnotanda.

46 Et putant nonnulli, praeter mandatum, tempus, lo-
cum, et perſonam, quando, vbi, a quo, cui ſolutio praeſtanda, in
47 literis exprimenda eſſe. Non diffiteor quidem, plerumque talia lite-
ris inſeri, ſed diem vel menſem ſubiicere non opus eſſe iudico, quum
48 non ſint de ſubſtantia actus, nec ideo adiiciantur, vt rei geſtae con-
ſtet veritas, ſed probatio apertior ſit, *arg. L. 5. C. d. tranſact.* SCACC.
49 *d. commerc. §. 1. gloſſa. 1* Hinc acceptans propter omiſſionem diei,
nec dans ſi cum proteſtatione reuertantur, recuſare ſolutionem poſ-
ſunt. Sicut nec mandatarius, ideo, quod ſcribens in adſignatione diei
50 vel termini errorem commiſerit, ſolutionem detrectare poteſt, ſed
51 tuto in loco transſcripto ſoluere, tempus enim non eſt de ſubſtantia
actus, vel ſolemnitate ſcripturae, et ſufficit, quod rei veritas alio mo-
do haberi poſſit *l. 6. §. 1. d. offic. Praeſid.*

52 Quot modis autem has literas mercatores conficiant, non eſt
vsquequaque expeditum. LAEL. ZECHIVS *d. vſur. cap. 9. n. 11.* tradit ſe-
53 ptem MORL. *in empor. Iur. p. 1. qu. 25. n. 48.* NIC. D. PASSERIB. *d. priuat.*
ſcript. qu. 8. n. 31. tres. Satius eſt, hoc mercatoribus committere, et
54 ex vſu addiſcere. Obſeruaui autem, plerumque ita confici, vt vel ra-
tione termini ſolutionis, vel ratione numeri literarum, diuerſimode
55 concipiantur. Priore modo vel tempus ſolutionis differtur, vt in hac
formula, quae ſicut et ſequentes ex Arithmetica Adriani Molleri de-
ſumtae ſunt. *pag. 215. et ſeqq.*

Laus DEO Anno 1635. A die 3. Iunii *in Lübeck*
Thaler. 300. a Creutzer 64½.

56 *Vierzehn Tage Nachſicht, geliebe dem Herrn, auf dieſen meinen erſten*
Wechſelbrieff zubezahlen an Herrn Iohann Vlen Thaler dreyhundert, zu
vier vnd ſechzig ein halben Creutzer, den Werth allhie von Herrn
Hein-

Heinrich Glauben empſangen, thut gute Bezahlung, ſtelts laut aduiſo *auff Rechnung, vnd ſeyd Gott befohlen*, datum.

E. D. W. *Alexander Burgfeſt.*

Vel ad momentum dirigitur, vt pure et in continenti fiat ſolutio, veluti in hac formula: 57

Laus Deo Anno 1635. A die 6. Iunii *in Lübeck.*

Reichsthaler 900. in ſpecie.

Vffſicht geliebe dem Herrn dieſen meinen erſten vnd einigen Wechſelbrieff zu bezahlen an Er. Herrman Daw, Reichsthaler neunhundert in ſpecie, des Werths halber hat er mich alhier ſelbſt contentirt, thut gute Bezahlung, ſtelts, laut aduiſo, a Conto, vnd Gott befohlen 58

E. L. D. W. *Berent Cornelieſen.*

Poſteriori modo, quod vel vnae, vel alterae, ſi priores literae amiſſae ſunt, mittuntur. Et quidem ſi vnae mittuntur, hoc modo: 59

Laus DEO Anno 1635. Adi 6. Iunii *in Lübeck,*

Thaler 1200. a Groſchen $63\frac{1}{4}$.

Ehrenueſte vnd vornehme Herren, ihnen geliebe auf dieſen meinen ſola Wechſelbrieff andertbalb vſo zu bezahlen, an Herrn Petern Aborn Thaler zwöffhundert, zu drey und ſechzig ein Quart Groſchen Polniſch, den Werth alhier von St. Ieronimo Palaxen vergnüget. E. G. geruhen gute Bezahlung zu thun, vnd ſolch a mio Conto zu ſtellen, hiermit was den Herren lieb iſt, Gott zu Gnaden befohlen. Datum 60

E. G. D. W. *Cyriacus Dortmundt.*

Vberſchrifften der einigen Wechſelbrieffe,

An Herrn Ieremiae Baudien, zu handen

Sola. *in Hamburg.*

Si vero alterae mittantur hoc modo.

Laus DEO Anno 1635. A di 3. Iunii *in Lübeck,*

Thaler 300. *a Creutzer* $64\frac{1}{2}$.

A Viſta vierzehen Tage geliebe dem Herrn auf dieſen meinen andern Wechſelbrief, woſern der erſte vnbezahlet, Herrn Iohann Vlen zu contentiren, Thaler dreyhundert, zu vier vnd ſechzig ein halben Creutzer, den Werth alhier von Herrn Heinrich Glauben empfangen, thut gute Bezahlung, ſetzts a Conto, laut aduiſo, vnd bleibt Gott befohlen 62

E. D. W. *Alexander Burgfeſt.*

Die Vberſchrifft muß lauten an den, der die Gelder wiederum erlegen ſoll.
Als:

Herrn Paulo Zahlgern zu handen, *in*
Prima. *Nürnberg*

Herrn Paulo Zahlgern zu handen *in*
Secunda *Nürnberg.*

63 Aliquando praeter literas cambii ſolent ad mandatarium, qui ſoluere
debet, literas intimationis, quas vocant lettre d'auiſo mittere, quibus
64 ſignificant, adfore aliquem, qui literas cambiales oblaturus, et iuxta
65 eas pecuniam exacturus ſit, cum petitione, vt illis ſatisfacere velit.
Et quidem ſi tempus adiectum literis cambii, hoc modo:

Laus DEO Anno 1635. Adi 6. Iunii *in Lübeck.*

66 *Ehrenueſter vnd vornehmer inſonders günſtiger Herr. Dieß geſchicht allein, den Herrn zu berichten, daß ich hiemit auf ihme traſſire, Thaler 300. a Creutzer 64½ Nachſicht vierzehen Tage an Herrn Iohann Vlm zu bezahlen, der Herr woll ohnbeſchwert meine Brief gebührlich honoriren, vnd ſolche* a mio Conto *ſetzen. Thue hinwieder, was demſelben lieb iſt, hiermit freundlich ſalutirt, vnd Gott befohlen.*

E. G. D. W. *Alexander Burgfeſt.*

67 Si vero ſtatim ſolutio fieri debet, ſequenti modo:

Laus DEO Anno 1635. Adi 6. Iunii *in Lübeck.*

68 *Ehrenueſter vnd vorgeachter, ſonders vnd günſtiger Herr. Diß wenig allein zu* Auiſo, *daß* per *Wechſel auf E. L. genommen,* Viſta *zu bezahlen an S. Herrman Daw Reichsthaler* 900. in ſpecie Alpari *geweehſelt. Bitte meinen Briefen gebührliche Genüge zu thun, vnd dieſelbe auf mein Conto zu ſtellen, das hinwieder zu verdienen geneigt, wormit freundlich gegrüßt, vnd Gott zu Gnaden befohlen.*

E. L. D. W. *Berent Cornelieſen.*

69 Hinc ſuboritur intricata quaeſtio, quam SCHAFHVS. *d. l. th. 8. ſequenti caſu figurat, Tullius numerat Noribergae Franciſco Campſori 500. fl. qui conſcriptis protinus literis, detracta prouiſione ſua, eos Romae a Petro reddendos Marco conſtituit, Tullius acceptas literas vt moris eſt, includit epiſtolae, quam vocant aduiſo, Marco directae, vt dictos florenos exigat, eamue in domum publici tabellarii proiicit. Intercipitur illa in itinere ab ignoto, qui, ſimulato Marci nomine 500. fl. a Petro repetit. Tullius, ignorans, literas a Marco ſolutas, admonitus a*

Marco

Digitized by

Marco, ſe nullas habuiſſe cambii literas, mittit huic ſecundas, Marcus
acceptis ſecundis literis, compellit Petrum de ſolutione, qui reſpondet ſe 70
iam dudum ſoluiſſe, et decidit, quod Petrus in culpa ſit, et ad da-
mni praeſtationem teneatur, tum quod mandati fines exceſſerit, et
falſo creditori ſoluerit, ſoluens autem alii, quam vero creditori, 71
nunquam liberatur, *l. 24. d. negot. geſt. l. 38. §. 1. d. ſolut. l. 19. C. de*
furt. tum quod non neſcire debuit, tales caſus ſaepe inter mercatores 72
obuenire, et ideo diligentius in Marci perſonam inquirere debuiſſet,
an verus Marcus fuiſſet, vel non. Quod quia neglexit, ſuae ſocordiae 73
damnum imputare debet. SIGIS. SCACC. *concl. 1. de commer. et cam. §.*
2. gloſſ. 5. num. 347.

Vice verſa ſolent mandatarii ad transſcribentem reſcribere, quod 74
literas debito modo honorare, et iuxta earum tenorem, quum exactor
aduenerit, ſolutionem facere velint.

Laus DEO Anno 1635. Adi. 12. Iunii *in Lübeck.*

Ehrenueſter vnd weiſer, beſonders günſtiger Herr. Demſelben ſeynd 75
meine willigſte Dienſte beuor. Sein geliebt Schreiben vom 9. dieß iſt mir
geſtern wohl zugekommen, den Wechſel von Reichsthaler 900. in ſpecie,
Alpari, *ſo der Herr a Vſo auf mich zu traſſiren geneiget, will ich auf*
vorzeigen deſſen acceptiren, vnd zu verfallener Zeit danckbarlich be-
zahlen, verbleibe dem Herrn ſonſten angenehme Dienſte zu erweiſen
gefliſſen. Göttlicher Allmacht, beneben freundlichen Gruß, empfoh-
len. Datum.

Des Herrn D. W. *Ernſt Freyhertz.*

Circa perſonam, et quidem circa dantem vel numerantem pecuniam 76
quaeritur, ſi literae cambii in itinere caſu amiſſae ſint, an poſſit pe-
cuniam repetere a transſcribente? Dicendum erit, quod aut ad no- 77
uationem, vt denuo literas ſcribat, vel ad reſtitutionem adigendus
ſit; quum enim epiſtola miſſa, antequam mandatario ſit reddita, eius
non ſit, *l. 65. pr. de A. R. D.* nec effectum ſuum literae conſequantur, 78
niſi oblatae fuerint, nulla ratio eſt, quod dantis hoc caſu ſit peri-
culum, dummodo ille cautionem praeſtet de indemnitate, ne forte 79
ſi iuxta illas literas ab alio repertas ſolutio fiat, ſcribens idem bis ſol-
uere cogatur. PETR. DE BENEINTEND. *deciſ. Bonon. 58.* ANT. DE GAM-
MA. *Luſitan. 336. num. 1.* GAIL. *2. obſeru. 37. num. 8.* MASCARD. *de*
probat. concluſ. 999. num. 3.

Circa

Digitized by Google

80 Circa transſcribentem quaeritur: ſi Caius transſcribat Titio pecu-
niam, vt illi Amſtelodami a Sempronio ſoluatur, antequam vero
81 Sempronius ſoluat, Caius foro cedit, et per diſtinctionem deciditur: Vt
ſi Sempronius acceptauit literas nec contradixit, cogatur ſoluere, quia
82 ſemel eas adprobauit, *l. 9. de negot. geſtis* et agnouiſſe ſe debitorem
cenſetur eius ſummae, quae literis continetur. *l. 10. ad SCt. Maced. l. 1.*
83 *§. 5. de ex. act. l. 1. quand. ſit adpell.* CAEPOLL. *conſil. 9. n. 1.* Et
ideo ad diem, in illis expreſſam, obligatus eſt ſoluere, aut, ſi non facit,
ad intereſſe, id eſt, damnum emergens et lucrum ceſſans tenetur.
84 Acceptare autem dicitur tribus modis, vel 1. expreſſis verbis, de qui-
85 bus per ſcripturam publicam, vel priuatam, conſtare poteſt, vel 2.
verbis quidem, ſed de quibus non conſtet niſi per teſtes, vel 3. tacita
86 receptatione aut retentione literarum. PARIS. *conſil. 5. lib. 4. n. 206.*
87 ROT. *Genuenſ. deciſ. 133. n. 2.* Si vero non acceptauit, ſed contradixit,
Caium cogi ſoluere, quia tacita conditione ſe cenſetur obligaſſe ad re-
88 ſtitutionem pecuniae, cambio acceptae, ineſt enim tacita haec condi-
tio obligationi, nec prior debitor ab obligatione liberatur, niſi acce-
89 ptatis ab eo, qui ſoluere debet, literis. ROT. *Genuenſ. deciſ. 4. n. 7. 8.* Hinc
90 vice verſa ſi Sempronius acceptat literas, et poſtea foro cedit, non
datur regreſſus ad Caium ſcribentem. Sibi enim imputare debet,
91 quod Sempronii fidem ſecutus, debitorem delegatum admiſit, *l. 26. §. 2.*
Mandat. l. fin. C. ad L. falcid. et tacite quodammodo debitoris et loci
nouationem fecit. ANT. FABER *conſil. lib. 3 cap. 3.* ROB. MAR. *prax. aur.*
92 *part. 6. d. teſtib. produc. c. 49.* Si tamen ſcribens expreſſe promiſerit,
ſe curaturum, vt danti certo ſoluatur pecunia, vel obſeruantia, vt Ge-
nuae, ſit contraria, aliter dicendum eſt. ROT. *Genuenſ. deciſ. 2. n. 41.*
deciſ. 8. n. 17. SCHAFHAVS: *diſp. 2. Camb. th. 19.*

93 Similiter, ſi quis iubet ſuo mandatario ſolui, et alter hoc facit,
mandatarius etiam remittit pecuniam, quam dat Antonio per Cam-
94 bium ad mandantem, et Antonius interea bonis cedit, periculum eſt
mandantis, niſi mandatarius ſciuerit, Antonium iam ſuſpectum eſſe
de dilapidatione, quo caſu ſibi debet imputare, quod per decoctorem
95 voluit pecuniam transſcribere. *arg. l. 14. ff. 1. d. ſolut.* Sic quaer. an
ſcribens literas Cambii ab eo, ad quem directae fuerunt, eas reuocare
poſſit? R. diſtinguitur, an verbis diſpoſitiuis, veluti quando campſor pro
96 alio ſe ſoluturum conſtituit, vel enunciatiuis, quo caſu probatio ſaltim,
vel

vel potius demonſtratio ex iis infertur, conceptae ſint, et illo caſu
non, hoc vero ſicut ſimplex mandatum, reuocari poſſunt quum man- 97
danti in cuius fauorem illud contrahitur, licitum ſit illud reuocare. *l. 12.*
d. re iudic. §. 6. d. mandat. Niſi ille, cuius eſt acceptare literas cam- 98
bii, et iisdem ſatisfacere, non ſit nudus mandatarius mittentis literas
illas, ſed intereſſe aliquod habeat in pecuniam ſoluendam, aut in rem
ſuam accipere iuſſus ſit. Eodem modo ſi iuſſi Titio, pecuniam ſecum 99
depoſitam abſenti meo creditori Sempronio ſoluere, et ipſe hoc facit,
et ad Sempronii literas ſoluit partem, ego reuocare mandatum, re
non amplius integra, nequeo, *l. 8. §. 6. mand.* quum confeſſioni pro- 100
priae obuiare non liceat. *l. 20. §. 1. de donat.* praeſertim a parte ac-
ceptata. BALD. *in l. 29. §. 1. de lib. et poſthum.* Intereſt enim Titii, 101
qui ſe Sempronii debitorem conſtituit ſua apocha, ne poſtea no-
men inde deleat. SCHAFHAVS. *d. l. th. 21.*

Circa recipientem literas certum eſt, quod procuratori ſiue 102
inſtitori generaliter conſtituto pecunias ad cambium recipiendi facul-
tas non ſit facta, mandatum enim et praepoſitio ſtricti iuris ſunt, et
ad alias cauſſas ſiue perſonas extendi nequeunt, *l. 5. mandat. c. cum* 103
delict. 22. X. de reſcript. nec vlterius mandantem, vel praeponentem 104
obligant. *l. 12. mandat. l. 11. §. 5. d. inſtit. act.* Hinc contingit, vt 105
ſi ſcribens literas eas dat numeranti pecuniam apertas, et ille manda-
tario ſuo tranſmittat ad exigendam pecuniam, hic vero eas corrum-
pat, et pro 100. 200. efficiat, et ab illo, ad quem directae erant, toti- 106
dem accipiat, periculum ſit eius, qui ſoluit, ſi raſura ſit tam euidens,
vt a diligente homine potuerit animaduerti. Secus vero, ſi raſura 107
ſit occulta. Ideo hoc caſu ſcribens etiam eſt extra periculum, quum
apertas literas dederit numeranti, qui ſibi debet imputare, quod ſo-
lus periculum ſuſtineat, et circa proprium negotium non fuerit vigilan- 108
tior. *l. 6. §. 14. d. excuſ. tut.*

Porro ſi acceptans literas ſupra proteſtum pro honore litera- 109
rum, vt mercatores vocant, ſoluat, non tenetur ſcribentem de eo
certiorem facere, nec hic propterea poteſt actione mandati conueniri,
ſi exinde damnum habet, quum enim ſcribentis nondum interſit, et 110
ipſi potiſſimum incumbit in conditionem perſonae, cum qua contra-
hit, et rei, ſuper qua agit, inquirere: debet ſibi imputare, ſi exinde 111
damnum habet. *l. 19. l. 202. d. R. I.* SCHAFHAVS. *d. l. th. 24.*

Digitized by Google

112 Cambium autem, vel pecunia cambialis, (liceat ita loqui) paratam ſecum habet exſequutionem, et ideo nec exceptio non numeratae pecuniae ipſi obiici poteſt. De qua quidem SCHAFH. *d. l. th.*
113 *11.* ideo aliter ſentit, quia generalis illa exceptio ſit, nec in mercatorum cauſſis, quae ſummam aequitatem in ſe continent, legatur excepta. FACHIN. *2. controu. 86* MAR. *prax. aur. part. 6. de exception. num. 35.* BEN. STRACCH. *tract. de mer. tit. quomodo in cauſ. mer. proc.*
114 Sed quia illa exceptio ſaltem in mutuo locum habet, *l. 13. C. de non. numer. pec.* et cambium fauore commerciorum et publica vtilitate ni-
115 titur, quae non patitur in hoc caſu longis litibus occaſionem dare,
116 *arg. l. 1. de vſucap.* illa verba etiam, (*vm den Werth bin ich von ihm vergnüget*) ſimul confeſſionem, et renunciationem in ſe continent:
117 SCACC. *d. l. gloſſ. 8. num. 12.* ideo verior illa ſententia, quam etiam defendunt *gloſſ. in Nou. 4. cap. 3.* SCACC. *d. l.* MASCARD. *de probat. concl. 361. num. 4.* ZANGER. *tract. de exception. part. 3. cap. 14. n. 54.* ROT. GENVENS. *deciſ. 26. num. 4. et 5.* et praeiudiciis confirmat B. CARPZOV. *in reſp. Elector. lib. 10. tit. 10. reſp. 92. num. 19. 20.*

118 Eadem eſt ratio exceptionis ordinis ſiue excuſſionis. Quum enim illa ſit de apicibus iuris, et prolixitatem in ſe habeat, inter mercatores autem de plano et ſummarie ex aequitate procedatur, publi-
119 ca etiam vtilitas fidem mercatorum et celerem ſolutionem poſtulet: merito reiicitur. *Nou. 4. c. fin. §. fin.* MENOCH. *1. d. arbitr. iud. quaeſt. 510.* BOER. *deciſ. 221. num. 14.* MYNSING. *2. obſeru. 15. num. 5.* COLER. *d. proc. execut. part. 1. cap. 10. num. 393.* BERLICH. *2. concl. practic. 24. num. 47.*

120 Et quia pecunia cambialis priuilegiata: non ſubtraho meum calculum illis, qui in concurſu creditorum propter publicam vtilitatem,
121 illi ius praelationis tribuunt. *vid.* BEVTH. *lib. 1. cap. 32. de praelat. creditor.* vbi hoc late deducit.

CAPVT IX.
DE EMTIONE VENDITIONE NAVIS.

SVMMARIA.

1. *Nauis eſt res in commercio exſiſtens.*
2. *Si emta, tenetur pretium emtor praeſtare cum vſuris.*

3. *Vendi-*

3. *Venditor tenetur ad traditionem nauis.*
4. *Et pretium vecturarum.*
5. *Quando nauis tradita cenſeatur, inquiritur.* 6. 7. 8.
9. *Scilicet quum poſſeſſio adprehenſa* 10.
11. *Poſſeſſio quot modis corpore dicatur adquiri.*
12. *Sufficit ad corporalis poſſeſſionis adquiſitionem aliquando viſus.* 13. 14.
15. *Eius ratio.* 16. 17. 18.
19. *Vendita naui, quid dicatur venditum.* 24.
20. *An ſcapha venditione nauis veniat?* 22. 23.
21. *Singulae tabulae non dicuntur emtae, naui emta.*
25. *Connexa nauis ſunt vendita, etiamſi expreſſe eorum non fiat mentio.*
26. *Venditor tenetur nauim euincere.* 27. 29.
28. *Euincere nauim quid?*
30. *Quomodo fiat, et per quas actiones?*
31. *An habeant locum, ſi pars nauis euicta?* 32.
33. *An ſi ſingulae tabulae?*
34. *Contra nauis, a piratis emtae, emtorem non datur actio de damno antea dato.* 36. 38.
35. *Piratarum bona vbique adprehendi poſſunt.*
37. *Non poteſt dici deliquiſſe, quod ſenſu caret.*
39. *Auctoris diſtinctio.* 40.
41. *Ex naui vendita non debetur laudemium.*
42. *Nec ius retractus in eo locum habeat.* 43.
44. *Statutum illud, ne naues cito a ciuitate alienentur, valet.* 45. 46. 47.

Nauis, vt alia res in commercio exiſtens, emi et vendi poteſt, *l. 36.* 1
d. euict. et tenetur emtione perfecta emtor venditori actione ven- 2
diti pretium dare vna quum vſuris. *l. 13. §. 13. d. act. emt.* Contra
venditor actione emti eſt obligatus ad tradendam nauim, et pecuniam, 3
quam ex vecturis nauis poſt emtionem factam percepit, hae enim ab 4
eo tempore ad emtorem pertinent. *l. 13. §. 13. d. act. emt.* Nauis au-
tem, quum corpus ſit ex multis partibus conſtans, *l. 36. d. vſucap.* ideo 5
de manu in manum dari nequit. Ergo inquirendum, quomodo nauis
tradatur? et quid vendita naui tradendum ſit? Socinus recurrit ad 6
fictos traditionis modos, et ſi neceſſaria nauis tradita fuerint, putat 7
nauim traditam, vel, ſi emtor naui emtae cuſtodes adponat, vel ſi par-
tes et inſtrumenta tradita ſunt. BEN. STRACCH. *d. naui. part. 2. c. 2. n. 13.*
exiſtimat, ſi nauis vendita ſit in portu emtoris, et ſic in loco domini 8
ſine traditione dominium transferri, quia res dicitur eſſe penes emto-
rem. Simpliciter puto dicendum, ſi venditor re ipſa vacuam poſſeſſio- 9
nem nauis faciat, et emtor nauim occupet, vel pedibus, vel alio ſigno

 corpo-

Digitized by Google

10 corporis eam, traditam cenſeri. Non enim eſt opus in rebus, quae
propter magnitudinem ponderis moueri nequeunt, corpore toto et
actu adprehendere poſſeſſionem, ſed ſufficit oculis et adfectu fieri. *l. 1.*
11 *§. 21. d. adquir. poſſeſſ.* Poſſeſſio enim quum corpore adquiri dicitur,
vel ſignificat adprehenſionem manuum, vel ſubtilius quemcunque actum
et miniſterium, ita vt etiam oculi in hanc rem ſufficiant. *l. 18. §. 2. eod.*
12 Et hoc modo corporalis adprehenſio fit, quamquam ſubtilis eſt. Sic
columnae pro traditis habentur, ſi in re praeſenti conſenſerint: et vina
tradita cenſentur, quum claues cellae vinariae traditae fuerunt. *d. §. 21.*
13 Eodem modo venditor, ſi mihi fundum a turri monſtret, vacuam poſ-
14 ſeſſionem tradere dicitur *d. l. 18. §. 2.* Idem iuris eſt in aceruo ligno-
rum vendito, vel vendito vino, quum multae ſunt amphorae. *l. 51.*
15 *d. adqu. poſſ.* Propter magnitudinem enim vel complexum multarum
rerum animo videtur adquiri poſſeſſio, licet ſubtiliter corporis miniſte-
16 rium, et inſenſibiliter accedat. *d. l. 51.* Hi modi ficti adpellantur
a Dd. GOTHOFR. *d. §. lit. g.* Sed veri ſunt eo ipſo, quod animo et
corpore adquiratur poſſeſſio, quamquam non ita craſſe, vt in aliis re-
17 bus mobilibus. Ex quo opinio BEN. STRACCH. poteſt declarare, quod non
opus ſit traditione propter molem nauis, talis ſcilicet, quae requiritur in
18 aliis rebus mobilibus, quod autem nulla opus ſit, ferri non poteſt,
nec ratio id patitur, vt dicatur res penes emtorem eſſe, quae non
aliquo modo ſit tradita.
19 Vendita porro naue, non ſolum ipſum corpus tradendum eſt,
ſed omnia, quae naui coniuncta ſunt, talia ſunt gubernacula, malus,
antemnae, vela, *l. 44. d. euict.* et haec dicuntur membra nauis *l. 242.*
20 *d. V. S.* CVIAC. *in d. l. 242.* Germani vocant *ein fertig Schiff, klar von*
Bretern, vnd Dielen, mit allen Reetſchop, als Taw, Ancker, Klammern, &c.
Scapha vero, vendita naue, non venit, nihil enim cum ipſa coniun-
21 ctum habet, ſed eſt per ſe quaedam parua nauicula. *d. l. 44.* Sicut
22 nec ſingulae tabulae, naui emta, intelliguntur emtae *l. 36. eod.* Et hoc
adeo verum, vt ne quidem naue cum inſtrumentis vendita, ſcapha
23 debeatur. Non enim nauis inſtrumentum eſt, ſed mediocritate, non gene-
re, ab ea differt. *l. fin. d. inſtr. legat.* Inſtrumentum autem oportet cuiuſ-
24 que rei eſſe alterius generis *d. l. fin.* Acceſſoria autem licet non ex-
25 primantur, tacite inſunt emtioni, et niſi tradantur, actione emti poteſt
emtor

emtor petere ſibi tradi aut actionē, quanto minoris valuit, quum emere-
tur, ſibi partem de pretio reſtitui. WES. *par, d. aedil. edict. num. 9.*

Eſt autem venditor emtori ad euictionem obligatus, illud ſo- 26
lent modo loquendi nautico vocare *das Schiff frey auff alle Port vnd*
Waſſer halten, i. e. praeſtare nauim liberam, et nullo vitio adfectam, 27
ita, vt vbicumque emtor cum ea nauigare, et tuto in quibuslibet por-
tubus requieſcere poſſit, nec cogatur metuere vllas actiones, quod
nauis a praedone rapta, vel emta. Talia enim vitia realia ſunt, et 28
inhibent vſucapionem. *l. 11. C. d. adq. poſſ. l. 24. §. 1. d. vſucap. §. 2. eod.*
Ad hanc euictionem ex natura contractus tenetur venditor, etiamſi 29
nihil ſuper ea conuentum. *l. 6. C. d. euict.* Cauebatur autem plerum-
que per ſtipulationem, promiſſione ſimpli, (qua quis ſimplum pretium,
et ex natura actionis ex emto quod emtoris intereſt. nanciſcitur *l. 60.*
l. 70. d. eu.) vel dupli, (vt venditor naui euicta duplum praeſtaret) quae 30
licet in rebus tantum pretioſis accipiebatur, dubium tamen non eſt eo 31
nomine etiam naues contineri. *l. 37. d. euict.* ibi: aliud non contem-
tibile. Et hoc non ſolum in naui, ſed etiam in partibus, obtinet. Sic
ſi velum vel malus euincatur: actio ex ſtipulatu de duplo eſt. CVIAC. *ad* 32
l. 242. Secus eſt, ſi ſcapha fuerit euicta, vel ſingulae tabulae, quia non 33
ſunt pars nauis, ideo nec euictionis nomine obligatur venditor, quaſi
parte euicta, *d. l. l. 36. 44.* ſed datur actio ex emto. CVIAC. *d. l.*

Quaeritur hoc loco, an ſi quis a pirata nauim piraticam emit, 34
contra emtorem mercatoribus, damnum ab illa olim paſſis poſſit, dari
actio? Id putat BALD. *in auct. nauig. C. de furt.* quod cuilibet lici-
tum ſit res piratarum rapere, quia publici hoſtes ſint. BECHT. *tract.*
de ſecur. concl. 10 et iure Canon. omnia ipſorum ad ſatisfactionem ta- 35
cite obligata ſunt. *arg. c. fin. X. de ſepult.* NEGVZ. *tract. de pign. 4.*
membr. 2. part. pr. num. 143. At haec opinio nullum iuris colorem 36
habet: non enim res deliquerunt, ſed qui res poſſident. *Nou. 17. c.* 37
12. et quomodo poteſt illud delinquere, quod ſenſu caret? *l. 1. §. 3.*
ſi quadrup. Et haec eſt ſententia IASONIS *conſil. 170. verſ. 2.* Regula 38
autem BALDI vera eſt, donec et quouſque res ſint piratarum. Quali-
tas enim verbo adiuncta intelligi debet ſecundum tempus verbi, cui
adiicitur. *l. 4. §. 1. d. noxal. action.* BEN. STRACCH. *d. l. num. 15. et*
ſeqq. Ego non dubito diſtinguere, vt ſi ſciuerit, piratam eſſe ven- 39
ditorem, et ideo in m. f. ſit, cogi poſſit, vt contra ſe actio

Digitized by Google

40 inſtituatur, ſi vero bona fide adquiſiuit, locum poſſit obtinere praeſcriptio.

Quaeri ſolet, an ex naui emta debeatur laudemium? Neg.
41 quia nauis eſt res mobilis, *cap. 1, part. 3.* ex re mobili vero illud non exſoluitur. Aliud tamen dicendum, ſi conſuetudo ſit in contrarium, qualis eſt Burdegalae. BOER. *deciſ. 177. num. 6.*

42 Ex eodem principio diſſoluenda quaeſtio, an in naui ius retractus locum habeat? Adſirm. TH. LINDEM. *de iur. protimiſ. c. 2. th. 5.* MERCKELB. *in epit. iur. retr. th. 4.* NEGVZ. *de pign. 4. membr. 2. pr.*
43 *num. 140.* MENOCH. *d. rem adipiſc. poſſeſſ. num. 151.* Rectius negatur, quia res mobilis eſt, quae non ſubiacet iuri protimiſeos, ſed tantum immobilis. REINK. *tract. de iur. retr. quaeſt. 3. num. 105.* TIRAQVELL. *gloſſ. 7 num. 90. 91. tract. de iur. retr.*

44 Ne vero nimis cito naues a ciuitatibus alienentur, in quibusdam intra certum tempus earum venditio prohibita. Sic Lubecae naues, ibi exſtructae, intra ſeptennium proximum, Stralſundae in-
45 tra ſexennium vendi, vel alienari non poſſunt *können innerhalb gewiſſer Zeit von der Stadt nicht verkauffet werden.* Si vero neceſſitas vrgeat: diſpenſari hac in re poteſt, ita tamen, vt Reip. certum quod-
46 dam vectigal detur, e. gr. Lubecae 6. *Reichsthaler für iede Laſt ſo das Schiff tragen kan.* Coguntur etiam alibi iurare, quod intra illud tempus nolint ab vrbe alienare. Hoc ſtatutum rationabile eſt, quia pro
47 vſu publico et ſingulorum, promouendaque nauigatione, introductum eſt, quae firmitudini et ſuſtentationi Reipubl. maxime neceſſaria. MENOCH. *ret. poſſ. remed. 6. num. 54.*

CAPVT X.
DE LOCATIONE CONDVCTIONE, VON SCHIFS FRACHTEN.

SVMMARIA.

1. *Locatio eſt frequens in rebus maritimis contractus.*
2. *Nauis non eſt res ſterilis.*
3. *Vecturae ſunt fructus nauis ciuiles.* 4.
5. *Locare et conducere nauim quid?*
6. *Locator quis.* 7.
8. *Conductor quis.* 9.

10. *Cuiacii*

10. *Cuiacii opinio de eo, quis ſit in hoc contractu locator, vel conductor.* 11. 12. 13
14. *Intellectus l. fin. et l. 2 ad. l. Rhod. de iactu* 15. 16. 17. 26. 27. 28.
18. *Inquiritur in ſententiae Cuiacianae veritatem* 19. 20. 21. 22. 23.
24. *Conciliatur cum communi opinione.* 25.
29. *Boceri opinio reiicitur* 30.
31. *Tria locationis conductionis requiſita.*
32. *Nauta non poteſt cogi, vt nauiget.*
33. *Senſus L. 6 C. d. nauicular* 34. 35.
36 *Res transuehendae quotuplices.*
37. *Perſonae dicuntur loca in naui conducere.*
38. *Paſſagieres vnde dicantur.*
39. *Quidam nautae ſolos vectores traiiciunt.*
40. *Alii nullos.*
41. *Pro infante in naui nato non debetur vectura.* 42. 43.
44. *Circa mortuum mancipium diſtinguitur.* 45. 46. 47. 48. 50. 51. 52. 53.
49. *Actus agentium non debet vltra eorum intentionem operari.*
54. *In dubio ſtandum regulae.*
55. *Contractes obſcura lex contra eum interpretanda, qui potuit dicere apertius.*
56. *Examinatur caſus, a Bortolo propoſitus, an ſi quis promiſit Titium in nauim ponere, et certo loco exponere, isque ibi poſtea reperiatur, vectura debeatur?* 57. 58.
59. *Caſtrenſis de eo opinio.* 60. 61.
62. *Socini ſuper eo diſtinctiones.* 63. 64. 65. 66. 67.
68. *Auctoris conciliatio.* 69. 70. 71. 72. 73 74. 75. 76.
77. *Caeterae res ſunt vel animatae, vel inanimatae.* 78.
79. *Singularis caſus de ouibus.* 80. 81. 82. 83. 84.
85. *Res inanimatae duplici modo vehendae traduntur.*
86. *Vel vt corpus, vel vt tantundem reddatur.* 87 95. 96. 97.
88. *Simile exemplum in depoſito.* 89.
90. *Caſus l. 31. locati* 91 92.
93. *Actio oneris auerſi non habet locum in hoc caſu.* 94.
98 *Effectus vtriusque rerum locatarum.* 99.
100. *Realis actio datur contra poſſidentem.*
101. *Rationes dantur, cur non habeat locum actio oneris auerſi.* 102. 103. 104. 105.
106. *Aliquando gratificationi locus eſt.*
107. *Iura vigilantibus ſcripta ſunt.*
108. *Pretium, quod pro perſonis datur, vocatur naulum.*
109. *Vel locarium.*
110. *Vel ſolarium.*
111. *Aliquando vectura.*
112. *Proprie autem vectura dicitur, quod pro rebus inanimatis datur.*
113. *Pro penu quotidiano nihil datur.*
114. *Pretium debet conſiſtere in pecunia numerata.*
115. *Pretium duplici modo conſtituitur.*

116. Pri-

116. *Primo, pro quantitate diuerſarum mercium.*
117. *Enumerantur res, quae in pondere conſiſtunt.*
118. *Quae menſura.*
119. *Quae numero.*
120. *Menſura recenſetur, et eius partes in aridis.*
121. *In liquidis.*
122. *Pondo cum ſuis partibus.* 123. 124.
125. *Res aliae aliis demonſtrationibus definiuntur.* 126.
127. *Pretium dicitur illud conſtitutum, de quo conuenit.*
128. *Si dubium ſuper eo, mos regionis inſpicitur.*
129. *In Hollandia ſingulae merces habent ſuum pretium ex auctoritate publica.* 130.
131. *Si per flumina.*
132. *Vel mare fiat nauigatio.*
134. *Pro diſtantia locorum ſit determinatio pretii.* 135. 136. 140.
137. *Illud Romanos olim obſeruaſſe, ex quibusdam legibus coniicitur.* 138. 139.
141. *Alter modus dicitur per auerſionem.*
142. *Inquiritur, quid ſit per auerſionem nauim conducere.*
143. *Sententia Accurſii.*
144. *Alciati.*
145. *Connani.* 146. 147.
148. *Hotomanni.* 149.
150. *Verior omnium Taurelli, et Auguſtini.* 151.
152. *Diuerſae huius moris adpellationes.* 153. 167.
154. *Statuminatur haec ſententia auctoritatibus, et praeiudiciis.* 155. 156.
157. *Intellectus l. fin. §. fin. ad L. Rhod. d. iact.* 158. 159. 160. 161.
162. *Effectus locationis per auerſionem.* 163. 164. 165. 166.
168. *Reiiciuntur et conciliantur opiniones Accurſii.*
169. *Alciati.* 170. 171.
172. *Hotomanni.*
173. *Connani.* 174.
175. *Oldradi, Angeli.*
176. *Caſtrenſis.*
177. *Gulhelmi, Caroeii.*
178. *Ben. Stracchae.* 179. 180.
181. *Vectura binis vicibus exſoluitur.*
182. *Hollandorum mos* 183.
184. *Quaeritur, quid iuris, ſi in anteceſſum vectura ſoluitur, et poſtea nauis pereat.* 185. 186.
187. *Lectio. l. 15. §. 6. locat.* 188.
189. *Ex hoc contractu duae actiones oriuntur.* 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198.
199. *Actio conducti datur conductori de re exponenda, et damno, dolo et culpa data reſarciendo.*
200. *Si poena a locatore promiſſa, exſoluenda eſt.*

201. De-

201\. *Deciditur, quid ſit faciendum, ſi non conſtet, cuius merces ſint.* 202. 203. 204 205.
206\. *Culpa committitur multis modis.* 207. 208. 209. 210. 211, 212. 213. 214. 218. 219.
215\. *Diſtinctione ſoluitur, an culpam committat, qui merces ex naui vitioſa in meliorem transfert, et illae poſtea pereant.* 216. 217.
220\. *Quatenus locator culpae reus ſit, ſi merces pluuia madefiant, tangitur.* 221.
222\. *Extra culpam eſt, ſi quis nauem tempore nauigationis emittit, et illa poſtea perit.* 223.
224\. *Culpa eſt facti, et probari debet.* 225.
226\. *Probatur coniecturis, ſi alia argumenta deficiunt.* 227.
228\. *Actio locati datur locatori ad pretium.*
229\. *Etiamſi merces pereant, vel publicentur.*
230\. *Caſus l. 60. §. 1. locat.* 231. 232.
233\. *Haec actio etiam in praedone obtinet.* 234. 235. 236.
237\. *Conceditur etiam locatori retentio.* 238.
239\. *Eius ratio.* 140.
241\. *Cui damus actionem, ei exceptio denegari non debet.*
242\. *Hypotheca magiſtro nauis in mercibus transuectis iure non eſt conſtituta.* 243.
244\. *Caſus fortuiti in hoc contractu non habetur ratio.*

Locatio et conductio eſt inter nauticos contractus frequentiſſimus, 1
et in ea nauium maxima conſpicitur vtilitas. Nauis enim non 2
eſt res ſterilis, ſed ſicut domus vel horreum locatur et conducitur,
l. 13. §. 1. l. 31. l. 61. §. 1. locat. l. fin. ad L. Rhod. d. iact. vt fructus ferat.
Hi fructus dicuntur vecturae, et inter acceſſiones ſeu fructus ci- 3
uiles numerantur. *l. 29. de hered. pet. l. 62. de R. V. l. 39. §. 1.* ibi:
fructus de legat. 1. ALTHVS. *lib. 1. dicaeolog. Rom. c. 10.* DRAG. *de fructib. th. 8. et 12.*
quia non ex corpore natura proueniunt, ſed, ſicut 4
vſurae, iure propter rem percipiuntur. *d. l.* BART. *in l. 55. de condict. indeb.*

Locare autem et conducere nauim nihil aliud eſt, quam eius 5
vſum ad res transferendas pro certa mercede paciſci, Germanice dicitur *ein Schiff frachten.* Quis autem locator ſit, quis conductor, du-
bium? Communis opinio eſt, quod locator dicitur magiſter nauis, 6
qui nauim locat, et vſum eius praeſtat, ſeu, qui res vehendas ſu- 7
ſcipit, et ideo pretium ſeu mercedem capit. *l. 1. §. 5. de exerc. act.*
BIN. STRACCH. *tract. de nauib. part. 3. num. 1.* Conductor vero ſit 8

Digitized by Google

9 mercator, qui pecunias vehendarum mercium cauſſa, vel alias pro
vſu nauis aliquid dat. *l. 2. v. at ſi non ad L. Rhod.* BALD. *in l. 5. C.
locat.* Et hanc ſententiam tamquam communem tenent AZO *in ſum.
C. de locat. num. 2.* MOZZ. *tract. de contract. tit. de locat. Rubr. lo-*
10 *catio num. 10.* Huic ſe oppoſuit CVIAC. *2. obſeru. 28.* quem ſequitur
TREVTL. *v. 1. diſp. 29. th. 1. lit. b.* hoc improbans, et generaliter tra-
dens, quod locator ſit, qui dat vtendum, vel faciendum aliquid, qui
accipit, conductor. Probat hoc *d. obſeru. 28.* exemplis multis, et in-
11 ter ea conuenienti. Nauis magiſter, ſi nauem dat vtendam, locator
eſt. Idem ſi accipit merces vehendas, conductor eſt, vtroque ta-
12 men caſu mercedem accipit. Vice verſa: dominus mercium prio-
re caſu conductor, poſteriori locator eſt, et vtroque caſu tamen ipſe
13 dat mercedem nauis magiſtro. Ergo etiam, vbi id dubium eſt, an
dominus mercium nauem conduxerit, an merces locauerit vehen-
das, datur praeſcriptis verbis actio. *L. 1. §. 1. de praeſcript. verbis.*
14 Hoc poſtea CVIAC. *3. obſeru. 2.* caſui *l. fin. et l. 2. ad d. l. Rhod. de
iact.* adplicat. Nam in lege finali ad verba (*ſi vehenda*) ait, hic nau-
ta conduxit, vector locauit, verb. (*ſi ea conditione*) hic nauta loca-
uit, vector conduxit, verb. (*idem iuris cum ea conditione*) hic nauta
15 conduxit, vector locauit. *In l. 2. cod.* haec eſt quaeſtio, qua actio-
ne is, qui iacturam fecit, experiatur cum nauta pro contributione fa-
cienda? Diſtinguitur, aut vector qui iacturam fecit merces vehendas lo-
16 cauit, aut nauem conduxit. Si prius, ex locato agit, vt is ex con-
ducto cum caeteris agat, quorum merces vehendas ſuſcepit. Ibi: *is
17 deinde.* Sin poſterius, ex conducto *d. l. 2. verſ.* At ſi non. Mihi pla-
cet hoc loco, a recepta Dd. ſententia non abeundum. Defendit eam
ROBERT. *1. animad. 10. et in not. ad* MERCER. *lib. 1. cap. 10.* Ad cu-
18 ius intellectum *cum* BACHOV. *in not. ad part.* WESENBEC. *n. 2.* ob-
ſeruandum, quod locationis duae ſint ſpecies, vel rei, vel perſonae,
quae dicitur operarum. In prima ſpecie ſemper perſonae condu-
19 ctoris et locatoris ſunt diſtinctae: ſed in poſteriori vterque contra-
hentium diuerſo reſpectu conductor et locator dicuntur, et ſunt. E.
20 g. artifex dicitur conducere opus faciendum, idemque locare ope-
ras, quas alter conducere, et idem locare dicitur opus faciendum.
21 Huius poſitionis exempla ſunt in *l. 11. §. pen. l. 13. §. 1. et 3. l. 10. §. 7.
l. 25. §. pen. l. 30. §. 3. l. 48. pr. l. 57. §. 1. l. 60. §. 3. l. 62. locati.* Il-

lius

ſius ſunt in *l. 1. de aeſtim. act. l. 3. de his qui not. infam. l. 1. §. 6. de* 22
poſtul. l. 19. §. 9. l. 38. locat. et in terminis *leg. 22. ſſ. 1. eod.* qui ali-
quid faciendum recepit, locator et conductor dicitur. Et hoc re- 23
ſpectu prò generali defendi poteſt Dd. deſcriptio, quod locator (ſc.
operarum) ſit, qui accipit mercedem, conductor qui dat. Nec dif- 24
ficile eſt diuerſo hoc reſpectu, his ita dictis Cuiacii adſertionem adpli-
care. Nam magiſter nauis, ſi nauem dat vtendam, locator eſt, et
accipit pretium pro vſu ſcilicet nauis. Rurſus dominus mercium prio- 25
ri caſu conductor eſt, et dat mercedem ſc. pro vſu nauis, poſteriori
operarum, quas locauit, rurſus dominus mercium, priori caſu con-
ductor eſt, et dat mercedem ſcilicet pro vſu nauis, locator eſt, quia
locat opus, et nihilominus dat pro vſu ſcilicet operarum mercedem.
Eadem ratio eſt in allegatis legibus. *In lege fin. Parentheſ. 1.* Nauta
conduxit opus, ſcilicet transuehendas merces, locauit operas: vector 26
locauit opus, conduxit operas. In 2. *Parentheſi.* Nauta locauit, rem,
nauem ſcilicet: vector conduxit, nauim ſcilicet: eſt locatio rei, non
operarum. In 3. *Parentheſi.* Nauta conduxit opus, ſcilicet transue-
hendas merces, locauit operas. Vector locauit opus, conduxit o- 27
peras. In *l. 2.* prior caſus cum caſibus in *Parentheſi 1. et 3.* conue-
nit. Alter cum caſu *in Parentheſi 2.* Eſt ergo tantum luſus vel trans-
poſitio vocabulorum diuerſi reſpectus. Et notandum hic eſt, quod 28
vbi nauta conduxit, ſemper operis, ſeu mercium transuehendarum,
vbi opera neceſſaria eſt, fiat mentio. *d. l. 2. princip. l. fin. pr. et verſ.*
idem iuris. l. 13. ſſ. 1. locat. Vbi vero locator nauim locare dicitur,
quia vſum eius praeſtat, *d. l. 2. verſ. At ſi non l. fin. ſſ. 1.* Et ita res
plana eſt. Boeri enim opinio *ad l. 23. de reg. iur. cap. 4. num. 9.* 29
quem ſequitur HVNN. *in Treutl. d. l.* quod is ſit locator, qui initium
contractui dat, ſine fundamento eſt. Neque enim id ſemper ſciri 30
poteſt, quis ſit auctor contractus, et perinde eſt, a quo incipiat.

In locatione et conductione autem tria conſideranda, conſen- 31
ſus, res, et pretium.

Ex primo, quando dicitur, conſenſu hunc contractum conſta- 32
re, ſequitur, quod nauta non poteſt cogi nauigare, ſicut hoſpes ho-
ſpitari. Nec obſtat *l. 6. C. de nauicular.* quam PARIS. DE PVT. *in tr.* 33
de Syndicat. verb. aduocat. num. 23. inducit, et quod ea, quae ſunt
merae voluntatis, poſtea fiant neceſſitatis. Nam deficiente conſenſu 34

 nequi-

nequimus dicere, voluntatem fuiſſe, *et l. 6.* loquitur de nautis, publi-
35 cas ſpecies transuehentibus, ideoque propter ſpecialem rationem, in
publica vtilitate conſiſtentem, non eſt extendenda.
36 Res, quas nauta vehendas accipit, ſunt vel perſonae, vel aliae
res in- vel extra commercium exiſtentes.
37 Perſonae autem vel ſunt homines liberi, *l. 1. §. 12. d. exercit.*
act. vel ſerui. *l. 2. §. 5. l. 10. ad L. Rhod. d. iactu.* Hi dicuntur in naui lo-
38 ca conducere *l. 2. verſ. at ſi non. ad L. Rhod.* et vocantur Paſſagiers, quod
eſt vocabulum Gallicum a *paſſer*, quod eſt transire. LEVIN. HVLS. *in*
Lex. Gall. verb. paſſ. nam ſolo ſtudio peregrinandi traiiciunt, et in
39 naui ſunt, et quia proficiſcendi per mare ratio in aliquibus locis fre-
quens, ideo ſolent aliquando magiſtri nauis ſolos vectores traiicere.
40 *l. 1. §. 12. verſ. ſed et ſi.* Quaeritur, ſi nauta mulierem vehendam ac-
cipiat, deinde in naui infans natus ſit, an pro eo debeatur vectura?
41 Negat ICtus VLPIANVS *in L. 19. §. 7. locat.* et addit rationem, quod
vectura eius non ſit magna, minimi autem non habeatur ratio, *l. 4.*
42 *d. reſtit. in integr.* praeſertim quum infans non omnibus vtatur, quae
43 ad nauigantium vſum parantur, et praeterea vecturam accipiat a
muliere, cuius infans, dum erat in vtero, pars viſcerum fuit, *l. 1. §. 1.*
d. inſp. ventr. et manere cenſetur, dum lactatur. CASTRENS. *ad. L. 19. §. 7.*
44 SCHNEID. *ad §. 17. d. Legat. n. 6.* In contrarium quaeritur, ſi ex man-
cipiis, quae quis vehenda accepit, vnum mortuum ſit, an debeatur
45 vectura, reſpondet ICtus *in l. 10. ad L. Rhod. d. iactu.* videndum eſſe,
46 primo, quid actum *l. 6. §. 1. d. cont. emt. l. 34. d. R. I.* Vtrum pro
his ſeruis, qui impoſiti, an pro his, qui deportati eſſent, merces danda.
47 *d. l. 10.* Ita, vt ſi hoc modo conuentio inita, non debeatur merces,
d. l. 10. pr. ibi: *vehenda.* VINC. CAROC. *tr. locat. cond. lib. 2. tit. ad L.*
48 *Rhod. n. 2.* Cenſetur enim ſubeſſe conditio, ſi deportati fuerint. BEN.
STRACCH. *n. 4.* illo pro impoſitis nempe debeatur. *d. l. 10.* CAROC. *d.*
49 *l. n. 1.* Actus enim agentium vltra eorum intentionem operari non
50 debent. *l. 6. §. 1. d. cont emt.* Sed ſi hoc non adparet, ſatis eſt pro
nauta ſi probauerit impoſitum eſſe mancipium. *d. l. 10.* ibi: *ſatis erit.*
51 In obſcuris enim illud, quod minimum ſequimur *l. 9. d. R. I.* At hoc
52 eſt veriſimile quod nauta caſum fortuitum mortis in ſe ſuſcipere no-
luerit, quid enim eius intereſt, mortua, an viuentia mancipia trans-
53 ferat? PECK. *ad d. l. 10. n. 3.* Adhaec alibi certi iuris eſt, quod is,

qui

Digitized by Google

qui locat operas, ſi eas prohibetur praeſtare ſine ſua culpa, ex caſu con-
tingente a conductore earundem mercedem conſequatur, ac ſi operas
praeſtitiſſet. *l. 38. d. locat.* In dubio autem inhaerendum eſt regulae. 54
BEN. STRACCH. *d. naut. par. 3. n. 21.* CAROC. *d. l, n. 3.* Interim ſi con-
ſtat, quis obſcuram legem contractus dixerit, contra eum interpretandus 55
eſt. SIGNOR. DE HOMOD. *conſil. 195. qu. 7.*

Examinandus hoc loco erit caſus, quem BR. *in l. 2. d. condit.* 56
et demonſtr. hoc modo proponit: Nauta mercede certa conuenta
promiſit Titium in naui ſua ponere, et poſtea in certo loco exponere.
Reperitur Titius poſtea in eo loco, dubitatur, an nauta, qui non pro- 57
bat, ſe Titium in naui poſuiſſe, poſſit vecturam petere? BR. *ad. l.* dicit,
quod non, quia fato, et alio caſu potuit eo perueniſſe. *arg. d. l. 2.* 58
ibi: *fato.* Conſequendae autem actionis gratia non ſufficit, aliquid fato
fieri. A BR. PAVLVS CASTRENS. *in d. l.* diſſentit, putans, Titium in naui fuiſſe 59
ſciente et patiente nauta, quia contra eius voluntatem ſtare non po- 60
tuiſſet: et addit in rebus inanimatis, hoc caſu diſtinguendum eſſe.
Aut nauta ſciuit, res in naui eſſe. Et idem iuris, aut ignorauit, et ve- 61
cturam non deberi, quia nauta ex ſua parte non impleuit contractum.
SOCIN. *in d. l. 2.* quatuor caſus ponit, 1. Si nauta promiſit, aliquem in 62
naui ponere ad vecturam conſequendam ſufficere, vt in deſtinato loco
exponat, et quum in naui fuerit, ſciente nauta fuiſſe, et ab eo poſi-
tum praeſumi. *arg. L. 10. C. d. probat.* 2. Si nauta promiſit, portare 63
res inanimatas in naui, quae tamen ab alio ſciente et patiente nauta
delatae fuerunt, idem iuris eſſe, quia ſufficit promiſſum impleri,
vel a promittente, vel eius voluntate ab alio. *arg. L. 2. C. d. acqu. poſſ.* 64
3. Si merces in naui fuerunt poſitae ignorante nauta, tunc vi contractus 65
nihil poſſe petere, ſed tantum ex aequitate. 4. Si dubium ſit, an 66
ſciente vel ignorante nauta, merces in naui poſitae, et tunc ex pro-
miſſione agi ad vecturam poſſe, quia ex eo, quod factum reperitur,
praeſumitur ex praecedenti cauſſa factum. Has diſtinctiones adpro- 67
bant RVIN. *conſ. 122. n. 7. lib. 4.* BEN. STRACCH. *tr. d. nauigat. par. 3.*
n. 23. CAROC. *tr. locat. cond. tit. d. Naulo. n. 1. et ſeqq.* Mihi ad has 68
diſtinctiones adnotandum videtur. Quod primus caſus tantum ſuper
prolatione dubius ſit. Nam conſenſus, res vehenda, et pretium certa
ſunt. Si ergo expoſitus eſt, a nauta factum praeſumitur, ſi ipſum in 69
naui poſuerit, quod iuramento ſuo probare poteſt, ſi alia deficiant,

70 ſequitur, etiam vecturam deberi. Et ita P. Caſtrenſis ſententia ſaluari
71 poteſt. In ſecundo caſu non video, quomodo locator poſſit mercedem
petere, quum contractum non impleuerit. Et quamquam alter, ipſo ſcien-
te et patiente, fecerit, dubium tamen eſt, an proprium, vel ipſius ne-
gotium geſſerit. Si negotium ſuum geſſiſſe probaret, actione man-
dati a mandatario repetet, non vero a conductore, qui non impleto
contractu ad nihil tenetur. Et huc reſpexiſſe potuit BR. quando in-
73 quit, fato perueniſſe. Ille alter vero, qui transuexit, mercedem cer-
tam petere nequit, quia non pactus eſt, ſed ne officium ſit damno-
ſum, actione praeſcriptis verbis ei ſubuenietur, *arg. l. 1. §. 1. de praeſ.*
74 *verb.* vel officio iudicis. Tertius caſus recipit deciſionem *ex L. 1. §.*
fin. naut. caup. vbi, ſi ſufficit res in nauim illatas eſſe, ſequitur, quod
cuſtodienda data et accepta ſit, et ideo tamquam propter depoſitum
75 nihil petere poſſit. In quarto caſu, ſi conuentio praeceſſit, et merces
poſtea reperta, etiamſi neſciuerit, illatas eſſe, merito debetur vectu-
76 ra, adſunt enim requiſita contractus: et illatio, vel traditio mercium
non ad eius eſſentiam, ſed complementum, ſpectat, quod quum inſu-
per adſit, ignorantia vel ſcientia illationis nihil rei conſtitutae addere,
vel demere poteſt.

77 Caeterae res, quae naui ad transferendum imponuntur, vel
ſunt animatae, vt animalia, e. gr. oues, equi, boues Indici, leaenae,
78 pardi, pantherae, &c. *L. 16. §. 7. d. publican.* vel inanimatae, quae
poſſunt variae et omnis generis eſſe.

79 Hoc loco circa oues occurrit lepidus caſus, inter coenantes ali-
quando conuiualibus ſermonibus agitatus. Eſt autem talis: Nego-
tiator aliquot centum oues cum opilione, cuius cuſtodiae eas commi-
ſerat, vult flumen traiicere, et conuenit cum nauta, vt in ſingula ca-
pita ouium ſolidum daret. Hic oues pontonibus imponit, et forte
fortuito ſimul aliquot viatores ad traiiciendum intrant. Inter eos vnus,
dum hinc inde in flumine iactantur, obdormit, et capite hinc inde moto
et vacillante vt dormitantes facere ſolent, quaſi minitari videtur. Hoc
dux gregis, caper, videns in ipſum cornibus arietat, ille inter ſommum
et vigilias medius dum caprum palma feriendo a ſe amouet, ipſum ter-
ret, qui protinus in mare dilabitur, et ſubito poſt ipſum omnes fere
oues? Quaeritur an negotiatori competat actio, et contra quem? Cer-
80 tum eſt, actionem ſi qua eſſet, oriri ex obligatione, et hanc rurſus vel
ex

ex contractu, vel delicto. Plerique dicebant, culpam eſſe commiſſam, et eam actione locati conducti, vel l. Aquilia, aut actione in factum emendendam. Alii negabant. Inter priores, non nemo eam reiicie- 81
bat in nautam, quod ſcire debuiſſet naturam ouium, quod vna aliam etiam cum periculo ſequeretur, et ideo in vectores, et eorum actiones inſpicere. Alius opilionem redarguebat, quum peritus eſſet naturae ouium, hic nautam et viatores admonere, vel eorum actiones obſeruare debuiſſet. Quidam viatorem incuſabat, et quod dormiendo occaſionem dederat, et poſteà inter euigilandum, iniecto pauore, quodammodo caprum in flumen detruſerat. Rurſus nautam excuſabat, 82
quod impoſſibile ſit, vt ille omnium rerum, quae quandocunque traiiciuntur, poſſit accuratam notitiam habere, et ſufficiat ipſi, quod nauticae profeſſionis, cuius haec nulla pars, ſit gnarus. Similiter opilionem poſſe liberari, quod diuinare non potuerit, aliquem dormiturum, et caprum ideo incurſurum eſſe. Viatorem autem, quod dormitare non ſit actus illicitus, et dormiens non peccet, CARD. TVSC. *lit. d. concl. 716.* immo liceat etiam contra quadrupedem ſe defendere. *l. 1. §. 11. ſi quadr. paup.* Et erit, qui mercatori culpam imputabit, quod ille vbique vigilare debuiſſet, nec propria culpa damnum arceſſere. Hinc plerique dicebant, negotiatori contra neminem competere actio- 83
nem, et tamen, quia damnum habuit, ſi caſus talis obueniret, putabant, iudicem eſſe obſtrictum ad ferendam ſententiam. Quid ergo pronunciaret, deficiente actione, ſine qua nemo agere poteſt? *l. 1. §. fin. d. negot. geſt.* Omnes eo fere recurrebant quod priſcis ICtis non fuit 84
inconueniens, NON LIQVET, *l. 13. §. fin. d. recept. qui arbitr.* vel quod alii vſurparunt: SVBSISTO. *l. 33. d. procur. l. 32. ſi cert. petat. l. 5. §. 10. d. iur. immunit.*

Res autem inanimatae rurſus diſpeſcuntur vel in corpora, 85
vel in res, quae pondere, numero, et menſura conſtant, vt frumentum, vinum &c. Hae duobus modis in locationem veniunt, vno, vt 86
idem reddatur, altero vt tantumdem. In priori genere res domini 87
manet, poſteriori dominium tranſit. Similiter vt depoſitum eſt du- 88
plex, vnum quod adnumeratur, alterum quod clauſum datur. Ibi tantumdem, hic idem reſtituendum. Sic ſi argentum puſillatum, (*puſtulatum alii, i. e. purgatiſſimum* CVIAC. *7. obſ. 39.*) aurifabro datur, 89
vt vaſa fierent, vel aurum, vt annuli, in creditum itur, ſed ſi idem metallum

Digitized by Google

90 metallum reddendum, res domini manet. Vtriusque exemplum huc
pertinens eſt *in L. 31. locat.* quae diligenter explicanda eſt. Notarunt
ad eam CVIAC. *3. obſeru. 39.* SALMAS. *disquiſ. d. mutuo. pag. 29.* Ca-
91 ſus hic eſt. In nauim Saufeii, naucleri, plures mercatores impoſue-
runt, ſed in eodem aceruo, et confuſim Saufeius vni ex his frumen-
92 tum reddidit de communi, in aliquo ſcilicet portu, ad quem ſe ſiſti,
et ſuum frumentum a nauclero reddi pepigerit. Poſtea nauis periit,
dum ad vlteriora nauigat, quo caeteri mercatores ſuum frumentum
93 prouehendum locauerant. Quaeſitum, an caeteri pro ſua parte fru-
94 menti poſſint cum nauta agere actione auerſi? Negat ICtus in *d. L.*
31. et addit rationem, quod iuxta praeſuppoſita, duo ſint genera re-
rum locatarum, illud a mercatoribus confuſum frumentum ſit Saufe-
95 ii factum, et in eius dominium translatum. Dupliciter enim mer-
catores ſolebant cum nautis ad vehendum frumentum conuenire. Aut
enim illud in aceruo in nauim imponebatur, aut ſeparatim vnius-
96 cuiusque frumentum, ita, vt internoſci poſſet, aeronibus, cupis, tabu-
lis, aut ſaccis includebatur, et id fiebat in rebus, quae commode
miſceri nequibant: vt vinis, quae in doliis, vel amphoris claudeban-
97 tur. Priori caſu fiebat nauicularii, et poterat vnicuique ad menſu-
ram ex communi aceruo frumentum ſuum reddere, h. e. tantumdem
98 ſoluere. Poſteriori caſu tenebatur ſingulis, prout acceperat, ſuum
99 triticum propriis vaſis incluſum reſtituere, h. e. idem reddere, vel,
ſi contrafecerat, quia non fiebat permutatio, poterat ille, cuius fuiſ-
100 ſet triticum illud, quod nauta ſoluiſſet, vindicare. Realis enim actio
datur contra eum, qui nullo quidem iure alicui obligatus eſt, ſed qui
rem, quam alter ſuam intendit, poſſidet. *l. 9. l. 24. de R. V.* Neutro
101 vero caſu tenetur oneris auerſi. Non priori: Quia enim eius mer-
ces factae ſunt, non poteſt onus auerſum eſſe in re propria. Auer-
102 tiſſe enim dicitur, qui rem alienam, non qui ſuam diſtrahit. GOTHOFR.
103 *in d. l. 31. lit. n.* Non poſteriori caſu: quia locatori furti iudicium
competit, et ideo actio oneris auerſi ſuperuacua eſt. Vbi enim ordinarium
eſt remedium, ibi non datur extraordinarium. *l. 16. de minor.* Additur
104 ratio, quod conductor in priori caſu, quia res communis eſt, et v-
triusque gratia contractus initus, tantum culpam, non vero caſum for-
105 tuitum, praeſtare tenetur. *l. 23. de R. I.* Culpam autem non eſſe,
106 quod vni reddidiſſet: quoniam alicui reddere neceſſe fuit. *d. l. 31.*
Et

Digitized by Google

Et tali caſu obtinent iuris regulae, quod gratificationi locus ſit, *l. 24* 106
quae in fraud. credit. l. fin. d. religioſ. et iura vigilantibus ſcripta ſint. 107
l. 21. d. pecul. plur. de actione auerſi. infr. cap. 17.

Pretium autem illud, quod pro perſonis traiiciendis datur, 108
peculiari nomine dicitur naulum, *l. 5. qui potior. in pign. l. 39. §. 1. de*
legat. 1. et ita dicitur *in l. fin. §. fin. ad L. Rhod.* vel locarium, *Fehr-* 109
Geld, ideo quod datur pro loco, in quo quis in ſtabulo, vel naui con-
ſiſtit, *l. 2. ad L. Rhod. de iactu.* NOV. LEON. *56. et 104.* VARR. *lib. 4.*
d. lat. ling. CVIAC. *4. obſeru. 1.* vel ſolarium, ſi locus in ſtabulo, vel 110
caupona eſt, *L. 15. qui potior. in pignor. l. 7 §. 6. de vſufr.* GOTHOFR.
in d. l. 15. lit. B. aliquando etiam vectura. *l. 19. §. 7. locat.* Ionas id ex- 111
ſoluit, quum ex Iapho traiiceret in Tarſas, fugiens a facie DOMINI. *Ion.*
1. v. 3. Illud vero, quod pro aliis rebus, vel mercibus datur, dicitur in 112
iure vectura. *l. 29. v. item d. hered. pet. l. 62. de R. V. l. 1. §. 12. de*
exerc. act. l. 13. §. 13. de act. emt. l. 39. §. 1. de legat. 1. Nautae vo-
cant *Fracht*, *oder Fracht-Gelder.* Pro penore quotidiano ſeu victua- 113
libus nihil exſoluitur. *l. 1. §. 6. l. 4. §. 1. Naut. caup.*

Debet autem pretium conſiſtere in numerata pecunia, *§. 1.* 114
§. 2. de locat. et cond. l. 2. eod. licet poſſit ſolutio in alia re fieri. *l. 21.*
C. locat.

Conſtituitur haec merces ſeu vectura duplici modo: Primo 115
pro quantitate diuerſarum rerum. Illa, quia res variant, numero, 116
pondere, vel menſura circumſcribitur. In pondere conſiſtunt me- 117
talla, aurum, argentum, aes, ferrum, plumbum, praeterea pix,
cera, mel. Menſura conſtant fructus, tam aridi, quam liquidi, vt vi- 118
num, oleum, triticum, horreum. Numero omnis pecunia, et quid-
quid fere eſt. Aliae res aliter deſcribuntur. Videantur hac de re IOH. 119
MARIAN. *in tract. de ponder. et menſur.* HORSTIVS *lib. 2. de re numm.*
Communes menſurae aridorum ſunt chaenix, modiolus, modius, 120
medimnus, trimodius, duo trimodii, corus, *ein Wiſpel, 2. Dr.* octo-
trimodii, *eine Laſt*, laſta. Liquidorum ſunt cyathus, ſextarius, he- 121
mina, congius, vrna, amphora, tonna, culleus, dolium. Pon-
dus habet aſſem, et eius partes, quae ſunt deunx, dextans, dodrans, 122
bes, ſeptunx, ſemis, quincunx, triens, quadrans, ſextans, vncia,
item ſemiuncia, drachma, ſextula, ſcrupulum, granum. Sunt et-
iam dupondia, tripondia, quatrupondia. Germanis vocantur, *Lieſt-* 123

124 *pfund*, *Schiffspfund*, *Centner*, *&c.* Inter haec Pondo nauticum, ha-
125 bet 20. Pondo. *1. Liſp.* 14. libras, libra mercalis *1. Marckpfundt.* Li-
126 gna orgiis determinantur. Panni vlnis, vel partibus, *Stücken*, *Bal-*
127 *len*, &c. Reliquae res, vt diuerſae, quis enim omnes enumeraret,
128 ita pro diuerſitate locorum diuerſimode locantur. In his mercibus
illud obtinet, vt illa dicatur merces, de qua inter partes conuen-
tum. *l. 2. loc.* Quod ſi dubium eſt, illud obſeruatur, quod in loco
contractus frequentatur. *l. 34. de R. I.* Praeſumitur enim contrahens
morem ſuae regionis ſpectaſſe. *l. 31. §. 20. d. aedil. edict.* In tali ca-
129 ſu ne inter partes longa ſit diſputatio, et vt facilius commercia pro-
mouerentur, nec partes in pretio ſe nimis circumuenire poſſent, quod
130 alias in locatione conductione licet: *l. 22. §. fin. loc.* Hollandi ſingu-
lis mercibus certum valorem publica auctoritate impoſuerunt, quan-
131 tum ſcilicet debeat loco vecturae poſtulari. Exſtant ordinationes,
quid a nauibus in fluminibus, lacubus, et foſſis intra regionem naui-
gantibus accipi debeat, in libro *Zeerecht. excuſ. Middelb. Anno 1737. a*
132 *pag 112. vsque ad pag. 140.* item, quod a nauibus extra prouinciam in
Galliam, Angliam, Germaniam, earumque ciuitates Hamburgum,
Londinum, Rothomagum, nauigantibus *a pag. 141. vsque ad pag. 150.*
133 Vnde facile pro diuerſitate locorum, et longitudine milliarium, et ha-
134 bita ratione impenſarum. computus etiam in longinquam nauigatio-
nem et loca fieri poteſt, quantum ſcilicet ſumendum vel dandum,
135 ne nimia ſit laeſio, vel lucrum. E. gr. pro laſta halecum 4. fl. pro
dolio vini 3. fl. pro tonna frumenti 12. ſolidos &c. Hoc igitur mo-
136 do, quum vel iuxta praeſcriptum valorem, vel placitum inter ſe fa-
ctum mercatores conuenerunt, facilis poteſt eſſe ſubductio, et nulla fe-
137 re laeſio. Romanos itidem illud obſeruaſſe, exemplo locorum, ex
quibus et ad quae nauigaret, euincunt. E. gr. a Caſſiopeia vel Dyr-
138 rhachio Brunduſium *l. 1. §. 12 de exerc.* per mare in Aſiam, et primo in
matricem vibium, Epheſum, *l. 4. §. pen. d. off. proconſ.* et de pro-
uincia Cyrenenſi Aquileiam. *l. 60. §. 1. locat.* a Baruto Brunduſium
139 et retro. *l. 122. §. 1. de V. obl.* in Africanum et Salonitanum portum.
l. 3. C. de naut. foen. ab Hippone in Hoſtiam. *l. 6. ad L. Rhod.* Nam
140 pro diſtantia locorum et longitudine nauigationis maius accipiebant
pretium.

Secundo

Secundo vectura conſtituitur per auerſionem. Ita in *l. 1. §. 15. de exercit. act. l. fin. ad L. Rhod. de iact.* nauis conducta dicitur: alibi, vt in *l. 62. §. 2. de cont. emt. l. 4. §. 1. et fin. de pericul. rei vend.* res emta, vel opera locata dicitur. *l. 36. locat. l. 35. l. 58. eod.* Hoc quid proprie ſit, Dd. diſceptant. Antiqui codices legunt aduerſio- 142
nem, quae lectio magis Doctores turbauit. ACCVRS. *in gloſſa.* dicit, 143
auerſionem eſſe periculi a ſe repulſionem, et in locatorem reiectionem. 144
ALCIAT. *lib. 6. parerg. cap. 28. et lib. 7. cap. 11.* putat, nihil aliud eſſe, quam ſi aduerti conductor voluerit, quot amphorarum nauis capax eſſet, vt inde poſtea ex peritorum renunciatione ſoluatur pretium. FRANC. CONNAN. *7. Commentar. iur. ciu. 10. num. 6.* quem ſequitur 145
PETR. PECK. *ad §. 15. et d. l. fin. num. 5.* quando conductoris periculo conducta eſt, et talis conductor adpellatur in *l. 1. §. 15.* exercitor, 146
et domino aequiparatur. Igitur, ſi nihil omnino portatum ſit, vel 147
quia noluit conductor, vel quia aut tempeſtate, aut naufragio, aut vetuſtate nauis non potuit, locatori nihilominus ob ſuſceptum omne periculum, niſi quid ſpecialiter exemtum ſit, integram mercedem exſoluere cogitur. HOTOMAN. *in l. 36. locat.* ait, auerſione fieri, quum 148
res multae ſimul atque aceruatim vno pretio vendantur, vel locentur, ſiue illae plurimae ſint generum, ſiue vnius, modo numero, pondere et menſura diuidantur. E. gr. ſi in auctionibus res multae ſi- 149
mul venduntur. Addit etiam dici ita, non ab auerrendo, ſed auerrendo, quaſi quum omnia ſimul vno tempore, tamquam per euerriculum, auerruntur. Simpliciſſima videtur Laelii Taurelli ſententia, quam 150
ANT. AVGVSTIN. *3. emend. 6.* refert, et adprobat, vt ſcilicet per a- 151
uerſionem dicatur nauis conduci, quum confuſe, vniuerſaliter, ſiue pretio inſimul dicto, non in ſingulas res, vel menſuras, aut amphoras conſtituto conducitur. Graeci vocant ἐν ὁμάδι, in vniuerſo, 152
BASILIC *lib. 15.* Galli *en gros, en bloc*, et, cum grana ita venduntur, vocant, *by den Hoop*, vel Noſtrates, *das Korn ſtorten*, nautae noſtri *b. l. eine vorgrepiſche Fracht.* Et cum hoc conſentit GOVEAN. *2. var.* 153
lection. iur. ciuil. 14. vbi dicit, auerſione id fieri, quod negligenter, neque ſatis conſiderate, ſed confuſe, vt *in l. 36. d. aedil. edict.* dicitur, quis faciat, quaſi oculos auertens ab eo, quod agit. Hanc ſententiam amplectuntur CVIAC. *8. obſ. 15.* GOTHOFR. *in L. 62. §. 2.* 154
cont. emt. lit. x, CALVIN. *in lex. iur. V. auerſione.* Firmatur haec ſententia

Digitized by Google

155 tentia *d. l. 62. §. 2. l. 4. §. 1. de peric. et comm. rei vend.* vbi dicitur
omne vinum venditum, vno pretio, nullo reſpectu ad menſuras. Sic
2. *in l. 35. l. 36. l. 51. §. 1. l. 58. locat.* dicitur, opus vel res per auerſio-
156 nem locata cum vno pretio non in ſingulos pedes locata eſt. Opti-
me autem 3. hoc explicat. *l. fin. §. fin. ad L. Rhod. de iact.* vbi vnus
157 modus alteri opponitur, auerſioni nempe numerus. CVIAC. *3. obſeru.*
158 *2.* Quaerit enim ICtus, ſi pro numero impoſitarum amphorarum mer-
ces conſtituta, quantum debeatur? Reſpond. pro tot amphoris pre-
tium deberi, quot nauis portauit. *d. §. fin. verſ.* ſi pro numero. Rurſus,
159 quid ſi conducta eſt nauis amphorarum duorum millium, et tot im-
portatae ſunt? Reſpondet pro duobus millibus amphorarum pretium
160 deberi. Idem inquit, ſi auerſione nauis emta, ſcilicet, vt duo millia
161 praeſtentur. Ratio, quia per nautam non ſtetit, quo minus ſecun-
dum conuentionem tot amphoras reciperet, *c. imputari X. de R. I.*
162 *in 6.* Effectus conuentionis per auerſionem eſt, quod cuſtodia (quae
163 deſinit vino auecto, *d. l. 4. §. fin.*) rei in conuentionem deductae tan-
tum praeſtetur. *l. 4. §. 1. de pericul.* periculum autem et caſus fortui-
tus ſit emtoris, vel conductoris, *d. l. 4. d. l fin. §. fin.* niſi aliquid do-
164 lo venditoris factum ſit, *d. l. 62. §. 2.* vel conductor aliquid ſpecialiter
165 inceperit. PECK. *ad d. § final.* Hinc talis conductor comparatur
exercitori, ad quem omnia commoda et incommoda pertinent.
166 *l. 1. §. 15.* et hac de cauſſa tales conductiones plerumque in per-
petuum fieri ſolent, licet etiam ad tempus fiant. *ad §. 15.*
167 Noſtri nautae ſolent ita efferre, *daß einem frey ſtehe, ſo viel
Guth zu führen, als er will, vnd er bauen den Ouerlop lathen kan.* Ex
168 his adparet, manifeſte eſſe ACCVRSII opinionem falſam. Non enim in
169 locatorem periculum reiicitur, ſed ab eo auertitur in conductorem.
ALCIATI ſententia nihil facit ad propoſitum, quum non ſit in quaeſtione,
170 quot amphorarum nauis capax ſit, immo expreſſe additur *in L. fin. §.
fin.* quod, etiamſi hoc notum ſit, e. gr. quod duo millia amphorarum ha-
171 bet, tamen idem ſi auerſione nauis conducatur, dari oportet, imo
etiamſi parum, aut nihil impoſitum ſit, debeatur merces. CVIAC. *3.
obſ. 2.* vnde patet, aliud quid eſſe auerſionem, quam explorationem
172 capacitatis. HOTOMANI opinio ex eo reiicitur, quod hic non res multae
173 aceruatim, ſed vna nauis conducta eſt. CONNANVS vero concordat cum
174 AVGVSTINO, et effectum auerſionis indicat. Caeterae Dd. diſtinctio-
nes

Digitized by Google

nes ad hanc legem paruam, aut nullam vtilitatem habent. OLDRAD.
ANGEL. *in d.* §. *fin.* non videntur eam intellexiſſe CASTRENSIS *in d.* §. 176
fin. vtrumque modum ponit, et nobis conſentit. GVILHEL. et ex eo 177
CAROC. *tr. loc. cend. tit. d. condit. n. 3.* ita diſtinguunt, vt ſenſui legis
non conueniat. BEN. STRACCH. *tr. d. Naut. part. 3. a n. 7. vsque ad*
§. *17.* ſeptem facti ſpecies ponit. Inter illas prima eſt Accurſii et 178
falſa. Altera non eſt in quaeſtione. Tertia et ſeptima habet primum 179
§. *fin.* caſum de certis menſuris, ſexta alterum de auerſione. Quinta 180
naturae auerſionis aduerſatur. In ſexta non eſt ſenſus.

Vectura autem ſolet pro dimidia parte itineris in itu exſolui, 181
altera in reditu. In Hollandia obſeruaui, ſi quis naui iter facit, quod 182
naulum incipiunt colligere cum dimidio milliari abſunt a loco, quo
cogitant. Cuius haec eſt ratio, quod ſubito, vt nauis adpellit, quis- 183
que pro ſuo lubitu abit, et difficile tunc eſſet vectores quaerere, in
primis quum maxima pars ignoti ſint. Quaeritur, an ſi quis vecturam 184
pro mutua (i. e. in anteceſſum, ἐν προχειρίᾳ vel προχειρείᾳ HARMENOP.
lib. 2. tit. 14. §. *1.*) dedit, poſtea amiſſa naufragio naui, poſſit eam re- 185
petere? Adfirmat PAPINIANVS *l. 4. Reſp. in l. 15.* §. *6. locat.* quia mu-
nere vehendi non functus eſt. Locatio conductio autem eſt contractus 186
reciprocus, vbi ſi locator penſionem habere cupit, tenetur etiam a
ſua parte plenum vſum conductori praeſtare. *l. 33. loc. l. 15.* §. *2. et ſeqq.*
eod. Legendum autem eſt *in d. l.* pro mutua (non pro inuecto vt *Holand.*) 187
quia qnaſi mutuum datur, quod prorogatur, et ita non transuecto
onere in credito remanere dicitur. CVIAC. *3. obſ. 1.* Non placet etiam, 188
vt CVIAC. *d. l.* putat, legendum (pro manu vel in promtu) quaſi re-
praeſentata ſit pecunia, et ſtatim data.

Oritur ex hoc contractu actio ex conducto locato. *l. fin.* 189
§. *1. ad L. Rhodiam* vel locato conducto. *l. 13.* §. *1. et 2. locat.* Actione
conducti agit conductor contra locatorem, vt merces in eo loco ex- 190
ponat, de quo conuentum eſt, *l. fin.* §. *1. verſ. Idem iuris ad L.*
Rhod. de iactu. et deinde ſi quid dolo vel culpa ipſius damnum datum
ſit, reſarciat. Veluti ſi merces ſint deteriores factae, vt illud emendet. 191
l. 11. §. *1. locati.* Dolum enim et culpam praeſtare debet. *L. 9.* §. *3.* 192
etiam eorum, quos induxit, ſi inducendis culpam admiſit, *l. 30.* §. *fin.* 193
eod. atque adeo inimicorum ſuorum, ſi eius odio rem fecerint deterio- 194
rem. *l. 25.* §. *4. eod.* Idem obtinet, ſi contra legem locationis factum, 195

196 quia culpa eſt conrra pactum venire. *d. l. 11. ff. fin.* Interdum enim
197 cuſtodia et leuiſſima culpa ratione circumſtantiarum eſt praeſtanda,
198 praeſertim, quum quis pro cuſtodia pecuniam accipit. Et hoc etiam
199 valet, ſi ex imperitia aliquid faciat, quia illa culpae adnumeratur. *l. 9.*
200 *l. 13. §. 5. l. 51. §. 1. locat.* Si igitur merces conuento loco non traduntur, et locator inſuper poenam, promiſit, tenetur eam exſoluere. *d. §. 1.* ibi: *vt certam poenam,* niſi remiſſam, (ita legit CVIAC. pro *remiſſa 3. obſ. 2.*) ſibi eam poenam quo minus munere vehendi fungere-
201 tur, probare poſſet. *d. §. 1. ibi minus remiſſa.* Quaeritur *h. l.* ſi in exponendis mercibus dubitetur, cuius ſint merces, magiſtri nauis, vel
202 alterius, quid ſtatuendum? Inſpiciendae primo ſunt literae, quas magiſtri nauis ſecum ferre ſolent, et vocantur *Zarten* i. e. chartae, in
203 quibus ſignatae merces cum certo ſigno: vbi ſi nihil reperitur, liber ſcribae legendus. BEN. STRACCH. *d. naut. p. 3. n. 32.* Qui ſi nihil habet, ad coniecturas fugiendum, quae ex qualitate rerum, et vectorum
204 ſumi poſſunt. Si plane non conſtat, res forte terminanda, vel pauperibus danda, qui mos apud nos eſt, et ſcio, id obſeruatum a meo
205 patre, quum duae tonnae ſupereſſent, nec adpareret, cuius eſſent,
206 eas pauperibus datas. Quia vero multis modis culpa committitur, aliquot caſus enumerandi ſunt. Id fit 1. ſi nauigauerit tempore vetito,
207 *l. 3. C. d. naufrag.* vel 2. auerſo et inidoneo, *l. 36. d. R. V. l. 13. §. 1.*
208 *locat.* ibi: *quo non debuit.* 3. Si tempus nauigando prorogauit, *l. 122.*
209 *ff. 1. verſ. item quae d. V. obl.* Si commodo tempore nauigare omiſerit, et in portu manſerit, nec intra tempus praeſtitutum venerit. *l. fin. §. 1. ad L. Rhod. verſ. idem iuris l. l. 2. §. 8. Si quis caution.* 5. Si
210 littora deuia et inſidioſa ſectatur, nec locum nauigii ſeruat. *l. 4. d. mort. cauſſ. don. l. 7. C. d. naucl. l. 3. Cod. d. naut. foen l.* 18. *commod.* ibi:
211 *ſine culpa.* 6. Si plus iuſto nauim onerat, *l. vnic. C. ne quid oner. publ.*
212 7. Si illicitas merces naui immiſerit, et nauis exinde publicata ſit. *l. 3.*
213 *C d. naut. foen.* 8. Si ſine gubernatore nauim in flumen immiſerit,
214 et profunditatis ignarus fuerit: *l. 13. §. 2. locat.* 9. Culpa etiam eſt, ſi nauicularius inuito domino merces ex naui conducta in deteriorem transtulit, et illa poſtea in fluminis oſtio cum mercibus periit *l. 13. ff. 1. locat.* Si vero vtraque nauis periit, et quidem ſine dolo, a culpa immunis eſt. *l. fin. §. 1, ad L. Rhod.* CVIAC. *3. obſeru. 2.* Quid ſi
215 in aeque bonam, vel meliorem nauim tranſtulit? dicendum videtur,

gratias

gratias ei referendas, quod meliorem domini conditionem fecerit. Contra culpandum eſſe, quod ſe prudens in difficultates coniece- 216
rit, et alteri merces tradiderit. Eſt enim inter perſonas ſcientiae differentia, nec poteſt ab alio effici, vbi perſonae induſtria electa eſt. *L. 39. de ſolut.* Recte PECK. *d. l. num. 3.* diſtinguit, ſi nulla neceſſitas 217
eſt, non excuſari, ſecus ſi adſit. Si enim res aeque in priori naui interiiſſet, non habet dominus mercium cauſſam, cur queratur. Nec obſtat *l. 1. §. 25. depoſit.* Nam ibi actio ſtatim nata eſt, vendito depoſito, quod non licet. Quamuis igitur poſtea redimat, ſibi imputet quod teneatur, qui prius fidem violauit. Hic vero dominus non habet, quod queratur, ſi enim vtraque nauis ſalua perueniſſet, nec merces deteriores factae fuiſſent. Ergo euentus exſpectandus fuit, vbi neceſſitas merito excuſat. PECK. *d. l. num. 3.* Si nauim minus 218
idoneis hominibus commiſerit. *l. 16. §. 1. de R. V.* 11. Si falſis inſi- 219
gnibus, velis, literis vſus, et damnum ſequitur, *Luerden-Brieff. infra de falſo.* Quaeritur, an teneatur nauta, ſi merces, aqua pluuia- 220
li madefactae, vitium acceperint? Reſp. nauigia quaedam eſſe tecta, quaedam aperta. Si igitur tectum nauigium conduxit mercator, et 221
ſub tabulato non bene conſtrato pluuia penetrauit, culpae reus eſt, quaſi inidoneam nauim praeſtiterit. *arg. l. 13. §. 1. locat.* Si vero apertum nauigium conduxit; ſibi debet imputare, qui hoc proſpicere poterat. STRACCH. *tract. de naut. part. 2. num. 5.* Ex his concluditur, culpae reum non eſſe, ſi quis nauim tempore nauigationis trans 222
mare miſerit, et ea poſtea perierit. *l. 16. §. 1. de R. V.* vel iure ſuo vſus, id faciat etiam imminente periculo. *l. 12. §. 1. de vſufr.* nullus enim videtur maleſacere, qui iure ſuo vtitur, etiamſi alter exinde damnum 223
habeat. *l. 55. d. R. I. l. 24. §. fin. de damn. inf. l. 1. d. aqu. et aqua pluu. arc.*
Culpa vero quum ſit delictum, et facti, qui eam allegat probare tenetur. *l.* 224
24. C. d. edend. Eſt enim pro nauta praeſumtio, quod fuerit peritus, et 225
diligens; WESENB. *part. d. prob. n.* 16. vnde contrarium adſerenti incumbet merito probatio. *§. 4. de legat.* Quomodo autem probabitur? 226
Ex coniecturis, ſi alia deficiant. Exemplum habet PECK. *in L. fin. §. 1. ad L. Rhod. n. 4.* in eo, qui rimoſam nauem habet, et ex ea merces in aliam impoſuit, quae poſtea pereunt cum naui. Quae cum magni valent, 227
nauis rimoſa parum, ſi videt nauta, ſe propter culpam teneri, et ideo poſt caſum rimoſam nauim perdit, et talem caſum infortunio praetexere

texere vult, praeſumitur in contrarium culpam commiſiſſe, quod res
pretioſas ita negligenter curauit.

228 Actio locati datur locatori, vt ſibi praeſtetur promiſſum pre-
tium, *l. 2. ad L. Rhod. d. iact.* non ſolum ſi merces ſaluae in locum de-
229 ſtinatum peruenerint, ſed etiam ſi culpa conductoris publicatae fue-
230 rint. Talis caſus eſt *in L. 60. §. 1. locat.* vbi quis nauim conduxit, vt
ex certo loco in alium olei metretis 3000. impoſitis et frumenti modiis
231 octo millibus, certa mercede nauigaret, et euenit vt onerata nauis in
prouincia nouem menſibus retineretur, et onus impoſitum commiſſo,
232 ideo, quod merces vetitae erant, tolleretur, reſpondit ICtus nihilo-
minus locatorem ſecundum locationem a conductore vecturas exigere
233 poſſe. Haec actio datur etiam praedoni, ſi nauim locauit, ita vt vectura
nauis ei recte ſoluatur, et conductor liberetur, nec dominus ſi a ſol-
uente petet, audiendus ſit, quoniam ex locatione praedonis, etiamſi in
234 re aliena, actio domino contra conductorem non competit, ſed prae-
do domino obligatus eſt. *l. 55. d. cond. indeb. arg. l. 85. d. ſolut.*
235 Contra vero, ſi vecturas nauis, quam dominus locaſſet, praedoni con-
ductor ſoluerit, non liberabitur: ſed condicet a praedone vt indebi-
236 tum. *d. l. 55. arg. l. 22. §. 2. d. pign. act.* Valet tamen hoc, ſi ignoraue-
rit, praedonem eſſe, ſecus ſi ſciuerit, tunc enim actio domino contra
conductorem datur. DEC. *conſ. 707.* GOTHOFR. *in d. l. 55. lit. n.*

237 Praeter hanc actionem etiam locator habet ius retentionis in
bonis et mercibus transuectis, vsque dum ſibi vectura ſoluatur: *l. 2. ad*
L. Rhod. ibi: *immo etſi retineat* BL. ALBER. PECK. *ad d. l. n.* 1. et addit
238 ICtus, quod illud ius etiam pro contributione damni, ſi iactus factus,
habeat, et ad petitum vectorum exercere debeat *d. l. 2.* ibi: *Seruius*
239 *quidem.* Tale ius retentionis ſpecies proceſſus executiui eſt, et vſur-
240 pant illud aurigae pro mercede rerum adportatarum. COLER. *de pro-*
ceſſ. execut. lib. 1. cap. 2. num. 246. Caupones pro pretio hoſpita-
tionis, REBVF. *tract. de lit. oblig. art. 4. gloſſ. 2. num. 31.* et multi alii,
241 de quibus COLER. *d. l.* Hoc merito datur, cui enim actionem da-
242 mus, ei exceptio denegari nequit. *l. 1. §. 4. de ſuperfic.* An autem
magiſtro nauis in mercibus transuectis tacita hypotheca competat, du-
bium eſt? Adfirm. NEGVZANT. *membr. 4. 2. part. prin. num. 140.*
243 PECK. *ad l. 2. num. 6.* tam pro naulo, quam omni nautae intereſſe.
Rectius negat LVD. ROMAN. *in l. 1. §. 6. ad SCtum Syllan.* quia nulla
lex

Digitized by Google

lex id exprimit, et nos erubeſcimus ſine lege loqui. *Vide ſupra cap. 5. num. 20. 50. et ſeqq.* Caſus autem fortuitus, veluti naufragium, in 244 hoc contractu non praeſtatur. *l. 13. §. 2. locat. l. 23. de R. I.*

CAPVT XI.

DE SOCIETATE, VON MASCOPEYEN VND ADMIRALSCHAP.

SVMMARIA.

1. *Duplex eſt ſocietas maritima.*
2. *Prima ſpecies ſocietatis eſt de certa negotiatione.*
3. *Haec dupliciter fit.*
4. *Caſus prioris in L. 52. §. 4. pr ſocio.*
5. *De eo, quid iuris in ſagaria ſocietate, ratione damni, et caſus fortuiti.* 6. 7.
8. *Caſus poſterioris in l. 29. §. 1. pr. ſocio.*
9. *De eo, quid iuris?* 10.
11. *Regulariter partes ſocietatis ſunt aequales.*
12. *Poſſunt tamen eſſe inaequales.*
13. *Valent pacta, vt vnus plus lucri, alter plus damni habeat, vel vice verſa.* 14. 15. 16.
17. *Non tamen leonina ſocietas.*
18. *Nec pactum, vt vnus ſemper ſortem habeat ſaluam.* 19.
20. *Vel eius partem.*
21. *Nec valet, vt quis quotannis certum det.*
22. *Lucrum et damnum, quid?*
23. *Illud inueſtigatur per regulam conſortii.* 24.
25. *Examinatur illud dubium, ſi vnus pecuniam in ſocietatem intulit, alter induſtriam, an pecunia videatur communicata finita ſocietate?* 26.
27. *Negantium opinio cum rationibus.* 32. 33. 34.
35. *Diſtinctio Grotii.* 36. 37. 38. 39. 40.
41. *Qui illam diſtinctionem amplexi.* 42. 43.
44. *Quid vero, ſi ſors non fieret communis, an tunc ſalarium pro induſtria poſſit peti?* 45. 46.
47. *Impenſae ſunt reſtituendae.*
48. *Altera ſpecies ſocietatis eſt de ipſis nauibus.*
49. *Haec hodie valde neceſſaria eſt.*
50. *Licet priuatis pro vſu nauigationis ſe armare.*
51. *In ſocietatem veniunt defenſio et praeda.*
52. *Ratio aeſtimationis damnorum et lucri traditur.* 53.
54. *Laudabilis Philippi II. R. Hiſp. conſtitutio refertur, quomodo priuati ſe armare contra piratas debeant, priuſquam mare intrent.* 55. 56. 57.
58. *Batauorum conſtitutio de nauibus, quando conducentem habere debeant, et quouſque illa ire, et vbi ſubſiſtere debeat.* 59. 60. 61. 62.

63. *Quomodo ſe inuicem conducere debeant?* 64.
65. *Quid nauis pro conductu contribuere debeat.* 66. 67.
68. *Poena eorum, qui ſine naui conducente nauigant.* 69. 70. 71. 72.
73. *Mulctam quis accipiat, et cuius ſuper ea cognitio?* 74.
75. *Si quis in hoſtem irrumpit, quid ei ratione damni a reliquis contribuendum.* 76. 77. 78.
79. *Admiralius debet noctu lucernam oſtendere.* 80.
81. *Statutum ciuitatum Hanſeaticarum, de eo, qui rumpit ſocietatem naualem.* 82. 83.
84. *Actiones ex his ſocietatibus, quid in ſe contineant, adiicitur.* 85.

1 Duplex in maritimis rebus eſt ſocietas: vel certae negotiationis in
mari exercendae, vel ipſarum nauium. Illa vocatur Germ. voce
2 *Maſcopey;* et eſt conuentio, quando plures negotiatores certae alicuius
3 negotiationis in mari exercendae communionem inſtituunt. Fit dupliciter, vel quum aequaliter pecuniam in ſocietatem inferunt, vel quum alter
loco ſortis induſtriam et operam exhibet. Illius exemplum eſt in *l. 52. ff.*
4 *§. 4. pro ſocio.* vbi quidam in negotiationem ſagariam, (i. e. ſuper coemendis ſagis, *l. 5. §. 15. de tribut. act.* GOTHOFR. *in d. §. 15.* CALVIN.
in l. iur. verb. ſag. Soldatenröcke, oder Liberey, coierunt: et ſtatui-
5 tur, ſi vnus profectus eſt, et in latrones incidit, alterum dimidiam partem damni ſuſtinere, non ſolum pecuniae, ſed etiam impenſarum in
6 medicos, immo et eius, quod naufragio periit, ſi modo non alias
7 merces, quam naui, ſolerent aduehi. Sicut enim lucrum, ita et damnum, commune eſt, nec ſocius tenetur ſocio de caſu fortuito, ſed
8 ſaltem de culpa. *§. fin. de ſocietat.* Poſterioris caſus exemplum eſt *in
l. 29. §. 1. pro ſocio.* vbi vnus pecuniam, alter induſtriam, vel operam, in ſocietatem confert, veluti, ſi ſolus peregrinetur, ſolus naui-
9 get. Plerumque enim tanta eſt induſtria ſocii, vt plus ſocietati conferat, quam pecunia, *§. 2. de ſociet. d. l. 29. §. 1.* ibi: nauiget: et pau-
10 perior plerumque opera ſupplet, quod ei per comparationem patri-
11 monii deeſt. *l. 5. pr. ſoc.* Regulariter vero, et in dubio, partes ſocie-
12 tatis ſunt aequales. Poſſunt autem partes ſocietatis ſtatui, prout con-
13 trahentibus placuerit, et tunc hae ſeruandae ſunt. Ita valent pacta, vt ſocius induſtrius maiorem partem lucri habeat, quam ſocius, ſolum
14 pecuniam inferens. *l. 6. pr. ſoc.* vt ad vnum duae partes et lucri, et
15 damni pertineant, ad alterum tertia: *§. 1. h. t.* item vt ad Titium lucri duae partes pertineant, damni tertia, ad Seium duae partes

damni,

damni, lucri tertia, *ſ. 2. eod. l. 2. eod.* porro, vt alter nullius par- 16
tem damni ſentiat, lucrum commune ſit, quod tamen ita demum va-
let, ſi tanti ſit opera, quanti damnum eſt. *d. l. 29. §. 1.* Non tamen 17
valet leonina ſocietas, vt quis ſolum damnum, nullum lucrum habeat.
l. 29. §. 2. Nec ſubſiſtit conuentio, vt alter pecuniam conferat, al- 18
ter operam, ſorte illi ſalua, atque ab eo, qui operam promiſit, reſti-
tuenda. Duplex enim haberet damnum, pecuniae et operae, alter 19
vero ſemper ſecurus eſſet, GAIL. *2. obſeru. num. 3.* immo ne valet qui-
dem, ſi dimidiam ſortis partem ſaluam praeſtare deberet. CAM. BO- 20
REL. *conſ. 65. num. 42.* Itidem inualidum pactum eſt, quum alicui 21
ad negotiandum pecunia datur, vt lucrum communicetur, vel acci-
piens quotannis danti ſine computatione, et quocunque caſu inter-
ueniente, certum ſoluat. GAIL. *d. l. num. 5.* GOMEZ. *2. reſ. 5. num. 5.*
Lucrum autem non intelligitur, niſi omni deducto damno, nec da-
mnum, niſi omni deducto lucro. *l. 30. pr. ſoc. §. 3. eod.* Quomodo 23
autem partes ſocietatis ratione fieri, vel damni inueſtigandae, ſiue
cum tempore, ſiue ſine tempore, id Arithmetici per ſingularem, et
compendioſum modum, quem vocant, regulam conſortii, docent:
LANZ. *in inſtit. Arithmet. l. 1. cap. 3. art. 2. pag. 42.* AD. MET. *lib.* 24
2. Arithmet. cap. 16. ADR. MOLLER. *p. 8. Arithm. 665.*

Elegans in hac materia quaeſtio eſt, ſi vnus pecuniam in ſo- 25
cietatem confert, alter induſtriam, an videatur pecunia communi-
cata, atque ideo finita ſocietate diuidenda? *Vid.* BR. BL. IOH. SCHNEID. 26
ad ſ. 2. num. 5. MYNSINGER. *num. 3. ad §. 2. de ſociet.* GAIL. *2. ob-
ſeru. 24. num. 6.* DONELL. *in l. 1. h. t. num. 3.* FACHIN. *2. Cont. 94.* ſta-
tuunt, quod ſolius lucri et damni ex pecunia et induſtria prouenien- 27
tis ſit communio, ſors vero finita ſocietate redeat ad eum; qui in-
tulit. Ratio eſt, quod alias ſumma oriretur inaequalitas, et pecu- 28
niam conferens duplex incommodum ſentiret, ſi forte finita ſocietate 29
pecunia ſola remaneret, nam dimidiam partem pecuniae amitteret, et
inſuper eam otioſam habuiſſet. Alter nullum damnum haberet, quum 30
dimidium pecuniae conſequeretur. Et huic conſentiunt STAT. LVBEC.
lib. 3. tit. 9. art. 1. Contrarium, quod pecunia communis ſit, et fini- 31
ta ſocietate diuidenda, volunt ACCVRS. *in l. 1. C. pr. ſoc.* HOTOMAN.
in epit. pro ſoc. num. 17. COVARRVV. *3. reſolut. 2. num. 2.* ANTON.
MATTHAEVS *in diſp. 23. ff. h. t.* Fundamenta ſunt in *l. 1. et l. 2. l. 3.* 32

Digitized by Google

33 *§. 1. et 2. l. 58. pr. pro ſocio.* et deinde, quod opera, quae ſortis loco
34 non eſt, non deducatur. *l. 29. in fin. pro ſocio.* Ergo nec ſors. Im-
mo in dubio tacitam hanc conditionem ſemper ineſſe, vt ſi indu-
35 ſtria ſorti reſponderet, pars ſortis exhibenti cedere debeat. COVARR.
d. l. cap. 2. MENOCH. *l. A. l. Q. lib. 2. caſ. 125. num. 3.* Mihi vide-
tur, has contrarias opiniones optime per ea conciliari poſſe, quae
36 HVGO GROT. *2. d. l. Pac. et bell. cap. 12. num. 24.* tradit. Nimirum,
quod aut opera confertur cum ſolo pecuniae vſu, quo caſu ſors do-
37 mino perit, et ſi ſalua eſt, domino ſalua eſt: aut opera confertur
cum ipſo dominio pecuniae, quo caſu, qui operam impendit, parti-
38 ceps ſit ſortis. In prima ſpecie comparatur cum opera non ſors, ſed
periculum amittendae ſortis, et lucrum, quod probabiliter ex ea ſpe-
39 rari poterat. In altera operae pretium habetur, quaſi ſorti adiectum,
et pro eo, quod valet, in ipſa ſorte partem habet, qui operam prae-
40 ſtat. Haec autem non ſolum in labore et induſtria obtinet, ſed et-
iam in periculo nauigationis, ſi quis in ſe ſuſcipere velit. HVG. GROT.
41 *d. l. verſ. quod de oper.* Et hanc diſtinctionem adnotauit ex CORNEL.
42 ET SOCIN. *Sen. conſ. 265. lib. 2.* FACHIN. *2. controu. 95. v. Tertia in caſu*
contrario, vbi tradit, ſi pecunia ſit amiſſa, quod illud damnum pertineat ad
eum, qui eam contulit, quia res pereat ſuo domino. *l. 9. C. d. pignor. act.*
43 Hanc deciſionem amplectuntur NAVARR. *in man. conſil. lib. 17.*
n. 250. LESS. *lib. 2. c. 2, n. 25.* Dubium eſt, ſtante illa opinione, quod
44 ſors non eſſet communicanda, an ob induſtriam, qua aliis in negotia-
tione ſortem conſeruauit, ſalarium petere poſſit? Aequum eſſe Dd. ar-
bitrantur. DEC. *in l. 3. d. coll. n. 3.* IOH. DE AMI. *conſ. 62. n. 16. Ius Lube-*
cenſ. Lib. 3. tit. 9. art. omnino negat, ibi: *die andern haben die Arbeit*
45 *vmbſonſt gethan.* Ratio eſt inaequalitas periculi, quod duplex ſentit
pecuniam conferens, pecuniae ſcilicet, et vſus eius, induſtrius au-
46 tem ſaltem operas perdit. Sed ſi res ſub diſtinctione a Grotio propo-
47 ſita conſideretur, aliud dicendum eſt. Id tamen ad impenſas non
eſt referendum, hae enim omnino ſunt reſtituendae. *l. 52. §. 4. pr. ſoci.*

Societas ipſarum nauium eſt, quum multae conueniunt, et
48 de mutua defenſione contra piratas pacta ineunt, vocatur *Admiral-*
49 *ſchopp.* Illud hoc calamitoſo belli tempore ſumme neceſſarium, quo
Duynckerkani, et alii piratae, paſſim oceanum et mediterranea maria
50 infeſta tenent. Hoc fine priuatis ſe armare licitum, nec incidit in L.

Iuliam

Iuliam, qui in vſum nauigationis arma habet. *l. 1. ad l. Iul. d. vi publ.*
In ſocietate hac nauali vtilitas communis aduerſus piratas eſt ipſa de- 51
fenſio interdum et praeda. Solent autem aeſtimari naues, et quae in 52
naui ſunt, atque ex his ſumma confici, vt damna, quae eueniunt, in
quibus etiam ſunt vulneratorum impendia, ferantur a dominis nauium 53
et mercium pro parte, quam habent in ea ſumma. HVG. GROT. *lib. 2. d.*
iur. P. et B. cap. 12. n. 25. Huius rei curam illi, qui ad mare ſedent, 54
magnam habuerunt. Philippus II. Rex, Hiſpaniae, quum adhuc ſecure
Belgium totum poſſidebat, conſtitutionem de armandis nauibus An. 1563.
edidit, ne omnino naues ex portu nauigarent, niſi ad minimum tres
vel quinque naues eſſent, et illae inter ſe admiralium conſtituerint: 55
art. 9. et 10. redire tamen aliquam poſſe, ſi neceſſitas vrgeat, ſo-
lam. Addit praedictus Rex, quomodo tales naues armari, et quan- 56
tum hominum, et armorum, vt lapidum, tormentorum, globulorum,
pulueris &c. habere debeant, facta computatione a capacitate nauium
e. g. nauis 40. doliorum octo viros, et tria tormenta, *Hacken*, *Got-* 57
linge &c. et ſic conſequenter. *Vid. d. conſt. art. 6. 7. 8.* Bataui, ad quos 58
gloria nauigationis in vtroque orbe peruenit, prolixe hac de reſtatue-
runt. Nempe, quod nulla nauis ex portu Vlienſi in Norwegiam, vel 59
Elſenoram, aut retro nauigare debeat ſine naui conducente. 2. Quod
ex Hollandia in mare Balthicum non debeant ire, niſi ad minimum 60
30. naues in ſocietate ſint, quae debeant per duas naues bellicas con-
duci, ad minimum 20. (*Gotlingen*) inſtructas, niſi commiſſario viſum 61
fuerit, vt vna ſufficiat. Hae naues debent in freto Danico conſiſtere,
et exſpectare, vsque dum naues redeant, et eas in Hollandiam reduce-
re. Pro impenſa debent accipere dimidiam quartae in centum de 62
nauibus, in nauali ſocietate non inſtructis, et bonis in iis exiſtenti-
bus. 3. Si non adſit nauis conducens, et numerus 30. naues excedit, 63
ſi habent 40. tormenta, et alia neceſſaria arma, poſſunt conſtituto inter
ſe Admiralio enauigare. Quae ſi damnum ab hoſte habent ſiue in 64
naui, ſiue in mercibus, reliquae pro rata debent contribuere, quo
ſiue naues a commiſſario cum bonis, antequam abeunt, taxantur. 4.
Naues non inſtructae dant ad impenſas nauibus bellicis quartam pro 65
centum, ante nauigationem ſub Apocha Admiralio ſoluendam, de naui-
bus et bonis illis diuidendam inter inſtructas pro rata ponderis tor-
mentorum. Vbi ſi quae vnum tormentum habet, vel duo non ſupe- 66

Digitized by Google

rantia mille ducenta pondo, debet cum aliis contribuere. 5. Inſtru-
67 ctae iuxta numerum tormentorum omnibus aliis rebus neceſſariis (*Am-*
68 *munitie*) prouideri debent. 6. Nullae naues in Norwegiam abeant nec
retro, ſine conducente, qui debet in portu Fleckero 12. dies manere,
vel ſi vlterius ad alios portus Norwegiae naues ducat, redire vsque
69 dum 30. naues adueniant, cum quibus retro veniat. 7. Si quis vero
70 ſine conducente naui in Norwegiam, vel mare Balthicum nauiget, vel
de ſocietate directo, aut per indirectum abeat, ille 1. poenae nomine dare
debet de naui 200. florenos, aut ex mari Baltico veniens 400. fl. in Norwe-
71 giam, centum libras, ex Hollandia ducentas libras. Omne damnum quod
ab hoſte accipit ſiue captiuus abducatur, ſiue aliud, ſolus debet portare,
nec tenentur exercitores, aut mercatores in eius redemtionem aut
72 reſtitutionem minimum contribuere. 3. Si damnum datum ſit ipſi ſo-
cietati, et ipſe ſine venia abierit, licet ſaluus abierit, debet pro rata
73 contribuere. Exſequutio eſt apud collegium admiralitatis, in loco vbi
74 mulctandi adueniunt. Mulctae eorum qui a ſocietate abeunt, in vtilitatem
ſocietatis, eorum vero qui ſine conducente nauigant, in vſum pau-
75 perum erogari debent. 8. Si quis ex animoſitate in hoſtis nauim ir-
ruit, et damnum accipit, illud, quum adpulerint, reſarcire debet. Si
76 vero in conflictu cum hoſte nauis periit, damnum bis reſtitui debet.
77 Si autem quis hoſtis nauim in aquis ſubmergit, ſua naue ſalua, debet
habere pretium ſuae nauis, et bonorum, eius dimidium debet in com-
modum nauis et mercium cedere, de reliquis quartis vnam nauta et
78 gubernator, alteram nautae habento. 9. Si hoſti nauis adimitur, eius
pretium debet cedere occupantibus, et praeterea capere bimeſtre ſti-
79 pendium de tot perſonis, quot in naui capti fuerunt. 10. Ne noctu
naues damnum accipiant, vel in auia abeant, Admiralius lucernam
oſtendat. LIBER HOLLAND. *von See-Rechte tit. von Admiral. p. 92. 93.*
80 Quod etiam apud Romanos fuiſſe in vſu, demonſtrat STEWECH. *in*
81 *Veget. lib. 5. c. 15. De quibus infra de bell. naual.* Cum illis, quae
numero 7. dicta, conſentiunt, quae de hac ſocietate in HANS. CIVIT.
82 *nau. conſt. tit. 7. artic. 1.* ſtatuuntur, nempe quod ſi ſocietas naualis
facta, et non ſeruata ſit, et inde damnum ſit, tunc eum, qui rupit,
83 damnum, debere de ſuo reſtituere, et ſi non habeat in aere, luere in
84 corpore. Haec ſtatuta, et ſimilia omnia, quia in vtilitate nauigationis
fundata, obſeruanda, et pro re nata, emendanda et augenda ſunt.

Datur

Digitized by Google

Datur in priori ſpecie ſocietatis actio pro ſocio ad culpam; 85
in poſteriore etiam ad periculum, vti dictum, quia pactis variari poteſt.

CAPVT XII.

DE MANDATO, VON FACTOREYEN.

SVMMARIA.

1. *In mandato quis tenetur limites eius cuſtodire.*
2. *In hoc mandans mandatario, et hic illi tenetur.* 3.
4. *Naufragii damnum non venit in actionem mandati.*
5. *Legatis an damnum per naufragium illatum a principe debeat reſarciri, quaeritur?* 6.

In mandato quis tenetur praeciſe limites mandati obſeruare, quae res 1
magnum in mercatura vſum habet. Dicuntur, qui aliena negotia
circa res maritimas ita gerunt, *Factores*, SALMAS. *d. mod. vſur. c. 8.*
p. 309. et contractus ipſe *factorey.* Tenetur vnus alteri, mandanti man- 2
datarius pro negotio geſto, et an iuxta formulam praeſcriptam fece-
rit, etiam de leuiſſima culpa. Hic mandatario pro impenſis, et omni 3
damno, quod ei ratione negotii geſti abeſt. Nemini enim ſuum offi-
cium damnoſum eſſe debet. Si vero naufragio quid amiſerit, vel 4
ſpoliatus ſit, non tenetur, Haec enim magis caſibus, quam mandato
imputari debent. *l. 26. §. 6. mandati.* Limitat id MODIT. *ad §. ple-* 5
biſc. quaeſt. 138. BESOLD. *diſc. de legat. cap. 6. num. 3.* in legatis, ſi
naufragio damnum patiantur ob officium publicum. Sed recte AC-
CVRS. BVD. *d. leg. cap. 7.* dicunt, hoc magis ex curialitate, quam
iuris neceſſitate, fieri. Nemo hoc legatis inuidet, et multa honeſte 6
redduntur et accipiuntur, ſi vero quis vult, petere ius habeat ne-
ceſſe, quo legati deſtituuntur. Reliqua, quae de mandato in li-
bris iuris tractantur, quia nihil ſingulare habent, huc transferri
poſſunt.

Digitized by Google

CAP. XIII.

DE QVASI-CONTRACTIBVS MARITIMIS.

Svmmaria.

1. *In negotio geſto non venit caſus fortuitus.* 2. 3. 4.
5. *Euentum nemo praeſtare poteſt.*
6. *Actio tutelae datur contra nautas tutores.* 7.
8. *Nauis, ſi diuiditur, neuter eam habet.* 9.
10. *Nauis eſt corpus connexum, ſeu totum integrale.*
11. *Nemo poteſt cogi, vt in communione maneat.*
12. *In diuiſione nauis adiudicato locum habet.*
13. *Iure Lubecenſi in diuidenda naui vnus aeſtimat, alter optat.* 14.
15. *Quod ſi neuter alterutrum facere velit, res ſorti committitur.*
16. *Indebitum magis diſtrahendi, quam contrahendi negotii cauſſa, geritur.*
17. *Quaeritur, ſi praedo alienam nauim exercuerit, an a conductore ſoluente poſſit pretium repeti?*
18. *Caſus in l. 55. d. condict. indebit. expenditur.* 19. 20. 21. 23. 24.
22. *Aliud eſt locare, aliud exercere nauim.*
25. *Soluendo non eſt liberatus, qui pecuniam non facit accipientis.*
26. *Fructus praedoni condici poſſunt.* 27.

1 De his contractibus etiam vnum et alterum occurrit, quod non
2 eſt negligendum. In negotiorum quidem geſtione communis
iuris regulae obſeruantur, et nihil ſingulariter deciſum reperitur, huc
3 pertinens, quam quod in negotiis geſtis caſuum fortuitorum, inter
quos eſt naufragium, aquarum magnitudines, et impetus praedonum
l. 23. d. R. Iur. ibi: *negotia geſta. aquarum magnitud.* non habeatur
ratio, nec damna ideo illata praeſtentur, vel directa actio detur: *l. 22.*
4 *d. negot. geſt. l. 23. C. eod.* ſicut ex aduerſo ſumtus impenſi nihilominus, licet res, in quas facti, pereant, actione contraria repeti poſſunt,
5 *l. 12. §. fin. l. 17. d. negot. geſt.* Euentum enim nemo praeſtare cogitur. *l. 10. verſ. iuxta eod.*
6 Quia etiam nautae tutelam ſuſcipere coguntur corporatorum,
i. e. quorum parentes fuerunt de corpore nauiculariorum, ideo du-
7 bium nullum eſt, quin actiones inde competentes vbique locum habeant. *arg. l. 41. §. fin. d. excuſat. tutor.*
8 Si nauis in hereditate reperiatur, vel alias pluribus communis
ſit, nec placeat amplius communio, quomodo fiat diuiſio, dubium? ICtus

Digitized by Google

Caſcellius mercatori, a communione nauis recedenti, et quomodo na-
uem cum ſocio diuideret, roganti, reſpondit: Nauim ſi diuides, nec 9
tu, nec ſocius habebis. MACROB. 2. *Saturn.* 6. QVINTIL. *lib.* 6. *c.* 3. Eſt
enim nauis corpus connexum, quod ex contingentibus, hoc eſt, plu-
ribus inter ſe cohaerentibus conſtat, ſeu totum integrale, quod diuiſum et 10
partes, et nomen amittit, et ſimul vtile eſſe deſinit. *l. 30. de vſucap.* 11
Quia vero nemo inuitus poteſt cogi, vt in communione maneat: *l.
fin. C. commun. diuid.* hoc caſu eueniente, quo placet ad diuiſionem
prouocare, obtinet ratio diuiſorii iudicii, vt ſcilicet nauis certo pre- 12
tio aeſtimetur, et tunc vni adiudicetur, is vero inuicem alteri in
certam pecuniam condemnetur. *§. 5. d. offic. iud. l. 6. §. 10. l. 7. com-
mun. diuid.* Ius Lubecenſe in tali caſu, quo hereditate, vel alia ratio- 13
ne nauis communis facta, hac ratione procedit, vt is, qui ad diuiſio-
nem prouocat, nauim aeſtimare debeat, ſed vt liberum alteri relin-
quat, an nauim, vel pecuniam, accipere et eligere velit. Ita tamen, 14
vt poſtmodum ille, cui electio conceditur, intra octiduum eligat, et
tunc is, qui elegit, debeat alteri pretium intra quatuor ſeptimanas
ſoluere, nempe pro parte, quam alter in communione habuit, ſuam
quotam ſibi reſeruans. STAT. LVBECENS. *lib. 3. tit. 13. art. 1.* STAT.
HAMBVRG. *part. 3. tit. 5. artic. 2.* Si vero contingat, vt nemo ad 15
diuiſionem prouocet, nec tamen res poſſit ob diſcordias communis
manere, tunc forte debet dirimi, quis aeſtimare debeat, alteri reli-
cta optione.

Circa indebitum, quod magis diſtrahendi, quam contrahen- 16
di negotii cauſſa fit, *§. pen. d. oblig. ex quaſi contr.* quaeritur: An ſi prae- 17
do alienam nauim locauerit, vel exercuerit, ab eo, qui ſoluit, poſſit mer-
ces repeti condictione indebiti? Reſpondet PAPINIANVS *in L. 55. d. cond.
indeb.* quod non. Caſus, qui ibi tractatur, pertinet ad materiam peti- 18
tionis hereditatis, in qua m. f. poſſeſſor tenetur fructus reſtituere,
vnde dicendum videbatur, quia mercedes ſunt loco fructuum, ideo
hoc caſu teneri praedonem ad reſtitutionem. Sed aliter Papin. deci- 19
dit, et ratio eius eſt haec, quod conductor praedoni debuit ex conuen-
tione locationis, quod ſoluit non domino, et quia pecuniam accipien-
tis fecit, liberatus ſit. Interim tamen, quia praedo rem alienam loca- 20
uit, domino erit obligatus, et hic vecturas repetet vel petitione he-
reditatis, vel condictione ſine cauſſa. Et ita praedo facit fructus ſuos 21

Digitized by Google

per conductorem, et habet per extraneum, quod ex propria per-
22 ſona habere non poterat. *l. 3. quae res pig. l. 55. d. adquir. heredit.* Eadem ratio eſt, ſi nauim praedo exercuerit. Aliud autem eſt locare
23 nauim, aliud exercere. Nam exercet nauim, etiam, qui non locat, ſed qui mandat magiſtro, qui quaſi inſtitor eſt, curam totius nauis ea lege habens, vt omnes obuentiones ad eum perueniant, et eſt in eam rem actio mandati exercitori in magiſtrum. *l. 1. §. 5. l. 5. d. exerc. act.* Ergo non recte condicit magiſter nauis vecturas, quas retulit exercitori, quia iudicio mandati referre obligatus erat, ſed exercitor eas vſuras, quas accepit, cogitur reddere domino nauis. *d. l 55.* ibi: exercuerit. *l. 5. d.*
24 *exerc. act.* In contrarium, ſi vecturas nauium, quas dominus locauerit, praedoni qui poſtea poſſeſſionem rei locatae nactus eſt, exſoluerit, tenetur praeda condictione indebiti ei, qui ſoluit per errorem.
25 Soluendo enim non eſt liberatus, quum pecuniam non fecit accipientis *l. 38. §. 3. d. ſolutionib.* non liberauit ſe etiam a domino eodemque locatore, merito igitur condicet quod praedoni ſoluit. *d. l. 55. verſ.*
26 Et de hoc caſu poſteriori intelligendum eſt, quod ſubiicit Papin. regulam, quod fructus praedoni poſſint condici, tunc locum habere, quum domi- fructus fuerint: ſcilicet debiti propter locationem, quam ipſe fece-
27 rat, quod ſecus erat in priori caſu, vbi praedo locauerat, et fructus non erant debiti, non poterant condici. CVIAC. *in d. l. 55. in Papin. pag. 114.*

CAPVT XIV.
DE INNOMINATIS CONTRACTIBVS.

SVMMARIA.

1. *Plura ſunt negotia, quam rerum vocabula.*
2. *Eius ratio.*
3. *Si dubium, an locati, vel conducti actione agendum, expedit, praeſcriptis verbis vti.*
4. *Senſus l. 1. §. d. praeſcript. verb. 5.*
6. *Qui merces alienas proiicit, an actione teneatur ex L. 14. de praeſcript. verb. deciditur. 7.*

1 Quia plura ſunt negotia, quam rerum vocabula, *l. 1. l. 4. d. praeſc. verb.* ideo impoſſibile fuit, omnia ad nominatas conuentiones referre. Res

Res enim ſunt a natura, voces ab hominibus, et ſuperat natura ho-
minum inuenta, finiti enim ad infinitum nulla eſt proportio. CVIAC. *in* 2
Papin. l. 8. qu. pag. 162. Diximus ſupra, ſaepe dubium eſſe, vt igno-
retur, quis ſit locator, quis conductor in nautico negotio, quo caſu eue-
niente, ſi ſit incertum, an dominus mercium nauim conduxerit, an mer- 3
ces vehendas locauerit: datur ciuilis actio in factum. *l. 1. §. d. praeſc.*
verb. Nam quum hoc caſu, ſi vnam vel alteram locati, aut conducti
actionem inſtitueret, poſſet perperam agere, tutius eſt, dubitationis 4
tollendae gratia, actione praeſcriptis verbis vti, quae tamen ſimilis erit 5
locationi conductioni, CVIAC. *2. obſ. 28. et in Papin. l. 8. qu. pag. 163,*
Sic, qui ſeruandarum mercium cauſſa alienas merces in mare proiecit, 6
nulla tenetur actione, ſed ſi ſine cauſſa id fecit, in factum; ſi dolo, de 7
dolo tenetur. *in l. 14. de praeſcript. verb.*

CAPVT XV.

DE EXERCITORIA ACTIONE EX CONTRACTV MAGISTRI NAVIS, ET IN SPECIE DE RECEPTO.

SVMMARIA.

1. *Nauigationis vtilitas facit, vt quis ſaepe cum magiſtro nauis contrahat.*
2. *Ex eius contractu datur actio in exercitorem.*
3. *Eius ratio.* 4. 5.
6. *Saepe locus aut tempus non patitur plenius deliberandi conſilium.*
7. *Cauſſa datur, cur praetor actionem exercitoriam introduxit.* 13. 14.
8. *Obligationes ſunt inuentae, vt quis ſibi adquirat.* 9. 10.
11. *Soluere quis pro alio poteſt, obligare vero alium non poteſt.*
12. *Ne filius quidem patrem.*
15. *Exercitoria vnde dicatur.*
16. *Exercitor, quid?* 17. 18.
19. *Obuentionis et reditus adpellatione quid veniat?* 20. 21. 22.
23. *Exercitor quotuplex.* 24.
25. *Locatio regulariter temporalis eſt.*
26. *Poſſunt exercitores eſſe, qui non probibentur.*
27. *Probibentur 1. magiſtratus.*
28. *Veluti praeſides prouinciarum.*
29. *Eius ratio.*
30. *II. Procurator Caeſaris.*
31. *III. Senatores Romani.* 32. 33.
34. *Diſputatur, an rex, vel ſumma reſpublica, poſſit pro augendo aerario naues exercere.*

35. *Argumenta et exempla opinionis negantis.* 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43.
44. *Contrariae affirmantis rationes et exempla.* 45. 46. 47. 48.
49. *Traduntur cautiones.* 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57.
58. *Et reſponſiones ad argumenta negantia.*
59. *IV. Deportati.* 60. 61. 62.
63. *V. Milites.* 64. 65. 66.
67. *VI. Nobiles.*
68. *Rationes huius concluſionis ab vtraque parte.* 69. 70. 71. 72.
73. *Conciliatio.* 74.
75. *VII. Clerici.*
76. *Datur ratio.* 77. 78. 79. 80. 81.
81. *An idem ad profeſſores Academiarum extendendum?*
83. *Inquiritur in conditionem ſingularum facultatum.* 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93.
94. *Fit determinatio.* 95. 96.
97. *In exercenda naui non attenditur ſexus.*
98. *In foeminis hoc caſu non habet locum beneficium SCti Velleiani.*
99. *Non aetas.* 100.
101. *An minor ſine conſenſu curatoris poſſit exercere, quaeritur?*
102. *Non poteſtas, ſiue patria, ſiue dominica.*
103. *Poſſunt plures exercitores eſſe.*
104. *Etiam ſeruus plurium.*
105. *Actionis exercitoriae requiſita.*
106. *Contractus exercitoris, vel magiſtri hanc actionem parit.* 107.
108. *Magiſter nauis, qui?*
109. *Lectio l. 1. §. 1. h. tit quae?* 110.
111. *Cura magiſtri nauis, in quibus conſiſtit* 112. 113. 114.
115. *Perinde eſt, cuius conditionis ſit magiſter nauis.* 116. 117.
118 *Ex promagiſtri contractu etiam tenetur exercitor.*
119. *Etiamſi ignoret.* 120.
121. *Immo ſi vetuerit alium praeponere.*
122. *Eius ratio.* 123.
124. *Vbi perſonae induſtria eſt electa, non poteſt alius ſubſtitui.*
125. *Nemo inuitus ad contrahendum cogi poteſt.*
126 *Senſus regulae, quod non liceat limites officii egredi.* 127.
128. *Poſſunt plures magiſtri eſſe, quam vnus.*
129. *Sed ſub diſtinctione.* 130.
131. *Tutius eſt, vt vnus magiſter naui praeponatur.* 132.
133. *Praepoſitio cum adhibitione conſilii, quid operetur.* 134. 135. 136. 137.
128. *Si cum nauta alio quis contrahit, non datur in exercitorem actio.*
139. *Non ex omni cauſſa in exercitorem datur actio.* 140.
141. *Ex omnibus contractibus magiſtri fere exercitor obligatur.*
142. *In mutuo, ſi ad vtilitatem nauis pecunia mutuo data.*
143. *Deciditur ſub diſtinctione, quid iuris ſit ſi mutuum, ad refectionem nauis ſumſit, et poſtea in priuatos vſus impendit.* 144. 145. 146. 147.

148. *Ma-*

Digitized by Google

148. *Mutatio voluntatis probanda eſt, et quomodo.* 149.
150. *Dubium, an creditor cogatur probare, pecuniam in vtilitatem nauis erogatam eſſe.* 151. 152. 153.
154. *Traduntur aliquot cautiones a creditore obſeruandae,* 155. 156. 157. 158. 159. 160 161. 162.
163. *Quando dicatur cauſſa nauis melior.*
164. *Si probare poteſt magiſtrum nauis ad recipiendas pecunias mandatum habuiſſe, ſecurus eſt.*
165. *Qui ſua pecunia alium creditorem liberat, in eius locum ſuccedit.* 166. 167.
168. *Actio exercitatoria etiam locum habet in depoſito.*
169. *Pignore.*
170. *Emtione Venditione.*
171. *Locatione conductione.*
172. *Societate.*
173. *Mandato.*
174. *Indebito.*
175. *Praepoſitio eſt forma totius negotii.* 176. 177. 178.
179. *Contrahens in formam praepoſitionis inquirere debet.* 180.
181. *Praepoſitio quomodo probatur.* 182. 183. 184.
185. *Exercitor ex contractu magiſtri in ſolidum tenetur.*
186. *Idem obtinet, ſi plures ſint.*
187. *Eius ratio.* 188. 189.
190. *In Hollandia contrarium ſeruatur.*
191. *Si plures ſint exercitores, et vnus aliquid praeſtiterit, habet actionem contra reliquos.*
192. *Si plures per ſe nauim exercent, pro portionibus exercitionis tenentur.* 193. 194.
195. *Aliud, ſi cum vno ex pluribus, nauim per ſe exercentibus, contractum ſit.*
196. *Item, ſi plures exercitores vnum de numero ſuo magiſtrum fecerint.*
197. *Senſus l. fin. §. pen. Naut. caup. ſtabul.*
198. *Si filiifam. vel ſerui voluntate patrum, vel dominorum, exercent, datur in parentes, vel dominos actio.*
199. *Etiamſi plures ſint.*
200. *Niſi vnus ex omnium voluntate exercuit.* 201.
202. *Quid? ſi ſciente patre vel domino, non vero volente?* 203. 204. 205 206. 207.
208. *Eius rationes.*
209. *Aliud ſi plena voluntas patris, vel domini.*
210. *Quid? ſi pater filio peculium ademit.* 211. 212. 213.
214. *Item, ſi cum exercitore ipſo actum ſit.*
215. *Sicut et ſi alienatus, vel mortuus ſeruus fuerit.* 216.
217. *Intellectus l. 5. §. 1.* 218. 219. 220. 221. 222.
223. *Idem obſeruatur, ſi communis ſeruus ſit praepoſitus.*

Digitized by Google

224. *Si liber homo eſt magiſter, eſt in electione contrahentis; an exercitorem vel magiſtrum conuenire velit.* 227.
225. *Secus ſi exercitor ſeruus ſit.* 226. 228. 229. 231. 232.
230. *Augmenta, quae inducunt, non debent diminutionem parere.*
233. *Si ab vno aliquid ſolutum eſt, tollitur obligatio.* 234.
235. *Ipſo iure, an ope exceptionis?* 236.
237. *Idem, ſi exercitor ſoluerit ſolus, ſiue ſuo, ſiue magiſtri nomine.* 238. 239.
240. *Actio exercitoria tranſit in heredes.*
241. *Etiamſi ſeruus ſit exercitor.*
242. *Exercenti nauim aduerſus eos, qui cum magiſtro contraxerunt, non datur actio.* 243. 244. 245. 246.
247. *Excipitur caſus annonae.*
248. *Eius ratio.* 249. 250.
251. *Inueſtigatur aequitas hoc caſu.* 252.
253. *Diſputatur, an actio exercitoria ſit ſeparata actio, an aliarum actionum qualitas?*
254. *Attingitur conſequentia huius diſputationis, an bonae fidei vel ſtricti iuris ſit.*
255. *Prius defenditur,* 256.
257. *Poſterius adſeritur.* 258. 259. 260.
261. *Refutantur argumenta prioris opinionis.* 262. 263. 264. 265.
268. *Differt haec actio ab exercitoria priori.* 269. 270.
271. *Refertur edictum praetoris.*
272. *Eius rationes.* 273. 274.
275. *Tenetur ex hoc contractu exercitor ex contractu proprio, vel magiſtri, vel cuſtodum.* 276.
277. *Etiam quando* χειρέμβολον *facit.*
278. *Inquiritur, quid ſit* χειρέμβολον *facere.* 279. 280. 281. 282.
283. *Non tenetur, ſi aliis nautis aliquid commiſſum.*
284. *Secus, ſi aperte vni ex nautis tradi commiſit.*
285. *Si filiusf. vel ſeruus receperint, parentes, vel domini tenentur.*
286. *Etiamſi ſeruus manumittatur.*
287. *Si exercitoris ſeruus ſurripuit, ceſſat noxalis actio, et datur ex recepto.*
288. *Si ſeruo vectoris, quis utatur, et is vectori damnum det, datur actio ex recepto.* 289. 290.
291. *Eius ratio.*
292. *Idem ſi communis ſeruus eſt.* 293. 294. 295. 296.
297. *Secus, ſi ſeruo damnum datum ſit.*
299. *Siue res ipſa ſit, ſiue eius acceſſoria.* 300. 301.
302. *Et perinde eſt, cuius res ſint.*
303. *Quid eſt ſaluum recipere?*
304. *Reſoluitur dubium circa l. 1. §. 7. obortum.* 305. 306.
307. *Exercitor debet ſcire, res illatas eſſe.*
308. *Ignorantia praeſumitur.*

509. Di-

309. *Diſputatur ex gloſſa, quid iuris, ſi claues nauta dederit.* 310.
311. *Exercitor nautarum factum hoc caſu, non vectorum praeſtat.* 312.
313. *Dubium reſoluitur.* 314.
315. *Haec actio eſt praetoria in factum.*
316. *Cur ita dicatur.*
317. *Concurrunt cum ea actiones ciuiles.* 318.
319. *Dantur rationes, cur haec actio, exiſtentibus aliis actionibus ciuilibus, introducta.* 320. 321.
322. *In hanc actionem venit culpa leuiſſima.* 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330.
331. *Tenetur exercitor de omni damno, quoquo modo contingente.* 332.
333. *Non vero de damno caſu fortuito obueniente.* 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344.
345. *Nauta tenetur amiſſionem factam probare.*
346. *Non iuramento, ſed melioribus probationibus.*
347. *Quod caſu factum damnum, nauta probat.* 348. 349. 350.
351. *Si vector culpa nautae caſum contigiſſe dicit, ſimiliter ei incumbit probatio.*
352. *Actio ex recepto eſt rei perſecutoria.*
353. *Praeter eam competunt ordinariae actiones.* 354.
355. *Idem in furto iuris.* 356. 357.
358. *Differt actio ex recepto ab altera, quae eſt ex maleficio.* 360. 361. 362. 363. 364. 365.
366. *Actio furti et honoraria de recepto poſſunt concurrere.* 367.
368. *Officio iudicis contingit, ne vtraque agi poſſit.*
369. *Hoc quomodo intelligendum, explicatur.* 370. 371. 372. 373.

Quum igitur ſumma ſit nauigationis vtilitas, ſaepe autem contingat, 1
vt quis cum magiſtro nauis propter nauigandi neceſſitatem con-
trahat, ignarus cuius ſit conditionis: aequum viſum fuit veteribus 2
Romanis ad promouenda commercia, vt non in magiſtrum ſolum, (vt-
pote qui facultatibus labi poterat,) ſed in exercitorem daretur actio.
Huius ratio a minori ad maius *arg. l. 5. §. fin. ad l. aquil. l. 5. d. ſeru. ex* 3
port. fuit, quod ita circa inſtitorem et eius praeponentem obtineat, maior
autem ſit neceſſitas contrahendi cum magiſtro nauis, quam cum inſti- 4
tore: quum in inſtitoris conditionem quis inquirere poſſit, et ita ſcire
cum quo contrahat. *l. 19. d. R. I. l. 19. ad ad SCtum Maced.* in magiſtro 5
nauis non item: nam interdum locus aut tempus non concedunt ple- 6
nius deliberandi conſilium. *l. 1. d. exercit. act.* Fuit autem a praetore 7
introductum, *l. 1. ſ. 23.* et receptum contra ſubtilitatem iuris ciuilis.
WES. *in parat. h. t. n. 2.* Nam quum obligationes ſint inuentae, vt ex- 8

propria

propria perſona initium accipiant, *l. 11. d. O. et A.* et ſibi quiſque ad-
9 quirat, quod ſua intereſt, *l. 38. ſ. 17. d. V. obl.* nihil autem noſtra inter-
ſit, vt tertio adquiratur, aut tertius adquirat: *l. 18. de inutil. ſtip.* ideo
10 tertii perſona plane inutiliter contractui adiiciebatur, adeo, vt nec ter-
11 tio, nec ſtipulanti aliquid adquireretur, *§. 3. ſ. 4. eod.* ſed illud pote-
12 rat facilius recipi, vt alterius conditio per alium melior fieret. Hoc
durius, vt per alterum alteri iniqua conditio inferretur: adeo vt nec
pater ex filii contractu teneretur ſine ſua voluntate. *ſ. 10. d. action.*
13 Quum igitur publica hic verſaretur vtilitas *l. 1. §. 20. h. t.* et aequum, vt
quis, ex cuius perſona lucrum ſperat, eius etiam factum praeſtet,
contrahentes etiam fidem proponentis ſequuti videbantur *pr. Inſt. quod*
14 *cum eo. arg. l. 29. ſi cert. pet.* placuit exercitorem teneri, ne contra-
hentes deciperentur, *l. 1. §. 5. h. t.* et eos ferre onera, qui commoda
accipiunt. *l. vn. ſ. 14. C. d. caduc. tollend.* PECK. *in pr. hic.* VINNI. *in*
TREVTL. *1. diſp. 24. th. 5. 6. lit. C.*

15 Dicitur autem haec actio exercitoria, a praeponente, qui eſt exer-
citor nauis, praepoſitus autem eſt magiſter nauis. CVIAC. *in L. 3. h. t.*
16 *ad Paull.* | BACH. *ad §. 2. quod cum eo.* Eſt autem exercitor is ad
quem omnes obuentiones et reditus nauis perueniunt. *l. 1. §. 15. h. t.*
in l. 1. §. 2. naut. caup. l. 1. furt. adu. vocatur alias nauta. Noſtra
17 lingua dicitur *ein Reider*, quia inſtruit nauim neceſſariis, vel *Schiffs-*
18 *freund*, quod ad ipſum nauis tota, vel pars eius, pertineat, aut alio
19 modo reſpectum ad nauim habeat. Obuentionis et reditus nomine
ſignificatur proprie commodum, ex re immobili perceptum, *l. 7. d. vſufr.*
20 CONN. *4. com. iur. ciu.* hoc loco promiſcue ſumuntur, et omnis pro-
uentus, et generalis rei vtilitas, denotatur. *l. 34. d. vſur. l. 5. §. 4. rebus*
21 *eor. qui ſub. tut.* CONN. *4. Com. iur. ciu. 3.* ſiue ex rei corpore, ſiue in-
22 duſtria hominum percipiatur, vt mercedes, vſurae, vecturae, naulum.
23 *l. 7. §. 1. d. vſufr. l. 34. d. vſur.* Exercitor vel eſt dominus nauis,
vel a domino nauim per auerſionem conduxit. *§. 15. h. t. d. quo ſupr.*
24 *c. 10. n. 141.* Hoc iterum vel ad tempus, vel in perpetuum, quod
propter nauigandi neceſſitatem admiſſum fuit, quum alias conductio
tantum temporalis ſit. *l. 24. §. fin. l. 60. locat. l. 10. C. eod.* et ſi contra
25 fit, alteretur, et tranſeat in aliud nomen contractus, veluti emphyteu-
26 ſin. *et c. l. 1. ſi ager. vectigal.* Poſſunt exercitores eſſe, qui non pro-
27 hibentur. Prohibentur autem nauim exercere, vel quaeſtus gratia

habere.

Digitized by Google

habere Magiſtratus, cuius ratio eſt, ne concuſſionibus et negotiationi- 28
bus prouinciales nimis expilent. BEN. STRACH. *tr. d. nauib. pag. 2. n. 3.*
In ſpecie nominantur *l. 33. d. reb. cred.* 1. Praeſides prouinciarum 29
l. 46. §. 2. d. iur. fiſc. cuius ratio eſt, vt quaeſtus et depraedationes
in prouinciis cohibeantur. CIC. *d ſupplic.*
II. Procurator Caeſaris, vel alius, qui prouinciam adminiſtrat ob ean- 30
dem rationem. *d. l. 46.*
III. Senatores Romani, ex lege, lata a Q. Claudio, Tribuno plebis, non 31
poterant nauim maiorem 300. amphorarum habere. LIV. *Lib. 21.* Poſtea
ex L. Iulia repetundarum omnimodo nauim habere illis interdictum. 32
l. 3. in fin. d. vocat. muner. Illud explicat CVIAC. *6. obſeru. 38.* de ma- 33
maritima naui, iuxta *pr. l. fin.* nam ſenatoribus fundos maritimos ha-
bentibus ad fructus deportandos capacem nauem habere licuit.
Quaeritur hic non inconuenienter, an ſummi principes poſ- 34
ſint naues fabricare, et cum iis quaeſtum exercere augendo aerario? 35
Negat ALTH. *c. 27. pol.* §. *magiſtratus.* PET. GREG. *lib. 4. d. republ. c. 7.*
n. 5. 6. ideo, quod mercatura aliquid ſordium in ſe habeat, nec ſine 36
fraude quidquam proficiat, et praeterea damnum ſubditorum, qui-
bus lucra et vitae tolerandae occaſiones praeripiantur, coniunctum
habeat. Hac ratione Imp. Theodoſius vxoris ſuae nauim negotiato- 37
riam in portu combuſſit, cum hac interpretatione: Quum me DEVS Im- 38
peratorem fecerit, tu me nauclerum facere contendis. Scito autem,
mercaturam priuatis hominibus eſſe attributam, vt eam tolerandae 39
vitae occaſionem habeant. Quod ſi nos praeter imperii opes etiam 40
mercaturae emolumenta interceperimus, vndenam fortunae tenuioris
homines victum comparabunt? ZONAR. *in vit. Theod. ann. tom. 3.* Sic
Pertinaci vitio datum, quod mercaturam quaſi priuatus exerceret. CA- 41
PITOLIN. *in Pertinac.* Firmus naues negotiatorias ad Indos miſit. VO-
PISC. *in eius vita. Vid. hic* CASAVBON. *et* SALMAS. *num. 30.* Et hac de 42
cauſſa Veſpaſianus vapulat. SVETON. *in Veſp. num. 16.* Alphonſum, 43
regem Neapolitanum taxat COMINAE. *lib. 2. de bell. Neap. pag. 23.*
quod nullum genus mercaturae omiſerit, adeo, vt porcos ſubditis
ſaginandos dederit. Ab hac opinione ſeceſſionem faciunt illi politi- 44
ci, qui tradunt, regiae dignitati mercaturam non eſſe dedecori, ſed
potius legitimum eſſe medium augendi aerarii. BODIN. *6. polit. 2. num.*
650. THOLOSAN. *3. d. Rep. 3. a num. 45. vsque ad num. 51.* BOTER. *de*

Polit. lib. 8. cap. 14. BESOLD *in diſcurſ. de aerar. cap. 3. th. 6.* ARNIS. *lib. 2. polit. cap. 5. p. 454.* LAEL. ZECH. *tr. d. princip. lib. 2. c. 3. n. 1.* M.
45 IOH. TRYGOPH. *lib. 1. d. conſt. reip. cap. 22.* Ego, (inquit BODIN. *d. l.*) ſi ſtatuendum mihi ſit, principem mercatorem nolo; ſi optio detur, mercatorem malo, quam Tyrannum, et patritios viros negotiari,
46 quam praedari. Nec vlla eſt ratio, quae Principes prohibere poteſt
47 commerciis, quum ſint iuris gentium, *l. 5. d. iuſtit.* et iniuſtum, eos de-
48 terioris conditionis cenſere, quam priuatos. Sic Luſitaniae Reges cum anguſtiſſimis regni finibus coercerentur, nec iura ſuae Maieſtatis commode tueri poſſent, nec ſubditos radere vellent, mercaturam abundantiſſimam ſine contumelia, et maximo reipubl. commodo, exercuerunt. BODIN. *d. l.* Cautiones tamen hic ſunt adhibendae. 1. Vt
49 Principes illas exerceant negotiationes, ad quas priuatorum facultates
50 non ſunt aptae, vel ob impenſae magnitudinem, vel ob hoſtium inſultus. Negotiationes enim pro incremento facultatum ſunt exercendae,
51 *l. 5. §. 8. d. iur. immunit.* Ita Salomon cum rege Hiramo negotiationes inſtituit in remotiſſimas regiones. *1. Reg. 10. v. 22. 2. Paralip. 8. v. 30.*
52 2. Res neceſſarias, veluti annonam, et alias, tempore vbertatis, principes coëmant, vt ſubditis, quum grauior caſus ingruit, tolerabili pretio vendere poſſint. Sic Ioſephus frumentum in Aegypto coëmit: *Geneſ. c. 41. n. 47.* Rudolphus R. Bohemiae vinum, ſal, alia emit, et ſubditis reuendidit. 3. Non percipiant lucrum ex quauis re, ſed vtili
53 in rep. et illud modicum, vt magis ſubditorum, quam ſui curam geſ-
54 ſiſſe, videantur. Hodie rex Hiſpaniae, Ordines Belgii, Veneti, Genuenſes multis modis id tentant. PAVL. BVSI. *de republ. lib. 3. cap. 1.*
55 Rex Galliae ſolus ſal, quod in certa horrea congerit, vendit. Senatus Vratislauienſis ius vendendi lupuli ſibi reſeruat. ELI. SCHROD. *in de-*
56 *lin. bell. th. 3. lit. b.* Valde foret quaeſtuoſum, ſi ciuitates maritimae publico ſumtu naues exſtruerent, et pro certo pretio, vel in commu-
57 nionem lucri venientes, eas cum certis hominibus nauigatum emitterent. Nec refragantur argumenta ſupra adducta. Loquuntur enim
58 de ſordida et reſtricta mercatura, quae vt ſine magnis ſumtibus et lucris, ita principes decere nequit, ſecus eſt in diffuſa et lata, de qua argumenta noſtra intelligimus.

59 IV. Deportati ex lege Auguſti non poſſunt habere, niſi naues actuarias duas, et onerariam vnam: CVIAC. *8. obſ. 38.* Quamuis enim

actus

actus iuris gentium facere poſſint: *l. 15. de interdict. et releg.* limitari 60
tamen illi ex certa ratione, et modus illis imponi poteſt. Nam et ſer- 61
uos aut libertos ex eadem lege plus quam 20. et in bonis plus quam
125. millia ſeſtertium habere non poſſunt. DION. *lib. 56.* Huc perti- 62
net, quod LIV. *l. 55.* ait, nec familiam, nec facultates amplas, depor-
tatum habere.

V. Milites, hi enim non debent ſe priuatis negotiis immiſce- 63
re, *1. Tim. 2. v. 4. l. vnic. C. negotiat. ne milit. l. 15. C. de re militar.*
ibi: *nec mercimoniorum* quaeſtui, ſed propriis muniis inſudare, *l. 31.*
in fin. C. locat. HAFNER. *diſc. d. Mercat. th. 23.* vel tela in vſum vome- 64
ris, ligoniſque conuertere, *l. fin. C. d. mancip. et colon.* ſed perpetuo 65
apud ſigna manere, et rempublicam a periculis defendere. *l. pen. ex*
quib. cauſſ. maieſt. Illud quidam limitant in veteranis, quod illis 66
emere et vendere, optimis negotiis pecuniam tractare, et mercimo-
nia agitare permiſſum ſit. *l. 1. in fin. C. de veteran.*

VI. Nobiles expreſſe prohibentur mercari, *l. 3. C. de com-* 67
merc. l. 6. C. de dignit. et quaeſtum abiectum incipere. *arg. l. 7. C. de*
inceſtuoſ. nupt. l. 1. C. de natural. lib. SCHONB. *3. polit. 39.* HAENON.
diſp. polit. 5. th. 98. ARNIS. *cap. 12. polit.* BODIN. *3. de Rep. 8. n. 358.*
Illud Germani et Galli nobiles obſeruant, qui mercaturam non magni 68
faciunt. BODIN. *d. l.* Nec Poloni *lib. 1. Stat. Poloniae cap. 15.* Ruſ-
ſorum nobiles malunt potius mendicare. SIGISMVND. BAR. *in hiſtor.*
Moſcou. Daniae nobilibus hoc a ciuitatibus Hafniae, et Elſinborg
obiectum, quod naues inſtruerent ad commercia. *vid. reſponſ. ciu.*
cont. Nobil. ad Chriſt. regem. Hoc modo Pomeraniae nobilibus a ci- 69
uitatibus non ita pridem contradictum. Contra, non officere hoc no- 70
bilitati, putant *gloſſ. in ver. publ.* CLEM. *d. vita cleric. ibique* ANCHO-
RAN. TIRAQVELL. *tract. de nobilitate cap. 92.* Venetae et Genuenſes, 71
licet ſummis dignitatibus polleant, tamen opportunitate maris allecti
hinc inde nauigant, et quaeſtum faciunt. CONTAR. *de republ. Venet.*
p. Idem Hiſpanis, Luſitanis et Anglis in more poſitum. BODIN. *d. l.*
Fecerunt illud olim Equites Romani, vt CICER. *in offic.* probat exem- 72
plo Cannii, et *in* VERREM exemplis L. Praetii, qui Panormi, et Q.
Mutii, qui Syracuſis negotiabantur. Non poteſt ergo haec res plane
laudari, vel vituperari, ſed dicendum, non eſſe in omni gente foe- 73

Digitized by Google

74 dum, aut turpe, quod alicubi, et poſſe diſtinctionem inter mer-
caturam diffuſam et reſtrictam pugnantes opiniones conciliare.
75 VII. Idem de Clericis dicendum, plerique putant. ALTHVS.
cap. 27. politic. verſ. perſonae. Hi ſunt verbi diuini miniſtri, et di-
76 cuntur ita ἀπὸ τȣ̃ κλήρȣ, h. e. a ſortitione, ideo quod ſint de ſorte
domini, vel dominus ſit eorum ſors, ſeu dominum patrem habeant,
vt ipſi dominum poſſideant, aut a domino poſſideantur. *C. Clericus. 5.*
77 *c. duo ſunt 7. conſ. 12. quaeſt. 1.* His Canonum ſtatutis interdictum,
vt quicunque in clero eſſe voluerit, emendi vilius, et vendendi ca-
rius ſtudio non teneatur. *c. canonum. 3. cauſ. 14. quaeſt. 4.* Oppro-
78 brioſum enim clericis, velle ſe negotiis ſecularibus immiſcere, *l. 41. C.*
de epiſc. et cler. et debent ſacerdotes pecuniam contemnere, *l. 42. eod.*
79 potius ſacris vacare, *l. 32. §. 4. de recept. qui arbit.* et ſuis precibus
benignitatem humaniſſimi DEI rebus adquirere communibus, *d. l. 42.*
80 quam quid commune habere cum publicis actionibus. *l. 17. C. d. epiſc.*
81 *et cler.* Idem ſuadet ſana ratio, quae officia vult eſſe diſtincta. *c. 1.*
diſt. 89. Qui enim ad vtrumque feſtinat, neutrum bene capit. *l. 14. C.*
82 *d. adſeſſor.* Quaeritur, an id extendendum ad Profeſſores Academi-
arum? Videtur dicendum, quod clericorum adpellatione veniant.
COTHM. *conſ. acad. 29. num. 81.* LINDEMAN. *in hiſtor. iur. Roman. th.*
83 *76.* Sunt autem Profeſſores in plerisque Academiis in quatuor or-
84 dinibus conſtituti. De Theologis non eſt dubium, quin illis ex alla-
tis rationibus negotiatio interdicta ſit. Nec iuuat, quod Apoſtoli na-
85 uim adſcenderint, et piſcati fuerint. *Ioh. 21. v. 3.* Reſpondet enim
OSIANDER. *d. l. lit. a.* quia nondum in die Pentecoſtes acceperant ex-
cellentia illa dona Spiritus Sancti, quibus inſtructi publice docerent
in orbe Euangelium CHRISTI, ideo recte egiſſe, quod interim in prio-
ri ſua vocatione ſe exercuerint, et honeſte victum pararint. ICti
86 ſunt aequi et boni ſacerdotes, *l. 1. §. 3. de iuſtit.* et tam excelſi animi,
vt iurisprudentiam, rem ſanctiſſimam, intra numorum ſordes non de-
primant, et eam dehoneſtent. *l. 1. §. 5. d. extr. cogn.* Medici ſalu-
87 tem hominum gerunt, *l. 1. §. 1. eod.* et ideo publico ſalario aluntur,
ne priuatis lucris ſe immiſceant. *l. 6. l. 9. C. de prof. et medic.* Inter
88 Philoſophos quidam ſunt, qui exemplo Thaletis, oleum in Chio coe-
mentis *1. pol. 7.* vel Platonis, illud in Aegyptum exportantis, THEOD.
89 *in lib. de action. virtut.* ſibi idem licere putant. Verum quia Philo-
ſophi

ſophi vtiles et frequentes per ſuorum ſtudiorum ſectam ſe praebere
debent, *l. 8. §. 4. de vac. mun.* et in iis exacta grauitas et conſtantia 90
requiritur, *l. 81. de aedil. edict.* vt poſſint fortunae vim ferre: *l. 8. C.* 91
de profeſſ. debent pecuniam contemnere, *l. 8. §. 4. de vocat. muner.*
et mercenariam operam ſpernere, *l. 1. ff. 4. d. extra. cognit.* nec cre-
dendum eorum fictis adſecurationibus, quas retinendae pecuniae cu-
piditati *a. l. 8. §. 4.* rapacitati et auaritiae obtegunt. *l. 6. C. de muner.*
patrim. Non dubito, eos, qui veram et non ſimulatam philoſophiam pro- 92
fitentur, *l. 1. §. d. iuſt. et iur.* id facturos. Reliqui audire coguntur D. Pii
dicterium: Rari hodie ſunt, qui philoſophantur. *l. 6. §. 7. d. excuſ. tutor.*
Hoc fine Philippus, Profeſſores Academ. Marpurg. negotiari vetuit 93
An. 1527. KIRCHN. *diſp. d. Republ. 13. lit. d. pag. 193.* Haec tamen omnia 94
de interdicta Profeſſoribus negotiatione, ita intelligenda ſunt, niſi
aliud ſuadeant paruitas ſtipendiorum, patronorum tenacitas, vel con-
ditio rei, vtpote ſi prouiſione, aut hereditate illis pars nauis obuenerit,
et non poſſint commode vti, vel ſi faciant per alios, et illud modice 95
ad ſolam ſuſtentationem, aut ius quaeſitum habeant, vt Profeſſores
in quibusdam Academiis. COTHM. *conſil. 21. n. 4.* Sordida enim mer- 96
catura e. gr. ſi fiant publici caupones, tantum interdicta, honeſta vero
iam olim clericis conceſſa fuit. *l. 2. C. d. epiſc. et cleric.*

Parui refert, exercitor 1. cuius ſit ſexus, maſculus, an mulier: 97
l. 1. §. 16. ff. 21. nec enim hic obtinet beneficium Scti Velleiani, quum 98
proprius contractus ſit, VINN. *ad ff. 16. tit. a.* 2. maior, an pupillus. 99
Ita tamen, vt hic tutoris adhibeat auctoritatem. *d. §. 16.* Item, an in 100
minore ſtatuendum, vt ſine curatoris conſenſu nequeat nauim exer-
cere, quaer. Adfirmat PECK. *h. l. num. 5.* Mihi id decidendum videtur ex
vexata quaeſtione, quatenus pubes obligetur? de qua *vid.* GODD. *d.* 101
cont. ſtipul. cap. 7. concl. 14. n. 263. BACHOV. *in Treutl. v. 1. diſp. 6.*
th. 6. lit. c. VVLTEI. *diſcept. ſchol. l. 16.* 3. ſui iuris, vel in poteſtate:
§. 19. eaque vel patria, vt filiusfamilias vel filia, *ff. 16. §. 19.* vel domini, 102
vt ſeruus, aut ſerua, *§. 16. §. 21.* isque vel peculiaris, vel ordinarius,
aut vicarius. *§. 22.* Poſſunt etiam plures exercitores eſſe, *l. 1. ff. 25.* 103
qui dicuntur Germanice habere *ein part Schepes*, immo ſeruus plurium.
l. 4. §. 2. h. t. Hi ex contractu magiſtri nauis conueniri poſſunt, quod 104
vt melius intelligatur, ordine procedendum eſt, ex cuius ſc. contractu, 105
in quibus rebus, quomodo, et quo effectu fiat obligatio.

106 Cauſſa efficiens eſt contractus nauigantium cum exercitore ipſo, vel magiſtro nauis, quod ideo receptum, quia dum naui praepoſitus, et eius cura ipſi commiſſa eſt, fidem ſuam exercitor quaſi pro
107 eo interponere videtur. §. 2. *quod cum eo qui alii.* Magiſter na-
108 uis eſt, cui totius nauis cura mandata eſt: *l. 1. §. 1.* alii legunt anchora
109 *Vid. ſupra part. 3. cap. 5. n. 14.* Quod licet minus dextre iuxta VINNIVM *not. ad* PECK. *§. 5. lit. a.* fiat, quum clauus quidem pro regimine
110 accipiatur, non vero caetera membra nauis: perinde tamen eſt, quum vbique tranſlatio ſit, hic per metaphoram, ibi per ſynecdochen. Cu-
111 ra autem Magiſtri in primis in eo conſiſtit, vt impoſitarum mercium rationem habeat, quas ob id ex inuentario ſuſcipit, ne qua fraus fiat.
112 Talem codicem vocant *einen Zeebreef*, tenenturque in bene conſtitu-
113 tis rebusp. nautae talem librum habere, ſub poena arbitraria, aut ſi
114 bellum ſit, *vangehouden te weſen, van goeder pryſe.* WELWOD. *in abreg.*
115 *of all. ſealawes c. the fraugting.* Is cuius conditionis ſit, nihil intereſt, vtrum liber, an ſeruus, et vtrum exercitoris, an alienus, ſed nec
116 cuius aetatis erit, intereſt. Sibi enim debet imputare, qui praepoſuit.
117 *l. 1. §. 4.* Non enim tam factum praepoſiti obligat exercitorem, quam electio et praepoſitio ipſius exercitoris, cui ſuccurreretur, non praepoſito; ſi ob id minus exercitoria teneretur, quod e. gr. impu-
118 berem praepoſuiſſet. VINN. *ad §. 4. lit. b.* Non ſolum autem ex contractu magiſtri, quem exercitor praepoſuit, tenetur, ſed etiam promagiſtri,
119 i. e. eius, quem magiſter praepoſuit, *l. 1. §. 5.* et perinde eſt, ſiue ignoret hoc exercitor, vt Iulianus reſpondit, ſiue ſciat, et non contradicat: eo enim ipſo adprobat, et ſe ex eius contractu teneri velle, oſtendit.
120 *l. 142. d. R. I. l. 18. mandat. l. 6. §. 3. d. tribut. act.* Si tamen damni quid ob hanc cauſſam patiatur exercitor: habebit eo nomine cum primo
121 magiſtro actionem ex locato vel mandato. *l. 1. §. 18. h. t.* Quid? ſi ſic magiſtrum praepoſuit, ne alium ei liceat praeponere? nihilominus tenetur: et hoc adeo, vt ſi expreſſe et nominatim prohibeat, ne Titio
122 vtatur, in eum detur actio. *d. §. 5. verſ. quid tamen.* Omnia enim facta magiſtri praeſtare debet, qui eum praepoſuit. *d. §. 5.* Ratio horum omnium eſt publica vtilitas, ne contrahentes, qui non habent ſpatium
123 deliberandi quouſque magiſtri poteſtas ſe extendat, decipiantur. *d. §. 5.*
124 Alias notum eſt, quod vbi induſtria perſonae electa eſt, non poſſit
125 alius ſubſtitui, *l. 39. d. ſolut.* et actui quis contradicere poſſit, *l. 16. ad*

SCtum

Sctum Maced. nemoque inuitus ad contrahendum cogatur. *l. 11. C. d. cont. emt.* Nec obſtat, quod magiſter limites praepoſitionis tranſire 126
nequit. Id enim verum, niſi illa forma captioſa ſit BR. *in l. 27. d. procur.* et deinde hoc reſpectu materiae et negotii valet, quod priua- 127
tos concernit, non reſpectu perſonae, quae in publica vtilitate verſatur, vbi paciſcentium actus non attenditur. *l. 38. d. pact.* PECK. *h. l. n. 7.* Poſſunt etiam plures magiſtri eſſe, quam vnus, *l. 1. §. 13.* et eo 128
caſu, ſi non diuiſis officiis praepoſiti, quod cum vno geſtum eſt, ob- 129
ligabit exercitorem in ſolidum, ne ſc. publica vtilitas vno forte abſente impediatur. Si vero diuiſis officiis, vt alter locando, alter exi- 130
gendo praepoſitus ſit, pro cuiusque officio obligabitur exercitor: quum enim ſuum officium quisque per ſe ſine alio gerere poſſit, non incommodatur publicae vtilitati. *l. 1. §. 13.* Tutius tamen eſt, vnum 131
praeeſſe, et ideo ſignificanter dicitur, quod magiſter ſit, cui totius nauis cura demandata eſt, quia pro parte regendae nauis curam vel 132
quis non libenter ſuſcipit, vel credit, et cura nauis, ſicut alia facta, per ſe indiuidua eſt, *l. 2. §. 5. l. 72. d. V. Obl.* et alias conſtat quod multitudo gubernantium conſilia, et actiones conturbet. Sed ſi ſic 133
praepoſuit, vt plerumque faciunt, ne alter ſine altero quid gerat, qui contraxit cum vno, ſibi imputabit. *l. 1. §. 14.* Nam ſine conſenſu ſuo exercitor obligari nequit, et cum ambo eius perſonam gerant, 134
qui cum altero tantum gerit, cum exercitore nihil egiſſe videtur. PECK. *ad d. §. n. 8.* Vbi tamen limitatio addenda, quod legem prae- 135
poſitionis ſciuerit, vel ei imputari poſſit, quod non diligentius inqui- 136
ſiuerit, quibus conditionibus praepoſitio facta ſit, *l. 11. §. 5. d. inſt. act.* et inſuper ille, cuius conſilium exquiri debet, particeps eſſe poſſit officii mandati, alias haec forma contemni poterit. *l. 5. §. 8.* 137
p. adminiſt. tut. Si ergo quis non cum magiſtro, vel ab eo praepo- 138
ſito, ſed cum quolibet nautarum contrahat, non datur in exercitorem actio, nec enim hoc in ſe recepiſſe videtur, ne delinquant. *l. 1. §. 2. d. quo infr. cap. 20.*

Non autem ex omni cauſſa praetor dat in exercitorem actio- 139
nem, ſed eius rei nomine, cuius ibi praepoſitus fuerit. *l. 1. §. 7.* Quod neceſſarium fuit prouidere, ne dolis et artibus magiſtri damnum ha- 140
berent, Debent ergo contrahentes diligenter inquirere, ne periculum accipiant.

Digitized by Google

141 accipiant. Poteſt vero exercitor ex omnibus fere contractibus ma-
giſtri nauis conueniri.

142 De mutua pecunia, in nauim credita, textus eſt *in l. 1. §. 8.*
vbi ſtatuitur, ſi mutuam pecuniam ad vſum eius rei, in quam praepoſitus
eſt, e. gr. ad armandam, inſtruendamue nauim, vel nautas exhi-
143 bendos, vel ſi quid operarum nomine petent, *l. 1. §. 7.* fuerit mutuatus,
144 dandam actionem. Vnde quaerit OFILIVS *in* §. *9.* ſi ad reficiendam
nauim mutuatos nummos in ſuos vſus conuerterit, an in exercitorem
145 detur actio? Reſpond. Si ea lege accepit, quaſi impenſurus, mox mu-
146 tauit voluntatem, teneri exercitorem. Sibi enim debet imputare, cur
147 talem praepoſuerit, et culpae quodammodo reus eſt, quod occaſio-
nem dederit mutandi conſilii in ſuum detrimentum. Si vero ab ini-
tio cepit conſilium fraudandi creditores, et hoc ſpecialiter non ex-
preſſerit, quod ad nauis cauſſam accipiat, contra eſt. *d. §. 9.* Quum igi-
148 tur mutatio voluntatis ſit facti, putant BL. *et* ALBER. *hic* ad iuramen-
149 tum eius confugiendum, qui mutandae voluntatis arbitrium habuit.
150 Inſuper, quia creditor hic circumſpectus eſſe debet, quaeritur, an ſuf-
ficiat ipſi, ſi magiſter nauis dicat, ſe pecuniam in refectionem nauis ſu-
mere? an vero cogatur probare, pecuniam in refectionem nauis eſſe
151 conſumtam? Illud ICtus Africanus *l. 7. h. t.* diſcutit: et dicit, con-
152 feſſionem magiſtri nauis ſine aliis adminiculis in praeiudicium exerci-
153 toris ad fundandam actionem non ſufficere: nec oportere creditorem
ad hoc adſtringi, vt ipſe reficiendae nauis curam ſuſcipiat, et domini
negotium gerat, quod certe futurum eſſet, ſi neceſſe haberet, pro-
154 bare pecuniam in refectionem erogatam eſſe. Interim aliquam dili-
gentiam debere praeſtare: Haec conſiſtit in his quatuor capitibus:
1. vt nominatim mutuet ad refectionem. Si ergo non cauit, quod ac-
cipiat in refectionem nauis, etiamſi impenderit, non tenetur. Quia
155 neque is, qui accepit, cauit, ſe accipere in refectionem nauis, neque is
qui dedit, ſe dare in refectionem nauis. CVIAC. *lib. 8. ad Afric. pag. 449.*
Multo minus ergo, ſi non impenderit, ſed in ſuos vſus conuerterit, te-
156 nebitur. *l. 1. §. 9. h. t.* 2. Vt nauis in ea cauſſa ſit, vt neceſſario re-
fici debeat. In hoc enim debet inquirere, an reuera ſe res ita habeat.
Nam illud exigitur, vt non fuerit falſa cauſſa rogandae pecuniae mu-
157 tuae, vel mutui quaeſitus falſus titulus. 3. Vt non maiorem pecuniam
credat, quam ad refectionem eſt neceſſaria: ſi enim id facit, non in ſo-
lidum,

Digitized by Google

ſidum, ſed in id duntaxat, quod impenſum eſt, habet actionem. Hoc tamen ita intelligendum eſt, ſi ſciuerit creditor, nam ſi deceptus ſit, 158 et in pretiis rerum emtarum magiſter nauis feſellerit, exercitoris erit damnum. *l. 1. §. 10. h. t.* E. gr. ſi dicat, ad velum emendum 10. flor. 159 opus eſſe, quum octo ſufficiant, non enim opus habet inquirere, quantum ſit pretium rei: ſed illud tenetur ſaltem inueſtigare, an res in illa prouincia comparari poſſit, e. gr. ſi ad velum in Africa, vbi nulla ſunt, petat pecuniam. *l. 7. §. 1. h. t.* Suſpectum enim habere debet 160 magiſtrum, et mendacii conuincere. 4. Vt ei, qui ad eam rem prae- 161 poſitus eſt, credat. Nam ſi hoc non obſeruat, ſibi damnum imputat. GOTHOFR. *ad h. l. lit. u. vid. ſupr. part. 3. cap. 5. num. 117. et ſeqq.* Si praeter haec magiſtro nauis pecuniam credidit, vel ſponte, vel dece- 162 ptus, in exercitorem non datur actio, ſed in magiſtrum, ſi eſt liber, vel ſi ſeruus ſit, in dominum, de peculio. CVIAC. *d. l. p. 450.* PECK. *ad l. 1. §. 9. num. 2.* Quid ſi quis hoc caſu probare velit, pecuniam, in 163 nauis refectionem erogatam eſſe? facere poteſt, et dicitur hoc probatum, et conuerſam pecuniam, ſi nauis cauſſa melior poſt acceptam pecuniam reperiatur. PECK. *in l. 7. num. 3.* Hoc autem non opus 164 eſt, ſed plane ſecurus eſt, ſi poſſit demonſtrare, magiſtrum nauis ad recipiendas pecunias expreſſum mandatum habuiſſe. COSTAL. *ad d. l. 7.* Idem obtinet in eo, qui ab alio mutuatus liberauit eum, qui in na- 165 uis refectionem crediderat, nam et huic datur actio quaſi in nauim crediderit: *l. 1 §. 11. h. t.* Surrogatum enim ſapit naturam eius, cui 166 ſurrogatur, et fit priuilegiatus creditor, cuius pecunia ad priuilegiatum creditorem peruenit: *l. 24. §. 3. de reb. auct. iudic. poſſid.* nec opus eſt ad hoc expreſſa de ſuccedendo pactio, vt autumat PECK. *h. l. num. 5.* ſed ſufficit, ſi directo creditori ſoluatur. *d. l. 24. §. 3.* BACHOV. *in tract. de pignorib. lib. 4. cap. 15. num. 3.* 167

Depoſito *l. 3. §. 1. naut. caupon.* de quo ſub *num. 266. et ſeqq.* 168

Pignore, etiam in re aliena. *l. 1. §. 7. naut. caup.* quod ſi ex- 169 preſſe conſtitutum non eſt, nihilominus in rem reficiendam credens in ea ius praelationis habet.

Emtione venditione *l. 1. §. 3.* ibi: *mercibus emendis,* vel ven- 170 dendis. *§. 7.* ibi: *res aliquas emerit. §. 10.* ibi: *in pretiis rerum emtarum.*

Locatione conductione. *l. 1. §. 3.* ibi: *locandis nauibus, vel* 171

 vecto-

vectoribus conducendis. §. *12.* ibi: *ad locandum. l. 55. de cond. ind.* ibi: *locauerit.*

172 Societate. *l. 3. de exter. act.*
173 Mandato. *l. 1.* §. *12. h. t.* ibi: *vt vecturas exigat. l. 1.* §. *2. naut. caup.* ibi: *committi iuſſit.*
174 Indebito. *l. 55. de condict. indeb.* ibi: *exercuerit.* et ita in reliquis contractibus.
175 Praepoſitio igitur eſt cynoſura et forma totius negotii, nec aliter exercitor tenetur, quam quatenus et quousque in ſingulis con-
176 tractibus praepoſuit. *l. 1.* §. *7.* §. *12. h. t.* Quare, ſi eum praepoſuit naui ad hoc ſolum, vt locet, vel vecturas exigat, et magiſter modum egreſſus fuerit, non obligabit exercitorem.
177 Idem eſt, ſi certis mercibus locauerit, non poteſt alias locare. Aliquando ſolas perſonas poteſt traiicere, aliquando prohibetur, ne perſonas ſuſcipiat: aliquando etiam locus adſcribitur. Sem-
178 per autem illud obtinet, ne exercitor vltra praepoſitionem teneatur, §. *13. h. t. l. 8. Quod cum eo qui in.* Mandati enim fines diligenter
179 cuſtodiendi ſunt. §. *8. Mandat. l. 5. eod.* Nec obſtat *l. 1. h. t.* quod ignari ſaepe ſimus praepoſitionis, in illam enim inquirere debemus, et
180 licet propter celeritatem non poſſimus plene reſcire, hoc tamen cognoſcere poſſumus, cui rei praepoſitus ſit, et, qui cum alio contrahit, ſcit, vel ſcire debet, quae ſit eius conditio. *l. 19. de R. I.* PECK.
181 *ad* §. *7. h. l.* At quomodo probatur praepoſitio? Reſp. COSTALIVS *in l. 1.* §. *2.* non ſolum ex voce expreſſa domini, ſed etiam ex pati-
182 entia et ſcientia illius dicit metiendum eſſe. Si igitur ex aliquo rogitet, ad quod praepoſitus ſit Titius, facile percipiet, num merces
183 emere, vel vectores traiicere conſueuerit. Si vltra hoc magiſter, non oſtenſo mandato, ſe praefectum aſſeret, fraus et dolus praeſumitur, ſibique acceptum ferre debet, qui mendaci fidem adhibuit. Similiter ſi magiſter ſuo nomine mutuum contrahat; ſi incaute mercetur;
184 ſi diſſipet omnia, contra praepoſitionem agit. Quo caſu contra exercitores non datur actio, ſed contra magiſtrum, ſi dolo decepti ſunt. PECK. *d. l. 2.* Interim tamen non debet praepoſitio captioſa eſſe. *l. 1.* §. *7. 8. h. t.*
185 Finis et effectus eſt, quod exercitor ex contractu magiſtri in
186 ſolidum teneatur. §. *2. Quod cum eo qui in alien. pot.* et vnusquisque

Digitized by Google

que eorum, ſi plures ſint, *l. 1. §. fin.* non attento, quotam partem in 187
naui habeat, *l. 3. h. t.* ne in plures aduerſarios diſtringatur, qui cum
vno contraxit. *l. 2. h. t. l. 27. §. fin. de pecul.* Actio enim exercito- 188
ria, qua tenentur exercitores, ex ſolius magiſtri perſona et facto naſci-
tur, vtpote cum quo ſolo, non cum ipſis exercitoribus, contractum
eſt. Ne igitur in plures diſtringatur obligatio, quae in vnius perſo- 189
na coepit, ſequitur, beneficium diuiſionis hoc caſu locum non habere.
BALDVIN. *in rubr. C. eod.* In Hollandia id hodie non obſeruatur, ſed 190
ſinguli pro ſua parte tenentur, quod ſtatutum, ne homines abſter-
rerentur ab exercendis nauibus, ſi metuant, ne ex facto magiſtri, quaſi
in infinitum teneantur. VINN. *in l. 4. ad not.* PECK. *lit. a.* Interim 191
iure ciuili, ſi vnus aliquid praeſtiterit, id actione pro ſocio, ſi exerci-
tores ſint ſocii voluntarii; vel actione communi diuidundo, ſi non
ſunt ſocii, ex quaeſt. contractu recuperabit. *l. 3. h. t.* Secus eſt, ſi plu- 192
res nauim per ſe exerceant, tunc neque in ſolidum ſinguli actione
propria ex ſuo contractu tenentur, ſed tantum pro portionibus exer-
citionis, id eſt, ea parte, quam in naui habent, conueniuntur, nec 193
rurſus quiſpiam eorum tenetur exercitoria, quippe quae non niſi ex
perſona magiſtri proficiſcitur. Hi enim inuicem ſui magiſtri non vi- 194
dentur, vel vnus alterum praefeciſſe. *l. 4. h. t.* Quod ſi cum vno ex 195
pluribus, nauem per ſe exercentibus, contractum ſit, hic et ſolus tene-
bitur, et in ſolidum, actione ſcilicet propria ex ſuo contractu, non
exercitoria, alii vero nullo modo tenebuntur, quia neque per ſe, ne-
que per alium contraxerunt. Vnde ſequitur, ſi plures exercitores 196
vnum de numero ſuo magiſtrum fecerint, quod huius nomine in ſo-
lidum poterint conueniri. *l. 4. §. 1.* Nec obſtat *l. fin. §. pen. naut.* 197
caup. ſtab. Loquitur enim de quaſi delicto, cuius alia eſt ratio, vt
infra dicetur. *cap. 20.* Eodem modo ſi filiifam. vel ſerui voluntate 198
patrum aut dominorum exerceant, datur in patres et dominos iudi-
cium, ſiue vnus ſit, *l. 1. §. 19.* ſiue plures in ſolidum. *l. 6. §. 1. h. t. l. 4.*
§. 2. Ratio huius eſt voluntas patris et domini, et publica vtilitas, 199
ad quam nauis exercitio pertinet. *l. 1. §. 20.* et ideo, ſi vnius ex o-
mnibus voluntate exercuit, in ſolidum ille tenebitur. *d. §. 2.* caeteri 200
minus *l. 6. h. t.* Quod enim iuris eſt in toto, idem etiam eſt in par- 201
te. *l. 113. de R. I.* Quaeritur autem, ſi ſciente patre vel domino non 202
etiam volente, cum magiſtro contractum ſit, quae detur actio? Re-

 ſpondet

Digitized by Google

203 ſpondet ICtus *in l. 6. h. t.* ſi ſciente domino fiat, quaſi tributoria, ſi
204 ignorante, de peculio agendum. In re enim dubia melius eſt ver-
bis edicti ſeruire, et neque ſcientiam ſolam et nudam domini onera-
re, neque in peculiaribus mercibus voluntatem extendere ad ſolidi
205 obligationem. *l. 1. §. 20. verſ. ſed ſi.* Actione igitur tributoria, ſi ſci-
ente domino in merce peculiari negotiatus fuit inter patrem et do-
206 minum, et reliquos creditores, merces peculiares pro rata diuidun-
tur. *§. 20. h. t. §. 3. quod cum eo qui.* ſi eo ignorante, de peculio da-
207 tur actio. Si ergo ſeruus peculiaris volente filiofamilias, in cuius
peculio erat, vel ſeruus vicarius, volente ordinario, nauim exercuit,
pater dominusue, qui voluntatem non accommodauit, duntaxat de
peculio tenetur, ſed filius ipſe in ſolidum. *l. 1. §. 22. h. t.* Ratio prio-
208 ris eſt, quia conceſſione peculii, patres dominiue poteſtatem contra-
hendi dediſſe videntur, et ita qui velit antecedens, praeſumitur velle
conſequens. Ratio poſterioris eſt voluntas filiifam. qui ex contra-
209 ctibus et delictis obligatur. *l. 57. d. iudic.* Plane ſi voluntate domi-
ni vel patris exerceant, in ſolidum tenebuntur, praeterea et filiusfa-
mil. ſi et ipſe voluntatem accommodauit, in ſolidum erit obligatus.
210 Ratio eſt, ne voluntate parentis cum filiisfam. contrahentes decipian-
tur, nam male ageret pater, qui voluntarie filium permittit nego-
tiari, et poſtea nollet debitum exſoluere. PECK. *ad §. 22. num. 7.*
Habebit igitur contrahens duos debitores, patrem et filium. *l. 44. de*
211 *pecul.* Sed quid ſi pater filio peculium ademerit? nihilominus cre-
ditores cum filio agere poſſunt. *l. 45. eod.* At ſi nihil habeat bono-
212 rum? Reſp. poteſt aduentitia vel caſtrenſia, et quaſi habere. Si
nec talia habet, ad ceſſionis beneficium admittendus: *l. pen. C. d. qui*
bon. ced. quod ſi facere recuſet, in carcerem detrudendus eſt. IAS. ZAS.
213 *in §. 10. de actionibus.* Idem obtinet, ſi non cum magiſtro, ſed cum
214 exercitore ipſo actum ſit, vt pater, dominusue in ſolidum teneatur,
eſt enim eadem, vel maior ratio, obligari ex propriis, quam alienis
215 conuentionibus. *l. 1. §. 23.* Ampliat hoc ICtus *in l. 4. §. 3.* quod, ſi
ſeruus qui voluntate domini exercuit, alienatus ſit, nihilominus qui
eum alienauit, teneatur, proinde et ſi deceſſerit ſeruus, teneatur, im-
216 mo et defuncto magiſtro. Ratio horum omnium eſt publica vtilitas,
et ne creditores decipiantur, quod facile eſſet, ſi alienatio obliga-
217 tionem extingueret. Elegans et difficilis ſimul *legis 5. h. t.* caſus ex-
plican-

Digitized by Google

plicandus eſt. Pone. Seruum meum naui tuae magiſtrum praepo-
ſuiſti, vel illo tibi praebente gratuitas operas mandato tuo, vel illo
locante tibi operas ſuas mercede, ego, qui eius dominus ſum,contra-
xi cum eo, propter nauigandi neceſſitatem, quaeritur quid iuris? Re- 218
ſpondet ICtus PAVLVS *in d. l. 5.* te mihi obligatum eſſe exercitoria,
vtili nempe, non directa, quia ipſe ſeruus mihi non obligatur, nec
obligari poteſt vllo modo cum effectu. *arg. l. 12. d. inſt. action.* Rur-
ſus ſeruus tibi ex ea cauſſa aliquid debet, quod naui praepoſitus fuit, 219
diſtinguit ICtus, ſi gratuitis operis ſerui vſus, et actionem man-
dati habes de peculio, quia ei curam nauis tuae mandaſti, ſi 220
vero operas eius conduxiſti, mecum habes actionem ex loca-
to, id eſt locato conducto - vel conducto - locato? intelligitur
enim perfecta oratio de toto contractu. CVIAC. *ad d. l.* PECK.
d. l. n. 6. Additur, ſi ſeruus meus cum aliis contraxit, dum nauim 221
tuam exercet, atque ita iure dominii mihi adquiſiuit actionem ex con-
tractibus habitis cum aliis, te ſupra dictis actionibus mandati ſc. vel
conducti de peculio agere poſſe, vt tibi cedam actiones meas, et te
hoc modo procuratorem faciam in rem tuam. *arg. l. 1. d. inſtit. act. l.*
51. d. pecul. Rationem deciſionis ſumit ICtus, quod id ita ſe habeat 222
in libero homine, quum ergo hic eadem ſit ratio, idem etiam dicen-
dum eſſe. *d. l. 5. v. quemadm.* Idem obtinet, ſi communis ſeruus ſit 223
praepoſitus, quia pro parte, qua tibi ſeruit, alienus eſt, et factum
eius praeſtare teneris. Nam non in modo praepoſitionis, ſed in ſer-
uili corpore, communis eſt. PECK. *ad d. l. num. 5.*

Quia ſupra diximus, etiam liberum hominem poſſe magiſtrum 224
naui praeponi, porro praetor proponit, quod tali caſu liberum ſit con-
trahenti, an exercitorem an magiſtrum nauis, conuenire velit. *l. 1. §. 17.*
et §. 24. h. t. Sed ſi exercitor ſeruus ſit, et dominus eius cum ma- 225
giſtro, libero homine, contraxerit, quoad ſeruum ceſſet electio. *l. 5.*
§. 1. h. t. Inter dominum enim et ſeruum nulla actio eſſe poteſt, nulla 226
lis. Ne autem interea dominus peioris conditionis ſit, quam extra- 227
neus, aduerſus magiſtrum experiri poteſt, actione, quae vel iure ciuili,
vel honorario competit. Ratio eſt, quod hoc edicto non transfertur 228
actio a magiſtro in exercitorem, ſcilicet quum magiſter eſt capax actio-
nis, et liber homo, non ſeruus, ſed adiicitur, et electio eſt creditoris, 229
vel agere cum magiſtro principali actione ex contractu, vel cum exer-

230 ercitore honoraria actione ex hoc edicto. *ad l. 5. §. 1.* Augmenta enim quae inducunt, diminutionem non debent operari. GOTHOFR. *ad d. §. 3.*
231 *lit. i.* Nec praetor ea mente introduxit exercitoriam, vt perimeret eam, quae ex contractu in magiſtrum competit, et quaſi nouatione
232 facta hanc in illam transferret, ſed vt ciuili actioni honorariam adiiceret, atque ita ei, qui cum magiſtro contraxit, plenius conſuleret.
233 Quum igitur haec actio ex perſona magiſtri detur in exercitorem, ſequitur, ſi cum vno ipſorum actum, cum altero agi non poſſe, ſed ſi quid ſolutum eſt, ſiquidem a magiſtro, ipſo iure minui obliga-
234 tionem. Bona enim fides non patiatur, idem bis exigi. *l. 57. d. R. I.* Tollitur autem obligatio electione et perceptione, non litis conteſtatione. *l. 4. d. his qui effuder.* ipſo iure, non per exceptionem i. e.
235 Praetor aditus ſimpliciter negabat actionem, et petetentem a limine iudicii repellebat, quod non faciebat, ſi exceptio opponebatur: nam tunc quia adhuc ſubſiſtebat obligatio, ipſo iure actionem dabat cum exceptione, vti hoc ex iure veteri BAR. *ad §. 1. Qu. toll. obl.* PECK. *ad §. b. n. 3.* BACH. *in* TREVTL. *v. 2. diſp. 29. th. 1. lit. b.* demonſtrant.
236 Sed et ſi ab exercitore facta ſolutio, ſiue ſuo nomine, i. e. propter honorariam obligationem, ſiue magiſtri nomine ſoluerit, minuitur obligatio, quoniam et alius pro me ſoluendo me liberat, *l. 1. §. 24. h. t.*
237 et licitum, alterius conditionem etiam ignorantis, et inuiti meliorem
238 facere. *l. 39. d. negot. geſt.* Eſt enim exercitor ſimilis fideiuſſori, et ſicut fideiuſſor, etiamſi ſuo nomine ſoluat, et propter obligationem fideiuſſoriam, non modo ſeipſum, verum etiam debitorem principalem
239 ipſo iure liberat: ita exercitor ſuo nomine ſoluendo non ſe ſolum ipſo iure liberat, ſed etiam magiſtrum. Nec enim ſuo nomine ſoluere poteſt, quin ſimul ſoluat nomine magiſtri, pro quo et ipſe obligatus eſt.
240 Hae actiones perpetuo heredibus, et in heredes dantur *l. 4.*
241 *§. fin. h. t.* Proinde ſi ſeruus, qui voluntate domini exercuit, deceſſit, etiam poſt annum dabitur haec actio propter voluntatem et quaſi iuſſum domini, cuius fidem contrahens ſequutus fuit. *§. 1. Quod cum eo.* quamuis de peculio vltra annum non detur. *d. §. fin. l. 1. quand. act. de pecul.*
242 Illud dubium eſt, an ex contrario exercenti nauim aduerſus eos, qui cum magiſtro nauis contraxerunt, actio detur? Negat *l. 1. §. 18.*

quia

Digitized by Google

quia non eodem auxilio indiget, potuit enim exercitor ſecum deli- 243
berare, quem ſuis rebus praeficeret, et in eius conditionem inqui-
rere: nihil autem imputari poteſt ei, qui cum magiſtro contraxit. Dein- 244
de quod contra rationem iuris fuit a praetore introductum, vltra eius 245
mentem non debet extendi. *arg. l. 1. d. inſtit. act.* Habet autem ex 246
locato cum magiſtro nauis actionem, ſi mercede operam ei exhibet,
aut mandati, ſi gratuitam. *d. §. 18.* Excipitur caſus miniſterii anno- 247
nae, quo ſolent praefecti, vel praeſides prouinciarum ex contractu
magiſtri exercitores iuuare extra ordinem, i. e. deficiente lege, actione 248
ex aequitate illis et quaſi per modum reſtitutionis, ſeu extraordinaria
cognitione, vt ſolet fieri in cauſſis fauorabilibus, quoties actio magis, 249
quam aequitas deficit, *l. 1. d extern. cogn.* ſubuenire BACH. *in not. ad
par.* WESENB. *n. 6.* Ratio eſt fauor annonae, qua omnes indigemus, 250
et propter quam multa in iure conſtituta. *l. 1. C. d. Nauicul.* Sed quae 251
hic aequitas? PECK. *n. 6.* caſus ponit: Veluti ſi magiſter non ſit ſol-
uendo: vel ſit abſens et periculum ſit in mora, quod quum magiſter
cedere non poteſt qui abſens eſt, debitor fortaſſis bonis exuatur. 252
Quid contra? ſi abſente magiſtro bona dilapidet? Quid ſi ſuſpectus
probari poſſit? quid ſi magiſter ante ceſſionem rebus humanis exem-
tus ſit? CASTRENS. *ad l. 1. d. inſtit. act.*

Hoc reſtat, an actio exercitoria ſit ſeparata actio, vel aliarum 253
actionum qualitas? Haec quaeſtio inanis non eſt, ſed ſuum vſum ha-
bet. Nam ſi prius verum eſt, ſtricti iuris eſſet, ſi poſterius, b. fidei 254
vel ſtricti iuris pro diuerſitate contractuum, quibus adiiceretur. E. G.
Si mandato adiiceretur, b. fid. ſi ſtricti iuris iudiciis etiam ſtricti iuris
eſſet. *l. 36. d. pecul.* PECK. *ad l. 4 §. fin. n. 4.* Prius ſtatuunt BR. *d.* 255
tit. d. pecul. n. 14. CASTRENS. *in l. 4. §. fin. h. t.* AZ. *in ſum. Cod. n. 3.*
IACOB. DE RAVENN. *ad §. 10. d. action.* Argumenta ſunt, 1. quod hae 256
actiones proprios habent tractatus, et quod 2. actio depoſiti, locati &c.
ciuiles, hae autem ſunt praetoriae. Poſterius defendunt. ACCVRS. *in* 257
d. §. 10. d. actionib. CYN. *in l. 12. C. quod cum eo* IASON. *n. 6. et* IOH.
FABER. *in d. §. 10. in pr.* PECK. *ad §. 18. n. 2. h. t.* VINN. *d. l. et ad l. 4.
§. fin. lit. b. c.* BACHOV. *tr. d. action. diſp. 8. th. 14. et in com. Inſt.
§. 10. d. actio.* Probant hanc adſertionem *l. 3. §. 5. et . 7. l. 5. l. 36.* 258
d. pecul. l. fin. d. nouat. l. 18. ad SCtum Macedon. vbi illud de actione
de peculio adſeritur, et quia eadem eſt ratio in exercitoria, idem
dicen-

Digitized by Google

259 dicendum videtur. Non igitur hoc loco eſt ſpecialis actio, ſed ſi
e. gr. magiſter nauis merces emit, vel mutuo ipſi pecunia data, datur
260 in exercitorem actio emti vel condictio certi. Et hoc reſpectu recte
dicunt CASTRENS. *in* §. *17.* PECK. *in* §. *17.* quod haec actio potius ſit da-
tiua, quam natiua. Ideo nimirum quod contractus inter partes ini-
tus ad producendam actionem idoneus non ſit, nec efficaciter contra
reum allegari poſſit, ſed ex aequitate et auctoritate praetoris a tertio
261 ius agendi accipiat. Nec obſtant argumenta diſſentientium. Nam
adiectio haec ad alios contractus ita eſt comparata, vt nouas quasdam
et proprias actioni primariae addat qualitates, et praeſtationes, et fa-
cit, vt actio contra eos detur, qui ex mera ratione iuris ciuilis conue-
niri non poterant, quod praecipuum eſt ex iure praetorio. Neque
263 enim hae adiectiones ſunt mera et nuda accidentia, ſed qualitates
afficientes, et alterantes naturam actionis, vt ita denominatae de pe-
culio, exercitoria &c. quodammodo diuerſae videantur ab actionibus
264 principalibus. Sic ipſa actio contractus opponitur actioni de peculio, *in*
265 *l. 3.* ∬. *4. commod. l. 5.* §. *10. l. 17. pr. de inſtit. act.* videlicet qua-
tenus illa adiectio diuerſitatem ab actionibus primaeuis inducit: alias
manifeſtum eſt, non conſtituere proprias et ſeparatas actiones.
266 Diximus ſupra *num. 168.* actionem de recepto eſſe ex depo-
ſito, vnde ſequitur, quod exercitor, qui ex recepto tenetur, non ex
quaſi contractu ſeu tacita conuentione, vt ANT. FABER. *ad h. t.* exiſti-
267 mat, ſed vero, id eſt expreſſa conuentione, obligetur, eaque vel depo-
ſiti, ſi quis gratis vectores traiiciat, vel locati, ſi pro certa mercede.
268 *l. 3.* §. *1. l. 5. h. t.* Habet tamen hoc ſingulare, quod actio exerci-
269 toria, quae *in lib. 14.* ∬. *tit. 1.* traditur, oriatur ex contractu magiſtri
in ſolidum, ſed duntaxat eius negotii cauſſa, propter quod fuit prae-
270 poſitus. *l. 1.* §. *7. d. exerc. act.* Haec vero *in lib. 4.* ∬. *tit. 9.* tracta-
tur contra exercitorem de recepto quatenus plerumque ipſe contra-
271 hit, vel magiſter nauis, aut alius nauta. Praetor ita inquit, nautae
quod cuiusque ſaluum fore receperint, niſi reſtituant, in eos iudicium
dabo *l. 1. naut. caup. ſtab.* Ratio eſt; quia coguntur vectores ſe et
ſua bona illis committere, nec poſſunt explorare, quales ſunt, ideo
aequum viſum, vt qui ſe offert, fortius obligetur. *arg. l. 1.* §. *35. de-
poſit.* Iniquum quidem ideo videbatur, quia ſaepe gratis quis traiicit,
272 *l. 6. h. t.* et ſi mercedem dat, illam accipiat nauta non pro cuſtodia re-
rum,

Digitized by Google

rum, ſed pro vſu nauis: contra vero ſumme aequum viſum, quia, 273
vt ICtus inquit, 1. non coguntur aliquid recipere, ſi nolint. 2. Quia ne- 274
ceſſe fuit eorum fraudibus occurrere, ne colludant cum furibùs,
quum ne tunc quidem etiam ab amicis abſtineant. *l. 1. §. 1. h. t. l. 6. h. t.*

Tenetur actione huius contractus exercitor nauis magnae, aut 275
paruae, vt lintris, ratis, perinde eſt, *l. 1. §. 4.* qui hoc loco nauta, *l. 1.*
§. 2. et nauicularius dicitur, *l. 1. §. 3. eod.* ſiue ipſe recepit, *d. §. 2.*
ibi: *ſed per ſe*, ſiue magiſter nauis, *d. §. 2.* ibi: *nauis magiſtrum*, ſi-
ue cuſtodes nauis, qui ναυφύλακες et dietarii dicuntur, *de quib. ſu-* 276
pra part 3. cap. 5. Quia enim huic officio eos praeponit, ſimul com-
mitti eos permittit. *l. 1. §. 3. h. t.* Et hoc ampliat, licet ipſe exer- 277
citor χειρέμβολον fecerit, i. e. in prora adſidens, dum merces impo-
nerentur, manu ſignum dederit, quaſi ſcilicet ipſe alios praeuertiſſe, et 278
ſolus ius recipiendi occupaſſe videatur, nam hoc non ſufficit, ſed
conditio eorum officii facit, vt poſſint res recipere, quod durat ſub
eadem lege, niſi expreſſe exercitor ipſis quidquam committi vetue- 279
rit. Si ergo interdictum non exſtet, nullum eſt dubium, quin de re-
cepto teneatur. Et ita *h. l.* explicant ALCIAT. *1. parerg. 44.* RVS- 280
SARD. *in not. hic* ANT. FABER. *h. §.* BACHOV. *in pr. part. ff. h. l. n. 6.*
Non mala etiam eſt explicatio CVIAC. *27. obſ. 31.* quod teneatur ex- 281
ercitor, ſiue quaſi per auerſionem ius omne recipiendi merces ei
commiſerit, ſiue non: quomodo *verſ. quamquam* non ampliatio, ſed
declaratio eſt. Vult igitur hoc, teneri exercitorem ſola praepoſitio- 282
ne, ſiue χειρέμβολον fecerit, ſiue non: i. e. ſi traditam ſibi rem, aut
mercem, ſtatim dederit in manus cuſtodis, quaſi auertens a ſe peri-
culum cuſtodiae, idque omne in illum transferens, et quodammo-
do lege praedicta, ne ipſe eo nomine vectori teneatur. Non autem
tenetur, ſi aliis nautis aliquid commiſſum, nec enim debet per remi- 283
gem aut meſonautam (*de quibus ſupra part. 3. cap. 3. num. 34*) obli-
gari. Sed ſi quis his commiſerit, propriis actionibus eos obligatos ha-
bet, et debet ſibi ipſi imputare, quod eorum fidei crediderit. Se-
cus eſt, ſi aperte vni ex nautis tradi commiſit, tunc enim ipſe ex re- 284
cepto tenetur. *d. l. 1. §. 2. in fin.* De filiofam. et ſeruo dicitur, quod 285
ſi voluntate patris, vel domini receperint, in ſolidum teneantur, alias
actione de peculio, *l. 3. §. 3. h. t.* quae etiam manumiſſo ſeruo ad- 286
uerſus dominum intra annum manebit. *l. 42. de furt.* Immo, ſi ſer- 287

Digitized by Google

uus exercitoris ſurripuit, ceſſat noxalis actio, et datur ex recepto, *l. 3.* §. *3.* quia ob receptum dominus ſuo nomine conuenitur. Praeterea
288 ſi ſeruo meo (*i. e. vectoris*) in naui vtaris, et mihi damnum det, vel furtum faciat, quamquam furti actio et damni iniuriae mecum ſit,
289 (i. e. licet alias cum domino et contra dominum hae actiones et noxaliter ex ſerui delicto competant, vt adeo non videatur contra ſe-
290 ipſum agere non poſſe) haec tamen actio, quia in factum eſt, etiam
291 ſerui mei nomine aduerſus te competit. *l. 6.* §. *1.* Non enim conſideratur, quod hic ſeruus meus eſt, ſed quod exercitor eius opera vtitur, neque mihi, qua domino, actio datur, ſed qua ſeruus meus
292 eſt in miniſterio alterius. Idem dicetur, et ſi communis ſit. Tu tamen, quod mihi praeſtiteris eius nomine, vel communi diuidundo, vel
293 pro ſocio actione, aut, (ſi partem eius, vel totum, ſcilicet quoad primum caſum, quo ſeruus in ſolidum eſt alterius, CVIAC. *d. l.* conduxi-
294 ſti) etiam ex conducto habebis me obligatum. *d.* §. *1.* Nec obſtat, quod
295 dolo petat, quod mox reſtituturus ſit. Reſpond. quia enim ex ſingu-
296 lari et propria cauſſa haec actio deſcendit, non auditur illa exceptio, et forte alia exceptione actio pro ſocio elidi poteſt. BACHOV. *ad d. l. 6.*
297 Si vero ipſi ſeruo ab alio damnum datum fuerit, non tenetur eo nomine exercitor, quum ſeruus non eſt inter res, quas exercitor ſaluas recepit? *l. 6.* §. *2.* ſed ille, qui damnum dedit, propriis tenebitur actionibus. CVIAC. *ad d.* §. *2. ad Paull.* vbi addit, *hanc l. 6. cum* §. vtrique actioni accommodari poſſe, et ideo difficilem, nec omnium hominum legem eſſe.

298 Conuenitur exercitor de eo, quod cuiusque ſaluum receperit etiam gratis, *l. 6. h. t.* hoc eſt, quamcumque rem ſiue mercem, *l. 1.* §. *6.* propriam, ſiue alienam, ſi modo intereſt, eam ſaluam eſſe, *l. 1.*
299 §. *7.* etiam eius neceſſaria, veluti veſtimenta, quibus in nauibus vtetur, et caetera, quae ad quotidianum vſum veluti penu habemus, *d. l. 1.* §. *6. l. 4.* §. *2.* quamuis eorum vectura non debeatur, *d. l. 4.*
300 §. *2.* dummodo extra negotium non aliquid receptum fuerit, i. e. non
301 ratione officii, exercitiiue, ſed amicitiae ſimplicis, *l. 3.* §. *2. h. t.* tunc enim ordinaria actione recipiens tenetur: *l. 3.* §. *2.* vbi Accurſ. pro voce (quo) legit (quod ſi) alii (ſi quod) quod parum eſt, quum
302 idem ſit ſenſus. Perinde etiam eſt, cuius res receperit nauta, an

nautae

Digitized by Google

nautae alterius, an alius hominis, *l. 4. §. 1. h. t.* nam hic non vt nauta, ſed vt alius vector, conſideratur.

Sed quid eſt ſaluum recipere? Nihil aliud, quam acceptione 303
rei profiteri, illam apud exercitorem ſic ſaluam fore, vt apud dantem, et ideo etiam cuſtodiae eius commiſſam eſſe oportet. *l. 1. §. 1. h. t.* ibi: *cuſtodiae committere* §. 7. ibi: *adſignatae.* Videtur huic ob- 304
ſtare, quod in §. 7. dicitur, ſufficere, ſi res ſint immiſſae. Dicendum 305
igitur eſt, quod generalis quaedam commiſſio cuſtoſtiae, et tacita receptio ſufficiat, quod probat *l. 3. h. t.* vbi dicitur, periculum ad exer- 306
citorem pertinere, licet res in littore perierint, quas nauta ſemel recepit, et in nauim importandas in littore deponi iuſſit, caeteroquin per admiſſionem in nauim non adparet, iſtas res receptas videri. BACHOV. *ad h. t. num. 9.* Debet autem exercitor ſcire res illatas eſſe. 307
Nam ignorans non tenetur, quia non conſentit, *l. vt plur. de R. I.* ACCVRS. *in §. 7.* OLDENDORP. *claſſ. 7. act. 5. num. 2. in fin.* et ſi de pro- 308
banda ignorantia quaeſtio inciderit, ea praeſumitur, quaſi in alieno facto tolerabilis. *l. 2. de iur. et fact. ign.* PECK. *ad §. 7. num. 6.* Sed quid ſi claues nauta dederit? Gloſſ. dubium ab vtraque diſputat, di- 309
cens non teneri, ſi cum proteſtatione dederit, quia quodammodo praedixerit, id ſequitur BL. *in rub. C. dep.* teneri, ſi ſine proteſtatione dederit, ne materia colludendi detur cum furibus, id ſequitur BR. *in l. fin.* COSTAL. *ad l. fin.* Soluit *gloſſa*, ſi tradiderit, et in reci- 310
piendo fecerit claues tradentis, priorem ſententiam obtinere: quaſi ſemper ſuas res poſſint habere, et eas recipere. Poſteriori modo teneri hactenus, vt tantum de leui, non leuiſſima culpa conueniatur. PECK. *ad d. l. 7. num. 4.* Praeſtat autem, ſi res pereat, factum non 311
ſolum nautarum, ſed etiam vectorum, *l. 1. §. fin. l. 3. h. t.* etiamſi quis gratis nauigauerit, *l. 6. h. t.* niſi expreſſe praedixerit, ſe recipere 312
nolle. *l. fin. h. t.* Nec obſtat, quod *ſupra* diximus, per remigem, aut 313
meſonautam non obligari, vnde videatur dicendum, nautarum factum ipſum praeſtare non teneri. Id enim verum eſt, ſi de recepto quae- 314
ratur, ex eo enim, ſi infimae ſortis nauta recepit, non tenetur: ſecus eſt, ſi damnum dedit, tunc ſi ipſe exercitor recepit, tenetur ex recepto, quia recepit in ſimplum, et ex furto vel damno, quia opera malorum hominum vſus eſt, in duplum, vt mox dicemus.

Haec actio praetoria eſt. *l. 1. h. t.* vocatur actio honoraria, 315

Digitized by Google

§. *1. l. 13.* §. *5.* ab honore, quem praetores gerunt, §. *7. de l. N. G.*
316 in factum, *l. 3.* §. *1. h. t.* id eſt, iuxta ſiue ſecundum id, quod factum
317 eſt, conceſſa et compoſita eſt actio. Concurrunt cum ea actiones ciuiles vel depoſiti, ſi gratis res ſint receptae, vel locati conducti, ſi
318 merces interuenerit, et quidem ſi tota nauis locata ſit, qui conduxit, ex conducto etiam de rebus, quae deſunt, agere poteſt, ſi vero res perferendas nauta conduxit, ex locato conuenietur. *l. 3.* §. *1. h. t.*
319 Mirum igitur, cur haec actio introducta, quum ſint ciuiles, quibus deficientibus, demum praetor ſolebat ſubuenire. *l. 1. l. 4. de praeſcript.*
320 *verb.* Duplex autem adfertur ratio, prima, vt innoteſceret, praetorem curam agere reprimendae improbitatis hoc genus hominum, et
321 vt ſecura ſint in terra et mari itinera. 2. quia haec actio eſt plenior, nam ex depoſito, vel locato, quis tantum tenetur, ſi alicuius dolo, vel culpa res perierit, at hac actione omnimodo, quomodocumque res
322 perierit. *d. l. 3.* §. *1. ver. miratur.* Venit igitur in hanc actionem non ſolum dolus et culpa leuis, ſed etiam leuiſſima, ſolum caſus for-
323 tuitus excipitur. VINN. *in not. ad* PECK. *lit. d.* Probat illud oppoſitio in *d. verſ.* vbi dicitur, ex recepto obligatum in plus teneri, quam
324 eum qui ex locato. At hic tenetur de leui culpa, §. *pen. de locat. l. 23.*
325 *de R. I.* inter leuem culpam autem et caſum fortuitum non eſt intermedium, niſi culpa leuiſſima. 2. dicitur in *l. 3.* §. *1.* teneri cauponem, licet res ſine eius culpa perierit, non tenetur autem de caſu fortuito. E. neceſſe eſt, vt teneatur de leuiſſima culpa, neque enim poteſt dici res periiſſe ſine culpa, quae perit culpa leui. Vbi notan-
326 dum, quod culpa leuiſſima fere culpa non ſit, ſiquidem hic ſine culpa res perire dicitur, quae per eiusmodi culpam perit. 3. In *l. 1.* §.
327 *1. h. t.* dicitur, grauiter hic aliquid ſtatui. Graue autem non eſt, ob
328 latiſſimam culpam teneri. Hoc tamen durum eſt et graue, quod tenetur vltra dolum, licet mercedem pro cuſtodia non acceperit. Illum enim non pro cuſtodia rerum, ſed vt vectores traiiciat, accipit,
329 *l. 5.* §. *1.* ſicut ſartor et fullo, licet mercedem non pro cuſtodia, ſed pro arte accipiant, tamen cuſtodiae nomine tenentur. *l. 13.* §. *6. lo-*
330 *cat.* Vel dici poteſt cum ACCVRS. *in l. 6.* non ſolui principaliter mercedem pro cuſtodia rei, ſed propter traiectum: interim, quod merces nominatim pro cuſtodia promitti poſſit, ratio iuris non refragatur. *l. 3.* §. *1. h. t.* BACHOV. *d. l. num. 3.*

Tenetur

Tenetur igitur de omni damno, *l. 5. §. 1.* quod quoquo modo contingere potuerit, *l. 3. §. 1. h. t.* ſiue negligentia et culpa, ſeu 331
caſu, qui praecaueri potuerit, vt furto *d. §. 1.* quod praeſumitur cul- 332
pa eius, qui cuſtodiam debet, factum. *l. 52. §. 3. pr. ſoc.* Solus caſus 333
fortuitus, ſeu fatale damnum excipitur. *d. l. 3. §. 1.* ibi: *damno fatali.* Si ergo quid naufragio, vel per vim piratarum perierit, non eſt iniquum ei exceptionem dari. *d. §. 1. verſ. inde.* Putat *h. l.* ANTON. 334
FABER. intereſſe inter ea, quae fato, et quae caſu fortuito contingunt, quod iſta ex neceſſaria, haec ex accidentaria cauſſa fiant. Verum id nihil eſt. Nam quae fortuito caſu accidere dicuntur, ob no- 335
ſtram ignorantiam talia videntur, quae ſi ad altiorem cauſſam aſſurgamus, poſſunt eſſe a fato. Incendium, naufragium, hoſtium 336
incurſus ſunt caſus fortuiti. *§. 2. Qu. mod. re cont. oblig.* at quis excludet diuinam prouidentiam? Immo ſub vi maiore quam θεῦ βίαν adpellant ICti *in L. 25. §. 6. locati.* praedicti caſus fortuiti 337
continentur. *l. 15. §. 2. eod. l. 11. §. 4. d. minor. l. 2. §. 1. d. pec. rei vendit. l. 24. §. 4. d. damn. infect. l. 18. commod. l. 52. §. 3. pr. ſoc.* Hoc etiam falſum eſt, quod dicit Faber, in fatalibus et ſtricti iuris 338
iudiciis, ipſo iure nautam liberari, ſed ob caſum fortuitum ſaltem per exceptionem. Nam quod *in l. 6. C. d. pign. act.* dicitur de caſibus for- 339
tuitis, illud etiam ad fatalia pertinet, nec quod ibi mentio b. f. iudiciorum eſt, ideo actiones ſtricti iuris excluduntur, Verbum enim (praeſtari) generale eſt. Et eodem res recidit, ſiue ipſo iure dicamus 340
nautam liberatum, an per exceptionem. *l. 3. §. 1. h. t. verſ. inde,* Nam praetor aut ſimpliciter edicit, recepta reſtituenda eſſe: aut dat in dubio, vbi non conſtat, caſum eſſe fortuitum, actionem cum exceptione. 341
Et qui defenditur exceptione, non vtique praeſtat eos caſus. BACCH. *d. l. n. 3.* Falſum etiam eſt quod FABER *h. l.* dicit, eſſe arbitrariam actio- 342
nem, ex verbis: niſi reſtituant. Nam arbitraria actio dicitur, quum ar- 343
bitrium ipſi formulae inſeritur, et ad iudicem dirigitur, e. gr. niſi ar- 344
bitrio tuo reſtituat iudex condemna: at hic praetor ad extraiudicialem interpellationem, niſi nauta rem reſtituat, actionem in factum pollicetur, minime autem ea verba formulae inſerit. BACHOV. *d. l.*

Dubium eſt hoc loco, quis amiſſionem rei probare debeat, 345
nauta, an vector? Concludunt Dd. quod nauta, quia enim cuſtodiam recepit, praeſumitur res durare in ſtatu in quo fuit. Probare

 autem

346 autem debet non ſolum iureiurando, ſed manifeſtis probationibus,
347 veluti confeſſione partis rem amittentis, aut teſtibus. Probata amisſione, rurſum quaeritur, an vector culpam nautae, an nauta caſum fortuitum, in quo ſe fundat, probare debet? *l. 9. §. 3. locat. l. 2. C. d. naufrag.*
348 Idem LL. Rhodienſes *cap. 12.* habent ἐὰν δ᾽ εἴπῃ ὁ δεξάμενος φυλάττειν ταῦτα ὅτε ἀπώλετο δεῖ διεσχθῆναι τὴν διωρυχὴν, ἢ τὰ σῦλα πόθεν
349 ὑπέστη h. e. *Quodſi dicat, qui ſuſcepit, ſe res cuſtodiſſe quo tempore pe-*
350 *rierunt, debet oſtendi perfoſſio, aut vnde rapina exſtiterit*, et hoc probat *l. 13. §. 1. verſ. inde Labeo*, vbi dicitur, quod, agente vectore, exceptio caſus mere fortuiti reo ſit danda, quam vtique probare cogitur.
351 *l. 23. d. probat.* Qui ſi talis non eſt, ſed culpam admixtam habet, et vector hoc dicat, replicatio conceditur, et cogitur hoc caſu vector culpam, quia facti eſt, probare. BEN. STRACCH. *tr. d. naut. part. 2. n. 6.* PECK. *ad l. 3. §. 1. n. 9. 10.* OLDEND. *claſſ. 7. act. 5. vbi praxin habet.*

352 Haec actio non eſt poenalis, ſed rei perſecutoria, ex contractu
353 locati vel depoſiti. *l. 3. §. 4.* Praeter hanc actionem in factum autem contra nautam nihilominus ordinarias actiones dominus rerum in nauim illatarum retinet, et ſi quid damni datum fuerit in re, dominus ipſe
354 actionem habet l. Aquiliae, *l. 5. §. 1. h. t.* quia illa actio ſoli datur do-
355 mino. *l. 13. ad L. Aquil.* Idem in furto, ſi ipſe nauta furtum fecit, vel non ſit ſoluendo. *l. 4. h. t. §. 14. d. obl. ex delict.* Qui enim non ha-
356 bet, quod reddat, eius nihil eſt periculo, *l. 12. d. furt.* et quamuis alius nauta rurſum ſurripuerit ipſe agit furti, quia illa actio non datur
357 furi, quum eius non intereſt ex cauſſa honeſta. Secus eſt, ſi alias nautae ſurripitur, tunc datur ipſi furti actio, *l. 4. h. t.* quia ipſius intereſt, rem ſaluam eſſe *l. 90. d. furt.*

358 Differt haec actio ex recepto, ab altera, quae eſt ex quaſi maleficio, et cuius tractatio incipitur *in l. 6. §. 3. h. t.* tribus modis.
359 1. Illa eſt ex contractu, haec eſt quaſi delicto, quod eſt, quod quis malorum hominum opera vtitur. 2. Illa eſt in ſimplum, haec in
360 duplum. 3. Illa tenetur recipiens, ſi damnum facto nautarum vel et-
361 iam vectorum datum ſit, quoniam, qui cuſtodiam recipit, aduerſus
362 omnes eam praeſtare obligatus eſt. Hac tenetur, ſi furtum commiſſum, aut damnum datum per eiusmodi hominem, cuius opera vſus eſt. Igitur, ſi viator aliquis in naui furtum fecit, non tenetur. *l. vnic.*
363 *§. fin. furt. aduerſ.* Ergo ſi nauta quid ſaluum fore receperit, ſi-

quidem

quidem damnum ab alio datum ſit, non tenetur actione ex quaſi maleficio, ſed de recepto: ſin ab eo, cuius opera vtitur, vtraque actione et de recepto, et ex quaſi maleficio poterit conueniri. Quod ſi non 364
receperit res, et praedixerit, ſe nolle teneri ex recepto, prorſus nequit conueniri, ſed ſolum ex facto ſuorum tenebitur ex quaſi maleficio.
4. Illa datur in heredem, quia rei perſecutoria, haec non datur, quia 365
poenalis. *Plur. d. hac. act. inf. d. delict. cap. 20.*

Quaeritur an actio furti et honoraria de recepto poſſint 366
concurrere cumulatiue? Tractatur hoc in *lege 31. §. fin. et l. 6. §. fin. h. t.* R. Si nauta recepit, rem ſaluam fore, et eſt ſoluendo, nequit 367
fieri, nihil enim intereſt vectoris rem perire, quum actione de recepto ſuum conſequi poſſit. PHIL. MATTH. *in l. 43. §. 1. n. 27. d. R. I.* ſed ſi non eſt ſoluendo, vel ipſe furtum fecit, de quo caſu *d. LL.* loquuntur, poteſt fieri. Mere enim poenalis, vt eſt furti actio, nequit con- 368
ſumi per rei perſecutoriam, qualis eſt de recepto. Ipſo ergo iure fieri nequit, ſed officio iudicis, vel exceptione doli effici poteſt, ne vtraque agi poſſit. *L. 3. §. fin. arg. l. 71. d. furt.* Rationem huius dat 369
ACCVRS. *in §. fin.* quod actio de recepto ſit praetoria, ſubſidiaria, et extraordinaria, et ideo, praeſente ordinaria, ceſſare poſſit. Quod autem *in §. fin* de officio iudicis vel exceptione doli dicitur, ita videtur 370
explicandum, vt ſi prius actum ſit de recepto, actioni furti non obſtet exceptio, quoniam non poteſt vlla ratione poteſtate iuris haec videri conſumta per illam. Quod ſi prius ſit actum furti, tunc actio de 371
recepto habetur pro exſtincta: quum enim duplum ſit conſequutus, non poteſt amplius conſequi per actionem de recepto, quae depoſito adpropinquat, et quaſi bonae fidei eſt, cui non conuenit, vt idem bis 372
exigatur. *l. 7. d. R. I.* BACHOV. *in comm. ff. ad h. t. d. conc. act. n. 1.* PECK. *ad §. fin. n. 1.* PHILIPP. MATTH. *in L. 43. §. 1. n. 24. et ſeqq.* Secundum haec per iudicis officium intelligitur Praetoris officium, quo 373
denegat actionem, nec enim, actione data, ad iudicis pedanei officium pertinebit, reum abſoluere. BACCH. *d l.*

CAP.

CAP. XVI.

DE PVBLICIS IVDICIIS IN REBVS MARITIMIS.

Svmmaria.

1. *Dantur obligationes ex delictis nauticis.*
2. *Delicta ſunt vel publica, vel priuata.*
3. *Publica dicuntur crimina, et inde accuſationes.* 4.
5. *Priuata maleficia, et inde actiones.* 6.
7. *Haec rurſum vel ordinaria, vel extraordinaria.*
8. *Crimen laeſa maieſtatis quot modis in re maritima committatur?* 9. 10.
11. *Poena proditae nauis ex legibus Athenienſium.*
12. *Ex iure Romano eadem, additis cruciatibus.* 13. 14.
15. *Adulteria et ſtupra in naui puniuntur ordinaria poena.* 16.
17. *L. Iulia de vi publica tenetur, qui poſſeſſorem naui deiicit.*
18. *Non vero interdictum de vi hoc caſu locum habet.*
19. *Poena delicti quae?*
20. *L. Iulia de vi priuata quis teneatur, et qua poena.* 21.
22. *L. Cornelia de ficariis quos puniat.* 23.
24. *Quae poena fuerit, et quomodo per Leonem correcta, illa rurſum hodie abolita* 25. 26.
27. *Falſum, quot modis committatur, et puniatur.* 28. 29. 30. 31. 32.
33. *L. Iul. Repetundarum quis tenetur arbitraria poena.* 34.
35. *L. Iulia tenetur, qui nauim retinet: poena pecuniaria.* 36.
37. *Non tenetur L. Iulia qui pecuniam traiiciendam furatur.*
38. *Delicti impoſitionis, et exportantis illicitas merces poena refertur.* 39.
40. *Illius durities pro diuerſitate circumſtantiarum corrigitur.* 41. 42. 43.

1 Abſoluto tractatu obligationum nauticarum ex contractibus, ſequitur,
vt de obligationibus nauticis ex delictis, eorumque poenis, ſubii-
2 ciamus. Delicta autem vel ſunt publica, vel priuata. *l.* 1. *et* 2. *d. LL.*
3 *l.* 1. *L.* 5. §. *fin. d. poen.* Illa dicuntur proprie crimina, quae dolo
contrahuntur, *l. pen. ad L. Iul. de adult. l.* 14. *C. ad l.* FAB. *de plag.*
l. 20. *C. ad l. Corn. d. falſ. l.* 31. *eod.* et inde veniunt publica iudicia,
4 *l.* 1. *d. publ.* vel accuſationes, quibus ad vindictam publicam tenditur.
5 *l.* 3. *l.* 16. *d. accuſ. l.* 1. *l.* 9. *l.* 20. *C. de his qui accuſar.* Haec dicun-
tur delicta vel maleficia, et non ſolum dolo, ſed et culpa fiunt, et hoc
ſenſu criminibus opponuntur, *l.* 2. §. 8. *C. d. I. V. E. l.* 17. §. 18. *d.*
6 *aedilit. edict.* quae inde veniunt, dicuntur priuata iudicia, *l.* 1. *fin. d.*
priu. del. et actiones. §. 14. 15. *d. oblig. ex qu. delict. l.* 34. *l.* 178. §. 2.
7 *d. V. S.* Priuata iudicia rurſum ſunt vel ex veris delictis, vel quaſi;
et

Digitized by Google

et vtraque tam ordinaria, quam extraordinaria, ſunt, ſicut id ex ſequentibus quoad rem nauticam patebit.

In publicis iudiciis primum eſt crimen laſae maieſtatis. Hoc 8
committi poteſt, ſi quis ſecuritatem maris turbat, *l.* 1. *ad L. Iul. mai.*
arma in eo contra Rempubl. fert, *d. l.* hoſtes commeatu, armis, equis, 9
telis, pecunia, aliaue re adiuuat, *l.* 4. *eod.* nauim prodit, *arg. l.* 10. *eod.* 10
vel integram claſſem hoſtibus prodere attentat. Nam in hoc crimine
etiam conatus pro facto punitur. *l.* 5. *l.* 6. *C. ad L. Iul. mai.* Poena
proditae nauis apud Athenienſes fuit mors. Id ex Lyſia his verbis 11
ANT. THYS. *in collat. leg. Athenienſ. et Roman. pag.* 353. refert ἐάν τις
Φρούριόν τι προδέδωκεν, ἢ ναῦν, ἢ στρατόπεδον, θανάτῳ ζημιοῦσθαι, i. e.
ſi quis munimentum prodiderit, aut nauem, aut exercitum, morte
punitor. Idem iure Romano cauetur, §. 3. *d. publ. iud. d. l.* 5. *C.* 12
quamquam cruciatus varii, et exquiſitiſſimi doloris, veluti, quod 13
viui in quatuor partes diſſecantur, vel quadrigis diſcerpuntur, aut
quae pro atrocitate criminis et circumſtantiarum varietate alia truculentiora excogitari poſſunt, addi ſolent. Nuper ob tentatam Sueci- 14
cae claſſis proditionem per horologia ſtatis horis ignem euomentia,
proditor I. Krabbe Wismariae palo impoſitus, et lento igne per aliquot horas vſtulatus, miſere tandem animam efflauit.

Lex Iulia de adulteriis coercet ſtuprum, et violationem tho- 15
ri. Haec crimina in nauibus ſaepe perpetrantur, et ordinaria poe- 16
na, amiſſione vitae, vel publicatione tertiae partis bonorum, aut poena in prouincia ſueta, puniuntur. Non ita pridem ob adulterium in naui commiſſum poena pecuniaria, quatenus ad conſiſtorium ſcandali punitio pertinet, quis mulctatus fuit.

Lege Iulia de vi publica tenetur, qui arma domi ſuae prae- 17
ter vſum nauigationis habet, *l.* 1. *ad L. Iul. de vi publ.* qui hominibus armatis poſſeſſorem naui ſua deiicit, vel eam expugnat. *l.* 3. §. *fin.*
ad L. Iul. de vi publ. Interdicta vero vti poſſidetis, vel quod vi aut 18
clam, quia dantur de immobilibus, ſi quis de naui deiectus, vel quid in ea fiat, locum non habent. *l.* 1. §. 4. *de vi et vi arm. l.* 20. §. 4.
Quod vi aut clam. PAVL. *lib.* 5. *ſent. tit.* 6. §. *de naui. ibique Cuiac.*
Poena eſt publicatio bonorum, et deportatio. §. 8. *de publ. iud. l.* 10. 19
§. *fin. ad L. Iul. de vi publ.* Hodie, quia damnatis bona non auferuntur, fuſtigatio cum relegatione. CARPZOV. *in crim. p.* 1. *qu.* 40. *num.* 7.

20 Lege Iulia de vi priuata punitur, qui aliquid ex naufragio
rapit dolo malo. *l. 1. §. 1. ad L. Iul. de vi priu.* Nulla enim vis nau-
tis fieri debet, et ſi quis hoc fecerit, ſeueriſſime debet puniri. *d. l. 1.*
21 *§. 2.* Poena huius criminis eſt publicatio tertiae partis bonorum. *l. 1.*
eod. Hodie arbitraria. IVL. CLAR. *lib. 5. ſent. §. fin. quaeſt. 83. verſ.*
vim public.

22 Lege Cornelia de ſicariis tenetur, qui naufragium ſuppreſ-
ſerit, *l. 3. §. 4. ad L. Cornel. de ſicar.* vel quorum conſilio et fraude
23 naufragi per vim ſuppreſſi, ne naui vel in iis periclitantibus opitu-
24 lentur. *l. 3. §. 8. de incend. ruin. nauf.* Poena huius criminis iure ci-
uili fuit deportatio, vel pro diuerſitate circumſtantiarum, vltimum
ſupplicium, et ad beſtias damnatio. *§. 4. de publ. iudic. l. 3. §. 5. ad*
25 *L. Cornel. de ſicar.* Hanc poenam Imp. Leo Nouell. 64. in hoc caſu
abrogauit, et ſtatuit, vt in quadruplum ita delinquentes puniantur.
26 Nihil enim eſt, quod cum anima conferri poteſt, et pro re materia-
li, et fluxa materiae expertem et immortalem animam capere, haud
aequum eſt. *d. N. L. 64.* Hodie arbitrarie puniuntur, vt adnotauit
ad l. 5. C. d. naufr. SIMON. GROENEWEG. *in LL. abrogat.*

27 De falſo tenetur, qui naues ſuas diuerſorum nominibus et
titulis, in fraudem publicae neceſſitatis, tuentur. *l. 1. C. de nau. non ex-*
28 *cuſ.* Poena eſt, quod nauis in commiſſum cadat. Omnibus enim in
commune, ſi neceſſitas exegerit, conuenit, vtilitatibus publicis obe-
dire, et ſubiectionem ſine dignitatis priuilegio celebrare. *d. l. 1. 2.*
29 Qui falſis litteris et ſigillis vtitur. *l. 29. §. 2.* ibi: *falſ. diplomate ad l.*
30 *Corn. de falſ.* Illud frequens eſt apud nautas, praeſertim tempore
belli, et quando hoſtibus ex certis locis vetitum aduehere, vt lite-
ras habeant a diuerſis ciuitatibus, vel principibus, quas data occa-
ſione in mari oſtendunt, et ita liberum tranſitum accipiant, praeten-
dentes, quaſi ex ciuitate veniant, cui nauigatio non interdicta. Vo-
cantur hae literae, *Lurdenbrieff*, quia pro re nata modo has, modo
31 illas proferunt. Puniuntur L. Cornelia de falſis, *l. 25. ad L. Cornel.*
de falſ. l. 30. eod. deportatione vel publicatione bonorum, et praete-
rea actione poenali in factum. *d. l. 25.* Hodie amiſſione nauium, et
32 mercium puniri ſolent. 3. Qui effugiendorum munerum cauſſa ima-
ginem nauicularii induit, *l. 3. §. 9. de iur. immun.* qui nihilominus te-
netur illud munus ſuſtinere. *l. 4. §. fin. de munerib.*

Lege

Digitized by Google

Lege Iulia repetundarum Senatori non licet nauim habere. 33
l. 3. in fin. d. vacat. muner. Si contra fecerit, extra ordinem exilio, 34
vel durius punitur. *l. 7. §. fin. ad L. Iul. repetund.*

Lege Iulia de annona tenetur, qui nauim nautamue retinet, 35
aut dolo malo facit, quo magis retineatur, *l. 2. §. 1. ad Iul. de annon.* Poena eſt viginti aureorum. *d. l. 2. §. fin.* 36

Peculatus vero reus non eſt, qui pecuniam traiiciendam furatur. *l. 9. §. 4. ad L. Iul. pecul.* 37

De delicto imponentis et exportantis illicitas merces in nauim, ita *in leg. 11. §. de publican.* ſtatuitur, quod ſi dominus ipſe, vel 38
vectores impoſuerint, nauis cum mercibus fiſco vindicetur. Si vero abſente domino, a magiſtro vel gubernatore, aut proreta, nautaue aliquo factum ſit, ipſi capite puniantur commiſſis mercibus, nauis autem domino reſtituatur. Hanc duritiem IMP. LEO *Nou. 63.* hac 39
ratione emolliuit, vt ſi nauis dominus ſit, qui res vetitas ad hoſtes transuexit, conſiliumque ſuum cum nautis non communicauit, is ſolus poenam ſubeat, et ſupra vniuerſum nauis onus, ne ipſum inopia valde premat, reliquorum bonorum trientem etiam fiſco dependat. Si vero ſoli nautae, (vt multa illis malitioſum ſuum animum celantibus 40
contingunt,) id facinus auſi ſunt, ille quidem prorſus liber ſit, hi vero poenam non effugiant, ac primum quidem flagris caedantur, cutequetenus tondeantur, deinde vero ſi diuites ſint eorum, quae ex- 41
portarunt, quadruplo mulctentur, ſin inopes et pauperes, ſuper verbera ignominioſamque tonſionem, quod alios in ſeruitutem tradiderint, libertatem amittant. Nam qui quantum in ſe eſt, non mo- 42
do, quam plurimos in ſeruitutem ducunt, ſed etiam communi vitae acerbitatem adferunt, tametſi ad ſeruilis vitae conditionem adigantur, mediocris tamen atque mitis poena eſt. Atque haec quidem, quando communi conſenſu patratum, non eſt facinus. Si vero com- 43
muni conſilio, et malitia res geſta fuerit, vt ſimul eam perpetrarunt, ita etiam vtrisque ad praeſtitutum modum caſtigandis, ſimul poenas ſuſtineant.

CAPVT XVII.

DE PRIVATIS DELICTIS, ET QVIDEM DE FVRTO, ONERE AVERSO, ET INDE EX LEGIBVS, PRAETORVM EDICTIS, ET SCTO, COMPETENTIBVS ACTIONIBVS.

SVMMARIA.

1. *Furtum maritimum variis modis committitur.* 3.
2. *Odio furum praeter rei perſecutorias multae actiones poenales ſunt introductae.*
4. *Ex Lege 12. Tabularum actione furti tenetur 1. ſi quis e naui aliquid furatur.* 5.
6. *Quaeritur, ſi de naui onerata ſextarium frumenti, vel de naui vinaria aliquot amphoras ſuſtulerit, an ſextarii vel amphorarum, an totius oneris fur ſit?* 7.
8. *Intellectus l. 21. et l. 22. d. furt.*
9. *Variae ICtorum ſententiae referuntur, et earum rationes cum exemplis.* 10. 11. 12. 13. 14.
15. *Conciliatio Gloſſae reiicitur.* 16.
17. *Antonii Matthaei diſputatio ſuper hoc caſu, et deciſio ſubiicitur.* 18. 19. 20. 21. 22. 23.
24. *II. Tenetur actione furti qui rem ex naufragio ſeruatam, vel in littore iacentem ſurripuit* 25.
26. *III. Qui res leuandae nauis cauſſa eiectas in mari, vel fluctibus expulſas aufert.* 27.
28. *Diſputatio ſuper ſenſu l. 43. §. 11. de furt.* 29. 30. 31. 32. 33.
34. *Expenduntur opiniones Connani.* 35.
36. *Antonii Matthaei.*
37. *Bartoli, Baronis, Gentilis.* 38.
39. *Hilligeri in Donellum.* 40. 41.
42. *Sententia Gothofredi, et Bachouii accipitur.* 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49.
50. *Reiiciuntur opiniones ſuperiores.* 51. 52.
53. *Iactare eſt leuatione nauim ſaluare.*
54. *Poena furti non manifeſti duplum.*
55. *Datur Domino, et ei cuius intereſt.*
56. *Magiſtro nauis, ſi ſaluum fore recepit, datur actio oneris auerſi.*
58. *Caſus l. 31. locati.*
59. *Disquiritur ſuper natura actionis oneris auerſi.* 60. 61. 62. 63. 65. 66. 67. 68.
63. *Onus auertere nihil aliud eſt, quam diſtrahere.* 64.
69. *Rationes, cur ſpecialis haec actio inuenta.* 70 71.
72. *Marantae et Caluini opinio de hac actione improbatur.* 73. 74.
75. *Iaſonis quaeſtio, an haec actio b. f. vel ſtricti iuris ſit, inanis eſt.* 76.

77. Ex

77. *Ex S℮to Claudiano datur actio, ſi quis clauum ex naui furatur.*
78. *Clauus quid?*
79. *Accurſii ſententia adducitur.* 80.
81. *Poena eſt, vt de toto teneatur.*
82. *Eius ratio.* 83.
84. *An ſaluis, an amiſſis rebus, haec poena locum habeat, dubium?*
85. *Ex edicto Praetoris tenetur, qui manifeſte ex naui, vel a littore rem naufragio ſeruatam aufert.*
86. *Vel ex ſpeciali edicto, qui ex naufragio aliquid aufert.*
87. *Vtriusque caſus poena quadruplum.*
88. *Sed ſub aliqua differentia.*
89. *Hodie fures maritimi ſuſpenduntur.* 90.
91. *Iuris Lubecenſis poena traditur in nauta, qui pecuniam transuehendam dilapidat.* 92. 93.

Furtum in naui vel circa res maritimas commiſſum, varium eſt, quod 1
intelligi poteſt ex variis pro eo coercendo deſcendentibus ex lege,
Senatus conſulto, conſtitutionibus, praetorum edictis, vel extra ordinem competentibus actionibus. Odio enim furum receptum eſt, 2
quo pluribus actionibus tenerentur, vt extra rei vindicationem, actionem ad exhibendum, et condictionem furtiuam, rei perſequutorias,
pluribus poenalibus actionibus tenerentur. §. *15. d. act.* §. *fin. d. oblig. ex del.* Nos hic tantum ſolliciti erimus de puniendo furto, occaſione 3
nauigationis commiſſo. Ex lege 12. tabularum tenetur fur in duplum 4
propter furtum non manifeſtum commiſſum. *arg.* §. *5. d. noxal. action.*
iuncta §. *5. d. obligat. ex delict.* Quod fit, ſi fur, vel ipſe nauta ali- 5
quid e naui furatur. *l. 4. Naut. caup. ſtab.* Vbi quaeritur, ſi de naui 6
onerata furto quis ſextarium frumenti ſuſtulerit, vtrum totius oneris,
an vero ſextarii tantum, furtum fecerit? Item ſi nauis vinaria ſit, in 7
quam vinum effunditur, an de eo, quod hauſit, an totius oneris fur
ſit? Hanc quaeſtionem VLPIANVS *in L. 21.* et PAVLVS *in l. 22. d. furt.* 8
ambigue diſputant. Vlpianus ex ſententia Ofilii ex aceruo frumenti 9
ſi quid ablatum, totius putat furem eſſe. *in d. l. 21. pr.* Sed mox cor- 10
rigit eam ſententiam, et dicit verum eſſe, in tantum eum actione
furti teneri, quantum abſtulit. Sic pro ablato tantum furtum fieri de 11
aqua ex ciſterna, §. *5. d. l. 21.* de ſextario et vino ex naui, §. *5.* amphora vini, vel re ſingulari ex horreo, *l. 21.* §. *6.* vnionibus eo conſilio ex arca fractis, vt eorum ſaltem fieret furtum. *l. 22.* §. *1.* Contra 12

 totius

totius furtum eſſe, et earum rerum, quas quis non abſtulit, Vlpianus
in d. l. 21. §. fin adſerit, et idem de lance raſa PAVLVS *in L. 22. §. fin.*
13 Quamuis videatur Vlpianus dinſtinguere *in d. l. 21. §. 8.* vt ſi id, quod quis
aperuit, vel refregit, eius ſit ponderis, vt totum tollere non potuerit,
non totius, ſed ſingularum rerum, quas abſtulit, fur ſit, ſin totum
14 vas tollere potuerit, totius fur ſit, licet ſoluerit, vt ſingulas res, vel
15 quasdam tolleret. Gloſſa diſtinguit *in L. 22. §. 1.* inter ſtrictum ius,
16 et aequitatem. Non recte, quia vna eſt Pauli ſententia, et reſpon-
ſum, quod cum iure, tum aequitate nititur; nec aliud ius, aliud
17 hic aequitas dictat. ANTON. MATTH. *Profeſſ. Vitraiectenſ. in commentar.*
18 *de criminibus ad tit. 2. lib. 47. c. 1. n. 3.* ait: neceſſe eſſe, aut initium
legis ex §. 8. reſtringi, aut §. 8. ita accipi, quaſi non Vlpiani ſenten-
tia, ſed alterius auctoris diſtinctio referatur, eaque ſtrictae magis ra-
19 tioni, quam bono et aequo conſentanea. Nam quia Vlpiani ſen-
tentia in pr. eſt generalis, vt nulla diſtinctione poſſit diuidi, et durum
eſt, aliquem de toto teneri, ratio etiam illius diſtinctionis nulla eſt.
20 An putamus, propter impedimentum furem tantum partem contre-
21 ctaſſe? Immo contra dici poterat, ſi mentem furis ſpectamus, eum
qui partem ſuſtulit, quum totum poſſet, nequaquam totius furem
eſſe, quippe cum eo ipſo demonſtret, non habuiſſe ſe animum aufe-
22 rendi totum: at qui partem abſtulit, quum totum non poſſet, for-
taſſe et totum ablaturum fuiſſe, niſi pondus impedimento foret. Di-
23 ſtinctione igitur neglecta, ſimpliciter dicendum, in tantum quemque
actione furti teneri, quantum abſtulerit, et in caſu propoſito furem
non totius oneris, ſed tantum ſextarii furem eſſe. *d. §. 5. in fin.* ibi:
et magis eſt.

24 Secundo hac actione conuenitur, qui rem, ex naufragio ſerua-
tam, et alio loco poſitam, ſubtraxerit, *l. 5. d. incend. ruin. naufr.* vel
25 iacentem rem ex naufragio, quae fluctibus expulſa ſit, abripuerit: *d.
l. 5. v. iacentem l. 3. eod.* ita tamen ſi ſciat, rem ex naufragio eſſe. *d. l. 5.*

26 Tertio furtum committit, qui res leuandae nauis cauſſa eie-
ctas, et fluctibus expulſas, vel etiam in ipſo mari nactas, abſtulerit.
27 *§. fin. d. R. D.* Dominorum enim permanent, *d. §. fin.* nec ſunt pro
derelicto, *l. 2. §. fin. L. 8. ad L. Rhod. d iactu. l. 58. d. A. R. D.* ſed pro
28 deperdito. *l. 21. §. 1. d. adquir. poſſ.* Huic ſolet opponi *l. 43. §. 11. d.
furt.* vbi Vlpianus ſic diſtinguit, vt putet, ſi quis derelinquentis ani-

mo

mo iactauit, (quod plerumque credendum eſt, quum ſciat, periturum,) 29
tunc eum qui iactum inuenit, ſuum facere, nec furti teneri. Res
enim, in littore vel mari inuentae, tamquam pro derelicto habitae ſunt
nullius, et cedunt occupanti. §. *pen. d. R. D.* Si vero non hoc ani- 30
mo, ſed eo, vt ſi ſaluum fuerit, haberet, et ei qui inuenit, aufe-
rendum eſſe, ſi ſcit hoc, qui inuenit, et furandi animo tenet, furti
teneri. Quia enim in neceſſitatibus nemo eſt liberalis, *l. 18. d. adim.* 31
legat. nec creduntur res proiectae animo non habendi, *l. 8. ad l. Rhod.*
et inuentor ſcit, rem alienam eſſe, vel potius ſcire debet, quia ſua non
eſt, alterius eſſe: *l. fin. C. vnd. vi.* ſequitur, contrectando lucri gratia
furtum facere. *§. fin. d. R. D. l. 1. d. furt.* Enimuero ſi hoc animo, 32
vt ſaluum faceret domino, ſuſtulit, furti non teneri. Quod ſi etiam
putarit ſimpliciter iactatum, furti ſimiliter non teneri. Nullus enim 33
dolus hic eſt, et animus furandi requiritur, §. *6. d. obligat.* qui etiam
delicta diſtinguit. *l. 53. d. furt.* CONNAN. *3. Comm. 3. n. 3.* id (*plerum-
que*) accipit, pro (interdum, non ſaepe) ſi videlicet in medio mari 34
fiat, vbi nulla recipiendi ſpes. Sic CICER. *2. d. Inuent.* fortuita ſunt 35
quae plerumque, i. e. aliquando, eueniunt. ANTON. MATTH. *in not. ad
§. fin.* HOTOM. *ad §. fin. ἀντινομίαν* agnoſcunt, et addit HOTOM. *l. 8.* 36
veriorem eſſe. BARO *in d. §. fin.* ARVMAE. *4. exerc. Inſtit. 22.* ALBER.
GENTIL. *4. lection. 20.* verbum (*plerumque*) idem ſignificare volunt, 37
quod (*quando*) quaſi non ratione formae, ſed declarationis gratia ad-
iectum. Quod probant cum BR. *in §. 11.* ex qualitate rei, veluti ſi li- 38
ber apertus proiiciatur, ſane enim ſcit proiiciens, ſtatim periturum.
HILLIGER. *in* DONELL. *lib. 4. cap. 14. lit. e.* probabiliter dicit, *in §. 11.* 39
intelligi iactum voluntarium, quando non neceſſitate tempeſtatis im-
pulſus, ſed forte petulantia et inani oſtentatione, quis rem ſuam in 40
mare iactauit, eo enim verbo Vlpianus vtitur. Iactare autem ſigni- 41
ficat profundere, abiicere, non proiicere, eo modo, quo ſolemus
dicere, nemo praeſumitur iactare ſuum. Mihi placet cum GOTHOFRED. 42
ad §. 11. lit. o. quem BACHOV. *in §. fin. d. R. D.* ſequitur, hoc ex
principiis Ethicis decidere, et dicere, mixtam eſſe hanc actionem, ex
inuita et ſpontanea. Inuita eſt ratione principii externi cogentis et 43
facientis, vt quis malit amittere bona, quam vitam, quae extra pe-
riculum non proiiceret. Spontanea, ratione principii interni, quo 44
quis ex duobus malis minimum, tamquam bonum, eligit, et mauult
merces

Digitized by Google

45 merces perire, quam vitam: et quia electio hic praeualet, tales mixtas
46 actiones ARISTOT. *3. ethic. 1.* magis voluntarias eſſe, dicit. Quatenus
igitur haec actio habetur pro voluntaria, poſſunt illae res iactatae pro
derelictis haberi, ſed quia accedit principium externum, non poſſunt
hactenus cenſeri habitae pro derelicto, vt poſſint adquiri inuentori.
47 Nam haec fuit mens proiicientis, vt in euentum, quo ſaluae manerent,
48 ſibi integrum dominium et perſequutio eſſet; quamuis eo tempore
quo proiecit in profundum, vix de eo cogitaſſe videri poſſit, aut ſpe-
raſſe ſaluas futuras, et eam conſiderationem habuit VLPIAN. *d. §. 11.*
49 ibi: quum ſciat periturum. Dici etiam poteſt, hactenus haberi res
proiectas pro derelictis, ne inueniens incidat in crimen furti, non
vero, vt dominus ſi poſtea ei innoteſcat, non poſſit repetere. Ex his
50 facile concidunt Dd. explicationes. CONNANI eſt dubia, et particula-
51 ris. ANT. MATTHAE HOTOM. odioſa, et ſine cauſſa non recipienda.
BARTHOL. BARON. ALB. GENT. *et ſequacium* eſt contra Vlpia-
ni mentem, quae generalis eſt, et ad caſus ſingulares reſtringi ne-
52 quit. HILLIGERI eſt inepta, et nulla eo caſu ratio dubitandi: prae-
terea in iure iactare proprie ſignificat leuatione nauim ſaluare. *t. t.*
ad L. Rhod. de iact.
54 Poena huius delicti eſt duplum. *§. 5. de obl. ex delict. ſſ. 14. ſſ.*
55 *18. 23. de action.* Actio autem furti non ſolum domino, ſed etiam ei,
cuius intereſt, datur. *§. 13. 14. 15. 16. de obl. ex delict.* Hoc modo da-
tur magiſtro nauis furti actio, ſi ſaluum fore receperit, quia ad eum
periculum ſpectat: *l. 14. §. fin. in fin. de furt.* ita tamen ſi ſoluendo ſit.
56 *d. ſſ. fin. l. 4. naut. caup.* Si enim ſoluendo non eſt, vel ipſe nauta
furtum fecit, omnimodo domino datur actio. *d. l. 4.*
57 Altera actio ex lege, pro vindicando furto, eſt actio oneris a-
uerſi. Hanc dicit CVIAC. *7. obſeru. 39.* ex lege, vel iure praetorio eſ-
58 ſe. Mentio eius fit in *l. 31. locat.* vbi quaeritur, ſi mercatores con-
fuderint frumenta, et nauta vni ex illis ſoluerit, an poſſit conueni-
59 ri actione oneris auerſi? Diſtinguit ICtus, pro diuerſitate rerum lo-
60 catarum, an fiant nautae, vel maneant mercatorum: et vtroque ca-
ſu negat: illo, quia nemo poſſit res proprias diſtrahere, hoc, quia do-
minus poſſit rem ſuam vindicare, et hoc caſu ſit actio furti ordina-
ria, quae faciat ceſſare actionem oneris auerſi extraordinariam. *Vid.*
61 *ſupr. cap. 10. num. 101.* Ratio autem dubitandi videbatur, quod nauta

vni

Digitized by Google

Vni mercatori ex communi reddendo videbatur onus naui impo- 62
ſitum auertiſſe, quo factum eſt, vt ille ſaluam ſuam partem ha-
beret, alii non haberent, naue amiſſa. Onus enim auertere ni- 63
hil aliud eſt, quam diſtrahere, et permutare. CVIAC. *d. l.* GOTHO-
FRED. *in l. 31. lit. c.* Sic TERTVLLIAN. *lib. 5. aduerſ. Marci.* ſi nul- 64
lum omnino onus auertiſti, vel adulteraſti. Si igitur ſeparatim ſuum 65
quisque frumentum mercator dederit, et vni ex locatoribus nauta
ſuum frumentum reddat, recte quidem: ſed, ſi alienum reddiderit, do- 66
mino vindicatio contra poſſeſſorem competit, et actio auerſi oneris
contra nautam. Hoc igitur caſu nauta onus auertit. Huius facti 67
coercendi gratia propoſita eſt haec actio oneris auerſi, quam veriſi-
mile eſt fuiſſe in duplum, vt actio furti, quia auerſio haec proxima
eſt furto. Vnde videbatur haec actio non neceſſaria, quum nihil 68
plus habeat, ſicut actio de publicanis. *arg. l. 1. §. 2. public.* Sed ſpe- 69
cialiter prouidere voluerunt legislatores, vt innoteſceret, illis curae
eſſe improbitatis hoc genus hominum coercitionem, *arg. l. 3. §. 1.*
naut. caup. ſtab. et quod non idem prorſus ſit, auertendo quid diſtra- 70
here, et contrectando ſibi habere. Ibi enim, qui a nauta accipit, hic 71
nauta vel fur lucrum ſentit, vt adeo non tam propter contrectatio-
nem, quam illicitam permutationem, actio conſtituta eſſe videatur.
Falſa ergo eſt opinio MARANT. *in ſingul. iur. ad hanc l.* CALVIN. *in* 72
lex. iur. pag. 29. §. actio. oner. auerſ. et pag. 626. §. oner. auerſ. act.
vbi dicunt, actionem oneris auerſi eſſe, quum conductor in ſe ſuſci-
pit periculum. Hoc enim verum eſt *in locat. conduct.* per auerſio- 73
nem facta, quae ſpecies locationis-conductionis eſt, de qua ſupra *cap.*
10. num. 141. Haec actio autem ex delicto oritur, vt CALVIN. *d. l.* 74
pag. 29. §. antecedenti verſ. actio. oner. auerſ. in perſ. ipſe atteſtatur,
quae diuerſa ſunt. Illa enim Iaſonis quaeſtio, *tit. 7. act. n. 19.* ina- 75
nis eſt, an haec actio ſit bonae fidei. Quum enim ex delicto oriatur,
vane illud quaeritur, an b. f. vel ſtricti iuris ſit, quum illa diuiſio et 76
qualitas ad contractus pertineat. BACHOV. *tract. de action. diſp. 6.*
theſ. 9.

Ex Senatusconſulto, Claudianis temporibus facto, tenetur, qui 77
ex naufragio clauos, vel vnum ex his abſtulerit, ita, vt omnium re-
rum teneatur. *l. 3. §. 8. de inc. rui. naufr.* Clauus in naui eſt, ad 78
quem gubernacula copulantur, quem nauis magiſter, et gubernator

Digitized by Google

in puppe ſedens dat operam, vt rectum teneat. Videntur ex SCto
79 plures claui fuiſſe, quod experientiae repugnat. ACCVRSIVS putat,
idem, quod gubernaculum eſſe, et fuiſſe olim in naui binos clauos.
80 Secundum quem ſenſum de clauo ipſo et gubernaculis innexis SCtum
intelligendum eſſet, ſi quis nempe vnum, vel vtrumque ex his, abſtu-
81 lerit, vt omnium rerum nomine teneatur. Cuius cauſſa praeter di-
ſputationem ICtorum *in l. 21. de furt. de qua ſupr. h. c. num. 8. et ſeqq.*
potuit eſſe ſingularis calamitas naufragorum, quum enim clauo, vel
gubernaculis nauis caret et ſpoliata eſt, quidquid ea continetur, ne-
82 ceſſariam cladem accipiet. Hinc per adagium dicitur res ſalua eſſe,
83 dum clauus rectus tenetur. ERASM. *in chil. 3. cent. 1.* Nam qui cla-
uos aufert, hoc videtur agere, vel agere voluiſſe, vt nauis in diſcrimen
adducatur, quae non debebat vlterius onerari, et ſi quis contra face-
84 ret, tam grauem exſpectaret poenam. Quaeritur autem, an ſaluis, an
vero amiſſis tantum rebus, omnium nomine teneatur? Illud legi, hoc
aequitati conuenit, vt ceſſante cauſſa ceſſet effectus.

85 Ex edicto Praetoris, *arg. pr. de temp. act. in fin.* in qua-
druplum punitur 1. fur manifeſtus, qui aliquid furatur, et in furto
deprehenditur, *arg. §. 2. de oblig. ex delict.* ſiue in naui furtum fiat,
ſiue rem ex naufragio ſeruatam, et alio loco ſepoſitam, auferat. *l. 5.*
86 *d. incend. ru.* ibi: *furti ſcilicet.* Secundo ex ſpeciali edicto *de in-
cend. ruin. naufr.* tenetur, qui ex naufragio aliquid aufert, vel amo-
uet ſine vi, aut illud recipit. *l 3. §. 4. iuncto §. 5. d. incend. ruin.*
87 *naufr.* Poena ex vtroque edicto eſt in quadruplum. *§. 5. de oblig.*
88 *ex delict. l. 1. h. t.* Sed haec eſt differentia, quod illa in fure mani-
feſto eſt perpetua, *pr. de temp. act.* haec de naufragio *ex tit. de in-
cend. ruin.* intra annum in quadruplum, poſt annum in ſimplum.

89 Hodie ex ordinatione criminali Caroli V. fur, ſi rem, quae vl-
tra 5. florenos Vngaricos valet, furatus fuerit, ſuſpendio punitur, *ar-
tic. 160. et ſeqq.* et nullus dubito, quin illud et in furibus maritimis ſta-
90 tuatur. In ciuitatibus maritimis id obſeruatur, vt aliquoties vidi.
91 Ius Lubecenſe in alio caſu expreſſe id diſponit, ſcilicet ſi nautae pe-
cunia, vel merces transuehenda datur, et is eam dilapidat, vel in v-
92 ſus ſuos conuertit, poſteaque illud inficiatus fuerit, res vero apud
ipſum reperiatur, quod ſicut fur puniri debeat. *lib. 4. tit. 1. art. 7.*
ibi:

Digitized by Google

ibi: *man ſoll ihn ſtrafen, als einen Dieb.* Furti autem poena ex iure Lubecenſi eſt ſuſpendium. *d. l. art. 4.* 93

CAPVT XVIII.

DE VI BONOR. RAPTORVM, SEV RAPINA MARITIMA, ET PIRATICA, ET REMEDIIS PRO EA COERCENDA EX EDICTIS PRAETORVM ET CONSTITVTIONIBVS IMP. COMPETENTIBVS.

SVMMARIA.

1. *Rapina maritima frequens eſt, et variis modis perpetratur.* 2.
3. *Qui rem, ex naufragio ſeruatam, vel in littore iacentem, vi rapit, iudicio vi bon. rap. tenetur.*
4. *Poena eſt quadruplum.* 5.
6. *Traditur, quando actiones in duplum, vel triplum ſint poenales.*
7. *Hodie poenae honorariae non amplius ſunt in vſu.* 8.
9. *Refertur edictum Praetoris, ſi quis ex naufragio quid rapiat.* 10. 11.
12. *Rationes edicti.* 13. 14.
15. *Duobus caſibus edictum locum habet.*
16. *Ex naufragio quando raptum dicatur.* 17.
18. *Ex naufragio, non dicitur rapere, qui poſt naufragium factum vel alio tempore rapit.* 19. 20. 21.
22. *Eius limitatio.* 23.
24. *Rapere, et amouere quomodo differant.*
25. *Lectio. § 3. l. 3. tit. d. incend. rui. naufr.* 26. 27. 28.
29. *Receptor eadem poena tenetur, qua raptor.*
30. *Eius rationes.* 31. 32.
33. *Secus ſi ignarus recipiat, vel animo ſeruandi.*
34. *Poena eſt in quadruplum.*
35. *Annalis et perpetua quo reſpectu haec actio dicatur.*
36. *Haec actio eſt mixta.*
37. *Lenior actione furti duobus caſibus.* 38.
39. *Grauior alia ratione.*
40. *Datur heredibus.*
41. *Huius ratio.*
42. *In heredes ſub conditione ſi quid peruenit.*
43. *Quando res dicatur ad heredes perueniſſe.*
44. *Alia poena ex Sc̃to vt, quantum edicto praetoris datur, tantum etiam fiſco ſoluatur.* 45. 46.
47. *Imperatores etiam in furto naufragii conſtitutiones fecerunt.*
48. *D. Hadrianus ſtatuit, vt poſſeſſores agrorum tenerentur.* 49.
50. *Eius ratio eruitur.*

51. *Addito, quando ceſſet.*
52. *Amiſſio debet probari ab agente.*
53. *Non vero per iuramentum ſuppletorium.*
54. *Modus facilioris probationis affertur.*
55. *Antoninus ſub diſtinctione circumſtantiarum grauiſſimam poenam ſanxit.* 56. 57.
58. *Liberi homines fuſtibus, ſerui flagellis olim caeſi.*
59. *Leuior fuſtium poena, quam flagellorum*
60. *Differentia inter damnationem in opus publicum, et in metallum.* 61.
62. *Et in metallum et opus metalli.*
63. *Praeſes prouinciae prouidere debet, ne piſcatores lumine oſtenſo fallant, et naues in periculum ducant.* 64.
65. *Hoc delictum alicubi capitale.* 66.
67. *Expugnare nauim quid?*
68. *Fit multis modis.*
69. *Ratio cur hoc caſu ſpeciale edictum ſit factum.*
70. *Piratarum variae adpellationes.* 71.
72. *Peſſimi homines.*
73. *Eorum naues et refugia nomina ab ipſis habent.* 74.
75. *Fuerunt olim piratae frequentes in mari Balthico dicti Vitallien-Brüder.*
76. *Famoſiſſimi inter eos Störtenbecker, vnd Götke-Michel.* 77.
78. *Contra eos a ciuitatibus maritimis bellum geſtum.* 79.
80. *Eorum audacia coercita edicto praetorum.*
81. *Decretis Paparum.*
82. *Poſſunt impune laedi, et naues eorum rapi.* 83.
84. *Imperator Hadrianus voluit, vt in eos ſicut latrones animaduerteretur.*
85. *Haec poena an vltimum ſupplicium ſit, inquiritur.* 86. 87.
88. *Hodie capitaliter puniuntur.*
89. *Et eorum ſedes a circulis deſtruuntur.*
90. *Ratio procurandi faciliorem probationem.* 91.
92. *Teſtari, quid hoc loco ſignificat.* 93.
94. *Hodie terrarum Domini ad tuitionem maris habent naues exploratorias.*

1 Alterum delictum priuatum eſt vis bon. raptorum ſeu rapina, quae im-
probum furtum in *pr. de vi bon. rapt. et L. 2. §. 10. eod.* dicta
2 eſt. Haec ob frequentiam, et varios modos, quibus nautis, et na-
uibus infertur, grauiſſime a legislatoribus coercita eſt. In primis prae-
3 tores huic rei curam adhibuerunt. Qui ergo ex naufragio rem ſer-
uatam, et in littore iacentem, vel alio loco ſepoſitam, non ignorans
ita eſſe, vi rapit, iudicio vi bonorum raptorum tenetur. *l. 5. d. incend.*
4 *ruin. naufr.* ibi: *aut alias vi bon. rapt.* Poena huius delicti eſt qua-
5 druplum intra annum, poſt annum ſimplum, ita vt poena tripli ſit,
ſiue

Digitized by Google

ſiue comprehendatur fur in ipſo delicto, ſiue non, reliquum rei per- 6
ſequutio. *pr. de vi bon. rapt.* Numquam enim actio in duplum, tri-
plum &c. mere poenalis habetur, niſi praeter actionem, quae poenae 7
perſequendae gratia comparata eſt, prodita ſit etiam alia, qua ſeor-
ſim rem ipſam perſequamur, aut vindicando, aut condicendo. Ho-
die vero poenae honorariae, quae litigatoribus olim adplicabantur, 8
exoleuerunt, ſola poteſtate illis relicta, eius quod abeſt, iudicio ciuili
proſequendi, procuratoribus fiſci vindictam perſequentibus. VINN.
ad l. 1. not. PECK. *lit. a.*

Quia vero tempore naufragii plerumque vim patiuntur nau- 9
fragi, vel ipſi, vel res ipſorum, vel in expugnata naui, ſpecialius
hoc caſu praetores ita edixerunt: In eum, qui ex naufragio, rate, na- 10
ue expugnata, quid rapuiſſe dolo malo dicetur, in quadruplum in an-
no, quo primum de ea re experiundi poteſtas fuerit, poſt annum, in
ſimplum iudicium dabo. *l. 1. de incend. ruin. naufr.* Apud Harme- 11
nopulum ita inſcribitur, *lib. 6. tit. 7.* περὶ τῶν ἐξ ἐμπρησμοῦ ἁρπαγῶν,
καὶ τῶν ἐξ ναυαγίου. Ratio huius edicti eſt euidens vtilitas, et iuſta 12
ſeueritas, ſiquidem publice intereſt, nihil rapi ex tali caſu, tum quia
maior hic furandi occaſio, et cuſtodia rerum difficilior eſt, adeo, vt 13
nulla domino culpa imputari poſſit, rei non bene cuſtoditae, TREVTL.
verſ. 2. diſp. 30. th. 2. lit. d. WESENB. *part. hic. num. 2.* tum quod hu- 14
manum eſt, homines ita afflictos fortunis inſuper ſuis, et rebus quae
ſuperſunt, euertere, et ſpoliare velle. BACHOV. *in Treutl. d l.* Du-
plici igitur caſu hoc edictum locum habet, 1. quum quid ex naufra- 15
gio raptum, et 2. cum nauis expugnata. De primo capite prius. Ex 16
naufragio rapere dicitur, qui occaſione naufragii eo tempore et loco
aufert, quo naufragium ſit, *l. 1. §. 5. d. t.* et in ipſa trepidatione 17
nautae conſiſtunt. *l. 4. eod.* κατὰ τὸν χρόνον καὶ ἐν τόπῳ, ἐν ᾧ ὁ ναύα-
γιον γέγονε. Quid ergo, ſi alio tempore, vel poſt naufragium abſtu- 18
lerit? Ratio dubitandi erat, quod res ex naufragio etiam hae dican- 19
tur, quae in littore poſt naufragium iacent. §. 5. Sed magis eſt, vt 20
de eo tempore et loco, quo naufragium ſit, vel factum eſt, ſi quis
rapuerit, in hoc edictum incidiſſe videatur. *d. §. 5. l. 2. l. 3.*
eod. Qui autem rem in littore iacentem poſt naufragium fa- 21
ctum abſtulit, in ea conditione eſt, vt magis fur ſit, quam vt
hoc edicto teneatur, *d. l. 3. verſ. qui.* Hoc tamen ita intelli- 22

 gendum

23 gendum eſt, ſi aliquod tempus poſt naufragium interceſſerit, alio-
quin ſi in ipſo naufragii tempore id acciderit, nihil intereſt, vtrum
ex ipſo mari quis rapiat, an ex naufragio, an ex littore, *l. 5. d. t.*
24 vel ex rate aut naue expugnata. *d. l. 5. verſ. d. eo.* Rapere autem
ſignificat vi tollere, et differt alias ab amouere et auferre, quod ſine
25 vi fieri poteſt. *l. 3. §. 4. et 5.* Sed hoc loco ob eamdem rationem, qui
26 abſtulit, vel amouit, hac actione tenetur, *d. §. 4.* vti et, qui eiecta naui
quid rapuit, quod Graeci vocant *ἐξεβράσθη l. 3. §. 6.* Alciat. legit
27 *ἐκβολὴ* vel *ἐξοκειλαμένης*, quod eiectum ſignificat. In Florentinis
legitur *ἐξεβράσθη, ἀπὸ τοῦ ἐκβράζειν* eiicere, vnde *ἔκβρασμα* naufra-
gium, *τὰ τῆς νέως λείψανα* i. e. reliquae nauis in littus eiectae, Budae,
28 *ἐξοκελάσης* vel *ἐκκλυζομένης*. Eſt autem *ἐξόκειλαι τὸ παρὰ βίας κυμάτων*
29 *καταθεῖν* i. e. vndarum vi in littus eiici. Immo qui dolo malo reci-
piunt, conueniri poſſunt, non minus enim delinquunt, quam ad-
30 greſſores. *l. 3.* Peſſimum enim genus hominum receptatores. *l. 1. d.*
31 *recept.* Recipere autem eſt refugium abſcondendi praeſtare, vel in
ſuo vel in alieno loco, *l. 2. C. d. furt. ὅμοιόν ἐστι τῷ ἁρπάσαι, καὶ τὸ ὑπο-
δέξασθαι τὰ ἁρπαγέντα ἐν εἰδῆσι*: *hoc eſt, idem eſt rapere, ac ſcientem*
32 *rapta ſuſcipere.* Simile QVINTIL. *declam. 225.* habet ibi: *Proximos
eſſe eos exiſtimo transfugis, a quibus transfugae recipiuntur, hoc enim*
33 *natura idem eſt, facere, ſeu probare.* Si ergo ignarus recipit; aut ſi
recipit ad hoc, vt cuſtodiret, ſaluaque faceret ei, qui amiſerat, vtique
non debet teneri. *d. l. 3. §. 3. verſ. ſed enim.*

34 Poena huius delicti intra annum eſt in quadruplum, poſt
35 annum in ſimplum. Annalis autem eſt ad poenam, perpetua vero
ad res direptas: *l. 18. C. d. furt.* vbi vocat Imp. annum vtilem, quem
praetor ex die, quo primum experiundi poteſtas fuerit, computat. Eſt
36 autem haec actio non mere poenalis, ſed mixta, vt in quadruplo et-
iam ipſius rei perſequutio contineatur, poena autem tripli ſit, ſicut
generalis actio vi bonorum. CHRISTIN. *volum. 5. deciſ. 60. n. 4.* Leuior
37 ergo eſt actione furti, quae ſiue in duplum, ſiue in quadruplum, perpe-
tua eſt, *pr. d. perp. et temp. act.* et infamat. *§. 2. d. poen. temp. litig.*
38 Haec non infamat iuxta OLDENDORP. *claſſ. 7. act. 8. n. 8.* et ſimul in
quadruplo rei perſequutionem habet. Quamquam, cur non infamet,
quum ſine dolo non committatur hoc delictum, ego non videam. Ha-
39 ctenus vero grauior, quod indiſtincte etiam non deprehenſus in qua-
druplum

Digitized by Google

druplum tenetur, cuius ratio quod illo tempore rebus incuſtoditis, et hominum animis alibi occupatis, maior eſt latendi, et obrependi occaſio. WES. *par. h. t. n. 2.* Haec actio heredibus datur, non ideo, 40
vt PECK. *h. l.* putat, ne heredes citentur, quia id hoc ſolum efficit,
vt ad reſtitutionem poſſint condemnari, ſed quod morte eius, cui nocitum eſt, non exſtinguitur, aut minuitur delictum nocentis, heres 41
autem in vniuerſum ius defuncti ſuccedit. *l. 59. 62. d. R. I.* In here- 42
des vero eatenus datur, quatenus ad eos peruenit. *l. 4. ff. 2. h. t.* 43
Dicitur autem res perueniſſe, ſi adhuc tota, vel pars eius, exſtiterit, aut ita conſumta eſt, vt ex ea ditior delinquens, vel res ipſius conſeruata ſit. PECK. *ad §. h. n. 2.*

Praeter hoc Praetorum iudicium de rapientibus ex naufragio 44
SCto cauetur, vt illi qui quid ex miſerrima naufragorum fortuna rapuiſſent, lucratiue fuiſſent, dolo malo, in quantum edicto praetoris actio daretur, tantum et fiſco ſoluerent. *l. 3. §. 8. h. t. verſ. eos,* qua
ratione in octuplum pro re nata condemnari poſſent. Hoc idem ſi- 45
gnificatur *lib. 60.* BASILIC. *tit. 17. c. 6. bis verbis:* πρὸς τῇ ἤδη ὡρισ-
μένῃ ποινῇ *praeter poenam iam olim ſtatutam,* τυτέςι, ait Scholiaſtes, 46
καὶ τῷ δημοσίῳ τόσον παρέχῃ ὅσον, τῷ ἐνάγοντι, vt etiam fiſco tantum pendat, quantum accuſatori, WELWOD. *in compend. leg. naut. tit. 23. concerning. Stupwrake.*

Imperatores autem, vt oſtenderent, ſibi naufragorum ſortem 47
curae eſſe, conſtitutiones ſuper rapto extra ordinem fecerunt contra eos, qui aliquid ex naufragiis diripuerunt. *l. 1. §. 2. ad l. Iul. d. vi
priu.* Diuus Hadrianus ſanxit, vt ſi naufragia fierent iuxta littora, 48
et naufragi ſibi quid ademtum quererentur, in poſſeſſores agrorum
praeſides iudicia darent, ex ratione, quod proximi damno praeſu- 49
mantur feciſſe, vel non impediuiſſe, quum debuiſſent colligere et
ſeruare. *l. 7. h. t.* Propria igitur culpa, non alterius odio premuntur. 50
Vicinus enim praeſumitur facta vicini ſcire. IAS. *in l. 18. d. adquir.
hered.* OLDEND. *cl. 7. act. 8. num. 8. n. 3.* Ceſſat ergo, ſi ignorarint 51
vel agri, vel imbelles, aut abſentes ſint, vt non potuerint, piratis
praeualentibus reſiſtere. Debet autem hoc caſu amiſſio, quia eſt cauſſa 52
intentandae actionis, pleniſſime probari. PECK. *in h. l. n. 5.* Vbi non 53
ſufficit iuramentum ſuppletorium, ſed fortior probatio requiritur, quia non de probatione contra raptorem ipſum, ſed contra eos, inter

quorum

Digitized by Google

quorum praedia facto naufragio eiectae merces ablatae ſunt, inſti-
tuenda agitur, *l. 5. d. poen. fin. C. l. 6. d. dol.* VINNI. *ad* PECK.
54 *d. l. lit. c.* Quo fine vt facilior eſſet probatio, licitum eſt nau-
fragis, praefectos adire, et coram iis a domino poſſeſſionis ſatis ac-
55 cipere, ne cognitioni deſint. *d. l. 7.* Diuus Antonius de his qui
praedam ex naufragiis diripuerant, conſultus, ita reſcripſit: plurimum
intereſſe, an peritura collegerint, an quae ſeruari poſſint, flagitioſe
56 inuaſerint. Ideoque, ſi grauior praeda vi adpetita videbitur, liberos
quidem fuſtibus caeſos in triennium relegandos; aut ſi ſordidiores
erunt, in opus publicum eiusdem temporis dandos: ſeruos flagellis
caeſos in metallum damnandos. Si vero non magnae pecuniae res
fuerint, liberos fuſtibus, ſeruos flagellis caeſos dimittendos eſſe. Et
57 omnino in huiusmodi cauſſis ex perſonarum conditione, et rerum
qualitate, diligenter aeſtimandum, ne quid durius, aut remiſſius con-
58 ſtituatur, quam cauſſa poſtulat. *l. 4. §. 1. h. t.* Ex quibus patet, leuio-
rem fuiſſe fuſtium caſtigationem, quam flagellorum, quum illa liberi et
veſtiti, hoc ſerui et nudi coerciti fuerint. *l. fin. d. iniur. l. 10. l. 28. d.*
59 *poen. l. 6. d. accuſ.* Vnde etiam fuſtium admonitio dicitur, *l. 7. d. poen.*
et regulariter non omnes liberi, ſed tantum ſordidiores fuerunt ita
60 puniti. *l. fin. d. iniur. l. 10. l. 28. §. 2. d. poenis.* Sic minor poena erat,
damnari in opus publicum, quam in metallum, aut opus metalli.
61 Nam in metallum aut opus metalli damnati, libertatem amittebant,
damnati in opus publicum, ciuitatem duntaxat ſalua libertate. *§. 3. qu.*
62 *mod. ius patr. pot. l. 17. et §. 1. d. poen.* Rurſus inter eos, qui in metallum
damnabantur et opus metalli, haec erat differentia, quod illi grauio-
ribus vinculis premebantur, hi leuioribus, et quod refugae ex ope-
re metalli, in metallum dabantur, ex metallo, grauius coercebantur.
l. 8. § 6. d. poen.

63 Praeter hoc vt omnis occaſio rapiendi ex naufragio praeſcinda-
tur, praeſes prouinciae curare debet, ne piſcatores noctu, lumine oſtenſo,
64 fallant nauigantes, quaſi in portum delaturi, eodemque modo in
periculum naues, et quae in iis ſunt, deducant, ſibique execrandam
65 praedam parent. *l. 10. de incend. ruin. naufr.* Hoc delictum hodie
frequenter contingit, praeſertim iuxta famoſa illa vada IVTHIAE, AN-
HOLT, TRINDEL, *et* SCHAGEN, et ideo in quibusdam locis et ciuita-
tibus

tibus maritimis capitale eſt. Quam poenam adprobat PECK. *h. l.* 66
num. 4. ſi hominum quoque iactura facta ſit.

Iam de altero caſu, nempe expugnata rate, vel naue, videa- 67
mus. Expugnare dicitur, qui in ipſo quaſi praelio, et pugna, ad-
uerſus nauim aut ratem aliquid rapit, ſiue expugnet, ſiue praedoni-
bus expugnantibus rapiat. *l. 3. §. 1* Expugnatur autem nauis, quum 68
ſpoliatur, aut mergitur, aut diſſoluitur, aut pertunditur, aut funes
eius praeciduntur, aut vela conſcinduntur, aut anchorae inuolantur
de mari. *l. 6. h. t.* Aequum fuit, de hoc caſu ſpecialiter edicere. Nam 69
non minus in mari, quam in villa, inquietari vel infeſtari poſſumus.
l. 3. §. 2. de incend. ruin. naufr. Delinquentes hoc modo in iure di- 70
cuntur praedones, *l. 3. §. 1. h. t.* latrones, *l. 7. h. t.* adgreſſores in
mari, *l. 3. §. 3. h. t. Nou. 134. cap. 13. verſ. eos.* latrunculi, *l. 3. §. 2.*
et cum epitheto marini, *cap. praeterea. 12. cauſ. 23. quaeſt. 8.* proprio
nomine piratae. *l. 3. §. 1. naut. caup. l. 18. commod. l. 19. §. 2. de capt.* 71
et poſtlim. ἀπὸ τοῦ περᾷν, a transeundo ſic dicti, Graece vocantur
κορσιαρίοι, GOTHOFRED. *in l. 10. C. de feri lit. b.* Gallice *Corſaires.*
SCHARD. *in lex. iur.* Germanice *See-oder Meer-Räuber.* Hi a Zona- 72
ra ἔθνος κάκιστον peſſima natio dicuntur, GOTHOFR. *d. l.* et ſunt eorum
ſcelera multa, tum quod ſecuritatem maris turbent, *l. 5. C. de naucl.* 73
tum quod ſpolient, rapiant, et occidant nauigantes. *L. 3. §. 1. l. 6.*
h. t. Naues, quibus vtuntur, praedatoriae vocantur, *ſupr. p. 3. cap. 3.* 74
num. 141. et ſedes, vbi conſiſtunt χειρατήρια. SCHARD. *in lex. iur. verb.*
pirat. Fuit eorum antiquis temporibus ingens multitudo in primis in 75
mari Balthico, qui ſpeciali nomine dicti ſunt *Vitallien-Brüder.* MAR.
BALD. *pag. 12.* Inter hos aiunt principes fuiſſe famoſiſſimos illos duos
piratas, Nicolaum Störtenbeker, et Gorke Michel, qui tandem ca- 76
pti, et Hamburgi decollati ſunt Anno 1402. vti ex CRANTZ. *Wandal.*
lib. 10. num. 6. VB. EMM. *rer. Friſ. lib. 17.* GRYPHIANDR. *d. inſul. cap.*
22. num. 53. refert. Scribit CRANTZ. *in Vandal. d. l.* quod vicini 77
principes et ciuitates ad mare Balthicum, vt libera nauigatio eſſet, co-
actae fuerint bellum contra eos ſuſcipere, et magiſter Crucigerorum 78
Conradus ab Iungingen Anno 1397. claſſem contra eos inſtruxerit, il- 79
laque Gothlandiae inſulam occuparit, et piratas qui ibi latebras ha-
buerint, eiecerit. Piratarum audacia ne nimis creſceret, varie proui- 80
ſum fuit. Ex edicto praetoris in quadruplum tenentur. *l. 1. de incend.*

Digitized by Google

naufr. vid. ſupr. h. c. num. 35. quod et Imp. conſtitutionibus confir-
81 matum. *l. 5. C. de naucl.* Iure Canonico ſunt ipſo iure excommunicati, *c. 3. X. de raptor. C. ſi quis Romi pet. 24. quaeſt. 3. cap. 2. X. de treug.*
82 *et pac.* et poſſunt impune laedi, *c. ſi quis 6. cauſ. 23. quaeſt. 3.* et vnicuique licitum, contra eos, tamquam communes hoſtes, inſurgere, et
83 eorum nauigia (*Raub-Schiff*) diripere. *auth. Nauigia C. de furt.* BECHT.
84 *tract. de ſecur. claſſ. 1. cap. 4. th. 128.* Imp. Hadrian. vt de latronibus, grauem ſententiam de illis praeſidem dicere debere ſanxit. *l. 7. de incend. ruin.* Latronum autem poena mors eſt, *l. 28. §. 10. de poen.* et
85 furca figendos dicitur *in §. 15. d. l.* Hic PECK. *num. 6. ad l. 7. contra* BARTOLVM dubitare incipit, quaſi in raptores ſit certa poena ſalua vita ſtatuta, ideo haec non de identitate poenae, ſed ſimilitudine intelli-
86 genda, vt in ſuo genere grauius puniantur. Sed quia Calliſtrati locus de graſſatoribus agit, qui praedae cauſſa id faciunt, et ſimiles latronibus ſunt, *l. 28. §. 10. de poen.* de poena mortis lex accipienda, quum etiam alias, ſi hoc non accipiatur, modus poenae in incerto relinquatur.
87 Graeci in BASILIC. *lib. 60. h. t.* habent οἱ τὰς ἐφόδους ποιοῦντες διὰ τὸ πεπαιδεῦσθαι ἐοίκασι τοῖς λῃσταῖς, καὶ ἐὰν τοῦτο σιδήρῳ ποιῶσι, καὶ πολλάκις, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς, εἰς κεφαλὴν κολάζονται, οἱ δὲ λοιποὶ ἐξορίζονται ἢ ὑπερίζονται. h. e. *Qui incurſionem faciunt praedae cauſſa, ſimiles ſunt latronibus: et ſi cum ferro id faciant, et ſaepius, et in itineri-*
88 *bus, capite puniuntur, caeteri relegantur, aut deportantur.* Hodie vt graſſatores poena capitali adficiendos eſſe, putat REM. *in nemes.* CAROL. *art. 126. lit. b.* quod et fit ita, vt illis capita abſcindantur, et
89 poſtea iuxta portus in terra palo infigantur. Eorum ſedes per circulos vt latronum receptacula delendos, ſtatuit ex *R. A. de Ann. 1559. ſ. Nachdem aber* DENAIS. *in iur. cam. tit. 123. §. 3. et 11.* BECHT. *d. l.*
90 Vt autem facilior laeſis probatio ſit, D. Hadrianus permiſit his, qui
91 ſe aliquid paſſos queruntur, adire praefectos, et apud eos teſtari, reosque petere, vt pro modo culpae vel vincti, vel ſub fideiuſſoribus ad
92 praeſidem remittantur. *l. 7. h. t.* Teſtari autem eſt idem quod face-
93 re, vt teſtimonia dicant, ſeu teſtibus probare. Teſtari enim inter alia ſignificat teſtibus adhibitis quidlibet declarare, denunciare, notumue facere, *l. 20. §. 1. de adqu. hered. l. 25. ad L. Iul. de adult.* Ho-
94 die eo fine marium domini ſolent naues exploratorias ſeu excurſorias,

rias, *Auslagſchiffe* habere, quibus maris ſecuritatem tutantur, et a talibus vomicis purgant.

CAPVT XIX.

DE INIVRIA IN NAVI, VEL MARI COMMISSA ET DAMNO IBIDEM DATO, ACTIONIBVSQVE QVIBVS VINDICANTVR.

SVMMARIA.

1. *Naui non poteſt iniuria fieri.*
2. *Sed hominibus in naui.* 3.
4. *Si quis in mari prohibetur nauigare, habet actionem iniuriarum.*
5. *Etiamſi quis tantum ante aedes alicuius prohibeatur.*
6. *Eius ratio.* 8.
7. *Qui prohibetur re communi vti, re propria prohiberi dicitur.*
9. *Extenditur hoc eousque etiamſi ex conſuetudine quis prohibeatur.*
10. *Illud nou. 56. correctum.* 11.
12. *Haec rurſum alia conſuetudine.*
13. *Damnum lege Aquilia et actione in factum vindicatur.*
14. *L. Aquilia locum habet 1. ſi nauis in alterius ſcapham impacta damnum det.*
15. *Eius ratio.*
16. *Quaeritur, ſi fune rupto nauis in aliam incurrat, an cum domino poſſit agi.* 17. 18. 20. 24 25.
19. *Emendatio verſ. ſed ſi l. 29. §. 2. ad l. Aquil. reiicitur.* 21. 22. 23.
26. *II. Si nauis in funes anchorarum impulſa damnum dat.* 27.
28. *Caſus neceſſitatis non obligat.*
29. *Idem obtinet, ſi in retia piſcatorum incidat, ſed aeſtimatione damni ad retia, non piſces directa.*
30. *III. Si nauis alteram contra ſe venientem obruit.* 34.
31. *Niſi tempeſtate contingat.*
32. *Nihil tam firmum quod tempeſtatis vim ſuſtinere poteſt.*
35. *IV. Si quis alteri nummos ex manibus percutiat, et illi in mare cadunt.*
36. *Niſi dolo factum ſit.*
37. *V. Si quis nauem mercium venalitiarum perforat.* 38.
39. *Venalitii negotiatores qui?*
40. *VI. Si ſeruus mortifere vulneratus naufragio pereat, non de occiſo, ſed vulnerato agitur.* 41.
42. *Poena l. Aquiliae iure ciuili quae?*
43. *Ex moribus abrogata.*
44. *Quorundam locorum conſuetudinibus damnum, quod tempeſtate contingit, commune eſt.* 45. 46.
47. *Eius ratio apud Hollandos adducitur.* 48.

94. Si dubium, an damnum dolo, vel culpa, datum ſit, magiſter nauis cum duobus nautis ſub poena reſtitutionis iurare tenetur, 50.
51. Hodie ad auertenda damna nautae, velum laxantes, ignem in ſumma naui habere coguntur.
52. Actio in factum datur ei, qui 1. ſine cauſſa merces alterius in mare proiicit.
53. Qui 2 funem, quo nauis religata, praeciderit.
54. Qui 3. alterius poculum ex naui eiicit.
55. Qui 4. nauim non bene religauit, tenetur de damno praeſente, et futuro. 56. 57.

1 Iniuria naui ipſi fieri non poteſt, vtpote ſenſu carenti. *arg. l. §. 3. ſ*
2 *quadrup. iniur. feciſſ. dic.* Nautis vero et aliis hominibus in naui
3 tam realis, quam verbalis iniuria inferri poteſt. Sed quia nulla hic
ſingularia reperiuntur, ideo hoc ex regulis de iniuria loquentibus de-
4 terminandum erit. Id ſaltem obſeruandum, quod ſi quis prohibea-
tur in mari nauigare, vel piſcari, ipſi iniuriarum actio competat. *l. 2.*
5 *§. 9. Ne quid in loc. publ. 13. §. fin. d. iniur.* et hoc eousque extenda-
tur, vt ſi quis alium ante aedes ſuas, vel praetorium piſcari,
aut nauigare prohibet, idem ſit dicendum. *d. l. 13. §. fin. verſ. ſi quem*
6 *tamen.* Mare enim commune omnium eſt, *§. 1. d. rer. diuiſ. l. 2. §. 1.*
7 *eod.* et ideo, qui eo vti prohibetur, quaſi propria re vti prohibetur. *d.*
8 *§. fin.* ibi: *aut ſi quis re mea.* Qui vero re propria vti prohibetur
contra prohibentem habet actionem iniuriarum. *l. 24 d. iniur. l. 25. d.*
9 *act. emt.* Et hoc ampliatur, vt licet vſurpatum ſit aliquem prohi-
bere, ne in mari nauiget, nihilominus poſſit prohibitione inſuper habita
nauigare, et contra prohibentem iniuriarum agere. *d. §. fin. verſ.*
10 *vſurp.* Correxit quidem Impp. Leo hoc hactenus, vt in oris mari-
timis iuxta fundos locum non habeat, ſed ibi prohibitio non valeat,
nec dominus amplius iniuriarum teneatur. *nou. L. 56.* CVIAC. *14. obſeru. 2.*
11 de qua egimus *ſupr. lib. 1. cap. 10. n. 29. et ſeqq.* quod etiam in diuer-
ticulo maris, vel parte eius occupata obtinet: *l. 7. d. diuerſ. temp.*
12 *praeſcript.* ſed hodie ad ius vetus in pleriſque locis contraria conſue-
tudine reditum eſſe, adnotauit SIM. GRON. *in LL. abrogat. ad d. nou. 56.*
13 Quartum delictum priuatum eſt damnum iniuria datum. Il-
lud lege Aquilia, (quae proprie plebiſcitum eſt, *pr. iunct. §. 15. ad leg.*
Aquil.) vindicatur, vel, ea deficiente, actione in factum. Lege Aquilia
14 damnum emendatur, ſi I. nauis impacta in alterius ſcapham damnum
dedit,

Digitized by Google

dedit, et in poteſtate nautarum fuit, ne id accideret, et ita culpa
eorum factum ſit, tunc lege Aquilia cum nautis agendum, quia parui 15
refert nauim immittendo, aut ſeruaculum (de quo *iam ſupra part. 3. cap. 1. num. 25.*) ad nauem ducendo, an ſua manu damnum quis det, 16
quia omnibus his modis damnum datur. *l. 20. §. 2. ad L. Aquil.* Quaeritur autem, ſi fune rupto, et quum a nullo regeretur, nauis incur- 17
riſſet, cum domino agendum ſit? Neg. *d. l. 29. §. 2. verſ. ſed ſi.* eſt enim caſus fortuitus, et nulla domini culpa. GOTHOFR. *d. l. lit. c.* Diſ-
ſentit ANTON. FABER. *5. coniect. 17.* putans, abiecta negatiua (non) le- 18
gendum eſſe (agendum eſſe,) ideo quod ruptis funibus, aut quod a
nullo nauis regeretur, damnum datum ſit, imputari ergo domino poſ- 19
ſit, quod non proſpexerit, vt ab aliquo nauis regeretur, et bonis 20
funibus inſtrueretur, ideoque a domino nauis damnum videri factum,
quia ipſius culpa contingat. Non ergo autumat ANT. FABER. *h. l.* to- 21
talem actionem negari, ſed tantum contra nautas, contra dominum
vero concedi, et ideo legendum (ſed et ſi fune). Et hanc emenda- 22
tionem amplectitur TREVTL. *verſ. 1. diſp. 18. th. 5. lit. d. ibique*
Hunn. Verum quum textus non ſit temere corrigendus: cum AC- 23
CVRS. *in d. §. 2.* CVIAC. *25. obſeru. 9.* BACHOV. *in Treutl. d. l.* puto, 24
veterem lectionem retinendam, quum hic caſus fortuitus contingere
poſſit, et culpa domini abeſſe, ſi violentia venti nauis abripiatur, funesque etiam noui et validi rumpantur. Videntur quidem ibi nau- 25
tae opponi domino, attamen iidem qui nautae, aliquando et domini eſſe poſſunt, et poteſt aliquando et nautarum, et domini culpa abeſſe.

II. Si culpa nautarum nauis in funes anchorarum alterius im- 26
pulſa eſt, et nautae funes praecidiſſent. *l. 29. §. 3. ad L. Aquil.* Nam
ſi vi ventorum id fit, et nullo alio modo nautae, niſi praeciſis funi- 27
bus, ſe explicare potuerint, nulla actio datur. *d. §. 3.* Caſus enim
neceſſitatis non obligat. *l. 15. l. 16. §. 8. d. public.* Idem Labeo et Pro- 28
culus circa retia piſcatorum, in quae nauis inciderat, exiſtimarunt. 29
Ita tamen, vt vbi damni iniuria agitur ob retia, non piſcium, qui
ideo capti non ſunt, fiat aeſtimatio, quum incertum fuerit, an caperentur. *d. §. 3.*

III. Si nauis alteram, contra ſe venientem, obruit, aut in gu- 30
bernatorem, aut ductorem (ducatorem vulgo legunt,) actionem com-

 petere

31 petere damni iniuriae ALFENVS ait. *l. 29. §. 4.* Sed ſi tanta vis naui
facta ſit, quae temperari non potuit, nulla datur in dominum actio.
Nihil enim tam firmum, vt maris aut tempeſtatis vim ſuſtinere poſ-
32 ſit, *l. 24. §. 4. de damn. infect.* nec ruere videtur, quod aut vento,
33 aut omnino aliqua vi extrinſecus admota cadit, ſed quod ipſum per
ſe concidit, *l. 43. eod.* et iniquum eſt, eum, qui non fecit, reſtituere
34 debere. *l. 11. §. 2. de aqua pluu. arc.* Plane ſi culpa nautarum factum,
Aquilia datur. *d. §. 4. in fine.*

35 IV. Si quis alteri de manu nummos excuſſit, damni iniuriae
datur actio, ſi ita perierint, ne ad aliquem peruenirent, puta ſi in
flumen, vel mare ceciderunt. *l. 27. §. 2. ad L. Aquil.* Quod ſi ad ali-
36 quem peruenerunt, ope et conſilio furtum factum videtur, et ideo da-
tur furti actio. *d. §. 21. l. 52. §. 13. de furt.*

37 V. Si nauem venalitiarum mercium quis perforat, Aquiliae
actio eſt, quaſi ruperit. *d. l. 27. §. 4.* L. Aquillia enim eas ruptiones
38 quae damna dant, perſequitur, *l. 27. §. 17. eod.* et omnia fracta, ſciſſa,
vſta, colliſa, et quoquo modo deteriora facta, hoc verbo continentur.
39 *§. 13. d. l. Aquil.* Venelatii ſunt negotiatores ſeruorum a vendendo
ita dicti; vnde venalitium pro ipſo corpore vendito accipitur. *l. 73.
§. fin. d. l. 3. l. fin. d. aedilit. edict. l. 31. §. fin. d. donat. l. 5. §. 4. d.
iur. delib.* CONN. *2. com. 2. n. 1.* CVIAC. *10. obſeru. 6.*

40 VI. Si ſeruus, vulneratus mortifere, poſtea naufragio perie-
rit: de occiſo agi non poteſt, ſed quaſi de vulnerato ex ſecundo capite
41 l. Aqniliae, *l. 15. §. 1. h.* aduerſus eum, qui prior vulnerauit. *l. 15. §. 3.
ad l. Aquil.*

42 Poena L. Aquiliae in praepoſitis caſibus eſt, vt is, qui da-
mnum dedit, in tantum iure Romanorum ciuili teneatur, quanti in die-
bus triginta proximis res plurimi fuerit. *§. 15. §. 16. d. l. Aquil.* Ho-
43 diernis moribus autem actio legis Aquiliae non amplius eſt poenalis,
ſed rei perſequutoria, ideoque, qui culpa damnum dedit, vltra veram
damni dati aeſtimationem non tenetur. GOTHOFR. *ad l. 4. C. d. l. Aquil.*
44 TVLDEN. *ad pr. tit. Inſt. d. oblig. ex 4. delict.* In tertio caſu, quando
vi ventorum damnum contingit, ius naut. WISB. *art. 27.* commune da-
mnum eſſe iubet, et ab vtroque aequaliter ſarciendum. Id ſequun-
45 tur Hollandi propter bonum publicum, et culpae probandae diffi-
cultatem. *edict. 19. Iul. a. 1551. art. 46. et edict. vlt. Octobr. a. 1563. tit.*

von

van Schepen, die malkander beſchadig. GROT. *d. iur. bell. et pac. lib. 2.* 46
cap. 17. n. 21. et ita in ſuprema Hollandiae curia iudicatum, refert
NEOSTAD. *deciſ. 49.* COREN. *obſ. 40. n. 1. et obſ. vlt.* Nam quum homi- 47
nes mali et improbi, vt Wisbuſ. addunt, veteres naues atque ruinoſas
ſponte in aliorum robora impingerent, vt ruptarum ſolidam aeſtima- 48
tionem conſequerentur, placuit auctoribus iuris nautici, diuiſo inter
vtrumque damno, tam malitioſis occurrere machinationibus ANT.
MATTH. *comment. d. crim. tit. 3. c. 3. n. 2.* Si vero dubium, an caſu 49
fortuito, vel culpa, damnum datum ſit, magiſter nauis cum duobus nau-
tis cogitur iurare, quod ſine ſua culpa damnum datum ſit, quod ſi fa- 50
cere recuſat, integrum damnum cogitur exſoluere. Ius nautic. WIS-
BVENS. *art. 17.* Hodie ex legibus et ſtatutis maritimis, quia ſaepe talia 51
damna, praeſertim noctu, contingunt, nautae, qui vela ſua laxauerunt,
ignem in ſumma naui habere coguntur, vt euitetur periculum in-
curſionis, MORNAC. *in l. 29. §. 2. ad l. Aquil.* WELWOOD. *in abrigdement.
tit. 23. concerning.* SCHIPSWRACKE.

Deficiente l. Aquilia, datur propter damnum actio praeſcriptis 52
verbis in factum, quanti ea res eſt. Sic 1. qui ſeruandarum mer- 53
cium cauſſa alienas merces in mare proiicit, nulla tenetur actione:
ſed ſi ſine cauſſa id facit, in factum, ſi dolo, tenetur *l. 14. d. praeſcript.
verb.* 2. Si quis funem, quo religata nauis erat praeciderit, de naue,
quae periit, in factum agendum. *l. 24. §. 5. ad l. Aquil.* 3. Eadem actio datur 54
in eum, qui poculum alterius ex naui eiecit. *l. 55. in fin. d. A. R. D.
l. 11. §. 2. d. praeſcript. verb.* ibi: in profundum. 4. Si ratis vi flu- 55
minis in agrum alterius delata eſt, poteſt poſſeſſor conueniri ad exhi-
bendum: *l. 5. §. 4. ad exhib.* ſed dominus non habet poteſtatem tol-
lendi, priusquam de damno cauerit, tam praeterito, quam futuro. Quia 56
enim in naue religanda poteſt aliqua ipſius negligentia eſſe, quod non
firmius religarit: *d. §. 4. l. 8. d. inc. rui. naufr. l. 9. §. d. damn. infect.*
GOTHOFR. *d. l. 9. §. lit. y.* non inique hoc, quod re integra cuſtoditur, 57
poſt damnum datum praeſtabitur. *d. l. 9. pr.*

CAP.

Digitized by Google

CAPVT XX.

DE QVASI SEV IMPROPRIIS, ET INNOMINATIS DELICTIS NAVTICIS.

Svmmaria.

1. *Exercitor tenetur ex quaſi maleficio de furto commiſſo, vel damno in naui dato.*
2. *Hoc delictum praetor ſpeciali edicto coercet.*
3. *Rationes edicti.* 4 5. 6.
7. *Datur ex delicto nautarum.*
8. *Non vectorum.*
9. *Datur actio ex edicto contra exercitorem.*
10. *Si plures exercitores ſint, contrà vnumquemque pro rata.*
11. *Senſus legis 1. §. fin. l. 2. l. 3. naut. caup. ſtab.* 12. 13. 14.
15. *Intellectus legis 3. de his qui deiecerunt.*
16. *Caſus § fin- l. 7. naut. caup. ſtab.*
17. *Liberum eſt alicui, an contra furem, vel exercitorem velit agere.*
18. *Furtum debet in naui commiſſum eſſe.*
20. *Non tenetur, ſi praedicit exercitor.*
20. *Non opus autem eſt expreſſa proteſtatione.* 21, 22.
23. *Perinde eſt, damnum datum ſit vectori, an mercatori.*
24. *Quid ſi* ναυ]επισάτης *furtum paſſus.*
25. *Quae de furto dicta, ea etiam in damno, in naui dato, locum habent.* 26.
27. *Si nautae inter ſe damnum dederint, exercitor non tenetur.* 28. 29. 30.
31. *Actio ex quaſi maleficio eſt praetoria in factum.*
32. *Et poenalis in duplum.*
33. *Datur heredibus, ſed non in heredes.*
34. *Explicatio legis finalis §. fin. naut. caup. ſtab.* 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42.
43. *Actio de deiecto vel effuſo eſt in duplum.*
44. *Si quid effuſum in nauim, vnde damnum datum, vtilis actio in praeponentem competit.*
45. *Innominatum delictum eſt contumacia et contemtus.* 46.
47. *Contemnere quis dicatur?*
48. *Contemtus poenae apud nautas conſueta.* 49. 50.

1 Ex quaſi maleficio tenetur exercitor nauis de dolo, damno, aut
furto, quod in naui factum erit: ſi modo ipſius nullum eſt deli-
ctum, ſed alicuius eorum, quorum opera nauim exercet. §. *fin. d. obl.*
ex quaeſt. delict. l. 1. furt. adv. naut. RVL. DE VALL. *tract. de inuent.*
2 *pag. 213.* Hoc quaſi delictum in edicto praetoris, quod *in l. 1. fur.*

udu.

Digitized by Google

adu. vent. et l. 6. §. 3. naut. caup. ſtab. eſt, deſcribitur, et vocantur ta- 3
liter delinquentes fures marini. NOVELL. 134. *cap. 13. in fin.* Ratio huius edicti eſt, quod quia neque ex contractu, neque ex delicto, obligatus eſt, tamen culpae reus ſit, quod opera malorum hominum
vtitur, *d. ℱ fin. l. 7. §. 4. naut. caup.* in quorum mores deberet in- 4
quirere, et ſtatuere, quales eſſent, *l. 1. ℱ. 4.* et curare, vt dolo et cul- 5
pa carerent. *l. 1. ℱ. 2. de exerc. act. l. 5. §. fin. de O. et A.* HILLIGER
in Donell. lib. 15. cap. 42. lit. e. quia ſuo periculo adhibet, *l. 7. pr. naut.* 6
C. S. quod ſi non facit, culpa ipſi imputatur, *l. fin. ℱ. 4.* ibi: *culpae ſuae.* quod cum illis rem habeat, qui male audiunt. *l. 1. §. 1. N. C. S.*

Datur autem iudicium ex furto omnium nautarum, ſiue libe-
ri, ſiue ſerui ſint, *l. 7. naut. caup.* quos in naui quis habet, ſiue ope, 7
conſilio exercitoris furtum factum ſit, ſiue eorum, qui nauigandi cauſ-
ſa in naui ſunt. *l. 1. iuncto §. 1. furti aduerſ. naut.* Vectorum vero fa-
ctum non praeſtat, quia eos eligere non videtur, nec repellere pot- 8
eſt, iter agentes. *d. l. 1. §. fin.*

Datur contra exercitorem, *d. l. 1.* et ſi plures ſint, contra 9
vnumquemque pro parte, qua nauim exercet. *l. 7. §. 5. naut. caup. l.*
4. pr. de exerc. act. Nec obſtat *l. 1. §. fin. l. 2. l. 3. eod.* quia *d. LL.* lo- 10
quuntur de exercitoria ex contractu, haec ex qu. delicto: vel quia 11
in *d. LL.* agitur de pluribus exercitoribus, qui per vnum magiſtrum 12
exercent nauim, cum quo qui contrahit, habet actionem quidem cum ipſis exercitoribus, ſed tamen quia contraxit cum vno, licet a pluribus praepoſito, in plures diſtringi non debet, *d. l. 2.* et hinc in *d. l. 4.*
dicitur, quod ſi plures per ſe nauem exerceant, ſingulos pro portio- 13
nibus teneri, et de huiusmodi exercitoribus accipienda *l. 7. §. 5.* et
eſt ratio, vt mitius agatur cum eo, qui ex delicto alterius tenetur, 14
quam qui tenetur ex contractu, cum magiſtro celebrato. Nec refra- 15
gatur *l. 3. de his qui eſſud.* quia caſus *d. l. 3.* propius accedit ad naturam veri delicti, et neceſſe eſt, vnum deieciſſe, et vere deliquiſſe. In
l. 7. § fin. vero eſt pure quaſi maleficium. Liberum autem eſt ali- 16
cui, ſi nolit cum exercitore iure honorario, cum ipſo fure vel nauta 17
iure ciuili agere, vtpote ſi certi hominis factum arguere velit. *l. 6. §. 4. naut. caup. l. 1. §. 3. fur. aduerſ.* Sed vna contentus eſſe debet,
d. l. 6. §. 4. de quo mox plur. in concurſ. cap. 22. Debet autem fur- 18
tum in naui commiſſum eſſe: caeterum ſi extra nauim, licet a nautis,

19 non praeſtabit exercitor. *l. 7. pr. naut. caup.* Idem eſt, ſi praedixerit,
vt vnusquisque vectorum res ſuas ſeruet, neque damnum ſe praeſti-
turum, et ipſi conſenſerint praedictioni, non tenetur. *l. 7. v. item*
20 *ſi.* Proteſtatio enim omne damnum auertit. *arg. l. 8. §. 4. de N. O. N.*
Conſenſum autem requirit PECK. *num. 2.* expreſſum, et quidem, vt fiat
proteſtatio coram vectore ipſo, vel eo, quem rebus ſuis praefecit, li-
21 cet ſcriptura non opus ſit. Ego puto tacitum ſufficere, cum BA-
CHOV. *in d. l. 7.* qui declaratur facto, puta ſi remaneant in naui, poſ-
22 ſunt enim egredi, et aliam conſcendere. Quod ſi vero contradixe-
rint, et exercitor eos tum in naui manere paſſus fuerit, tenebitur.
23 VINNI. *ad Not.* PECK. *h. l. lit. a. cont.* DVAREN. *hic.* Perinde vero eſt,
cui damnum datum ſit, vectori, *l. 7. pr. verſ. item ſi.* an mercatori, *d.
l. 5. l. 7. §. 2. verſ. ſed ſi quis.* an etiam nautae, qui ſimul mercator eſt,
d. §. 2. nam hoc reſpectu vt mercator conſideratur. Quid ſi ſit *ναυ-
24 τεπιϐάτης*, i. e. *pro naulo remum ducat?* et huic exercitor tenebitur,
ſed et huius factum, ſi alii damnum dederit, praeſtat, quia et nauta
eſt. *d. l. 7. §. 2. in fin.*

25 Eadem eſt ratio, ſi damnum datum ſit. *l. 5. §. 1. l. 6. §. 1. et 2.
naut. caup. ſtab.* Nam de vtraque, et de recepto, et poenali actione has
26 leges *et §. §.* agere, CVIAC. *in Paull. ad d. l.* ait. Debet autem in na-
ui damnum datum eſſe, niſi praedixerit, ſe damnum non praeſtitu-
rum, *l. 7. et §. 1. eod.* et perinde eſt, cui damnum datum ſit, etiam
27 ſi nauta ſit, *d. l. 7. §. 2. verſ. ſed ſi quis.* niſi nautae inter ſe quid da-
mni dederint, hoc enim ad exercitorem non pertinet. *d. l. 7. §. 2.*
28 Quum enim edicti ratio in his locum non habeat, propter odium et
nequitiam cohibendam, non videntur ad edictum pertinere, multo-
29 minus contra dominum iudicio experiri poſſe, ne quod in odium eo-
rum introductum eſt, ad gratiam eorum redundet. *c. quod ob grat. de
30 R. I. in 6.* PECK. *ad §. 2. num. 4.* vel potius quia ipſi vltro et aequa-
liter operam ſuam promiſerunt, et addixerunt exercitori, non ha-
beant, quod ipſi obiiciant aliquam culpam. BACH. *ad* . 2.

31 Actio quae ex hoc qu. maleficio in exercitorem datur, eſt
praetoria in factum. *l. 1. §. 2. furt. aduerſ. naut.* et poenalis, in du-
32 plum, *l. 7. §. 1. naut. caup. l. 1. §. 2. furt. aduerſ.* datur etiam heredi-
33 bus, et eſt perpetua, *l. fin. §. fin. d. h. t.* ſed aduerſus heredes non da-
tur, niſi quatenus peruenit. *§. fin. de oblig. ex quaſi delict.* HILLIGER
in

in Donell. lib. 15. cap. 42. lit. e. GILBER. REG. 2. *ἐναντιοφ.7.* CRISPIN.
ad d. §. Nec obſtat *l. fin. ff. fin.* ex quo dicendum, actionem de re- 34
cepto, et hanc ex quaſi delicto perpetuas, vel ad minimum illam non
dari in heredes contra *l.3.* §. *4. eod.* ARN. *ad* §. *3.* verba diuidenda 35
putat. Verum id conſtructio non patitur. ACCVRS. *d.l.* dicit, de rece- 36
pto non dari poenaliter, alteram non dari, niſi quatenus peruenit. Ab-
ſurde, quia numquam actio de recepto poteſt dici dari poenaliter, et
quum quaeritur de actione, ſemper qualis natura ſua eſt, conſideratur,
et qua peruenit, quaeuis actio poenalis, ſed non qua talis, datur in he-
redem. BACHOV. *in πρῶτ. ff. de hac act. num.3.* putat, aut compilatores 37
turbaſſe leges; aut intelligi non ſpecie plures actiones, ſed numero,
contra diuerſas et plures perſonas, *arg. l. 9.* §. *1. quod falſ. tut.* vel
ex poſteriori capite edicti praetorii *naut. caup.* de quaſi maleficio non 38
vnam eſſe actionem, ſed duas, alteram de furto, cuius *l. 1. furt. ad-
verſ. naut.* ſaltem meminit, alteram de damno, et quidem ideo, quod 39
regulariter de damno ſicut in furto non manifeſto, actio in duplum
non eſt. §. *10.* §. *13. de L. Aquil.* Et hac de cauſſa recte plurali nu-
mero ICtum vſum eſſe. Ille ſcrupulus ſupereſt, quod actio ex quaſi 40
maleficio ſit in duplum, et quidem perpetuo, contra naturam iſtarum
actionum. BACHOV. *d. l.* putat, praetorem ordinariarum actionum na- 41
turam ſequutum, nam et actio quadrupli perpetuo, et abſque du-
bio actio in duplum talis fuit, actio autem legis Aquiliae ſimiliter, et
ita omnes perpetuae ſunt, ſed nulla in heredes datur. Ad exem- 42
plum igitur harum praetor has ſimiliter voluerit eſſe perpetuas.

Altera actio ex quaſi delicto eſt in inhabitantem de deiecto et 43
effuſo in duplum ex coenaculo, vbi quis habitat. *l. 1. de his qui deie-
cer.* Quia habitator ſuorum factum praeſtare debet, et ideo culpae
reus eſt. §. *1. de oblig. ex quaſi delict.* Ad huius exemplum, quia pro- 44
prie nauis domus non eſt, nec praepoſitus inhabitator, ſi quid deie-
ctum vel effuſum in aliam nauim, aut littus, vnde damnum datum ſit,
vtilis actio in eum, qui praepoſitus eſt, datur. *l. 6.* §. *fin. qui deiecer.*

Ad innominata delicta poſſunt referri, inobedientia et con- 45
tumacia, quando nautae magiſtro nauis non volunt in licitis et prae-
ceptis, quae ad miniſterium nauticum pertinent, obedire, et ea, quae
iuſſi ſunt, facere. Contumacia autem et contemtus eſt delictum, et 46
pro diuerſitate circumſtantiarum arbitrarie punitur, et aliquando ca-

Digitized by Google

47 pitaliter. *l. 6. §. 3. de re milit.* Contemnere vero dicitur, qui aliquoties monitus, pertinaciter ſe gerit, quod animaduerſione dignum eſt. *c. fin. d. cler. excomm.* MASCARD. *tract. de probation. concl. 433 num.*
48 *1. et ſeqq.* Apud nautas, ſi quis ſe inobedientem monſtrat, et ſupplicium receptum, quo etiam fures nautici in Gallia puniuntur, vt quis multoties ſubleuatus, poſteriore parte corporis ad malum nauis, vel aliud lignum pertundatur. *German. ſalu. ven. Bortaerſen.* THOLOSAN.
49 *d. l. 31. ſyntagm. cap. 37. num. 6.* Quod ſi grauior eſt contumacia, veluti ſi quis erga praetoriam regiae claſſis nolit vela ſubmittere, vel gubernatori nauis reſiſtat, tunc poena nautica eſt, vt qui manibus
50 poſt terga reuinctis antennae alligetur, et poſtea vno impetu deiiciatur, quod vocant *von der Rhäe ſpringen*: in modum poenae, apud Italos et Gallos receptae, *Strappe de chorde* dictae. *Vid. quae ſupra part. 3. cap. 10. num. 84.* diximus.

CAP. XXI.

DE DELICTIS SERVORVM IN REBVS NAVTICIS.

SVMMARIA.

1. *Si ſeruus publice delinquit, punitur ordinaria poena, niſi ſit pecuniaria.*
2. *Si iuſſu domini minus.*
3. *Si priuatim peccat, ad praefectum vigilum remittitur puniendus.* 4.
5. *Si piraticam admiſit poſt manumiſſionem, ipſe tenetur.*
6. *Exercitor nauis ſeruum proprium delinquentem noxae dedendo liberatur.* 7.
8. *Eius ratio.* 9. 10 11
12. *Secus eſt, ſi alienum ſeruum exercitor adhibuit.*
13. *Idem obtinet ex aequitate ſi ſeruus nautae damnum dedit* 14.
15. *Et eo caſu, ſi ſeruus ipſe nauta ſit, et alium ſub ſe, ceu vicarium, habet.* 16. 17 18
19. *Tenetur exercitor etiamſi nauta deceſſerit* 20.
21. *Non vero de peculio.* 22 23
24 *Si voluntate domini exercuit ſeruus, in ſolidum dominus tenetur.* 25. 26. 27.
28. *Si ſeruus manumiſſus eſt, noxalis actio ipſum ſequitur.*

1 Seruus ſi aliquid committit, quod publicio iudicio vindicari debet, ipſe punitur ordinaria poena: niſi poena ſit deportationis, relegationis, vel pecuniaria, tunc enim, quia inhabiles ſunt, ad eam poenam ſubeundam, durius extra ordinem puniuntur. *l. 12. §. 4. in pr. et fin. de*

ſin. de accuſat. Si iuſſu domini deliquit, mitius ob imperium punitu.. *l. 1. de accuſat. l. 2. C. de ſep. viol.* 2

Si in priuatis delictis, veluti in furto, vel rapina deprehenditur, *l. 1. de incend. ruin.* quia nihil habet in bonis, ad praefectum vigilum olim puniendus mittebatur: *l. 1. §. 2. de off. praef. vigil.* qui eum hac de cauſſa vltimo ſupplicio poterat adficere. *l. 15. de cond. cauſ. dat.* 3

Si piraticam admiſit, poſt manumiſſionem ipſe tenetur, etiamſi iuſſu domini fecerit. *l. 20. d. O. et act.* Exercitor vero nauis, ſi ſeruus damnum vel furtum fecit, in ſolidum non tenetur, ſed noxae dedendo liberatur *l. 1. §. 5. furt. adu. naut.* cur enim non condemnabitur, qui ſeruum tam malum in nauem admiſit? *d. §. 5. l. 7. pr. naut. caup.* Verum cur non, vt in libero homine, in ſolidum, ſed tantum noxaliter dominus condemnetur, ratio haec eſt: quod liberum hominem adhibens de eo ſtatuere poſſit, et explorare, cuius fidei et innocentiae ſit. *l. 7. . 4.* In ſeruis vero propriis venia dignus ſit, tamquam in domeſtico malo, quod tales quales adhibuerit. *l. 1. . 5. furt. adu. naut. d. l. 7. §. 4.* Culpa igitur, quae hoc maleficium conſtituit, non eſt vera culpa, ſiquidem in eligendis famulis nequitiam diſſimulare gnaris facile quis poteſt falli. Itaque benignius placuit cum domino agi, et poenam dupli ad eos reſtringere, quos omnino ſponte, quis elegit. Vnde etiam aliud ſtatuitur, et in ſolidum tenetur, ſi quis alienum ſeruum adhibuerit. *d. l. 1. §. 5. in ſin.* Immo ſi ſeruus nautae damnum dederit, licet ſeruus ipſe nautae non eſt, aequiſſimum eſt, in exercitorem actionem vtilem dari, quia non ipſius exercitoris, ſed nautae ſeruus eſt, et exercitor hactenus in culpa, quod ipſum non remouit, quod facere potuit. *l. 7. §. 3.* Licet igitur directa actio ex edicto deficiat, ex aequo et bono tamen propter eandem rationem datur vtilis. Et hoc obtinet etiam, ſi nauta ipſe ſeruus ſit, et alium ſub ſe habeat, tunc enim ipſe, vt ordinarius, alter vt vicarius conſideratur, *d. §. 3.* et eo caſu dominus, quia cum ſeruo non eſt actio, ſeruum vicarium cogitur noxae dare, ita tamen, vt de peculio ordinarii eum detrahat. *l. 19. §. 2. d. nox. act.* Aliud eſt, ſi iuſſu ſerui ordinarii fecit, eo ſciente, tunc enim dominus ſeruum ordinarium noxae dedere, aut litis aeſtimationem cogitur ſufferre. *d. §. 2.* Qui enim iuſſu fecit feciſſe videtur. CVIAC. *in Paul. ad d. §. 2.* Et hoc obtinet, ſi ſeruus

4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18

 nautam

nautam liberum hominem facere iuſſerit. *l. 19. §. 2.* Nam ſi ipſo ſciente
faciat liber homo, quia ipſi imperare nequit, tamquam ſuo vicario, non
19 tenetur. CVIAC. *d. l.* Tenetur autem exercitor, licet nauta, qui damnum
20 dederit, deceſſerit, *d. l. 7. §. 4.* quoniam manet culpa in exercitore, li-
cet actio, ſiue ciuilis poenalis, ſiue criminalis, qua ipſe nauta fur pote-
rat conueniri, morte nautae exſtincta ſit, nam actiones ordinariae, ex-
tra hanc, in exercitorem contra furem competunt. *l. 1. §. 3. furt. aduerſ.*
21 *naut.* Si vero ſeruus nauim exercuit, et mortuus eſt, de peculio non
dabitur actio in dominum, nec intra annum *d. l. 7. §. fin.* Rat. duplex
22 eſt: tum quia ex delicto et poenalis eſt, numquam autem ex poena-
libus cauſſis ſiue vero ſiue quaſi delicto, etiamſi ſeruus viuat, ne-
dum ipſo mortuo, in dominum datur: *l. 1. §. 7. l. 5. §. 6. d. his qui deiecer.*
23 tum quia dominus non eſt ſerui heres. ACCVRS. *in gloſſ. ad §. h.* Ergo
24 ſi voluntate domini ſeruus nauim exercuit, in ſolidum actionem pati-
tur, quaſi omnia, quae ibi contingunt, in ſolidum receperit. *d. l. 7. §.*
25 *fin.* Obſtat, quod dominus, licet conſenſerit in actum exercitionis, non
tamen videatur delictum commiſiſſe, vel in illud conſenſiſſe: 2. quod
26 actio de recepto ſit ab hac diuerſa. R. ad vtrumque, quod recipere
h. l. ſit idem quod ſuſcipere, omnia ſcilicet quae ibi contingunt.
27 Dum igitur voluit, vt ſeruus nauim exerceret, ſimul hoc agere de-
buit, ne ſeruus malorum hominum opera vteretur, quum cogitare
potuerit, ſeruum non ſatis futurum diligentem. BACHOV. *ad d. §. fin.*
28 Si vero ſeruus manumiſſus eſt, noxalis actio ſequitur. *l. 42. d. furt.*
Vide etiam quaedam huc pertinentia *ſupr. c. 15. n. 288. vſque 298.*

CAPVT XXII.

DE CONCVRSV ACTIONVM NAVTICARVM, ET EARVM PRAEIVDICIO.

SVMMARIA.

1. *Actiones maritimae poſſunt concurrere.*
2. *Tria ſunt genera actionum concurrentium.*
3. *Criminales quomodo concurrant, et cum quibus.* 4. 5. 6. 7.
9. *Extraordinariae quomodo concurrant.* 9.
10. *Ciuilium concurſus in tres ſpecies diuiditur.*
11. *Veluti rei perſequutoriarum.* 12.
13. *Poenalium.* 14.

15. *Mix-*

15. *Mixtarum.* 16. 17. 18. 19.
20. *Traduntur regulae de actionum concurſu.*
21. *In primo ordine, quando ſolae criminales concurrant.*
22. *Criminales et extraordinariae.* 24 25. 26.
27. *Criminales et poenales in caſu* 1. *de crimine publico.* 28.
29. *Senſus l.* 4 *d public. iudic.* 30 31.
32. *Praeiudicium quid?*
33. *In caſu* 2. *de crimine priuato.* 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42.
43. *Criminales non poſſunt concurrere cum interdictis.* 44. 45.
46. *Qui alium ſpoliat, et ideo taxatur, non poteſt iniuriarum actionem intendere.* 47. 48.
49. *Etiamſi iuſſum magiſtratus praetendat.* 50. 51. 52. 53.
54. *In ſecundo ordine quando extraordinariae ſolae, vel cum ciuilibus poenalibus concurrant.* 55.
56. *In tertio, ſi* 1. *mere perſequutoriae concurrunt, regulae.* 57.
58. *Si* 2. *mere poenales, et mixtae, vna non conſumit aliam.*
59. *Niſi plus ſit in vna, quam in alia.* 60. 61.
62. *Caſus l.* 6. §. 4. *Naut. caup. ſtab.* 63. 64. 65. 66. 67.
68. *Dubitationes mouentur et reſoluuntur.* 69. 70.
71. *Alter §graphi* 4 *caſus cum Accurſii rationibus.* 72. 73.
74. *Dubia Ant. Fabri.*
75. *Bachouii ad ea reſolutiones.* 76. 77. 78.
79. *In* 3. *mixtis non tollitur poenalis rei perſequutoria.* 80.
81. *Nec mixta rei perſequutoria*
82. *In concurſu ſolum mixtarum eſt diſtinctio.*
83. *Traduntur tres regulae, quanam actionum in concurſu prius ſit agendum.* 84. 85. 86.
87. *Quaeritur, an eiectus de naui prius de vi, quam poſſeſſione, debeat agere.* 88 89.
90. *Rationes dubitandi reſoluuntur.* 91.
92. *Accurſii ſimplex ſententia ſuper intellectu l.* 37. *d. iudic. non negligenda.* 93.
94. *Nec minus altera Bachouii de poſſeſſorio momentaneo conuenit.*

Circa negotia maritima et nautica ſaepe contingit, ſicut circa alia 1
facta, vt plures actiones concurrant. Tria autem plerumque 2
genera actionum concurrere ſolent: ſcilicet 1. Criminalium, 2. extraordinariarum, 3. Ciuilium.

I. Criminales actiones concurrent vel 1. ſolae, vt 1. Iulia 3
de vi publica, et priuata nautis illata, *l.* 3. §. *fin. ad L. Iul. d. vi public. l.* 16. §. 2. *ad l. Iul. d. vi priuat.* vel 2. cum extraordinaria perſequutione. Si cum l. Iulia de vi, ſi quis ex naufragio aliquid rapit, con- 4
currunt conſtitutiones principum *d. l.* 2. §. 1. et edictum praetoris. *de incend.*

Digitized by Google

incend. ruin. naufrag. et SCtum de coercendis raptoribus. *l. 1. l. 3. §. 8.*
5 *verſ. eos autem d. incend. ruin. naufr.* Eodem modo de naufragis ſuppreſſis concurrunt lex Cornelia de ſicariis, edictum praetoris, et
6 SCtum. *d. l. 1. et d. ſ. 8. l. 3. §. 4. ad l. Cornel. de Sicar.* 3. Cum ciuili, eaque vel rei perſequutoria: et nullum eſt dubium, quin tam actiones ex dominio, quam obligatione, concurrant: vel poenali, vt lex Iulia
7 de vi priuata contra rapientes ex naufragio. *l. 1. §. 1. ad l. Iul. d. vi publ. l. 5. d. inc. ruin.*
8 II. Extraordinariae actiones concurrunt vel 1. ſolae, vt SCtum Claudianum, et edictum praetoris *de incend. ruin. naufrag.* ſi quis ex naufragio quid rapuit *l. 1. et l. 3. §. 8. d. incend. ruin. naufrag.* vel 2. cum accuſationibus: *Vid. ſupr. n. 4.* vel 3. cum ciuilibus poena-
9 libus. Sic qui ex naufragio furatur, actione furti vel in duplum, vel quadruplum, vel edicto *de incend. ruin. naufr.* aut *de vi bon. raptor.* tenetur. *l. 4. naut caup. ſtab. l. 1. l. 3. §. 4. 5. l. 5. d. incend. ruin. naufragio.*
10 III. In ciuilium actionum concurſu vel concurrunt I. mere
11 rei perſequutoriae. Hae vel 1. ſolae reales, vt pro furto rei nauti-
12 cae vindicatio, et condictio furtiua, aut actio ad exhibendum. 2. Perſonales, ſiue ex eadem cauſſa, ſiue diuerſa competant, vt actio in factum de recepto, et actio locati et depoſiti. *l. 3. §. 1. d. Naut. caup.*
13 *ſtab.* Vel II. concurrunt poenales, et tunc 1. vel mere poenales, vt propter furtum naufragii commiſſum, vel actio furti in duplum, vel quadruplum, et actio praetoria ex edicto *de inced. ruin. naufr. l. 1. l. 5. d. inc. naufr.* Sic actio furti et actio in factum in duplum ex
14 quaſi delicto, ſi quis certi hominis factum arguere velit, *l. 6. §. 4. naut. caup. ſtab.* vel 2. poenales et mixtae, vt furti manifeſti, vel non manifeſti, cum actione praetoria ex *incendio rui. naufr. et actione vi bonor.*
15 *raptor. l. 5. d. incend. rui. naufr.* III. Concurrunt mixtae. Et tunc vel 1. mere poenales cum rei perſequutoriis: ſic ſi quis furatur rem ex naui, vel naufragio, competunt actio furti in duplum, vel quadru-
16 plum, praeterea de incendio ruin. nauftag. condictio furtiua, et actio ad exhibendum. *§. fin. d. oblig. ex delict. l. 7. §. 1. d. cond. furtiu. l. 12. C.*
17 *d. furt. l. 1. l. 5. d. incend. rui. naufr.* Sic cum actione oneris auerſi concurrit rei vindicatio. GOTHOFR. *ad l. 31. locat. lit. o. Vid. ſupr. cap. 17.*
18 *n. 67.* Sic actio de recepto honoraria, et actio furti. *Vid. ſupr. cap. 15. num. 366.*

n. 366. 2. Mixtae cum rei perſequutoriis, vt actio *vi bon. raptor.* 19
cum rei vindicatione §. *fin. de vbl:* Per excellentiam 3. mixtae di- 20
ctae, et hae ſolae, vt actio vi bon. raptor. et praetoria de incend.
rui. naufr. *l. 1. §. 1. l. 5. de incend. rui. naufr.*

De harum actionum concurſu hae regulae ſunt obſeruandae: 21
Et quidem in primo ordine, ſi 1. ſolae criminales concurrunt, illa, quae
maior eſt, primo in iudicium deducitur. CVIAC. *20. obſeru. 7.* BACHOV.
vol. 1. diſp. 12. ad Treutl. th. 13. lit. a. Et idem 2. obtinet in concur- 22
ſu cum extraordinaria. *arg. ff. 9. de public. iudic. l. 6. ad L. Iul. pe-*
cul. Si vero 3. cum ciuili concurrit, et quidem rei perſecutoria, di- 23
cendum, quod accuſatio cum rei perſecutoria concurrere poſſit, nec
vna perimatur per aliam. *l. vnic. C. quand. ciu. act. crim. praeiudic.*
Non ideo, quod vlla criminalis perſecutio ad rem familiarem pertineat, 24
ſed, vt intelligatur tale delictum, quo ſimul infertur damnum rei fami-
liari, e. gr. crimen falſi, expilatae hereditatis, &c. quod non accidit in
crimine adulterii, laeſae maieſtatis. &c. E. gr. per vim de poſſeſſio- 25
ne deiectus agit interdicto de vi, et iudicio publico. *L. Iul. de vi.* Sup-
preſſum teſtamentum actione de tabulis exhibendis, et L. Cornelia de
falſis vindicatur. Ob hominem ablatum furti actio et iudicium L. Fa- 26
biae de plagiar. locum habet. *d. l. vnic.* Ob finem igitur diuerſum
vna non perimitur per aliam, nec ciuilis per criminalem, nec crimi-
nalis per ciuilem.

Sed ſi actio ciuilis poenalis eſt, diſtinguitur, an de crimine pri- 27
uato, an publico agatur. Si de publico huius perſecutio, quum omni-
bus pateat, non poteſt per actionem ciuilem, licet poenalem, conſumi,
l. 6. in fin. de iniur. e. gr. ſi ſeruus occiſus, L. Cornelia de ſicariis agi- 28
tur, et nihilominus poenali ex L. Aquilia. *l. 23. §. 9. ad L. Aquil.* Nec
obſtat *l. 4. de publ. iudic.* vbi publico iudicio per priuatum poenale, 29
vel rei perſecutorium ſit praeiudicium. E. gr. actioni L. Corneliae
de ſicar. per L. Aquiliam, actioni Fabiae per actionem furti, L. Iu-
liae de vi per act. vi bonorum raptorum et interdictum vnde vi L. Cor-
neliae de falſis per interdictum de tabulis exhibendis. Communiter 30
Dd. quod CVIAC. *in Paul. ad d. l. ſequitur*, reſpondent, non hanc eſſe
mentem, quaſi velit, electa actione L. Aquiliae, prorſus non poſſe agi
L. Cornelia, ſed interim, et dum pendet ciuile, iudicium praefieri publi-
co, finito autem ciuili, recte proceſſurum publicum. ANT. MATTH. 31

Digitized by Google

comm. de crim. t. t. de damn. dat. cap. 3. num. 5. putat, Paulum intelli-
gendum de praeiudicio, quatenus probationes concernit, quod ſcili-
cet, ſi ciuili iudicio reus conuictus ſit, facilius conuincatur et in crimi-
nali; et contra ſi priuato iudicio abſolutus ſit, facilius innocentiam
32 probaturus ſit publico. Praeiudicium enim eſt, quod praecedit iudicium,
et exemplum monſtrat iudicaturo, quod ſequatur, vt ita ex exitu pri-
uati iudicii iudex publicae quaeſtionis exemplum futurae ſententiae
33 capiat. *l. 3. §. 6. de tab. exhib.* Sed quod attinet crimen priuatum,
quod et poenali actione ciuili, et itidem priuata perſecutione, extra
34 ordinem vindicari poteſt, veluti crimen furti: *l. fin. de priu. del. l. fin.*
de furt. per extraordinariam criminalem perſecutoriam actio poena-
35 lis conſumitur. E. gr. Duplum in furto quis conſequutus eſt, an ni-
36 hilominus furem ad praefectum vrbis vel vigilum puniendum ducere
37 poſſit? Negat *l. fin. de priu. del. §. 10. de iniur. l. 6. in fin. eod. l. 56.*
§. 1. de furt. et ratio eſt, quia conueniunt fine et ſcopo, licet accu-
38 ſatio non ſemper ſit durior actione, vtraque enim perſequitur poe-
nam, iniquum autem, ob idem admiſſum amplius, quam ſemel
aliquem puniri. *Vid. eleg.* BACHOV. *in §. fin. ſi quadrupl. et* TREVTL.
vol. 2. diſp. 30. th. 3. lit. v. SCHOTAN. *in exam. iur. pag. 242.* Recte er-
39 go dicit CVIAC. 20. *obſeru. 26. l. vnic. C. quand.* non loqui de accuſa-
tionibus extraordinariis, ſed publicis. *arg. l. 6. de iniur. l. 23. §. 9. ad*
40 *L. Aquil.* Quod adprobat *in* TREVTL. BACHOV. *d. l.* ANT. MATTH.
41 *comm. de crim. tit. de furt. cap. 4. num. 3.* Fatendum tamen eſt, hoc
a mera diſpoſitione iuris ciuilis pendere, eoque introduci poſſe, vt
praeter poenam extraordinariam etiam reo lucrum cum augmento au-
42 feratur, et ille in poenam pecuniariam condemnetur, ſicut hoc non
vno caſu factum, docent *l. fin. C. ad L. Iul. repet. l. pen. in fin. ad L.*
Cornel. de falſ. l. pen. ad L. Iul. pecul. BACHOV. *in not. ad parat.* WES.
de priu. delict. num. 4.

43 Quaeritur, an cum iudicio publico de vi concurrat interdi-
ctum recuperandae, ſi quis de naui deiectus, vel quod vi aut clam,
ſi aliquid in naui fit? Negat *l. 1. §. 7. de vi et vi arm. l. 20. §. 4.*
44 *Quod vi aut clam.* PAVL. *5. ſent 6. §. de naui.* cuius ratio eſt, quod
illa interdicta ſint de immobilibus, nauis autem habeatur pro re mo-
bili, etiamſi ſit ampliſſima. GOTHOFR. *ad d. l. 20. lit. g.* Vnde hodie
ex iure Canonico pro recuperanda poſſeſſione actio ſpolii, quae etiam

pro

pro re mobili datur, *c. redintegr. cauſſ. 3. quaeſt. 1.* videtur coniungi 45
poſſe, quum nulla ſit ratio, quae prohibeat, vt iudicium publicum
vindictam, haec rei perſecutionem in ſe contineat. MENOCH. *tract.*
de rem. poſſeſſ. 3. num. 160. In facto memini quaeſitum, an auferens 46
alicui ligna, ad nauim exſtruendam parata, et ideo a domino materiae
reprehenſus, poſſit eum iniuriarum conuenire, et an hic cogatur
reſpondere ante factam reſtitutionem? Iniuria locum non habet, quum 47
abeſt animus et adfectus iniuriandi, *l. 15. C. de iniur.* et qui ſua tantum
repoſcit, quod omni iure licet, ideo non videtur male facere, dum
alium in re ſua auferenda male feciſſe dicit. *l. 55. de R. I.* Reſtitu-
tio autem omnimodo fieri debet, quia exceptio ſpolii adeo eſt priui- 48
legiata, vt etiam in alia cauſſa opponi poſſit, BERLICH. 1. *pr. concl. 14.*
num. 35. et nemo cogatur reſpondere, priusquam plene in priorem
ſtatum reſtitutus ſit. *c. cum in lit. 5. C. conqu. X. de reſtit. ſpoliat.*
Quid ſi replicet reus, ſe iuſſu magiſtratus res abſtuliſſe, et eas in pu- 49
blicum ciuitatis vſum conuerſas. Friuole. Rei turpis nullum eſt man-
datum, *l. 6. §. 3. l. 22. ſ. 6. mandat.* nec iuuandus, qui in ſpoliando il- 50
licitum mandatum ſuſcipit. *l. 18. de vi et vi arm.* Praeterea magiſtra- 51
tus facta honeſta eſſe debent, non ſceleribus inquinata, *l. 9. de offic.*
praeſid. ne inde iniuriarum oriatur occaſio, vnde iura oriri debent. 52
l. 6. C. vnde vi. qua ratione etiamſi vi municipum quis ſuis rebus
ſpoliatur, in municipes actio vtilis de vi et vi armata datur, *l. 4. de vi*
et vi arm. et in generali mandato numquam intelligitur flagitium in-
cluſum, *l. 60. §. 4. mandat.* nec licet magiſtratui ſubdito res ſuas au- 53
ferre ſine refuſione pretii. BESOLD. *tr. de iur. mai. cap. pulchre.*

In ſecundo ordine, ſi plures 1. extraordinariae concurrunt, 54
vel 2. cum ciuilibus poenalibus, alterutra agi poteſt, quae reliquas
conſumit. Quia enim ſunt eiusdem naturae, aequitas vetat, duplicem 55
poenam exigi. *l. 17. de R. I. §. 10. de iniur. l. fin. de furt.* CVIAC. *in*
Paul. 5. ſent. 3. §. 5.

Si plures rei perſecutoriae, e. gr. *rei vindic. cond. furt. ad ex-* 56
hib. concurrant, et quis in vno ſolidum eſt conſequutus, nequit alia
actione, ne idem bis petatur, quod bona fides non admittit. *l. 57.* 57
de R. I.

Si duae poenales, e. gr. furti in duplum, vel quadruplum, et 58
actio praetoria ex rapina in naufragio facta, haec regula obtinet, quod

numquam actiones poenales de eadem re concurrentes vna aliam con-
59 ſumat, *l. 60. de O. et A. §. fin. ſi quadrupl.* niſi plus ſit in vna, quam
alia, *l. 1. vi bon. rapt.* vel in facto plura ſunt delicta, *l. 53. de O. et A.*
ita, vt ſi vna ſit durior, altera lenior, duriore inſtituta, conſumatur
lenior: leniore inſtituta, non conſumatur durior, ſed iudicis officio
conſequatur actor, quod in ea plus eſt. *l. 31. § 1. de O. et A.* Quod ſi
61 vtraque eiusdem poteſtatis ſit, tum, altera inſtituta, altera perimitur,
aut ipſo iure, aut per exceptionem. *l. 34. eod.* Haec quaeſtio etiam
62 ventilatur *in l. 6. §. 4. naut. caup. ſtab.* vbi cum actione in factum in
duplum poenali ex quaſi delicto, dicitur concurrere actio furti, et
damni dati, ſi quis certi hominis factum arguere velit. Et additur,
ſed vna contentus eſſe debet, quamuis enim ex diuerſis cauſſis ſint,
63 tamen praetoria tantum ſubſidiaria eſt. Ergo ſi cum exercitore egit
vector, praeſtare ipſi debet actiones, quas habet contra furem et da-
mnum dantem, ad quod non teneretur, ſi in vtrumque experiri poſ-
ſet. Actio autem furti licet *in l. 4. eod. §. 14. de furt.* ſine ceſſione
competat exercitori ob intereſſe: id tamen verum eſt, quum ex
64 recepto conuenitur. At hoc caſu tenetur, ſi nihil recepit, quod
malorum hominum opera vſus, et ideo vector adquiſitam actionem
furti ipſi cedere tenetur, quae plenior eſt, quam ordinaria actio ex
locato, contra famulos liberos homines, et hactenus poteſt eius in-
tereſſe dici, rem non ſurripi, et quidem ex honeſta cauſſa, quum ex-
65 ercitori nihil turpe poſſit imputari. Rurſus ſi abſolutus, ſit exercitor
hac actione, deinde agatur cum nauta, exceptio dabitur, ne ſaepius
66 de vnius hominis admiſſo queratur. *d. §. 4.* Nec obſtat, quod ex-
ceptio iudicati ex diuerſa cauſſa non obſtet. Nam reſp. hic non eſſe
diuerſam cauſſam, ſed eamdem fictione, et adumbratiue. Quum non
vera, ſed praeſumta ſit culpa, vnde praetor hoc quaſi maleficium
confinxit, et hoc reſpectu etiam vnius admiſſum dicitur, quum ſi ve-
rum delictum eſſet, duorum, exercitoris et nautae, delictum eſſet, et
67 quidem de duplici facto. 2. Ait ACCVRS. *in gloſſ.* hic, non dari ex-
ceptionem propter rem iudicatam, ſed propter electionem, quaſi
ſub illa duae actiones competant, et electio faciat ceſſare alteram.
68 *arg. l. 4. §. fin. de nox. action.* Nec obſtant praeterea 1. *l. vnic. C.
quand. ciuil. action.* 2. *l. 17. §. pen. de adult.* 3. *l. 1. de vi bon. raptor.*
69 Nam in 1. eſt concurſus actionis criminalis et ciuilis. In 2. duplex eſt
delictum

Digitized by Google

delictum maris, et feminae, et inſuper abſolutoria ſententia, cui fa-
uent leges. In 3. licet ſit vnum factum, duo tamen ſunt delicta, fur- 70
tum et rapina; et ad haec vtraque via ordinaria, hic vna ſubſidiaria.
In contrarium, ſi de admiſſo vnius hominis actum furti ſit, deinde in 71
factum actione agatur, exceptio datur. *d. l. 6. §. 4. in fin.* Rationes
huius ACCVRS. affert tres: 1. quod, ſi abſoluto nauta exercitor adhuc
poſſit conueniri, haberet hic contra nautam regreſſum, cui ita ab-
ſolutio eſſet inutilis. 2. Abſolutus habetur pro ſoluente, qui nequit 72
iterum conueniri. 3. Quod dominus contra nautam agens, poſtea 73
poſſit exceptione cedendarum actionum repelli, quippe non habens
actionem quam cedat exercitori contra nautam, quippe abſolutum.
ANT. FABER. *in rationalibus ad l. 3. §. 4.* has rationes carpit: 1 Quod 74
dominus non poſſit cedere actionem contra nautam, ante abſolutum.
2. Quod qui ſoluit, liberetur ipſo iure, at non qui abſolutus ſit, quip-
pe quum indigeat exceptione. 3. Quod ineptum ſit, quum nemo
poſſit cedere actionem, quam non habet. Ad haec FABRI dubia rur- 75
ſum reſpondet BACHOV. *in 1. part. h. t. tit. de concurſ. action. pag. 1359.*
ad 1. quod actio, quae in vna perſona eſt inefficax, et repelli-
tur exceptione, valida ſit in perſona alterius, cui ea exceptio
non poſſit opponi. *arg. l. 21. §. fin. l. 22. pact.* Ad 2. quod quoad 76
effectum ſit vnum et idem, non habere actionem, et habere in-
efficacem. Ad 3. perinde eſſe, ſi quis nolit actionem cedere, quam ha-
bet: ſiue culpa ſua non habeat actionem, quam cedat. Nam domi-
nus qui agendo contra nautam victus eſt, praeſumitur iniuſtam cauſſam
habuiſſe, et proinde nullam actionem habere, quam cedat exerci-
tori. Nec obſtat, quod actio, quae in furem datur, ſit ſpecialis, ſed 77
quae in exercitorem, ſit generalis, vt proinde per hanc illa non vi-
deatur poſſe tolli. R. Nihil eſt, quia licet non ſit neceſſe, vnius homi-
nis factum argui, vtique tamen argui poteſt. Quod ſi fecit, et po- 78
ſtea contra exercitorem egerit, non poteſt exceptione repelli, quia
non de eiuſdem, ſed diuerſi hominis facto agitur. *Vid.* PECKIVM *h. l.*

Si rei perſequutoria et poenalis, e. gr. vindicatio, et actio 79
furti poenalis, concurrant, vna non conſumit aliam: Quia tendunt ad
diuerſos fines, illa rem, haec poenam perſequitur. Quomodo hoc 80
ſub diſtinctione in actione de recepto et furti in duplum praetoria ob-
tineat, *Vid. ſupr. c. 15. n. 366.*

Digitized by Google

81 Si mixtae concurrunt, et quidem rei perſequutoria et poenalis, vna non tollit alteram, nec mixta rei perſequutoriam, quum diuerſos fines habeant. OBRECH. *diſp. d. concurſ. act. th. 101. et ſeqq.* In
82 mixtis ſolum illud obtinet, quod in mere poenalibus. OBR. *d. l.* CVIAC. *8. obſ. 72.*
83 Quum igitur tot modis actiones poſſint concurrere, quaeritur quanam prius ſit agendum? Hic certae ſunt regulae a Dd. traditae,
84 nempe quod 1. illa quaeſtio quae alteri praeiudicium facit, ſit primo tractanda. *l. 54. d. iud. l. 14. l. 17. d. except.* 2. Maior prae minori *d.*
85 *l. 54.* Cenſetur autem maior criminalis, quam ciuilis *l. fin. C. d.*
86 *ordinand. iudic.* Et 3. cauſſa poſſeſſionis ſit praeferenda cauſſae pro-
87 prietatis. *l. 3. C. d. iudic. l. 13. C. d. R. V.* Hinc quaeritur, ſi quis vi de naui eiectus, an prius de vi, quam poſſeſſione, agendum ſit? VMM. *in proceſſ. diſput. 6. th. 14.* BACHOV. *in* TREVTL. *v. 1. diſp. th. 13.* diſtinguit: aut vtraque proponitur ab actore, et in eius eſt electione, vtram
88 prius velit exſequi, quia vna aliam non conſumit. Aut controuerſiae ciuili motae infertur quaeſtio criminalis ab aduerſario, et hoc vel per modum excipiendi, et vtraque cauſſa ſimul deciditur, *l. pen. C. d. ord. iudic.* aut per modum accuſandi, et tunc ciuilis interim ſilere de-
89 bet, (niſi praeiudicialis ſit, *l. 26. C. d. adult.*) criminali praelata, etiamſi criminalis ex diuerſa cauſſa deſcendat: et hoc propter grauitatem cauſſarum criminalium, Facit *l. 5. §. 1. ad l. Iul. d. vi publ. l. 37. d. iudic.* Nec obſtat *l. 1. C. d. adpell. l. 7. C. ad l. Iul. d. vi publ.* Specia-
90 lis enim eſt ratio, quod non niſi cognita prius quaeſtione ſuper poſſeſſione, conſtare poteſt, quis crimen violentiae commiſerit. Alii DD.
91 varie hic deſudant, vt ex CVIAC. *5. obſ. 15.* HOTOM. *illuſtr. quaeſt. 31. in fin.* ALB. GENTIL. *2. ep. 12.* patet. Simpliciter poteſt cum ACCVRS. *in*
92 *l. 37.* dici, *d. l. et l. 5.* non ad ordinem criminalis et ciuilis actionis, ſed iudicii poſſeſſorii et petitorii, referendas eſſe: et recte dicitur de vi cognoſci, vbi ex cauſſa interdicti vnde vi poſſeſſorium recuperan-
93 dae inſtitutum eſt, neque nouum, vt verbum poſſeſſionis ipſam rem petitam, et proprietatem deſignet. Et hoc modo explicanda verba (*et ita*) *l. 1. C. d. adpell.* vt non iudicium aliquod ſequens, ſed ipſum,
94 cuius in principio mentio facta erat, denotent. BACHOV. *d. l.* putat, poſſe *l. 37. l. 5. §. 1.* etiam intelligi de poſſeſſorio momentaneo, in quo etiam praedo vincit, ita, vt prius fieri debeat reſtitutio, et poſtea de violentia cognoſcatur. PAR-

Digitized by Google

PARTIS QVINTAE ET VLTIMAE.

CAPVT I.

DE EFFECTIBVS DOMINII MARITIMI.

SVMMARIA.

1. *Iariſdictio dominio neceſſario eſt addenda.*
2. *Territorium et de mari dicitur.*
3. *De maritimae iuriſdictionis actibus.*
4. *Ab aliis acceſſiones vocantur.*
5. 6. *De vniuerſali et particulari maris occupatione.*
7. *De Ammiralatu et praefectura maris.*
8. *Eius origo.*
9. *De inſignibus nauium ſeu flaggen.*
10. *Ammiralatus indicium Maieſtatis.*
11. *De diuerſorum Regnorum Ammiraliis remiſſio.*
12. *Salui conductus origo.*
13. *Quid Geleits - Herrlichkeit et geſamtes Geleit.*
14. *Von den See - Päſſen.*
15. *Princeps a finibus recte arcet ſuſpectos.*
16. *De piratorum perſequutione.*
17. *Von Außlager - Schiffen.*
18. *Vom Recht des Streiffens.*
19. *Punitio facinoroſorum.*
20. *De cognitione delictorum, in confinibus commiſſorum.*
21. *De velorum demiſſione.*
22. *De Repreſſaliis.*
23. *De Angariis.*

Dominio et poſſeſſioni iurisdictionem neceſſario addendam eſſe, et haec tria in realibus concurrere, ex aliis tradit GRYPHIAND. *de Inſ. c. 14. n. 2. ſeq.* Nam licet, teſte PAVLO *in l. 215. ff. d. V. S.* poteſtas, vt plurimum iuri adhaereat perſonarum, eam tamen et rebus *paſſiue* inhaerere, Dd. adfirmant; paſſiue autem rebus inhaerere iurisdictionem dixerunt, quod ab illis difficulter auelli poſſit, et cum territorio ad poſſidentem tranſeat. HIERONY. DE MONTE *tr. d. fin. reg. c. 77. num. 1.* GYLMAN. *l. 2. deciſ. Cam. 35. n. 36.* TIBER. DECIAN. *reſp. 123. n. 24. ſeq. vol. 3.* Et, vt melius huius paſſiuae inhaeſionis naturam exprimerent, varias comparationes inuenere Dd. Sic Decianus territorio eam ceu continenti contentum; RIMINALD. *Conſil. 64. n. 5. lib. 1.* materialiter BEROVS *qu. III. n. 2.* vel, vt animam in corpore, 1

totum

totum in toto, et in qualibet eius parte; BALDVS *in l. 2. §. 2. ff. d. offic. PRAES.* BOER. *deciſ. 227. n. 7.* ſicut nebulam ſuper palude, ſolis calore grauatam inhaerere adſeruerunt. Id volunt, non poſſe eſſe dominium, de ſuprematu autem loquor, vulgus ſuperioritatem dicit, cui non adſit iurisdictio, id eſt, plena poteſtas, et libera pro lubitu quidquid ſtatuendi, agendi, imponendi, a nemine coarctata, inhibita, et nullo modo reſtricta.

2 Hanc iurisdictionem et domino maris recte competere, nemine puto refragante, adſero; nec aliud ſuadet, quod ceu neceſſarium praeſuppoſitum, territorium nonnulli requirant, vt adeſſe plenaria iurisdictio debeat, quum hoc pro parte verum non ſit, et conceſſo, certum eſt territorium, non ſecundum vim vocis, de qua vide SALMAS. *in Aug. ſcript.* ſed latiſſimam denominationem, non tantum de terra, ſed et de aqua dici, HIERON. DE MONTE *Fin. reg. c. 11. n. vlt.* GYLMAN. *l. 2. dec. Cam. 33. n. 3.* ALBER. GENTILIS *l. 3. d. Iur. Bell. c. 17.* BOER. *deciſ. 152. n. n. 4.* eiusque adpellatione mare contineri. *Dd. in l. 9. ff. de Iud.* CACHERAN. *dec. 158. n. 2.* THOLOSAN. *l. 1. ſyntagm. c. 3. n. 5.*
3 Et huius maritimae iurisdictionis intuitu perficiuntur illi actus, qui occupatis rebus formam quaſi dant, vt exinde vel oneroſa adſeratur auctoritas, et decus principatus conſeruetur, vel lucratiua percipiatur vtilitas, non eo praetextu, vt aerarium adaugeri debeat, ſed vt tum pacis publicae, tum ſecuritatis nauigantium principalis habeatur cura, et illa eo ſplendidior, ſi liberiori arbitrio quiduis diſponatur, non obligans modo, quos natura ſubiecit et homagium, ſed et aliunde aduentantes, vt de hoc Grotius et Ioh. de Roy egregie diſſerunt. Varios autem et infinitos eſſe hos actus ſupremae Maieſtatis et illimitatae iurisdictionis, facile agnoſcit, qui veterum res geſtas reuoluit, et ad noſtrum ſeculum attentius attendit; quorum aliquem contexuit catalogum Auctor ſparſim in hoc opere, eorumque tractationem vltimae huic parti deſtinauit; Hos autem effectus directi dominii, nam et ſic adpellare poterimus, ICti *acceſſiones* vocarent, non quoad augmentum vel additamentum, quod vel perſonae vel rei accedit, vt *in l. 44. §. 4. ff. de O. et A. l. 50. ad SCtum* TREBELL. *§. 26. inſtit. de R. D. l. 7. §. 1. ff. de Peric. et Comm.* ſed quatenus relatiuum quoddam vt adiunctum ad ſuum principale, vnde ſua diſtinctione, adſerta a BACHOV. *diſp. 1. d. act. th. 14.* et

GRY-

Digitized by Google

GRYPHIAND. *d. Inſ. c. 26. n. 4 ſeq.* contra obtrectatores, conſtat valor, qua nempe dominium in directum, et vtile diſpeſcitur, de qua alibi. Et optime tradunt doctores, acceſſiones iſtas ſubſtantiam ſubiecti non ingredi, ſed vt adiuncta cohaerere, et licet res ſint, reſpectum tamen habere ad res alias; et varium ego addo, pro rerum perſonarum, loci et temporis diuerſitate, vt quamuis pleniſſima interdum ſit directi dominii probatio, vt late id SELDENVS *lib. 2. per t. t.* de mari clauſo probauit, earum tamen intermiſſio, quum rem ipſam non afficiant, ſed, vt adiuncta cohaereant, quae adeſſe et abeſſe poſſint, nullam non vſurpati dominii actionem pariat, multo minus praeſcriptionem probet, quam in ſuprematibus non currere, feliciter et neruoſe CASSANVS contra Chifletum probauit, et quod Chifl. in Vindic. Hiſpan. concedere coactus fuit: de quo ſuo loco. Horum autem effectuum iuriſdictionis ſeu directi dominii feriem in ſubſequentibus tradam, felicius rem peracturus, ſi ab ouo a me fuiſſet exorſa haec tractatio nobiliſſimi argumenti, in quo quae noſtra obſeruauerit diligentia, aliquando plenius explicabimus.

Maris dominium vniuerſale nemo hactenus obtinuit, vt panegyriſtae et poetae merito adulationis aleam ſubeant, qui imperatorem γῆς ἦτε τῆς θαλάσσης κύριον, vt de Alexandro Demoſthenes, ad 5 nauſeam vsque iactitant, quum verum id non ſit, niſi de nonnullis ab Imperatoribus occupatis partibus maris intelligere velis, ſicut Theocritus de Ptolomaeo tradit, eum πολλᾶς κρατέειν γαίας, πολλᾶς δὲ θαλάσσης: quin verius hodie dixerim, noſtrum imperatorem, quoad dominia maritima eſſe ἀποστάτατον, quum omnia mari viciniora loca imperatorem, vt forte ante factum, dominum non agnoſcant, neque ab eius nutu amplius pendere velint. Poſſe autem aliquam maris par- 6 tem occupari, iam in confeſſo eſt, et adſeruit Auctor *p. 1. cap. 5.* ex GROTIO, qui *l. 2. de I. B. et P. cap. 3. §. 13.* id ex iure claſſis maritimae probauit. Certum eſt ex TACITI *lib. 1. et 2. annal.* Romanos mare claſſibus in ſua poteſtate tenuiſſe, quae claſſes ad varios vſus in promtu ſemper fuerunt. Ni enim id fiat, *non poſſunt ſub pedibus Caeſaris eſſe, qui maria tenent, ait* de Sexto Pompeio PLIN. *l. 9. hiſtor. nat. cap. 16.* multo minus iuriſdictio exerceri, et quaſi poſſeſſio maris retineri poteſt; Et haec detentio maris per claſſes, quaſi pro poſſeſſione habetur, quia is dicitur poſſidere mare, qui habet iuriſ-

 dictio-

dictionem in mari, COEPOLLA *l. 2. de ſeru. laeſt. cap. 26. num. 9.* quae defendi melius non poteſt, quam nauali exercitu, ceu modo dominii adquirendi maritimi.

7 Vnde fortiſſime petitur argumentum, a perpetuo admiralatu, ſeu praefectura maris ductum, contra τὺς ἀμφισβητῦντας τῆς θαλάσσης ἀδίκως, vt Strabo loquitur *l. 4. Geogr.* de Maſſilienſibus. Non enim aequo animo feret princeps, armatam claſſem fines ſui maris tranſire, aut vt ibi diutius iuſto haereat, aut vt inſalutato domino pertranſeat, quin irati et meditantis bella vicini ſignum potius habendum, qui inſtructa claſſe mare vſucaptum infeſtat. Inter caeteros probandi modos palmarius credo erit, quando haec maritima claſſis, nemine turbante, in mari libere euagari, fines aliorum ingredi, edicta maritima proponere, aliaque praecipere poterit, quae perfectae iurisdictionis ſigna merito cenſeri debent. De hoc autem ammiralatu maris quaedam altius repetam.

8 Maris anguſtias, vel etiam ipſos angiportus, a regibus et adhabitantibus populis, perſpecta vtilitate et neceſſitate, fuiſſe occupatos, et potuiſſe occupari, a nemine puto negari, quod tamen de vaſtiſſimo et immenſo oceano dubius adſtruxerim. Huius occupati maris ſupremam ſemper ſibi principes adiudicabant cuſtodiam, quae, et exinde ſequens dominii maritimi adiudicatio, et iuſtus ex immemoriali praeſcriptione titulus, ex crebris bellis, quae feroces gentes nondum humanitate hodierna cicuratae, et in ordinem harmonicum redactae, inopinato et agminatim irrumpendo, vaſtando, et penitus euertendo, vicinis inferebant, ortum traxit, vt viri clariſſimi iudicant. Vnde non ſaltem cura erat magnatum, hoſtiles impetus terra inhibere, ſed in id operam ſtrenuam collocabant, vt a talibus inquietis vicinis mare purgarent, et quibus per terras via commeandi denegata erat, hos a maris liminibus arcerent. Vnde ſemper inſigni claſſe cuſtodiam maris ſibi attribuerunt, quam cuſtodiam nonnulli per ADMIRALATVM, aut praefecturam maris, explicant, quae nil aliud quam ius tuitionis et defenſionis maris eſt, quae adeo iuribus regiis adheret, vt Angli conqueſti fuerint apud SELDEN. *l. 2. de mari clauſ. cap. 27.*
9 quod Rex Franciae proprio auſu *admiralatus officio et titulo vteretur*, quem tamen iuſtiſſima tantum de cauſſa Anglus ſibi vindicaret. Idem teſtatur, ſe manuſcriptum vidiſſe diploma, quo inter Eduardum I. et

et Guidonem, Flandriae Comitem, conuentum de ſignis, nauibus per
mare adhibendis, quibus facilius, vnde eſſent, dignoſcerentur. De
quibus vide fuſe differentes HOEPING. *de iure inſign. cap. 10. num.
116. ſeq.* VOSS. *l. 2. de vit. lat. ſerm. cap. 2. p. m. 173.* GRETSER. *in*
CODIN. *cap. 2.* WILHELM. WATSIVS *in gloſſar. ad hiſtor. Paris.* SPEEL-
MAN. *in voce Admiralius*, MEVRSIVS *in gloſſ. Graeco Barb. voce ἀμη-
ράλιος.* SELDENVS *l. 2. de mari clauſo c. 11. et 14.* Illa autem maris cuſtodia 10
inſignis eſt maieſtatis indicina nulli ſubditae, nec niſi DEVM et enſem
recognoſcentis; Vnde toruo vultu pompoſum et turgidum Friedlandii
titulum duo heroes et libertatis Balthici maris adſertores adſpexerunt,
quo ſe adpellabat *einen Herrn des Oceaniſchen vnd Baltiſchen Meers.*
Et haec ab inſultibus hoſtium maris defenſio; vt antea dictum, *cuſto-
dia maris* apud nonnullos vocatur, vt cuſtos ſit maris, qui non tan-
tum transfretantibus liberum tutiſſimumque commeatum praeſtet, ſed
et ſibi maris iurisdictionem attribuat, vectigalia imponat, et quosuis
ad littora non admittat, ſeu, vt ſummatim complectar, qui occupa-
ti maris abſolutus ſit dominus, vti et nonnullorum titulus id poſtu-
lat, quo vocantur *Herren vnd Beſchirmer des Meers.* De Admiraliis
regnorum Angliae vide SELDEN. *l. 2. de mari clauſo cap. 16. ſeqq.* 11
FRANCIAE *c. 18.* POPELLINER *en l'amiral de France* CHOPPIN. *l. 1. de do-
min. Franc. tit. 15. §. 11. et 13.* Hiſpaniae et Belgii LA PETIT, METEREN
ET REID. *in comm. belg. rer.* nec non poteſt eſſe nota abſoluta Gotho-
rum regum in adiacentia et alluentia maria poteſtas; de quo alias fu-
ſius, ne hic extra oleas vagemur.

Hinc ſalui conductus origo. Pro ſecuritate nauibus prae- 12
ſtanda hunc conductum interpretor. Eſt enim pars *der Oberherr-
lichkeit, die See, die ſich einer anmaſſet, mit Iagd- vnd Conuoy-Schiffen
von Schelmen vnd Räubern rein zu halten.* Et ſi tenor iuris obſerua-
ri deberet, iam a multis traditam theoreticam hic inculcarem, quod
dominus territorii, ſeu *der das Glaiten oder die Glaitliche Obrigkeit
hat*, teneatur refundere damnum, a latronibus datum. In primis au-
tem de eo conductu, quem ſimpliciter *das Glait* adpellamus, notan-
dum, quod ius illud *die Gelaits- Herrlichkeit* regulariter ſuperioritati
ſeu territorio cohaereat, quandoque etiam, et in alieno territorio, vi
ſecuritatis iurisdictionalis competat; Hinc ſi ius illud commune ſit,
geſamtes Gelait, illi, cuius eſt territorium, competit iure ordinario,

alteri vero ex cauſſa ſingulari. vide KNICHEN *de iure ſuperior cap. 4. num. 293. ſeqq.* GYLMAN. *Symphor. tom. 1. part. 3. not. 23. num. 77.*
14 Hic autem ſaluus conductus explicari etiam poterit *von dem See-Paß*, qui communicatur transfretantibus, ne a quouis diripantur, ſed hodie illi, qui poſtliminio quaſi redeunt, gementes indicant, quam temere habiti a regibus etiam conceſſi hi conductus ab illis, quibus pro pietate ſcelus eſt, pro humanitate ſaeuitia. Hae publicae fidei litterae ideo impetrantur, vt venia per mare transeundi concedatur,
15 SELDEN. *l. 2. de mari clauſ. cap. 20.* Poteſt enim princeps a finibus arcere illos, quibuscum aut bella gerit ipſe, aut gerunt foederati, ne vel diuerticula quaerant hoſtes, et opportunitatem quandam nanciſcantur, fortius bellum et commodius gerendi, in primis ſi ceu piratae alienigenas intercipiant, et ex his praedam agant, qui haud innexi bellis gentium iure liberrimo vtuntur, et haec piratarum perſecutio ſolius eſt ſupremae iurisdictionis, quam nullus tentabit, niſi a Principe expreſſam impetrauerit conceſſionem, nemini tamen ſe ſuaque optime ac ſtrenue defendendi facultatem adimimus.

16 Quum autem ſine punitione facinoroſorum hic ſaluus conductus conſiſtere non poſſit: conſequens eſt, quod iuri *des Glaitens* inſit non tantum *ſecuritas et defenſio viarum publicarum, tam terra marique, ſed et poteſtas animaduertendi in facinoroſos de qua §. ſeqq.* Vt Princeps virtute protectionis, iure ordinario ſibi competentis, ſubditos territorii ſui tueatur, quapropter non ſolum inſtructus eſt ſatellitibus et adparitoribus, ſed etiam imperio, vt mandare aliis poſſit, quo tali ſubueniant, et auxilium praeſtent, vt praeclare docuit
17 OBRECHT. *tract. de defenſ. cap. 7. num. 40.* Adde GAIL. *cap. 8. de Arreſt. num. 12.* Vt et in mari et fluminibus habere naues exploratorias, excurſorias, *Ausläger-Schiff*, ſecuritatem maris et fluminum explorantes tutantesque, mare et flumina a malis hominibus purgantes. *Vide R. A. de Anno 1548. §. ferner et de Anno 1559. §. 1559. §. Wofern aber. l. 3. et 13. ff. ae offic. praeſ.* MYNSINGER. *5. O. 70.* GAIL. *2. obſeru. 64. num. 2.* DENAYS. *tit. 213. §. 3.* Exinde praedictae
18 protectioni ordinariae cohaeret ius indagandi, conquirendi, perſequendi homines prouinciae, et maris quietem turbantes, vulgo *das Recht des Straiffens. Vide.* FICHARD. *vol. 2. conſ. 163. num. 8. in fin.* FAVST. AB ASCHAFFENBVRG *in conſ. pro aerar. cl. 4. ord. 413.* inprimis

mis votum reuiſionis, in cauſſa *N. cont. B.* quod habetur apud GYLMAN. *Tom. 1. Symphor. p. 3. vol. 23. et* TILMAN. DE BENIGN. *Syntagn. 2. decad. 4. vol. 3. n. 56. §. ad hunc quoque punctum des Gelaits. et n. 77. et 78.* Auctor *part. 2. c. 4. n. 156. ſequ.* Quod autem hoc ius inter regalia referatur, confirmat BESOLDVS *in Theſ. pr. verb. Glaid. §. ergo pag. 351.*

19 Sequitur poteſtas animaduertendi in facinoroſos; quam connexam eſſe vult ſaluo conductui GYLMAN. *tom. 1. Symphor. p. 3. vol. 23. n. 77.* et ex illa elicit iurisdictionem cognoſcendi ſuper cauſſis ſiue ciuilibus, ſiue criminalibus, ſi in littore, inter vel inibi habitantes, aut aliter illuc accedentes oriantur, vel etiam in mari littori proximo, ſi ſimul cum littore ad certa ſpatia occupatum ſit. Et haec iurisdictio in ſuffocatos extenditur. Nam cadauer in littore repertum extractum et ad adportatum ab alio, iurisdictionem tollendi non habente, aut ad locum iterum deuehitur, immo e terra ſepultum eruitur, iuncta graui temeratae iurisdictionis poena, additaque proteſtatione, ne hoc actu deinceps quaeſito iuri praeiudicetur. In cuius rei interruptam obſeruantiam vſitatum hactenus, *daß der vertrunckene nur halb wird aus dem Waſſer gezogen*, vt domino territorii ſaluum ius maneat, cognoſcendi de cadauere, quid cum eo fieri velit; exemplum ſuper cadauere litigii ante paucos annos inter ſenatum Lubecenſem et Canonicos fuit, et apud alios explicatius haec traduntur.

20 Haec autem cognitio caedis in flumine publico vigore *der Lands-Obrigkeit* ſoli principi conuenit, cuius nomine etiam publice de caede inſtituitur cognitio a locum tenente; occiſo enim aliquo in via publica, cognitio ſpectat ad habentem regalia, etiamſi alius iuxta et prope viam generalem *die Cent- oder Fräißliche Obrigkeit* exerceat. ZASIVS *de F. p. 5. n. 11. et 12.* KNICHEN *de iure territor. c. 4. n. 281. et de priuil. Sax. verbo Ducum Saxon. c. 5. n. 135. ſequ.* et recte propterea Auctor *p. 2. c. 5. n. 122.* hunc iurisdictionis actum inter reſeruata principis recenſuit. Nam ſicut princeps aquaeductum ex flumine publico nauigabili non in tantum conceſſiſſe praeſumitur, vt iter intutum reddatur; ita nec iurisdictionem per viam vel flumen publicum, in quo ei regale aliquod vel vectigalium aut pedagii ius competit, ex eorum aut aliorum regalium conſequentia competentem, per translationem iurisdictionis alicuius Caſtri generalem, in dubio ſimul conferre putatur. Quod tamen de ciuitatibus imperialibus, et nobilibus liberis

Digitized by Google

liberis non procedere, bene notat BESOLD. *c. 2. d. iur. rer.* §. *4.* Plura vide apud Leopold. *de Concurr. iurisd. qu. 11. apud* ARVM. *vol. 1. d. ſ. p. m. 99.* CAEPOLLAM *de ſeruit. R. P. c. 31. n. 4. ſeq.* ZANGERVM *p. 2. de except. cap. 1. n. 242. ſeq.* In dubio autem ille, qui ius maris habet, iudicat de crimine in mari facto, non is, qui ius littorale habet, quae diuerſa eſſe poſſe, auctor docuit. Et ſi emenda praeſtari debet, non ea vaſallo, ſed ſuperioris ſiſco adplicatur, vt in terminis TE[illegible] *dec. 250.* adeo, vt vix multa vaſallo debeatur, vt idem TESSAVR. *dec. 266. et 270.* teſtatur, vbi fuſe hanc rem tractat.

21 Non incongrue autem hic praeceptum de velis deprimendis, ceu certum regalis celſitudinis et illimitatae ac liberrimae poteſtatis indicium, ſubnectitur. Etiamſi autem depreſſione ſeu demiſſione velorum alterius transfretantis reuereantur Maieſtatem, id tamen non fit in ſignum ſubiectionis, ſed in gratitudinis et reuerentiae indicium, quod iter ſub principis auſpicio conſummare licuerit; et eſt quaedam quaſi ſalutatio. Nam, vt recte ait QVINTILIANVS *l. 11. Inſtit. cap. 3. pag. m. 509. Salutatio frequenter ſine voce intelligitur, et adſicit, et ex ingreſſu vultuque perſpicitur habitus animorum:* Quanquam ALEXANDER AB ALEXAND. *l. 4. Gen. dier. cap. 2. vſ. Et in nauali pugna. p. m. 170.* quem refert et ſequitur HOEPING. *de Iure Inſign. c. 17. n. 516.* adſerit, *depoſitione ſignorum aut velorum ad alterius praeſcriptum, imperata ſacere et mandatis obſequi ſignificare;* quum et olim de naualibus praeliis trophaea erigi conſueuiſſe, adſirment hiſtorici. DIODOR. SICVL. *l. 13. Bibliotb. cap. 10. p. m. 104.* Duplici autem reſpectu hanc velorum fieri depoſitionem, probat experientia, aut enim ſalutandi animo tantum ſuperior pars mali deiicitur, ſeu vt noſtri loquuntur: *Es wird im Mittel-Maſt die oberſte Flagge, wann man recbt gegen ein Königliches Caſtel kommet, ein wenig berunter gelaßen, aber alſobald wieder aufgezogen;* et hunc morem etiam regiae naues Cronenburgum praeteruehentes, obſeruant, quod tantum abeſt, vt Maieſtatem, vel quidquam imminuat, vt non ſubiectionis ſed amicitiae ſignum ſit reputandum. Aut ad maiorem reuerentiam conteſtandam, *wird das T[illegible] Seegel halb bernieder gelaßen, vnd nicbt eber, biß man einen C[illegible] weit in die See iſt, wieder aufgezogen, daſern die Schiſſer nicht [illegible]* pro contumacia *einen jeden Schuß, der nach ihnen geſchiehet, mit einem Roſenobel löſen; Vnd ſolches Seegel ſtreichen* inter alias cauſſas Anglis occaſio-

occaſionem praebuit, Hollandis foederati Belgii bellum inferendi, *daſs nemlich der Holländer Ammiral nicht hat zuerſt die Seegel ſtreichen wollen;* et ſane non video cauſſam, cur Hollandi ſe Anglis ſubmittere debeant, qui maieſtatem Regis abdicantes, iam liberi ſub peſſima Reip. forma, democratica ſcilicet, ſalutari ab omnibus contendunt. Antea Hollandi comiter Maieſtatem Regis venerantes, vela deprimere minime renuebant, quod iam facere detrectant, quum aeque reſpublica libera cenſenda ſit, ac altera, quae tamen improbiſſimis modis absque vlla praegnanti et vera cauſſa, Regem ſuum horrendo exemplo, capite truncauit, cum aeterno gentis dedecore, ac inſigni ac indelebili parricidii nota. Illa autem velorum depoſitio fit, *wenn man entweder vor Königlichen Paſteyen vnd Block-Häuſern, oder vor ihre Orlogs-Schiffe, vorüber fähret,* teſte MYLER. *in addit. ad comment.* RVMELIN, *in A. B. p. 3. diſſ. 3. th. 24.* HERINGIO *de Molendin. qu. 9. n. 64.*

Pignorationes, arreſtationes, ſeu repreſſaliae quum habeant ſpe- 22
ciem belli, etiam non niſi a Maieſtate ſuſcipiuntur, concedunturue, de quorum iure fuſiſſime agunt *Fauſt ab Aſchaffenburg Conſ. pro aer. cl. 4. ord. 379.* HEIG. *p. 1 qu. 11.* WESENB. *conſ. 46.* COTHMAN. *conſ. 52. fere p. 11. vol. 2.* AIALA *l. 1. d. bello cap. 4.* RITTERSHVS. *ad Nou. p. 3. c. 7.* BVSIVS *1. ſubtil. c. 17.* CAMMAN. *de Iur. Maieſt. diſp. 5. th. 68.* ARVM. *diſc. 8. Tom. 2. et* CVBACH. *apud eumd. vol. 4. diſc. 25. ſeqq.* Galli vocant *le droict de Marque*, quia fere in limitibus vſurpatur, vide omnino PAPON. *libr. de Arreſt. tom. 3.* LEHMAN. *l. 5. Chron. Spir. c. 84. et c. 98.* Nos, miſſis illis, alia dicemus: et quidem certum eſt, mero naturae facto neminem teneri, niſi qui bonorum ſucceſſor eſt. Imp. Zeno aequitati naturali contrarium dicit, vt pro alienis debitis alii moleſtentur: *Nec quod vniuerſitas debet, ſinguli debent,* ait VLPIAN. *in L. 7. §. 1. ff. quod cuique vniu. nom.* nimirum, ſi vniuerſitas bona habeat, alioquin enim tenentur non ſinguli, ſed qua pars ſunt vniuerſorum, quod et expreſſis innuit verbis SENECA *l. de Beneſ. c. 20.* Haec etſi vera ſunt, ait Magnus ille Vir *l. 3. d. I. B. et Pac. c. 2. §. 2.* tamen iure gentium voluntario induci potuit, et inductum adparet, vt pro eo, quod debet praeſtare ciuilis aliqua ſocietas, aut eius caput, ſiue per ſe primo, ſiue quod alieno debito ius non reddendo ſe quoque obſtrinxerit, pro ea teneantur et obligata ſint bona omnino corporalia et incorporalia eorum, qui tali ſocietati aut capiti ſubſunt. Ex-

preſſit

Digitized by Google

preſſit autem haec quaedam neceſſitas, quod alioqui magna daretur iniuriis faciendis licentia, quum bona imperantium ſaepe non tam facile poſſint in manus venire, quam priuatorum, qui plures ſunt. Et ſpes erat, facilius membra eiusdem ſocietatis a ſe mutuo ius conſequi poſſe, et indemnitati ſuae conſulere, quam exteros, quorum multis in locis exigua habetur ratio. Deinde commodum ex hac obligatione commune erat omnibus populis, ita, vt qui nunc eo grauaretur, alio tempore indidem ſubleuari poſſet. Et huius exſequutionis violentae quum variae ſint ſpecies. nos de ea agimus, quam Imp. ἐνχειρϊασμὸν ſiue pignorationem inter populos diuerſos *Nou. 52. et 134.* vocat, et illas vetuit, addita cauſſa, quod rationem non habeat, alium quidem eſſe debitorem, ab alio vero debitum, exigi, vbi et huiusmodi exactiones odioſae vocantur. Idem Grotius hoc Ius Saxonice Withernamium interpretatur, forte eſt *Wiedernehmung*, *Abnahm.* Vnde hanc vocem Latio donauit. Exemplum habemus in LIV. *lib. 2.* HALICARNAS. *lib. 7.* et in GREGORIO *lib. 9.* vbi de Venetis Genuenſium naues capientibus.

23 Ex Graeco ἀγγαρεία deſcendit vox Angaria, feudiſtis notiſſima, qui ſolent pro lubitu ὀνοματοποιεῖσθαι, SIXTINVS *l. 2. de Regal. c. 13. n. 6.* et VOSSIVS *l. 3. d. vit. lat. ſerm. p. 420.* quem tamen et vide *l. 1. c. 5. pag. 24.* hinc angariandi voce vſus eſt IVO CARNOTENS. *Ep. 55. et 126.* et ante eum inter caeteros Paulus Diaconus, ſeu verius LANDVLPHVS SAGAX. *l. 3. de geſt. Longobard. c. 16.* Gloſſae Philoxeni angaria περίεργασία ἀκουσία. Vide erudite notata Salmaſii in notis ad Capitolin. Angariae autem dici poſſunt minus, quod ob negotium aliquod, cui celeriter, neceſſitate ita vrgente, vehendis oneribus, prouidendum eſt, publice imponitur. Eſt autem hoc ius Angariarum inter alia etiam iura, quae imperator Iuſtinianus ait, vſu exigente et humanis neceſſitatibus vrgentibus, conſtituta. Et in duplici, quae angariantur naues, ſunt differentia, aut enim ſubditorum ſunt, aut exterorum. De ſubditis nullum dubium, quin teneantur ad praeſtationes nauium, neceſſitate ita exigente, quum generaliter nemo, vel ob aetatem, vel ob militiam, vel ob priuilegium aliquod, ab iis excuſari dicatur *l. vlt. §. patrimoniorum ff. de mun. et honor. l. ab his in pr. l. ſunt munera. ff. de vacat. et excuſat. muner. l. neque tempore C. de munerib. patrimon.* et hoc ipſum de angariis in ſpecie conſtitutum,

tum. *l. neminem C. de SS. eccleſ. l. 2. C. a quib. muner. et praeſtat. l. nullus. C. de curſ. publ. angar. et parangar.* Sed hoc quaeritur, an tempore neceſſitatis poſſit princeps naues in portu repertas cogere, vt ſibi ſeruitia praeſtent? Fieri id poſſe, intrepide adfirmo, et quotidiana id confirmat praxis, cum hac tamen lege, vt ſui laboris et offi...ii digna capiant praemia emolumentaque. SELDEN. *l. 2. de mari clauſo c. 20. p. m. 288. Id ſemper tamen, ait, intelligas oportet, ita ad iuſtitiae normam factum, vt pro rationo tum doliorum, quibus aeſtimabantur, tum pro nautarum numero, ita conductorum, congrua merces eſſet praeſtanda.*

CAPVT II.

DE IVRE STAPVLARVM, GERANII, ANCHORAGII, PORTVS.

1. *Ius Stapulae non vbique obſeruatur.*
2. *Vocis origo a Germanis.*
3. *Vocis Synonymia.*
4. *Differt a iure Emporii.*
5. *Quae ciuitates hoc iure gaudeant.*
6. *Stapularum triplex conſideratio.*
7. *De primo genere.*
8. *De ſecundo genere.*
9. *De tertio genere.*
10. *Diſtinctio inter Staffel-Güter et Meſs-Güter.*
11. *Ius Geranii, quid?*
12. *Vocis origo.*
13. *Poena defraudati vectigalis.*
14. *Ius Anchoragii, quid?*
15. *Vocis Synonymia.*
16. *Ad littoralem iurisdictionem refertur.*
17. *De iure portus.*
18. *Fortalitia exſtruere poterit princeps ad defenſionem.*
19. *Portus nomine, quid veniat?*
20. *Portus ſunt inter regalia maiora.*

Non vbique locorum hoc ius obſeruari, ratione iurisdictionis maritimae facillime concedo, nec tamen id nego, multis intuitu ſummae illius iurisdictionis eſſe conceſſum, vt gaudeant ſplendidiſſimo hoc ſtapularum iure. Adnexum ſiquidem eſt dominio maritimo, nec 1

nec quiuis alius, quam qui illud obtinet, eo vti poterit, ne plura per vim illicitam agere praeſumatur. Cuius enim, quis plenum obtinet dominium, eo libenter ad vtilitatem, vel maxime vti percupit, nec poteſt negari, poſſe prohiberi et arceri a flumine illos, quos
2 transire, aut cum tali conditione transire, non velis. Quin verbum hoc originem agnoſcat Germanicam nullus dubito, in qua *Stappeln;* adgregare, coaceruare, et in vnum congerere aliquid, ſignificat, ex qua apud auctores mediae aetatis vox Staplus formata; ea enim vſi fuerunt *in LL.* RIPVAR. *tit. 33. l. 1. et tit. 67. l. 5. et tit. 75.* quando locum iudicii vocarunt Staplum, ceu conuentum, et congregationem multorum iudicum. GLOSSAR. CLEMANGII exponit tegumentum, vel tapetium, ſed perperam id iudicat Voſſius. Quod ad rerum conceruatarum ſpeciem, quae in pyramidem vel conum adſurgunt, hic ſi capitis ornatus ſit, ſtaplus vocatur. LEONINVS *conſ.*
3 *61. num. 2.* adpulſum et exonerationem vocat mercium. BERTIVS *in tab. Geogr. pag. 213.* et GVICIARDIN. *in deſcript. belg. fol. 181.* quem et recte adduxit LIMNAEVS *l. 2. de I. P. cap. 9. num. 132.* KLOCK. *de contrib. cap. 1. num. 272.* et qui hunc fideliter, ſuppreſſo nomine, exſcripſit *Fauſt* ab *Aſchaffenburg in conſ. pro aerar. claſſ. 17. ord. 1340.* a ſtabulo deriuant, quod nempe bona ibi ſtabulentur, et adſeruentur. Qui poliriori vti Germanico idiomate volunt, ex genuina voce finxerunt *Staffel*, inepte ſane, vnde *Staffel-Gerechtigkeit*, *Staffel-Güter*,
4 *Staffel-Freyheit*, *Staffelbahr*. Differt hoc ius ſtapulae a iure emporii, ſeu mercatus, vide KLOCK. *de contrib. cap. 3. num. 76.* 2. a nundinis, KLOCK. *cap. 1. num. 272.* 3. a iure Geranii. *id. ibid.* Vocatur etiam a multis illud ius emporii, de quo fuſius MARTIN. A MEDEN, *in ſcript. refutat. contra Hamburg. pag. 99. eine freye Niederlag.* Liber adpulſus nauium, et quae ſynonyma apud auctores alia occurrunt. Praeter omnes autem hoc ius Tautius inepte definit aggeſtionem et comportationem mercium omnium, quae ſunt eius naturae, vt ſeruando ſeruari poſſint. Melius alii genus definitionis ponunt eſſe priuilegium, KLOCK. *de contribut. cap. 3. num. 87.* LEONINVS *conſil. 67. num. 2.* adnumerat iis iuribus, quae bannalia interpretes vocant, quorum vis ex obſeruatione dependet. THOM. MICHAEL. *de iurisdict. th. 12. lit. A.* STVCK. *diſp. acad. 9. th. 154.* NATTA *conſ. 502. num. 4.* GAIL. *2. obſeru. 69. num. 4.* RAVDENS. *reſp. 23. num. 7.* Ad regalia maiora ſtapulas

ſtapulas reuocant; ferrem aequius, ſi inter minora, et inferioribus com-
municabilia recenſerent. Multae autem, eaeque nobiliſſimae vrbes
hoc iure ſtapulae gaudent, praecipuas enarrabo; Inter has eminent 5
Anſae ciuitates. CRANTZ. *l. 10. Vandal. 27.* Brück in Flandria, CRANTZ.
l. 9. Vandal. cap. 37. Paſſauum, MYNSING. *conſil. 19. per t. tit.* Oſophi
commeantium e Germania mercium, perpetuam ſtationem cum vectigali
gali immunitateque incolarum ob virtutem et fidem a Venetis obti-
nuerunt. IOV. *lib. 2. hiſtor.* Spira contendit, *daß ſie als die dritte,
vnd oberſte Staffel am Rhein ſey von Röm. Kayſerl. Maieſtät vnd Köni-
gen priuilegiret, &c.* GYLMAN. *in Symphor. tom. 2. pag. 3. tit. 18. Suppl.
16. pag. 338.* Succedunt *Colonia Agrippina, Moguntia, Ingolſtadium,
Ratisbona, Hamburgum, Magdeburgum, Brema,* aliae. *Treueris* ad Mo-
ſellam. *Hamburgiſcher Bericht von dem Cammergerichtlichen Vrtheil de
Anno 1619. num. 6. petit. artic. 33. Vratislauia* Anno 1511. a rege Polo-
niae Vladislao impetrauit. SCHICKFVS *lib. 1. der Schleſiſchen Chronick
cap. 38.* Non poſſum autem, quin fatear, hoc ius ſtapulae non apud 6
omnes ſimile et vniforme eſſe; nam in nonnullis ciuitatibus iubet
priuilegium, vt nullae merces exoticae praeteruehantur, ſed certo
temporis ſpatio in illo priuilegiis munito loco venum exponantur. In
nonnullis non eſt neceſſitas vendendi adpoſita, ſed ſi naues exone-
ratae et vectigal ſolutum, cuiuis liber patet abitus. In nonnullis con-
ceditur exteris liberrima facultas congerendi merces, et ad commo-
diorem venditionem conſeruandi. Vnde triplex hoc ius quis haud
abſurde dixerit, quod et reuera inter ſe differt, et diuerſos ſortitur
effectus. Vt primum ſit ius ſtapulae, quod habet adnexam venden- 7
di neceſſitatem, de quo agit GVICCIARD. *in deſcript. Belg. pag. 181.* et
BRONCHORST. *in praefat. tit. de R. I.* qui id teſtantur de Dordrechto.
Illud autem ius obtinetur 1. priuilegio, praedicti de priuilegio Dor-
drechtano teſtantur. 2. conuentione, vide ENENCKEL. *lib. 3. de pri-
uileg. cap. 8. per tt.* 3. iuſſu, ENENCKEL. *d. tract. pag. 272.* 4. ſta-
tuto, vt Lubecae ita mos obtinet, vide STAT. *lib. 3. tit. 6. art. 7.*
Rittingae, de quo teſtatur WEHNER. *in obſeru. pr. verb. Staffel, cir-
ca fin.* 5. immemoriali praeſcriptione per vulgata. In hoc iure
conſideramus, tum perſonas, tum bona. Perſonae, cuius conditio-
nis, familiae et regionis ſint. Bona, an talia ſint, quae admitti poſ-
ſint, vel non. Nouimus ex CAESARE *lib. 1. de bell. Gall.* Belgas olim

Digitized by Google

vinum et alias merces non recepiſſe; ſic et de Arabibus Nabathaeis teſtatur STRABO *l. 17.* ἐισαγώγιμα δ' ἐςὶ τὰ δ' ȣ̓ παντελῶς, importate merces quasdam licet, quasdam non item, vid. CRANZ. *l. 11. Saxon.* Circa bona vlterius conſideranda eius pretium ſeu taxa, et aeſtimatio; tum, an inuite vendi poſſint. vide interim GROT. *l. 2. de iure Bell. et Pac. cap. 2. §. 19. ſeqq.* COVARR. *l. de var. reſolut. cap. 14. per*
8 *tt.* aliosque plures. Secundum genus erit, quod tantum iubet exonerare merces, et ſoluere vectigal. Hoc iam de regalibus eſſe, ob adnexam de ſoluendis vectigalibus conditionem, facillime concedi poteſt. Id adquiritur, vel priuilegio, vel immemoriali praeſcriptione, et de hoc loquitur LEON. *conſ. 67. num. 2. ſeqq.* quum ait: *Ius ſtapulae neceſſitatem vendendi non comprehendere, ſed tantum adpulſum, et exonerationem mercium.* Et eleganter LEHMAN. *l. 4. Chronic. Spir. cap. 22.* de ſtapulis ad Rhenum ait: *Daſs ſie haben die Gerechtigkeit, erſtlich, welche Schiffe den Rhein-Strohm auf-vnd abfahren, vnd mit ſtaffelbaren Gütern beladen ſeyn, daſs ſie daſelbſt aufkehren, dieſelbe ausladen, ins Kauf-Hauſs führen, niederlegen, vnd dauon die Schuldigkeit zahlen müſſen, welche nach entrichteten gebührlichen Accis überſich ugen, das iſt in andere Schiffe, oder auf die Axt geladen, vnd in die Ober-Rheiniſche Lande verführet werden, wie dann die Stadt Speyer, vnd deren Schiff-Leute, von Alters die Schifffahrt auf Straſsburg gehabt, vnd dauon vermöge Kayſer Friedrichs Priuilegii de dato 1181. nicht mehr dann 13. Heller haben dürffen geben; Die andere Eigenſchafft oder Gerechtigkeit der Staffel iſt vor Alters geweſen, vnd noch, nemlich Kauff-Hauſs, Krane, Schiffer vnd Karcher, deſsgleichen Kauff-Hauſs-Oberren, Krane Meiſter vnd Kauff Hauſs-Knecht. Die dritte, daſs die Kauff-Hauſs verordnete über die angeladene vnd niedergelegte Staffel-Wahren, ob ſie von Würden oder nicht erkennen, aber nicht richten, vnd die, ſo vnfertig, verworffen, vnd den Fahrten zu Schiff vnd der Axt Ordnung ausſagen.* Certum eſt, ingentem mercium vim ex Italia ope equorum iumentariorum in Germaniam adportari, nec noſtra Italis adeo ſordent, vt plane a nitidiſſimis ſuis oris ea excluſa velint. Hinc ratio aurigationis, ſeu mercium vectionis dictat neceſſitatem eligendi certa loca, in quae deferuntur merces, vt commoda occaſione oblata, in loca deſtinata deuehi poſſint: Vnde ſaepe tantus confluxus hominum et mercium immenſa moles, vt eas aedificiis

hoc

hoc ſine exſtructis includi, praeſens ſuadeat ratio. Exempla ſint Brixa, Baſilea, Lindauium, et infinita loca alia, quae ſane aduectas merces recipiunt non absque ſingulari lucro, ſicut ab egregiis viris accepi. Tertium genus iuris ſtapularum eſt, quando principes mercatoribus cer- 9
tis, vel etiam vniuerſitatibus, copiam faciunt, merces ſuas in certum locum deferendi. Hic iam ampliſſimus ſeſe offert campus tractandi de ſocietatibus naualibus, et rerumpublicarum contoris, quae ſane omnia ex hoc priuilegiato ſtapularum iure deſcendunt, de quo pauca dicere, vix eſſet, nihil dicere, adeo enim ampla dicendi materies ſeſe offert, quam iam ſub manibus tracto, mox doctis communicandam, et quae hactenus incognita, et a multis intacta fuerunt, ex multarum vrbium Archiuis ſupplebo, quae mihi humanitas praeſtantium virorum communicauit. Antequam hinc abeam, dicam diſtinctionem bonorum, quae iuri ſtapulae ſubiecta ſunt. *Staffel Güter* diſtinguuntur *von den Meß-Gütern, ſo nicht Staffelbahr*, i. e. quae non ſubiecta exonerationis et expoſitionis iuri: *dann der Staffelbahr Güter halber muß man ſich der Stadt Speyer Staffel-Freyheiten gemäß halten, vnd Staffel-Recht haben; mit den Meß-Gütern aber ſo berechtiget, mag man vnausgeladen füruber fahren.* Ita WEHNER. *in obſeru. Pr. verbo Staffel p. m. 611.* et hoc ius Spirenſium reſtringere *auff Saltz, vnd geſaltzene Wahren* videtur FAVST. *ab* ASCHAFFENB. *ord. 406. Cl. 4 conſ. pro aer.* ad eſculenta tantum extendi putat, quod de primo ſtapularum genere forte intelligit; ſed nimis ieiune hac de re ſentit, quum ius ſtapulae et ius fori *oder Marckt-Recht* nimium inter ſe differant, et multis nobilius illud eſſe colligitur, quod TAVTIVS *in Conſil. MSS.* Comitibus Barbei communicato, illud ius multo praeclarius nundinarum iuribus adſerere non vereatur. Immo hoc adeo verum eſt, vt hoc ius nemini concedatur, niſi ſit ſtatus imperii, cui adiacentis fluminis directa iuriſdictio ex iure territorii competit. Quare hic ſubſiſto, et dico, effectum dominii maritimi ſplendidiſſimum eſſe hoc ius ſtapularum, ſeu poteſtatem recipiendi merces quasuis ex impetratione ſuperioris. Videat interim auidus lector EVERARD. IVN *conſ. 9. lib. 1. p. 11.* LEONIN. *conſ. 67. p. 11.* MYNSINGER. *reſp. 19.* PFEILII *conſil. 190.* MAVLII *de iure conducendi tit. 3.* ROSACORB. *Pr. for. c. 85.*

Huic ſtapularum iuri connexum eſt ius Geranii, ſeu menſura- 11
tionis, et in eo fere diſtinguitur a iure ſtapulae, (cum quo tamen in

Digitized by Google

primis ſecundo genere fere coincidit,) nam vti ſtapula principaliter commercia et vtilitatem reſpicit emporii cui conceſſum, ſic hoc vtilitati vectigalium aduerſus mercatorum fraudes prouidetur: *Wann nemlich die angegebene Wahren beſichtiget, gezehlet, oder gemeſſen werden, damit den Zollen kein Eintracht geſchehen möge.* Fuſe de hoc geranii
12 iure agit LEONINVS *conſ. 7. et 8.* Vocem autem deſcendiſſe, puta Germanico *Kranen*, leuiter mutata conſonante ob euphoniam, ſeu ſi vis ab herba illa, quae Diſcordi dicitur γεγάνιον, quae raſtro ciconiae ſimilis eſt, quoniam et geranium raſtrum ſuum protendit, vt magnae moles attrahi facili modo et a paucis poſſint. Vectis ſane dici non poteſt, quoniam tantum pars eſt geranii, nempe lignum, quo commodius machina circumuoluitur. Germanice dicitur *Kranen-Gerechtigkeit*, et ſtrictiſſimi iuris talia eſſe priuilegia, vel propria auctoritate nemine contradicente vſurpata. Nota eſt poena eorum, qui malitioſe reticent, nec omnes menſurari merces patiuntur; quae ſane omnes pro ratione
13 delicti et circumſtantiarum in commiſſum cadunt: nam ob non factam profeſſionem, et ſic dilatam vectigalium ſolutionem, atque omnino ob quamuis fraudationem, *da einer die Wahren betrüglich verläugnet, Conſult. Sax. tom. 2. pag. 4. 9. 56.* res, quales quales fuerint, in commiſſum cadunt, *l. 8. l. 14. ff. de public. et vectigal.* adeo, vt non ſoluentis pedagium mercium, pro quibus ſolui ſolitum eſt, etiam confiſcentur aliae, quas portabat, pro quibus non debebat: poſt PAPAEVM *in q 572.* BOER. *dec. 178. n. 26.* Committuntur autem merces ex cauſſa fraudati vectigalis ipſo iure, ita, vt ſtatim deſinant eius eſſe, qui crimen contraxit, dominiumque rei vectigali adquiratur, ita tamen, vt ob contradictionem partis ſententia requiratur declaratiua, per quam poſſeſſori poſſeſſio auferatur. Ea propter commiſſi perſequutio, hoc eſt rei vindicatio, aduerſus heredem et quemlibet alium poſſeſſorem competit. COLER. *p. 1. de Proc. exſequut. c. 3. n. 29. 84.* CACHERAN. *deciſ. 86.* GALL. *l. 2. obſ. 51. n. 5. et L. 2. de Pac. P. c. 3. n. 11.* ROSENTHAL. *c. 5. d. F. concl. 40.* Per quinquennium vero omiſſa perit *L. 2. C. d. vectigal.* Summa quoque ratione iſtius in fraudatores vectigalium poenae conſtitutio nititur, vt nemini iniqua videri poſſit aut debeat, quum ad dominos cuiuscumque territorii onera viarum pertineant, qui ea lege pedagia exigunt, vt teneant loca tuta, et indemnem praeſtent tranſitum, ita, vt ſi quid damni tranſeuntibus in via publica contingat, puta,

puta, ſi depraedentur, illi, niſi malefactorem exhibeant, ad praeſtationem ſeu refuſionem eius teneantur. *text. in nou. 134. cap. 4.* MOLLER. *3. Semi. cap. 26.* MYNSING. *l. 5. c. 70. et 71.* GAIL. *2. obſer. 64.* Et ſane hoc ius menſurationis ſingularis eſt huius dominii effectus, quod nemo anchoram leuare audeat, quin a deputatis mercium exploretur. Hodie punitur defraudatio, *daß man das vnangegebene wegnimmet*, et ſi factum reiterat, *ihn mit ziemlicher Strafe gebührlich anſiehet.*

Ius Anchoragii eſt ius iacendi anchoras in alterius littoribus, 14 quum illas absque conſenſu principis et conceſſione, alienis littoribus iniicere non liceat. *cap. vnic. quae ſunt Regalia.* BODIN. *l. 1. de Reg. c. 10. p. m. 268. n. 171.* ALEX. *conſ. 13. lib. 6. col. 4.* Ius exiturae aut portulaniae id vocant ROMAN. *15. conſ. 271.* FRECCIA *l. 1. de feud. de* 15 *offic. Ammirati maris n. 22.* TAPIA *in l. fin. ff. de conſt. princ. p. 1. c. 2. 1. n. 57. p. m. 159. Albergum* autem id adpellant AFFLICT. *in c. 1. b. portas n. 2.* BORELLVS, *ad Bellug. ſpec. princ. rub. 1. de curia in vb. imperium*, et proprie haec vox huius iuris naturam exprimit, nam albergare Italis idem eſt quod hoſpitari, ſeu in domum recipere, hinc Albergaria eſt hoſpitatura, ſeu hoſpitatio. ADDITION. ad VRAN. *conſil. 1. n. 14. vol. 3.* SOLA *in Conſtit. Saban. tit. de iure Emphyt. p. 1. gl. 4. num. 3. Knichen* de iure territorii *c. 4. n. 418.* et ius Albergariae ex KOPPEN. *qu. 17. n. 4.* definit KLOCK. *l. 2. de aerar. c. 91. n.* 12. quod ſit, quando ſubditi vel monaſteria principibus et dominis cum ſatellitio tenentur dare hoſpitium et victum, vulgo *Ablager*, *Azung*, *Ausſpann*, *Futter vnd Mahl.* Sed de hac alibi. Forte idem eſt, quod CVIACIO *l. 8. obſ. 37.* et GOTHOFREDO *ad l. 9. de vectigal.* Alabarchia, quod eſt vectigal quod pro transductione peco- 16 rum irrogabatur. Verbo huius iuris originem tangit auctor *p. 2. c. 4. ib. et* 168. et ad littoralem iurisdictionem ſeu *Srtand-Gerechtigkeit* refert, adquieſcimus effato, curioſiorem lectorem remittentes ad ea, quae idem de Alueo *P. 26. n. 290. ſeqq.* tradit, ſi anchorarii ius ex hoc deducere vult, me non habebit renitentem. Mihi enim videtur aliud eſſe, iurisdictionem tueri littorum, ne quid inaedificetur immittaturue, vnde damnum naſci poſſit domino, aliud prohibere de aluei fundo, ne quis ibi commorandi habeat facultatem, niſi expreſſo impetrato conſenſu aut exhibito vectigali: nec enim ab eo, quod publici iuris faciunt plurimi, moroſe aduentantem arceri decet, ſed vectigalia imponi poſſunt, quae per tempus aliquod commorantes, et merces venales expo-

Digitized by Google

exponentes ſoluant. Non enim ſolum impoſitum mercibus vectigal, ſed et pro nauium ſtatione ſeu anchoras iaciendi iure, certam gabellam perſoluunt, quod vectigal maximam habet affinitatem cum eo, quod vocamus *Marckt-Geld* ſeu *Stand-Geld*, de quo vide WESENB. *conſ.* 12. *n.* 67. COTHMAN. *con* 47. *n.* 288. *vol.* 3. BESOLD. *in Theſ. Pr. vb. Meß-Iahrmarckt* ARVMAEVS *vol.* 3. *diſcurſ.* 15. *c.* 40. KELLER *de offic. iurisd. Pol. l.* 2. *c.* 9.

17 Feudiſtae portum pro vectigali ex portu ſoluendo explicant, et fere detorquent Friderici Imp. verba: Indulgeant ſuo ingenio: nos portuum ſeu manu ſeu natura factorum ius cenſemus conſiſtere in eorum abſoluta poſſeſſione, per quam prohibemus non tantum aduentantes, quos admittere nolumus, ſed ſi velint tuta ſtatione frui, imponimus illis, vt praeſcriptis obediant, et, ſi qua onera portui impoſita ſint, vna cum incolis portent. Nam quamuis de maris liberrima iurisdictione contendant nonnulli acriter, cui ea competat, ſic ſane minori caret dubio, portus omnes ad territorii dominum ſpectare, et quidem vt maioris ſecuritatis gratia non prohibetur, fortalitiis et caſtris illorum ſecuritatem tueri, iubere intrantes, vt ſoluant vectigal, vt extrahant merces, vt ad certos dies illas venum exponant. Nam etiamſi hos effectus, de quibus ſuperius egimus, nos ad littoralem iurisdictionem retulimus maris, vere id de iure portuum adfirmamus, quod in eo conſiſtit, vt princeps in eo quidlibet
18 ſtatuendi poteſtate polleat. Dixi autem, poſſe ad maiorem ſecuritatem portus fortalitia exſtrui, vt ab ingruentibus vicinis rem tanti momenti, in qua ſalus totius interdum patriae conſiſtit, tutam praeſtet; et in primis id princeps obſeruabit, iuxta HERRERA *en el. princip. auertido.* Frachetta *nel ſemin. polit.* et inſignem illum Venetum ſenatorem, PAOLO PARVTA *in diſcorſ.* ſi abſolute imperare aliquantum deſideret, aut neſciat, quid ab illis, quos nouiter ſuae ditioni adiecerit, exſpectare poſſit. Sed tamen cauebit animorum alienationem et acerbitatem; nolo haec pluribus: pro me abunde principem inſtruet praedictus Paruta. Portus autem nomine, vt VLPIAN. *in L. Portus de V. S.* venit locus concluſus, quo importantur merces, et inde exportantur, et is nihilominus ſtatio eſt concluſa, atque munita, et inde Angiportus dicitur. Idem VLPIAN. *repetit. in l.* 1. *§. ſtatio. ff. de*
19 *flumin.* Portus autem inter maxima referri regalia, cenſent commentatores

tatores ad *cap. vn. de Regal.* adeo quidem vt Baldus hic *num. 1.* di-
cat, *omnes portus ad regem pertinere*, et CAEPOLLA *de S. R. P. cap. 28.*
num. 2. verſ. hodie &c. adſerat, vt flumina, ſic portus iure communi
eſſe principis, quod confirmat THOLOSAN. *l. 9. de rep. cap. 1. num. 27.*
et l. 3. ſyntagm. pag. 1. cap. 14. num. 7. vbi dicit : Portus etiam pu- 20
blici et regii iuris eſſe; vnde nulla valere poteſt hic praeſcriptio,
nullum priuatorum priuilegium, quoniam obreptitie impetratum in
praeiudicium principis cenſetur, nulla inueterata conſuetudo. Prin-
cipi ſoli competit portuum iurisdictio, qui illorum vſum aliis recte
et libere concedit, aſt ſupremae iurisdictionis effectus ſibi ſummo iu-
re reſeruat et vindicat, nec ſcio, apud vllos contrarium obſeruari,
nam Hiſpaniae, Galliae reges, Venetorum, Genuenſium, Batauorum
reſp. comiter concedunt liberum portuum vſum cuiuis, aſt priuato
credo nulli iurisdictionem portus concedent. Vide, quae tradunt RO-
SENTHAL. *cap. 5. concluſ. 21.* BORCHOLT. *Regal. num. 41.* VVLTEI. *d. F.*
cap. 5. num. 7. BORT. *de nat. mai. concl. 44.* SIXTIN. *l. 2. de Reg. 11.*
num. 4. CVIAC. et HOTOMAN. *ad c. vn. quae ſint regalia* et GOEDD.
et BRECHAEVS *ad l. 17. ff. de V. S.* GAMMAN. *de regal. diſp. 7. th. 46.*
ſeqq. ARNIS. *l. 2. de iurib. mai. cap. 5. num. 3.*

CAPVT III.

DE VECTIGALIBVS, PORTORIIS, RIPATICIS.

SVMMARIA.

1. *Diuiſio vectigalium.*
2. *De vectigalibus fluuiaticis.*
3. *Haec nemo proprio auſu inſtituere poteſt.*
4. *De omnibus mercibus pedagium ſoluitur.*
5. *Niſi priuilegiatae ſint res.*
6. *In quo monetae valore vectigal ſolui debeat.*
7. *De vectigali maritimo.*
8. *Summo iure eiusmodi vectigalia exiguntur,*
9. *Portoria antiquitus quid denotarint.*
10. *Et illa aequiſſimo iure percipiuntur.*
11. *Ripatica pro tranſitu riparum praeſtanda.*
12. *In feudis diuerſimode accipiuntur.*
13. *De erectione der Backen vnd Tonnen.*
14. *Item der Leuchten vnd Feur-Thürmen.*

 Vectl-

Digitized by Google

1 Vectigalia, quae pro locorum differentia imponuntur, triplicia ſunt: aut terreſtria, de quibus iam nihil agimus; aut fluuiatica, aut maritima. Fluuiatica vectigalia, quae communiter *Waſſer-Zölle* vocantur, nemo abſque ſpeciali indultu ſummi principis inſti-
2 tuere poteſt. *FF. omnes in c. vn. quae ſint regal. Dd. in tr. C. noua vectigal. inſtit. non poſſe vol. 5. ſymphor. tom. 1. pag. 3. not. 23. in voto reuiſ. N. contra B. num. 54.* Textus *in A. B. §. 17.* Textus *in Spec. Sueu. l. 1. c. 12. §. 3.* Textus *in Receſſ. de Anno 1576. ſeq.* MYNSINGER. *1. O. 30. et l. 4. O. 24. l. 5. O. 29. num. 8. ſeqq.* late BOCER. *tract. de re-*
3 *gal. cap. 2. num. 18. ſeqq.* Quod adeo verum Dd. putant, vt ſi omnino noua, vel altera mutata ſint vectigalia, ea per vim et impreſſionem extorta praeſumantur, poſt BALD. *in c. 1. verb. pactiones de pac. Conſtant.* De S. GEORG. *in tract. feudal. l. c. num. 16.* Quique hoc temere faciunt, legis Iuliae de vi publica poena tenentur. *l. vlt. ff. ad L. Iul. de vi public.* Conſule tamen CVIAC. *in parat. C. nou. vect. inſtit.* MENOCH. *caſ. 394. de A. I. Q. n. 92.* DECIAN. *in tract. crim. l. 8. cap. 22. num. 17. et cap. 13. n. 5.* et praedictorum vigore cum comes S. ab Y. nouum vectigal *auf freyen Rhein-Strohm vnter dem Namen der Licenten, vnd Vngelds* inſtituiſſet, duodecim deputatis imperii ciuitatibus contra ipſum comitem *vnd ihrer Gn. Licent-Meiſter, 7. Nou. Anno 1588.* mandatum poenale ſine clauſula decretum fuit, *vm ſolche Neuerung Licent vnd Vngeld, auch alles, was dem anhängig, alſobald abzuſchaffen; ſodann, was dem Kauff-Schiff-Fuhr-Handels-vnd Wandels Mann vnter dem Schein vermeynter Licenten vnd Vngelds abgenöthiget worden, zu reſtituiren;* Cui mandato, quum Comes non pareret, Anno 1590. in poenam condemnatus fuit. SYMPHOR. *tom. 1. p. 2. tit. ſupl. 2. vid. et tom. 3. in verb. vectigal. p. m. 350.* ROSENTHAL. *de FF. cap. 5. concl. 13. num. 12.* SIXTIN. *de regal. lib. 2. cap. 6. num. 56.*
4 *ſeqq.* De mercibus omnibus naui vectis pedagium ſoluitur, quae in fraudem illorum retinentur, in commiſſum cadunt; niſi ſingulari
5 iure ſint exemtae, quas recenſet ICtus *in l. locatio 9. ff. de public.* Eximit eas res, de quibus numquam praeſtari ſolitum vectigal, §. 7. res exercitui paratas, §. 8. fiſcum, quibus addit imperator CONSTANTINVS *in l. 5. C. de vectigal.* res ruris exercendi gratia, et illas ad proprium commodum, vſum, et victum deſtinatas. Quibus auctores res ſtudioſorum addunt, vt et Doctorum et Profeſſorum; FRI-

DERVS

DERVS *l. 2. de mandat. iud. cap. 42. num. 6.* RVLAND. *de commiſſar. pag. 4. l. 2. cap. 5. num. 28. et 35.* VAVZELL. *in tract. de Pedag. part. 5. num. 6.* quo pertinent *Rec. imp. de Anno 1500. §.* Item *ſollen Churfürſten.* et Wormatiae *de Anno 1571. §. item ſollen Churfürſten*, et *in ord. Camer. pag. 1. tit. 49. in pr.* Debet autem vectigal in valore mo- 6
netae currentis ſolui, non eo, qui tempore inſtitutionis fuit, quum ratio eadem ſit impoſitionis, nempe reparatio viarum et perſequutio latronum. *l. quum quid ff. ſi cert. petat.* SOLA *in antiqu. Sab. conſtit. tit. de pact. int. emt. num. 84.* TESSAVR. *dec. Pedemont. 214.* vbi ita dicitur iudicatum. De vectigali maritimo, quod vocamus *Meer*-ſeu 7
See Zoll. part. 3. cap. 4. de maris iurisdictione, auctor noſter nonnulla dixit; aſſeruit illud Dd. tritum, quod qui dominium habet, et iurisdictionem in terra habeat, illud et in mari *p. l. vnic. C. de claſſicis.* Si illud ratum firmumque, nemo prohibetur, in primis qui alterius non revereretur poteſtatem, illi onus imponere. Bene autem dictum, oceanum, vaſtum amplumque illud ſpatium, ſub nullius eſſe dominio. Poſſe autem, ſi quando intra vnius domini littora concluditur, occupari, iam alii probarunt. Haec autem vectigalia maritima ſunt aequiſ- 8
ſima, quoniam ad tuitionem maris, et veram in eo ſecuritatem praeſtandam conſtituta reperiuntur, quae ſane ingentem ſumtuum molem exigit, quorum ſubleuamen, quin porrigant illi, qui ſecuritate fruuntur, quis negare auſit? BALDVS *in rubr. ff. de rer. diuiſ. col. 2. verſ.* Sed numquid, vbi dicit, totum mundum hoc iure vti. *et in l. 3. col. fin. C. de naut. foen.* notat: pedagia ita ſolui in mari, ſicut in terra, quem refert et ſequitur AFFLICT. *ad c. vn. verb. vectigal. n. 101.* BERTACHIN. *tract. de Gabel. pag. 1. col. 4. verſ. ſexto.* quaero *et pag. 6. col. fin.* vide, quae in terminis a Duce Sabaudiae conſultus tradat CACHERAN. *deciſ. 154. per tot.* Quamuis Iacobin. de S. Georgio in verb. cum mero et mixto imperio *num. 4.* dicat, quod non intelligatur is habere ius pedagii in aqua, qui id habeat in terra, niſi ſpecialiter adquiſiuerit.

Portoria apud Romanos idem, quod vectigalia deſignaſſe, mul- 9
ta probant auctorum loca. CIC. *pro L. Manil.* SVETON. *in Caeſ. c. 43.* DIO. *l. 37.* Hodie duplici ſenſu gaudent; aut enim ſignificant vectigal, quod pro portu ſoluitur, vel illud, quod ex tranſitu pontium ſoluitur; de illo poſterioris generis meminerunt, et ICti noſtri. *l. 62.*

§. *vehiculum ff. locati l. 3. C. de vectigal. vid.* GOEDD. *num. 8. ſeqq.* et BRECHAEVM *in l. inter publica ff. de V. S.* CVIAC. *l. 7. obſ. cap. 4.* BVLLENG. *de vectigal. pop. Rom. cap. 5.* Et hoc alias pedagia, pedatica, guidagia, paſſagia, *Fähr-Geld, Fähr-Zins-Brücken-Geld, &c.* et eſt illlud τέλος ἐν λιμένι vectigal in portu, vel ob tranſitum portus.
10 Portaticum id vocat CAROLVS M. *in capit. l. 3. cap. 12. Placuit nobis, vt antiqua et iuſta thelonea a negotiatoribus exigantur*, tam de pontibus, quam de mercatis. Auctor. Formul. Veter. *cap. 45.* AIMON. *l. 5. de geſt. Franc. cap. 1.* hinc Portunarius, qui portorium exigit. *LL. longo l. 1. tit. 52. leg. 14. 15. et 16. Conſtit. Sicul. l. 1. tit. 26.* Et haec portoria ſumma nituntur aequitate, vt pontes et moles aquariae *in Baulichem Weſen erhalten werden.* Nec enim magiſtratus aduentantibus tenetur vias planiores et commodiores reddere ſuo nocumento, quin aequiſſimum, vt qui ſentiant viarum bene ſtratarum commoda, expendant ſumtus, in reparationem et conſeruationem illarum. Etiamſi autem non ſemper in vias inſumantur, ſaepe magna neceſſitas vrget, principes talia pontiuegia ſeu portoria augendi, quod aſſerit BVSSIVS *l. 2. de rep. cap. 1.* et tutius hoc augmentum cenſet ARNISAEVS *l. 2. polit. 5.* quam vt ad odioſa tributa deueniatur. Et haec portoria maxime differunt a portariis, quod Galli barragium gloſſae Cyrilli τέλος πύλης adpellant, quod eſt vectigal impoſitum mercibus ſoluendum, antequam currus ex portis dimittantur, LIPS. *l. 2. de Mai. Rom. c. 1.* et ſolent a vectigalium curatoribus et redemtoribus *Paſs-Brieffe oder Frey-Zettel* communicari. De quo alibi dicemus.

11 Ripatica non incongrue MYLER. *in addit. ad Rumelin. in A. B. p. 728.* vocat iura illa, quae princeps in ripis fluuiorum publicorum, exercet, quae ſupra Auctor *Strand-Gerechtigkeit* vocauit: Et haec vel reſpectu aggerum vel tranſitionis inter regalia referuntur, vt plurimum autem ſunt vectigalia pro tranſitu riparum praeſtanda, Germanice dicuntur *Fähr-Geld*, Carolo M. *in capit. l. 4. c. 59. tranſitura*, ibi: *Nullus de hoſte rediens tributum, quod tranſituras vocant, ſoluere cogatur.* Et hoc vectigal inter regalia refertur, quum naturali aequitati ſit conſentaneum, vt is onera ſuſtineat, qui et commoda percipit, et viciſſim aequum eſt, vt princeps haec vectigalia in riparum, *vnd der Fähren* refectionem impendat. OTTO *d. l. P. c. 11. p. m. 296.* In conſtitu-
21 tione Fridericiana *c. VII.* *Quae ſunt regalia.* Ripatica ſunt prouentus

et

Digitized by Google

et commoda, quae tamquam vectigal quoddam occaſione riparum percipiuntur, quae principis ſunt, et regalibus adnumerantur, ſic FF. communiter, VT MONTAN. *l. 5. de feudis c. 7.* VVLTEI. *d. F. c. 5. n. 7.* ROSENTHAL. *de F. c. 5. concl. 32.* PEREGRIN. *l. 1. de iure fiſci tit. 1. n. 23.* Vbi addit, ius illud ripaticum non competere priuatis, niſi ex conceſſione principis. Cuiac. et Hotom. portorium etiam vocant. Gabellae adpellantur Aluarot. et praepoſ. qui addit, haec ripatica ita praeſtari, ſi de ripa in ripam flumen tranſeatur. Horum ripaticorum meminit et SIGONIVS *de Regn. Ital. l. 7. ſed idem l. 12.* in vita Friderici non meminit horum, vt neque Ludouicus, neque Guntherus, neque Dodechinus Abbas, nec, quod ſciam, in iure communi de ripaticis expreſſe aliquid cautum eſt. Vnde ISERNIA in hoc *c. vn. ad voc. Ripatica*, et poſt eum Afflictus, dicunt principes, ripatica potius per abuſum quam ius commune habere. Et ſane longe ante tempora Friderici ripaticum vectigal denotaſſe conſtat ex verbis Caroli M. in beneficio conceſſo S. Vincentii et Germani eccleſiae Pariſienſi. Verba ſunt apud AIMOINVM MONACHVM *l. 5. c. 1.* mendoſe autem laudata a FAVST. AB ASCHAFFENBVRG *conſ. pro aerar. cl. 6. ord. 559.* ita enim reſtituentur: *Portum donamus, qui eſt inter pagum Senonicum et Meldunenſem, ita vt nullus alius ibi portum habeat, neque Telonem aut Rotaticum*, eſt vectigalis genus ex vino vendito, *aut pulueraticum ſeu ceſpaticum, ripaticum, vel ſaltuaticum.*

Attribuimus principibus ea, quae ſummo ipſis iure competunt, eorum iam erit officium, vt praeſtent ea, quae boni ſunt principis, vt nauigantibus tuta ſint itinera, in initio quaedam hac de re diximus, alia adnotat et praeſcribit principibus Cl. VIR. IOH. LOCCEN. *l. 2. de iure maritimo. cap. 1.* vbi hoc argumentum latius perſequitur. 13
Inter ſpecies iurisdictionis littoralis poſuit ius ponendi ſtipites coronatos, *Backen*, palos introrſum implicatos *Capen*, aut, vt in Viſurgi et Albi frequenter conſpiciuntur, tonnas praegrandibus ſaxis fundo adhaerentes, et ſic aquae ſupernatantes. Auctor *p. 2. c. 4. n. 246.* Ab eo hac in parte ſeceſſionem facit DN. LOCCENIVS, putatque, *quod hoc ſemper arguat dominium in mari ſeu flumine publico, quod etiam ab illis, qui dominium tale ſibi non vindicant, vſurpari ſoleat, in ſecuritatem nauigationis, et libertatem commerciorum, in tali loco conceſſam.* Non negari a doctis puto, publica flumina iuſte a principibus iure territoriali

gandentibus eſſe occupata, aut tota, ſi per alueum ipſorum defluant, aut ex parte media, ſi ab vno latere ripas eorum tangant, reſpectu huius iurisdictionis territorialis in competentem ſibi fluminis partem eos actus ſoli exercent, per quos et iurisdictio et poſſeſſio probatur, occupati legitime fluuii, argumento dictorum a GYLMANNO *libr. 2. deciſ. Cam. 35.* MENOCH. *Rem. recup. 3. n. 580. ſeq.* MASCARD. *de prob. concl. 947.* DE MONTE *de fin. Reg. t. 52.* Huius iurisdictionis partem cumulatiue ſubditis concedere poſſunt absque vlla ſuperioritatis imminutione, etiamſi absque clauſula conceſſerint, quum nil faciant ſubditi, niſi dependente poteſtate, qua communicata eſt illis facultas, actus eos exercendi, quos mere iurisdictionales diceres, quum tantum ficte ita et vel quaſi dicendi ſint, cum originem ſuperiorem agnoſcant, et ſubditi cum onere hoc iure fruantur. Quare concludo, poſſe quidem ſubditos vaſcula fluuiis imponere, et erigere coronata baſta, ſed non absque conceſſione ſuperioris vel priuilegio aut praeſcriptione, &c. impetra-
14 ta. Vnde concordant ſic explicatae diſſidentes ſententiae. Idem ſentiendum eſt de erectione ſpecularum ad dirigendos curſus nauium ex alto in portus, alias ad iurisdictionem maritimam pertinere, probauit GRYPHIAND. *de Inſul. c. 31. n. 155. p. m. 500.* Quum tamen incolae locorum ob ſui emolumentum perpetos ignes alere teneantur, et redintegrare imperfectas.

CAP. IV.

DE PROHIBITIONE NAVIGATIONIS ET PISCATIONIS.

1. *Inhumana eſt publicarum viarum prohibitio.*
2. *Commercia debent eſſe libera.*
3. *Flumina publica vaſtusque oceanus cuilibet patebit.*
4. *Non inique tamen occupatis maris partibus onera imponuntur.*
5. *Remiſſio ad auctores rem hanc tractantes.*
6. *Lis Hiſpanorum et Belgarum de oceano libero.*
7. *Diſcrimen inter inſulas occupatas et non occupatas.*
8. *Diuerſa ſunt, facere quid iure facultatis vel ſeruitutis.*
9. *Libera piſcandi facultas in flumine publico.*
10. *De piſcatione in mari.*
11. *De piſcatione in fluuiis.*

In

Digitized by Google

Inhumanum creditur, publicum viarum vſum interdicere, illudque inhibere, quod vſus omnium fere gentium adprobat, vt libera commeandi ſit facultas, quum abſque vllius detrimento viae calcentur, et per flumina abſque vllius vel tantillo damno transuehamur. Nam ſane ſecuritas publica non ſolum conſiſtit in libero tutoque vſu commerciorum, THOLOSAN. *l. 21. Syntag. c. 1. n. 3.* et preſſius ROSENTHAL. *Synopſ. feud. c. 5. concl. 21. lit. c. R. Abſ. de Anno 155. §. Setzen demnach.* DENAIS. *in iur. Camer. tit. 216. ʃ. 3.* in libero tutoque omnibus vſu viarum publicarum, *l. 24. in pr. ff. de damn. infect. l. 2. ʃ. 21. in f. ff. ne quid. in loc. publ.* PEREGRIN. *l. 1. de iure fiſci tit. 1 num. 22.* GAIL. *l. 2. de P. P. cap. 1. num. 13.* quia publice vtile eſt, ſine metu et periculo per itinera commeari, ſemperque debent ea loca, per quae vulgo iter fit, eamdem ſecuritatem habere, inquit ICTVS *in l. 1. ʃ. 2. ff. de his qui effud. vel deiec.* ſed et in libero tutoque vſu fluminum publicorum et riparum, *§. 2. et 4 I. de rer. diu. l. 4. §. 1. et l. 5. pr. ff. eod. tt. ff. de flum. tt. ff. vt in flum. publ. nau lic. tt. ff. de rip. mun.* CHASSAN. *ad conſ. Burg. rubr. 13. ʃ. 2. per tt.* OBRECHT. *diſp. de regal. th. 293.* MYNSINGER. *conſ. 19. num. 3. ſeqq.* vbi ita in camera iudicari aſſerit; tum etiam in libero tutoque vſu maris. *§. 1. et 5. I. de rer. diuiſ. l. 2. §. 1. et l. 4. pr. ff. eod. l. 9.* ibi: Lex autem maris *ff. ad L. Rhod. de iactu l. 3. §. 1. ff. ne quid in fl. public. l. 13. §. vlt. ff. de iniur. Nou. 134. verſ. eos vero.* Non vero inique principes agunt, qui libertatem hanc nauigandi reſtrinxerunt per impoſita vectigalia et ripatica, aut alia onera. Flumina et ſinus maris eſſe eorum, quorum alluit territorium, concedimus omnes, quin et hoc concedamus oportet, vt rei propriae quilibet poſſint imponere onus, ne peregrini maius capiant ex vſu conceſſorum emolumentum, quam princeps ipſe. Vide interim, quae in prima parte *cap. 3. et ſeqq. et part. 2. cap. 4. ſeq.* Auctor tradit; conſule diſputationes ſummorum virorum Seldeni et Grotii. Quaedam dixerunt RAVCHBAR. *quaeſt. Saxon. 23. per tt.* PFEIL. *conſ. 194. et 196.* ROSENTHAL. *de F. cap. 5. concl. 24. ſeq.* FR. MARCVS *pag. 1. deciſ.* PARLAM. DELPHIN. *qu. 385. et pag. 2. quaeſt. 38.* et infiniti alii. Lis adhuc pendet Hiſpanos inter et Belgas de tuto oceani itinere, quae armis credo, citius dirimetur, quam chartarum foliis, quum abunde monſtratum ſit, Hiſpanos hac in re peſſimam cauſſam fouere, ſicut et ſtatuit GRYPHIANDER. *de*

Digitized by Google

Inſul. cap. 25. num. 49. et neſcio, quo faſtu Anglus ſibi aliquam prae caeteris eminentem in mari poteſtatem tribuat, quum negari non poſſit, mutuas et ſuccedaneas operas collocaſſe, et Hiſpanos, Anglos, Gallos et Belgas in ſubiugando nouo orbe, ſeu inſulis, quas dirigente numine curioſitas hominum adinuenit, vt difficile ſit, in vaſto oceano,
7 cuiuis certos limites ponere. Diſcrimen autem faciendum eſt inter inſulas, quas ſub ſuo imperio continent, et caeteras non ſubditas. In his inepte praeſcriptionem vrgent, quum ius nullum poſſederint, et quamuis ſoli mercaturas exercuerint, et iter emenſi fuerint, commodum illud potius boni conſulere debent, quam id ſibi ab aliis ademtum queri, quum id ſit non damnum emergens, ſed lucrum ceſſans, quod in iure non attenditur. *l. 21. §. 3. ff. de act. emt. l. vlt. ff. de peric. et commerc.* Vnde et lucri intertrimentum dicitur a WESENBEC. *conſ. 67. n. 13.* BORCHOLT. *conſ. 6. p. m. 73.* Itaque recte monet CAEPOLLA *l. 2. de ſeru. ruſt. 4. n. 46.* attendendum eſſe, vtrum quis iure facultatis quid faciat, an iure ſeruitutis: quia haec alterius facto nobis interuerti, minui vel reſtringi non poteſt, *l. 1. §. 3. de remiſſ. l. 1. ff. 19 de nou. op. nunc.* veluti ſi nauigationis ſeruitus nobis conſtituta ſit, vt fieri poteſt, *l. 23. §. 1. ff. de ſeru. ruſt.* COEPOLL. *lib. 2. de ſeruitut. ruſticis c 29. n. 2.* illa non minus aliis quam nobis patet, quia vſus, qui alteri magis ex occaſione, quam ex iure contingit, ſeruitus non eſt *l. 2. ff. de ruris.* Neque in eo diuturnitas temporis quidquam prodeſt, niſi acceſſerit tum prohibitio praeſcribentis, tum patientia eius, contra quem praeſcribitur. ROSENTHAL. *c. 5 d. feud. concl. 25. n. 1.* MINDANVS *l. 2. de proc. cameral. 37. n. 1.* Vide Vaſquium in Praefat. *Illuſtr. controu. n. 25. et contr. 29. n. 38.* GROTIVM *de mari libero. c. 7.* GRYPHIANDR. *de Inſul. c. 25. n. 68.*

9 Etſi conſtans ſit omnium ſententia, cuiuis in flumine publico liberam piſcandi facultatem eſſe, illud tamen de eo tantum fluuio verum videtur, qui per occupationem nemini ceſſit, et hoc innuunt Dd. quando intrepide ita cuiuis concedunt piſcandi libertatem, hac reſtrictiua dictione, niſi alterius per ſucceſſionem, aut praeſcriptionem, adquiſiuerit, fuſe ROSENTHAL. *cap. 5. de F. concl. 24.* Piſca-
10 mur aut in mari, aut in fluuiis. Mare ab alio occupatum, aut non occupatum. Si occuputum, pro lubitu quiuis arceri poteſt. Si non occupatum, cuiuis libera eſt piſcandi facultas. Nam etiamſi quis ſolus

lus ibi piſcatus fuerit, tamen alius in eodem quoque piſcari poteſt. *l. praeſcriptio et ibi Dd ff. de praeſcript.* BORCHOLT. *de regal. n. 27.* GRYPHIANDR. *c. 25. de Inſul. n. 74. ſeq.* Diſtinguo etiam ratione piſcium. Aut enim illi ingenti copia certo anni tempore capiuntur, aut parce ad alicuius vrbis neceſſitatem. Diſtinguo etiam piſcatores, aut ſunt ſubditi, aut extranei, aut ſimultaneam iurisdictionem habentes. Maris partem vel ſinum ab aliquo, vel ratione littorum, vel praeſcriptione vſucaptum, iam praeſuppono. Quare dicimus 1. arceri poſſunt a copia piſcium capienda tam ſubditi, quam exteri, niſi ius vel donatione, vel locatione conductione, vel priuilegio, aut alio aliquo honeſto titulo ſibi adquiſiuerint. 2. Inhumanum a quotidiana piſcatura vel ſubditos, vel vicinos in vaſto mari, licet occupato, arcere; 3. Qui ſimultaneam iurisdictionem obtendunt ratione littoris, nulla ratione a captura quauis piſcium arceri poterunt, ſi medietatem maris obſeruent, quam tamen ſtricte obſeruari poſſe, vix fieri poterit. Hactenus de piſcatione in mari, de qua vide SELDEN. *l. 2. de domin. mar. cap.* 21. CAMBDEN. *in Britan. p. m. 586.* Sequitur de 11
piſcatione in fluuiis. Hodie praecipui fluuii cedunt illis, per quorum oras labuntur, qui aut ipſimet piſcantur, aut aliis concedunt certis ſub conditionibus liberam piſcandi facultatem, ſolent tamen ſibi nonnulla reſeruare, eaque ratione ſuperioritatis; de quibus agit auctor *pag. 2. cap. 5. num.* 12. *ex* NOE MEVRER. *l. ibi c.* qui fuſe de Rheni iurisdictione differit: vellem aliorum diligentiam etiam occupari in deſcribendis caeteris praecipuis fluminibus, vix enim coetus, nedum princeps, qui non proprias piſcandi conſuetudines habeat, vide interim SIXTIN. *lib. 2. de regal. cap. 18.* FAVST AB ASCHAFFENBVRG *in conſ. pro aerar. ord. 540.* et alibi in eo opere. Mirum quomodo ſe torqueant optimi interpretes, an ius piſcandi, an vero reditus piſcationum ſint de regalibus, prius adfirmant nonnulli, ſed et poſterius ſuos habet paraſtatas: vtrumque de regalibus facile agnouiſſent, ſi dependentiam illorum a ſupremo magiſtratu conſideraſſent; Nam non ſequitur, priuatus ius piſcandi, et ex eo reditus habet, ergo non eſt de regalibus; Obtinuit illud ius a ſuperiori, cuius conceſſio non eſt abalienatio, ſed ſummum remanet in conceſſa dominium, quod egregie ex bonis vacantibus perſpicitur.

Digitized by Google

CAPVT V.

DE NAVFRAGORVM BONIS.

SVMMARIA.

1. *Iniquum lucrum ex bonis naufragis.*
2. *Ob calamitates nauigantium.*
3. *Impp prohibuerunt praedam iniquam ex bon. naufr.*
4. *Sed contra ſaepe faciunt multae gentes*
5. *Quod regale eſſe Gallorum Regis, dicunt.*
6. *Pomerania antiquitus eundem obſeruabat morem.*
7. *Vbi factum eſt naufragium, bona non debent fraudulenter ſurripi.*
8. *Sed naufragium paſſis reſtitui.*

1 Illuſtre lucrum, quod olim barbarae gentes, ex bonis naufragorum, in littus ſuum eiectis, percipiebant, quod ἔθος ἀλογώτατον nec apud chriſtianos in vſu eſſe deſiit, vt mirer Annam Momorancium apud BODIN. *l. 1. de rep. cap. 10.* id iuri gentium adſcribere, quod moratiores deſpicunt, ab illis, quos natura neglexit, ſaeua et inhumana
2 conſuetudine, dulcedine percepti lucri vſurpatum. Id certum eſt, inter caeteras calamitates et taedia nauigantium non vltimum eſſe, quod perpetuo oculis obuerſatur naufragii periculum, quod ab antiquis non ob *mortem*, ſed ob *genus mortis* exſecrabile fuit ſemper, ait Seruius ad VIRGIL. *l. 1. aen. verſ. 69.* Nam ſecundum Homerum graue eſt perire naufragio, anima enim ignea extingui videtur, quod et OPPIAN. *l. 5. de piſcat. v. 345. et* SENEC. *in Conſol. ad* MARCIAM. *c. 10. teſt: Alios nudos mare iactabit, et luctatos cum fluctibus, ne in arenam quidam aut littus explodet, ſed in alicuius ventrem immenſae*
3 *beluae detrudet.* Quare tam ſedulo cauerunt imperatores, ne alicui ius eſſet in aliena calamitate, vt de re tam luctuoſa compendium ſectetur. *l. 1. C. de naufrag.* Ante Antonini latam legem de prohibito fiſco, ne naufragorum bona ſibi adiudicaret, omnes controuerſiae maritimae, vt et haec de lucro bonorum naufragorum, ſecundum legem Rhodiorum, qui tum maris et nauigationis callentiſſimi erant, deciſae fuerunt, vt patet ex reſponſo Antonini Imp. dato Eudaemoni Nicomedienſi *in l. 9 ff. ad L. Rhod. de iact.* de qua vide, quae diſputet SALMAS. *de modo vſur. cap. 5. p. m. 199 ſeqq.* et VINNIVS *in not. ad* PECK. *de re naut. p. m. 274.* quod et probat HARMENOP. *l. 2. tit. 11.*

περὶ

Digitized by Google

περὶ ναυτικῶν. Rhodia autem lex erat, quae paſſim a rhetoribus Graecis allegatur τὰ ναυάγια τελωνῶν εἶναι. Nam quae in collectione naualium LL. Graeca quae vulgo exſtat ſub nomine legis Rhodiae κατ' ἐκλογὴν *Sect. 1.* περὶ τῆς πραίδας ποιούντων ἐκ τοῦ ναυαγίου ex Romana venire, non vero ex Rhodia, palam eſt; nam vox πραίδα, pro qua σύλαν Rhodii dixiſſent, oſtendit, Romanam eſſe conſtitutionem, adde, quod de fiſco nihil illa conſtituat, ſed de priuatis, qui aliquid ex rebus naufragii rapuerint, quos quadrupli condemnari iubet. Vix autem mihi perſuadeo, legem Rhodiam, quae ab εὐνομία et ἐπιμέλεια a STRABONE *lib. 14.* commendatur, cui attribuit ſplendidum ab aequitate encomium DOCINIVS *in fin. iur Graec. Rom.* omnia naufragorum bona fiſco aut publicanis adiudicaſſe, nam nihil tam crudele aut inhumanum, quam miſeros naufragos ἀσύλητον γένος diripere. Porro pergamus, et veram rationem, ſepoſita omni miſericordia, quae etiam interdum animum nimis flectit, ex ipſis imperatoris verbis eruamus, quae omnibus omnino poteſtatem adimunt occupandi naufragorum bona. *ſſ. vlt. I. de rer. diu.* diſtinguit inter bona *derelicta et eiecta.* Illorum dominium ſtatim amittitur, quia adeſt voluntas abiiciendi, id eſt, ea mens, vt non amplius debeat eſſe noſtrum; horum autem illa ratio, vt quum adſit abiiciendi neceſſitas, non eo id fiat animo, quod quis id in numero rerum ſuarum amplius habere nolit, *l. 58. ff. de adquir. rer. dom. l. 2. §. fin. et l. 8. ff. ad Leg. Rhod. de iactu l. 21. §. 2. ff. de adquir. vel am. poſſ.* quod adeo verum eſt, vt actio furti contra illum detur, qui lucrandi animo occupauerit, *l. 1. l. 3. l fin. incend. ruin. naufr. l. 43. §. 11. ff. de furt.* Hinc Fridericus II. imperator omnibus, qualescunque ſint, conſuetudinibus ſublatis, tam nauigia ipſa, quam nauigantium bona integra reſeruari ad quos ſpectabant, antequam nauigium illud periculum incurriſſet, ſtatuit, et transgreſſores bonorum ſuorum publicatione mulctauit. *lib. 5. conſuet feud. §. 9.* Vnde deſumta *auth. nauigia C. de furt.* Suffragatur, hiſce nouella conſtitutio ſacratiſſimi Imp. Caroli V. *art.* 218. apud HAIMINSF. *tom. 3. Conſt. Imp. p. 559.* Vnde in camera Imp. hoc in caſu fine clauſula decerni ſolet GAIL. *l. 1. obſeru. 18. ordin. Cameral. p. 2. ord. 23.* REICHWEIN. *part. 1. ſupplic. Camer. cap.* 11. *pag. 588. ſeq.* Vide quae plena manu tradant PRVCKMAN. *in §. ſoluta poteſtas cap. 3. num. 125. ſeqq.* VENTVRA DE VAL. *l. 1. Parthen. litig. cap.* 13. *num. 5. ſeq.*

Digitized by Google

MINDANVS *l. 2. de mandat. iud. cap. 57.* LESSIVS *l. 2. de l. et l. cap. 5. dub.* 18. *num. 67.* BODIN. *l.* 1. *de rep. cap. vlt. num.* 171. CAMMAN. *diſput. 8. de iur. mai. th.* 22. *ſeq.* BESOLD. *de iur. rer. cap. 1.* quod ex rhapſodia iuris Canonici probat *cap. 3. exter. de raptor.* Aſt quidquid dicant, oram maritimam accolentes, ſi non aperte, ſaltem clam, vtcumque poſſunt, de naufragorum bonis rapiunt, quum et conſuetudine apud nonnullos ita id roboratum, vt vix poſſit abrogari. Sic Gallia adhuc malum hunc ſeruat morem, vt ſecundum IVVENALEM *Sat 4.*

Quidquid conſpicuum pulchrumque ex aequore toto eſt,
Res fiſci eſt, vbicumque natat.

Et hoc regale adpellat THOLOSAN. *1. 9. de rep. cap.* 1. *num.* 29. adeo, vt ſi intra ſex hebdomadas non compareat, qui ablatas res vindicet, tum proprio iure eae ad princip. pertineant. Simili modo et leges Suecicae diſponunt, quod inuentor rei naufragae rite et publice intimare debeat rem inuentam, cuius dominus, ſi intra annum et noctem, non aduenerit, probans certis indiciis, rem ſuam eſſe, tertiam partem capit inuentor, reſiduae duae cedunt Fiſco Regio *cap.* 14. *Tiuff. B. St. L. cap.* 26. *eod. L. L.* de qua conſuetudine iniquius iudicat BODINVS, quamquam non adeo ſit aliena ab aequitate. *l.* 1. *de rep. cap.* 10. Aliae gentes regnaque hodie reiiciunt hunc morem. Dania non vult ex miſerorum bonis ditari, *l. 3. Lowbuch cap. 63.* nec Holſatia, ſicut literae principali ſigillo munitae, et ad praefectum Tunderenſem miſſae, teſtantur, ne quidquam de Anglorum
6 bonis, qui Anno 1608. prope Sildiam naufragium fecerant, raperet; nec Pomerania noſtra, in qua ſecundum *Land-Priuileg. §. Dem hanthierenden Kauffmann, &c. cautum: Ob das Gut ohne erforderte Hülffe gleichwohl geborgen würde, wird dem Beſchädigten ſolches, oder auch, wann es verkauft, der gelöſete Werth gegen ein Trinckgeld vnd Erkentniß inwendig dreyen Iahren ausgefolget &c.* Quod tamen olim ſecus erat, vt videre licet ex voto Bugislai X. quod in ſumma anxietate conſtitutus, in mari cum Turcis inſultantibus maſcule confligens, et veru pullis aſſandis pleno ingruentes hoſtes inuicta dextera repellens, fecerat, *daß ſo bald er zu Hauſe käme, dieſe alte aber vngerechte böſe Gewohnheit abzuſtellen, vnd zu beſchaffen, daß ſolche Güter allewege gegen ein ziemliches Berge-Geld, ihrem rechten Her-*

ren

Digitized by Google

ren wieder zugewand werden ſolten, vt id enarrat, et factum anno 1496. adſerit D. CRAMERVS *l. 2. der Pomer. Kirchen Chron. cap. 37. pag. 160.* Quare ſiue naufragium in alto mari, ſiue in παϱαλιᾳ, (vt *in l. 9. ff. ad L. Rhod.* pro ἰταλία, factum ſit, nihil refert, iniuſtiſſimum eſt, nulla cauſſa praecedente probabili dominium alicui ſuum auferre: vnde Euripides in Helena *ναυαγος ἥκω ξενος, ἀσύλητον γένος*, ſum naufragus, ſpoliare quod genus eſt nefas, DION. PRVSEAENSES *orat. 7. de naufrag.* loquutus *μὴ γὰϱ εἴη ποτὲ ὦ ζεῦ, λαϐεῖν μηδε κεϱδάνειν κέϱδος τοιοῦτον ἀπὸ ἀνθϱώπων δυϛυχίας* Nicetas Choniat. in Andronici Imp. vocat: *εθος ἀλογώτατον*; vide et CASSIODOR *l. 4. var. c. 7.* Vnde Chriſtianus Rex Daniae lege de naufragorum bonis confiſcandis abrogata, dicebat, ſibi periiſſe annua 10000. aur. meminit SPEC. SAXON. *l. 2. c. 29.* de Dania agens excommunicationis de raptoribus, et CRANTZ. *l. 12. Vandal. c. 40. et l. 14. c. 1.* CROMER. *Polonic. lib. 21.* vide et GVDELIN. *lib. 5. de iur. Nou. cap. 10. v. olim ſi naufragio.* CHRISTINAE. *vol. 5. dec. 64. et* GROTIVM *l. 2. d. I. B. et P. c. 7. §. 1. et in not.* quam iurisdictionem, contra fas aequumque locupletari ex alterius calamitate, vocant *das Fahr-Recht.* Gallis *le Droict des naufrages ou' Varech*, mutuato a Germanis vocabulo. teſte GVIDON *des Finances fol. 75.* vt et *Stranden, Grundruhr- Recht* ZIERITZ. *ad art. 218. Car. V.* SPECKHAN. *cent. 3. qu. 45. n. 1.* vide et BESOLD. *de mai. fol. 177.* BENEDICT. *in c. Rainut. verb. et vxorem n. 935.* GRYPHIANDR. *c. 31. de Inſul. n. 101.* Debet autem iis, quorum opera 8
res ſeruatae fuerunt, praemium dari, quod in Pomerania noſtra *Barge-Geld* vocari, adſerit WINTHER. *l. 1. Parthen. litig. c. 13. n. 5.* LATHER. *l. 2. de cenſu c. 11. n. 39.* quod in placito Philippi II. Hiſpan. *von Zeedriſſten* praeter mediocrem cuſtodiae mercedem, *redelich Berglohn*, vocatur, quod petere licet et impenſas, ſi quae factae ſint, ab harum rerum ſuſceptoribus. De cauſſis autem naufragorum Imp. *l. 5. C. de naufrag.* ſtatuerunt: breuiter et ſummarie ac citra ſolitum iudiciorum ordinem cognoſcendum eſſe. PECK. *in Comm. ad h. l. n. 2.* WELWOD. in ſuo *abrigement.*

Digitized by Google

CAPVT VI.
DE INSVLIS, ET INCREMENTIS. FLVVIALIBVS.

SVMMARIA.

1. *Diuiſio inſularum.*
2. *Naturalis quae.* 3. 4.
5. *Fortuita quae.* 7.
7. *Manu facta quae.* 8.
9. *De marinae Inſulae dominio.*
10. *De fluuialis Inſulae dominio.*
11. *De dominio reliquarum inſularum.*
12. *De incrementis fluuialibus.*

1 Varias inſularum proponere diuiſiones operis puto ſuperuacui: Optima ea eſt, qua diuiduntur Inſulae in natiuas, fortuitas et manu factas: Eam autem terrae protuberantis partem eſſe inſulam puto, quae e mari vel fluuio prominet, non autem domum, aut aliam rem riuo a continenti diſcretam, qua de ICti tam veteres quam hodierni
2 conſulendi. Naturalis inſula eſt, quam natura conſulto agendi modo produxit. POMPONIVS *iu L. 30. §. 2. ff. de A. R. D.* CAIVS *iu L. 7. §. 3. ff. de A. R. D.* IVSTINIANVS *Imp. in §. praeterea ſeq. Inſt. eod.* VLPIAN. *in L. 1. §. 6. ff. de fluminib.* Non autem dubitandum exiſtimo, exſtare adhuc inſulas, quae a prima creatione, non attenta vel temporis longaeuitate, vel cataclyſmi furore, in hoc vsque noſtrum tempus permanſere, SYRACID. *c. 43. §. 25.* MAIOLVS *l. 1. dier. canic. c. 9. et 14.*
3 Alium modum naturalis inſulae nobis praebet POMPONIVS *in L. 30. §. 2. ff. d. A. R. D. Quum amnis locum, qui aluei fuerat, ſiccum relinquit, et circumfluere caepit:* Intelligit autem receſſum aquae alueique incrementum, vt recte docet PARMENS. *l. 1. de Alluu. c. 3. §. 1. et c. 13.* Et hoc ita intelligimus, quod fluuii, meatus nouos quaerentes, partem continentis abripiunt, et ſingularem quandam viam ſibi quaerunt, vnde vulgo vocantur *Beyſtröhme*, COTHMAN. *conſ. 34. vol. 1.* nam non ita exſiccatur alueus, *vt ager adpellari* poſſit, vt vult PROCVLVS *in l. 56. ff. de A. R. D.* ſed fortior vis fluuii ſe ab antiquo curſu deflectit, et nouum quaerit, Sic vocant *die Altwaſſer im Rhein, die alte Elbe, die Oder,* &c. Tertium modum ex ICto PAVLO *in l. 65. ff. de A. R.*
4 *D.* tradit PARMENS. *l. 1. de Alluu. c. 14.* ſed a me non obtinet calculum, quum

quum talia paluſtria arundinata, anatum aliarumque auium habita-
cula, proprie Inſulae dici non poſſint, et ſi concederetur, melius
ad fortuitas et miraculoſas referrentur, et vix reperies, quam in lo-
cis depreſſis, vt in mea patria, et vicina Friſia orientali. Et tales in-
ſulae ſemper fluctuant, vt earum aliquem texit numerum PLINIVS
lib. 2. nat. hiſt. c. 95. SENECA *lib. 3. nat. hiſt. qu. 25.* Quum et quaedam
ſint, quae ventis et contis quo libeat, impellantur. RHODIGIN. *lib. 9.*
lect. antiq. c. 3. TVRNEB. *l. 1. aduerſ. c. 6.* CAEPOLLA *l. 2. de ſeru. ruſt.*
Praed c. 33. n. 7. de Chemni, fluuiatili Inſula, conſule MELAM. *lib. 2.*
Geogr. et HERODOT. *lib. 2. hiſt.* Adde MACROB. *l 1. Saturn. c. 7.* MAIOL.
l. 1. Canic. dier. c. 14. GRYPHIANDR. *c. 6. de Inſ. n. 43. ſeqq.* Fortuita 5
Inſula eſt etiam quidem a natura, ſed violentiori modo et caſu facta,
irata quaſi et turbata. Fiunt autem Inſulae fortuitae, vt plurimum
terrae motu, et quidem fortiori, quem βρασματίαν vocant PLIN. *l. 2.*
nat. hiſt. c. 80. SENECA *l. 6. nat. qu. 2.* Huiusmodi enim terrae mo-
tus, dum profundunt ſorbentque aquas, PLIN. *lib.* 31. *c. 5.* humumque
intus ſuſcitantes immaniſſimas moles propellunt, MARCELLIN. *l. 17. hiſtor.*
naſcuntur inſulae, et repente e mari emergunt, exempla vide apud
IVSTIN. *lib. 30. Epit. cap. 4.* §. 1. EVSEB. *in Chronic.* SENECAM *l. 6. nat.*
qu. 21. PLIN. *lib. 2. cap. 87.* OBSEQV. *in libr. de prodig.* Fiunt et-
iam, quum per diluuium, aut vim fluminis, mariſue, partes continenti 6
auulſae in inſulas ſecedunt. PLIN. *l. 2. cap. 88.* POMPON. *in l. 30. ff. d.*
A. R. D. De Zancle a mari auulſa teſtatur OVID. *c. 15. metam.* et de
Sicilia VIRGILIVS *lib.* 1. *Aen.* Et ſane multum a naturalibus differunt.
Illae enim frequenter fiunt, hae raro: illae ſenſim, hae repente 7
proſiliunt: Illae ſine vi maiore, hae impetu quodam naſcuntur.
Manu factam eam inſulam voco, in qua hominum induſtria ſaepe ina-
niter laborauit, vt duo maria per effoſſae terrae ſpatium coniungeren-
tur, inani ſaepe labore, vt et prouerbii loco vſurpatum fuerit, Iſth-
mum fodere, et Nili delta perfodere. vide GRYPHIANDR. *de Inſ. c. 8.*
n. 41. ſeqq. Non enim voluit altiſſimus ea coniuncta, quae curioſa 8
hominum manus ſaepe tentauit Sic e mari aedificatas et euectas vr-
bes pro inſulis manu factis recenſet GRYPHIANDR. *c. 8. n. 23. ſeqq.* Vt
de Venetis notum, quae ceu inſulae ſinu Hadriatici maris incumbunt:
STADENS *in chron. ad ann.* 1175. GVNTHER. *l. 2. verſ. 104.* ſic et alias pari
modo exſtructas videas, quas omnes inſularum nomine comprehendi
opor-

oportere . dicendum eſſet. Sed litem non moueo viro egregio : id au-
tem exiſtimo, inſulas proprie vocari non poſſe eas omnes, quas ſub
earum cenſum retulit, ni vocula *nimis* abuti velit, et per hoc a genui-
9 na ſignificatione deflectere. Marinarum inſularum et natura et gen-
tium placita dominium occupanti adſcribant, cui adſtipulatur CAIVS *in
l. 7. §. 3. ff. d. A. R. D.* Non repeto, quae operoſe ab aliis ventilata, de
vniuerſali maris dominio. Inſulas quas prouida natura in eo pro-
duxit, primi fieri occupantis, ceu res a nullo antehac poſſeſſa et in-
10 habitata, niſi a diabolo. GRYPHIANDR. *c. 10. de Inſ. n. 22.* MAIOL. *l. 1.
canic. dier. c. 14.* vero verius adfirmo. Fluuiales autem eius ſunt
iuris, cuius ſunt flumina, nempe publica. *§. 2. I. de rer. diuin.*
Quum in iure ciuili quoad dominium huiusmodi incrementorum non
attendatur locus inferior, ſed collateralis; non aqua ſubiecta, ſed
terra vicina, vide quae diſputet GRYPHIANDR. *cap. 10. num. 23. ſeq.*
Et ſane reipubl. vtilitas expoſcit viciniores fluminis inſulas praeoc-
cupari, ne ab aduerſa parte occupatio ſit noxia, ita, vt ne pretio ab
incolis redimi debeant; Et aliter explicanda mens CAII *in l. 7. §. 3.
de A. R. D.* loquitur enim de inſulis marinis remotioribus. Et ſic
propter paritatem rationis idem ius ſtatuendum eſt, in inſulis mari-
nis proprioribus, quod in inſulis fluuialibus ſtatutum, quia hae iure
ciuili ad vicinos propiores pertinent. *l. 30. ff. de A. R. D. §. 22. in-
ſtit. rod. l. 1. §. 6. ff. de flumin.* HIERON. *de* MONTE *de fin. reg. c. 22.*
11 *num. 4.* BAPTISTA AYMVS *l. 1. de alluu. cap. 14.* Dominium porro in-
ſularum vicinis ipſo iure adquiritur, etiamſi adprehenſio nondum in-
teruenerit, AYMVS *de alluu. l. 2. cap. 8.* quia quoties ex legis diſpoſi-
tione adquirimus, toties dominium ipſo iure nanciſcimur. BARTOL.
*in L. traditionibus in fin. C. de pactis. l. 80. ff. de leg. 2. l. 64. in fin.
de furt.* TREVTL. *vol. 1. diſp. 15. th. 3.* GRYPHIANDR. *c. 30. de inſul. n.
44.* Non autem leue iurgium Dd. inter ortum eſt in reddenda ratio-
ne, cur fluuiales inſulae cedant vicinis, marinae vero occupantibus?
HEIGIVS *ad §. inſula inſtit. de R. D. et l. 2. quaeſt. vlt. num. 62.* putat,
exinde eſſe, quod plerumque tales inſulae adcreſcant ex terra vici-
na per fluuium abrepta, et in certum locum delata. Sic in patria
mea ab vna parte Viſurgis quaedam aufert et adiicit inſulae, quae in
medio fluuio conſpicitur, vt proinde inſula vere adiudicari poſſit,
et debeat illi, a cuius terra abraſa, et arena ibi congeſta eſt, et-
tiam

Digitized by Google

iam alterius ripae dominus vicinitatem proximiorem praetendere poſſit. GRYPHIANDER. *cap. 10. de inſul. num. 56.* ſtatuit, cauſſam ſolam vicinitatem, cur inſularum incrementa ad priuatos pertineant, quod fuſius probat Dn. GRYPHIANDER. *c. 17. de Inſ. n. 88. ſeqq.* Ego putem, naturam fluuiorum eſſe adſpectandam. Sunt enim fluuii, qui ex imo fundi arenam aceruant, et protuberantem hanc materiem eiiciunt, quod et Impp. *in L. vlt. C. de alluu.* agnoſcere videntur, quidam fluuii nec alluunt, nec euiſcerant, ſed materiam ſtruendis inſulis aliude ſecum vehunt, vt Nilus, de quo teſtatur PLINIVS *l. 5. nat. hiſt. cap. 26.* CICERO *de nat. deor: Meſopotaniam fertilem* efficit Euphrates, in quam quotannis quaſi nouos agros inuehit, et Tigris e contra ripis abradit materiam PLIN. *lib. 18. nat. hiſt. c. 17.* In primis autem ſpotioſi fluuii inſulas potiſſimum producit DE Ganges. CVRT. *l. 8: Ganges vbi mari rubro accipitur findens ripas multas, arbores cum magna ſoli parte exſorbet, ſaxis quoque impeditur, quibus crebro verberatur, vbi mollius ſolium reperit, ſtagnat, inſulasque molitur:* quod potiſſimum circa oſtia fluminum contingit. Ita Albis nullibi magis inſulas producit, quam poſt Sueuonae oſtia, vbi in duo brachia finditur. Ex quibus boreale Hamburgum, meridionale Harburgum alluit, et circiter triginta inſulas interiectas complectitur, vt patet ex CHYTRAEO *l. 2. Saxon.* GRYPHIANDR. *c. 17. d. inſul. n. 105. et cap.* 18. *n. 30.* Idem Viſurgis infra Bremam facit, vbi latiſſime diffunditur et apud Blexenam in mare ſe exonerat, eſtque tantae latitudinis, vt aduerſae ripae conſpici non poſſint; De Rheno inſuloſo teſtantur Scriptores. FREHER. *lib. 2. de orig. Palat. cap. 17. et 18.* per eum totam Hollandiam aduectam eſſe, ſcribit SCALIG. *exerc. 49.* GRYPHIANDER. *c. 13. num. 59.* Quod ſi anguſtus ſit amnis, ripisque vtrinque in arctum cogatur, atque ſic praecipiti curſu fundum excauat, inſulas moliri nequit. Mare etiam inſulas et terrarum moles protrudere diximus, non autem profundum illud, ſed vadoſum, in quo reciprocatio maris obtinet, vt mare rubrum, cuius adpellationis accuratiſſimam rationem reddit Briſſonius, de quo alibi: quod in eo quotidie reciprocatio aquarum contingat, et vadoſum aeſtuarium ſit, vt ſane inepta praedicorum ſit quaeſtio, an alluuio quoque in mari obtineat; aeſtus enim

nim materiam ſecum deferens, eamque littori adiiciens, quam receſſus relinquit, incremento terrae cauſſam praebet. Eam autem materiam non vno in loco haurit, plerumque vicinis littoribus abradit, aliquando et procul defert. Maris enim haec natura eſt, vt omne immundum ſtercoſumque littoribus impingat. PLIN. *lib. 2. cap. 98.* Vnde haec purgamenta maris vocat PLINIVS *lib. 31. nat. hiſt. cap. 24.* Eiectamenta TACITVS *de morib. German.* Sed ad rem; ſuperioribus obſtare video *l. penult.* §. *vlt. ff. de A. R. D.* Vbi inſulam publicam eſſe debere, ideo, quod in flumine publico ſit nata, dicitur: CVIAC. *l. 14. obſeru. cap. 11.* ROBERTVS *lib. 1. receptar. lect. cap. 11.* PACIVS *l. 6. Enantiophan. cap. 93.* diſtinguunt, voluntque inſulam publici fluminis vſu publicam eſſe iure gentium; proprietate vero priuatam eorum, qui proximiores inſulae agros poſſident. At non placet haec reſponſio HOTOMAN. *l. 1. obſeru. cap. 23.* DONELL. *lib. 4. comment. cap. 29.* et ibi HILLIGERO *in notis lit.* D. ARVMAEO *Exerc. inſtit. 4. th. 14.* TREVTL. *lib. 2. diſp. 20. th. 5. lit H.* HACKELMAN. *Illuſt. quaeſt. 19. th. 7.* Quum enim hoc modo proprietas inſulae, praeſertim amplioris, vicinis vere ſemper inutilis futura eſſet, non eſt credendum perpetuam, ſeruitutem ipſi imponere voluiſſe Labeonem ICtum, praeſertim quum in littoribus contrarium ſtatutum ſit, quippe quae in vſu communi et proprietate totius populi ſunt: Rectius itaque IVLIVS CAPRA *ad h. l.* HILLIGER. *l. c.* HEIGIVS *l. 1. quaeſt. vlt. num. 124.* hunc textum de eo caſu intelligunt, quo praedia vicina ſunt iuris publici, tunc enim etiam inſulam proximam eiusdem iuris fieri oportere. Nemo enim dixerit, inſulam, quae in Tyberi nata eſt, in eo alueo, quo Romam vrbem interfluit, publicam non eſſe? Quod fortuitas inſulas attinet, in primo modo nulla eſt differentia circa dominium. Hae enim vel vicinis cedunt, ſi propriores ſunt, vel ſi remotiores, vt marinae, occupanti. Alia ratio in ſecundo modo fortuitarum, quod maneant eius, cuius antea fuerunt, priusquam a continenti auellerentur, ſiue fluuiales ſint, ſiue marinae, quoniam vtrobique eadem eſt ratio *L. 7. §. 4. l. 30. §. 2. ff. d. A. R. D. §. 22. Inſt. eod. l. 1. C. de Alluu.* • Manu factarum inſularum dominium manet penes aedificantes, quod adiudicatio ſit modus apquirendi ex iure gentium iuſtiſſimus. *l. 7. §. 10. ff. de A. R. D.* Aſt oneroſus eſt, quum

eius

eius molitio in mari vel flumine ſit ardua et difficilis. DECIVS *in L. 33. n. 6. ff. de R. I.* Et quamuis aedificatio proprie de aedificiis exſtruendis vſurpari ſoleat: pertinet tamen ad alia opera marina et fluuialia, ad quae noui operis nunciatio pertinet. *l. 1.* §. 18. *ff. de Nou. Op. Nunc.*

Incrementa fluuialia ea omnia eſſe puto, quae vel fortuito vel naturaliter bonis noſtris adcreſcunt: Fortuita incrementa omnia fere fiſcus principis aut ſibi adiudicat, aut certe cum territorii dominis participat. Sic in vadoſis locis frequentia naufragia ſaepe bona ad littus adpellunt, quae ab inhabitantibus maximo cum gaudio attrahuntur, ſi celare poſſunt, non in ſocietatem partitionis aduocant fiſcum; et certum eſt, ab illis naufragorum bonis nonnullos populos inſulares praecipue victum quaerere: Solet etiam mare eiicere res pretioſas, conchas, lapillos, et eiusmodi res alias, quae prouida natura in profundo generauit, impetus autem fluuiorum litteribus aduoluit, ea eiectamenta diuerſiſſima eſſe, et diuerſum circa illa obſeruari ius, facile mihi perſuadeo, ſi hiſtorias et monumenta Dd. reuoluo, vt ſatius ſit, cuiuscumque loci aut ſcriptam aut tacitam conſuetudinem obſeruari, quam in iure talium rerum oracula ICtorum conſulere. Non ius quaeſitum princeps facile auferet, quamuis quaerendum ſibi adiudicare poſſit, vt latiſſima haec materia de eiectamentorum proprietate tractari poſſet, niſi alia eſſet inſtituti ratio: naturalia incrementa, quae beneficio fluminum agris noſtris adcreſcunt, cedere occupantibus, iam ante me alii dixerunt, vt ego iis operoſius enucleandis inhaerere, haut ducam neceſſarium, quum auctor noſter hinc inde controuerſias, quae tractari hic poterant, attigerit et deciderit, fuſiusque ea tractet *Dn.* GRYPHIANDER. *c.* 11. *de Inſul.* 12

Eſſent alia hic tractanda, repetenda, plenius decidenda, ſed me ſuſtineo, quoniam auctoris methodi ignarus, haec quae tradidi, maximo labore ex verbis eius, diſperſis per integrum opus corraſi quaſi, et ex methodi ratione hac enodanda reſtare percepi: Ingenti laude optimus Auctor Vir. Cl. ornandus, quod tractatum hunc, explicatu

Digitized by Google

catu difficillimum, primus omnium, certa methodo comprehenderit et erudito orbi exhibuerit; quamuis non neſciam, ad futuros nonnullos praeclari huius laboris Maſtyges, qui, quod paria ſuſcipere et elaborare non valent, labores illos certe carpent ſeu arrodent potius, et ex egregii Viri tentata fama, inanem gloriolam conquirere apud aeque imprudentes putabunt, quod concedimus; de eo certi, cordatum et eruditum lectorem aequiſſimo animo immenſos hos ſudores et impenſos labores condigne aeſtimaturum, cuius vt demererer gratiam, ſepoſitis tam iniunctis lectionibus, quam aliis laboribus, quos in ſimili opere impendo, feruenti animo inſtare, et hoc quidquideſt, adiicere volui.

Θεῷ μόνῳ δόξα.

Digitized by Google

REINOLDI KVRICKE

IVS MARITIMVM HANSEATICVM.

Digitized by Google

Digitized by Google

CIVITATVM HANSEATICARVM
ORDINATIO NAVTICA,
ET
IVS MARITIMVM.

Vorrede.

Wir Burgermeiſter vnd Rathe der vereinigten teutſchen Hanſe-Stædt, entbiethen den ehrſamen vnſern lieben Burgern, ſonderlich den Schiffs-Redern vnd Schiffern, wie auch ſonſt dem gemeinen Schiffs-Volck, welches auf vnſern vnd vnſer Burger Schiffen zu dienen vnd zu fahren gedenckt, vnſern Gruß, vnd fugen euch hiemit zu wiſſen, daß wir zu Befœrderung der Seefahrt vnd Kaufmannſchaft vnd alles aufrichtigen Handels, alſo zu gemeinem, vnd euer ieden Beſten, vnſere hieuor in den Druck gefertigte gemeine Schifs-Ordnung von neuen zu Bedacht gezogen, reuidirt vnd erſehen, vnd mit etlichen dienlichen Zuſætzen erklæret vnd gebeſſert, auch, umb mehrer Richtigkeit willen, vnter gewiſſe Titul ausgetheilet haben. Publiciren vnd verkunden euch darauf ſolche vnſere von neuem reuidirte vnd erklærte gemeine Schiffs-Ordnung, vnd wollen, daß ihr deroſel-

PRAEFATIO.

Nos conſules et ſenatus confoederatarum ciuitatum Hanſeaticarum ciuibus noſtris honoratis, in primis exercitoribus nauium et naucleris, vt et vniuerſis nautis, qui in noſtris et ciuium noſtrorum nauibus ſeruiendi et vehendi animum habent, ſalutem dicimus, atque hisce vobis ſignificamus, quod ad promouendam nauigationem et mercaturam omnemque honeſtam negotiationem, atque ita in commune et cuiuslibet veſtrum commodum, noſtram ante hac typis editam communem ordinationem nauticam, iterum examinauerimus, reuiderimus ac inſpexerimus, et quibusdam neceſſariis additamentis declarauerimus et meliorauerimus, maioris etiam dexteritatis ergo in certos titulos diſtribuerimus. Publicamus itaque et denunciamus vobis hanc noſtram denuo reuiſam et recenſitam communem ordinationem nauticam, ac

Digitized by Google

roſelben, ſo viel die euer ieden betrifft, in allen ihren Puncten vnd Articuln hinſuro zu allen Zeiten, bis wir ein anders, mit gemeinem zeitigem Rath, geordnet haben werden, gehorſamlich gelebt vnd nachkommet; Denn alſo vnd nicht weniger thut, ſo lieb euer ieden iſt die aufgeſetzte Straf zu vermeiden, darnach ihr euch zu richten, vnd ihr vollbringet daran zu eurem eigenen beſten, vnſere wolgefællige Meinung. Gegeben in vnſerer Verſammlung alhie zu Lubeck am 23. Maii, nach Chriſti vnſers lieben Herrn Geburth im ſechszehen hundert vnd vierzehenden Iahre.

ac volumus, vt illi, in quantum quemque veſtrum concernit, in omnibus ſuis punctis et articulis, poſthac perpetuis temporibus, donec aliam communi et maturo conſilio conſtituerimus, obedienter pareatis ac obſequium praeſtetis. Facite haec, et non ſecus, in quantum cuique veſtrum gratum eſt, poenam conſtitutam euitare, quibus vos conformantes, in propriam veſtram vtilitatem, beneplacitam noſtram voluntatem explebitis. Datum in conuentu noſtro Lubecae die XXIII. Mai. Anno, poſt natiuitatem Chriſti, dilecti Domini noſtri, milleſimo, ſexcenteſimo, decimo quarto.

ORDINATIO.

HAEC QVINDECIM CONTINET TITVLOS.

TITVLVS I. De ſtructura ſiue fabricatione nauium, continet 6. articulos.
Von Erbauung der Shiffe, begreifft 6. Artickel.

TIT. II. De exercitorum auctoritate in conducendis et dimittendis naucleris, continet 4. articulos.
Von der Schiffsfreunde vnd Rehder Macht in Annehmung vnd Beurlaubung der Schiffer, begreifft 4. Artickel.

TIT. III. De officio naucleri, habet 19. Articulos.
Von des Schiffers Amt, hat 19. Artickel.

TIT. IV. De nautarum conductione et officio, habet 29. Articulos.
Von des Schiffs-Volcks Aufnehmung vnd Amtsgebühr, hat 29. Artickel.

TIT. V.

TIT. V. De inſtructione nauium ſeu exercitione, habet 7. articulos.
Von Ausreutung der Schiffe, hat 7 Artickel.

TIT. VI. De foenore nautico, continet 3. articulos.
Von Bodmerey, begreifft 3. Artickel.

TIT. VII. De Ammiralitate, habet 1. articulum.
Von Ammiralſchafft, hat 1. Artickel.

TIT. VIII. De iactu maris et Hauaria, habet 4. articulos.
Vom Seewurff vnd Hauerey, hat 4. Artickel.

TIT. IX. De naufragio et inuentis in mari, habet 5. articulos.
Vom Schiffbruch vnd Seefund, hat 5. Artickel.

TIT. X. De aliis damnis, culpa, caſu, vel infortunio nauibus illatis, habet 4. articulos.
Von anderen Schäden, ſo ſich durch Schuld, Vngerath, oder Vnglück an Schiffen begeben, hat 4. Artickel.

TIT. XI. De exoneratione nauium et traditione mercium, habet 6. articulos.
Von Loſung der Schiffe vnd Lieferung der Güter, hat 6. Artickel.

TIT. XII. De naucleorum calculo ſiue rationum redditione, habet 3. articulos.
Von der Schiffer Rechnung, hat 3. Artickel.

TIT. XIII. De vectibilibus nautarum mercibus, continet 7. Articulos.
Von der Führung, begreifft 7. Artickel.

TIT. XIV. De extraordinaria remuneratione fidelium nautarum, comprehendit 3. articulos.
Von Extraordinairer Belohnung getreuer Schiffs-Kinder, faſſet 3. Artickel.

TIT. XV. De executione huius ordinationis, habet 2. articulos.
Von Execution dieſer Ordnung, hat 2. Artickel.

Digitized by Google

TITVLVS I. DE FABRICA ET STRVCTVRA NAVIVM.

Der erſte Titul. Von Erbauung der Schiffe.

Der erſte Artickel.

Niemand mag in vnſern Städten Schiffe auffſetzen vnd bauen laſſen, ohne, welche einer jeden Stadt vnſers Bundes Bürger ſeynd, oder deſſen ſonderbahre Vergünſtigung, von iedes Ortes Obrigkeit, haben.

II. *Kein Schiffer ſoll ſich vnterſtehen ein Schiff zu bauen, es ſey dann, daß er ſeine Freunde, die mit ihm bauen wollen, alle beyſammen habe, es wære denn, daß er das Schiff alleine zu bauen, vnd zur Seewart zu führen, vermocht, bey Poen eines halben Thalers, von einer ieden Laſt, nach des Schiffes Gröſſe, halb einem ehrbaren Rath iedes Orts, vnd halb den Armen zu entrichten.*

III. *Wann der Schiffer die Freunde alle beyſammen, vnd deren Willen zum bauen hat, ſo ſoll er mit den Freunden noch ferner der Sachen eins, wie groß, oder wie klein, das iſt, wie viel Ellen Keels, wie*

TITVLVS I. DE FABRICA ET STRVCTVRA NAVIVM.

Articulus I.

Nemo in noſtris ciuitatibus naues fabricari et exſtrui curabit, niſi qui cuiuslibet ciuitatis noſtrae ſocietatis ciues ſint, aut peculiarem ad hoc conceſſionem, a cuiusuis loci magiſtratu, habuerint.

II. Nullus nauclerus audeat nauim exſtruere, priusquam omnes ſuos exercitores, qui vna ſecum exſtruere volunt, praeſto habeat, niſi nauim ſolus exſtruere, et in mare deducere potens ſit, ſub poena dimidii thaleri, de qualibet laſta, pro quantitate nauis, partim Senatui cuiusuis loci, partim pauperibus pendendi.

III. Quando nauclerus omnes exercitores praeſto habet, et eorum conſenſum ad exſtruendam nauim obtinuit, id tamen incipere non debet, niſi prius cum exercitoribus porro conueniret, quam

Digitized by Google

wie viel Füſſe Flaches, wie viel auf dem Balcken, wie tief verbunden, damit das Schif nicht gröſſer noch kleiner werde, denn wie es die Freunde begehren, nach laut einer Zerte, welche darüber ſoll aufgerichtet werden; Thäte der Schiffer darüber, vnd das Schif würde über fünf Laſt gröſſer, als es bewilliget, ſoll er verbrochen haben, von ieder Laſt, welche das Schiff gröſſer würde, zwey Thaler, halb an den Rath, vnd halb an die Armen.

quam magna, aut quam parua, hoc eſt, quanta longitudo carinae, quot pedum extenſio prorae, quanta amplitudo ſpatii ſuper trabibus et quanta alui profunditas eſſe debeat, ne nauis contra voluntatem exercitorum maior aut minor fiat, iuxta certificationem, quae eo nomine conficienda erit. Si nauclerus ſecus fecerit, nauisque quinque laſtarum capacior, quam communi conſenſu placuit, fiat, pro qualibet laſta exorbitanti, binis thaleris, dimidia ex parte Senatui, et ex altera medietate pauperibus ſoluendis, mulctetur.

IV. *Gleicher Geſtalt ſoll der Schiffer nicht Macht haben, nachdem das Schiff einmahl in die See geſetzt, ichtes daran zu bauen, oder zu beſſern, noch einig Reitſchafft dabey zu zeugen, ohne Wiſſen vnd Willen der Freund, es wäre denn, daß er in frembden Landen wäre, vnd beweiſen könte, daß es die Noth, vmb das Schif durch die See zu bringen, erfordert, daſſelbe, oder deſſen Reitſchafft alſo zu beſſern, ander Geſtalt ſollen ihm die Freunde zu den Koſten zu antworten nicht ſchuldig ſeyn.*

IV. Similiter Nauclerus non habeat poteſtatem, poſteaquam nauis in mare deducta eſt, quidquam in ea fabricandi, aut reparandi, nec vlla inſtrumenta nauis comparandi, ſine ſcitu et conſenſu exercitorum, niſi in exteris locis fuerit, ac probare poſſit, neceſſitatem, vt nauis per mare deduci poſſet, poſtulaſſe, illam aut eius inſtrumenta taliter reparari, alioquin exercitores expenſas illi refundere non tenebuntur.

V. *Zu Erbauung der Schiffe ſollen die Freunde vnd Rehdere, ſowohl auch der Schiffer nicht bemächtiget ſeyn, einige Materialien oder Victualien von dem ihrigen heraus-*

zu-

V. Ad exſtruendas naues, exercitores, vt et nauclerus non habeant poteſtatem vllum adparatum aut commeatum nauticum, de ſuo ſuppeditandi, et ad ratio-

nes

Digitized by Google

zugeben, vnd in Rechnung zu bringen, es ſey dann, daß die übrigen Freunde vnd Rehder alle darein gewilliget, thäten Sie darüber, ſollen ihnen die andern zur Zahlung nicht gehalten ſeyn.

nes referendi, niſi omnes reliqui exercitores conſenſerint, ſin ſecus fecerint, reliqui ſolutionem praeſtare non tenebuntur.

VI. *Damit aber alles deſto richtiger zugehe, vnd was zu des Schiffes Erbauung von nöthen, mit Vortheil eingekauft, vnd zur Handgebracht werde, ſo ſollen die Schiffer ſchuldig ſeyn, die ſämtliche Schifs-Freunde vnd Rehdere zu erſuchen, daß Sie eine oder zwo Perſonen ihres Mittels, mit ihrer aller Conſens, dem Schiffer zuordnen, welche ihme helffen kauffen, zu gemeinem des Schiffes beſten, vnd was denn alſo gekauft wird, das ſoll beſcheidentlich von wem, vnd zu welcher Zeit, item, wie theur es gekauft worden, verzeichnet, vnd zur Rechnung gebracht vnd gut gethan werden. Erzeigten ſich die Schiffer, vnd Schifs-Freunde vnd Rehdere ſäumig hierinnen, ſollen ſie, ſo oft darüber geklaget wird, mit zehen Thaler Straffe dem gemeinen Gute verfallen, vnd die Schiff-Freunde daſſelbe, was der Schiffer ohne der Freunde willen gekauft, zu bezahlen nicht ſchuldig ſeyn.*

VI. Vt autem omnia eo accuratius peragantur, et quidquid ad nauis exſtructionem neceſſe eſt, commode coematur et conquiratur, tenebuntur naucleri ab vniuerſis exercitoribus requirere, vt vnam vel alteram perſonam inter ſe, omnium conſenſu, nauclero adiungant, qui in communem nauis vtilitatem, circa emtionem illum iuuent, et quidquid taliter coemtum fuerit, id ſpeciatim, a quo, quo tempore, item quo pretio, adnotari, et in rationes referri, ac retribui debet. Quod ſi naucleri, et exercitores hac in parte in mora fuerint, quoties hoc nomine querela oriretur, mulctam decem thalerorum reipublicae dependent, et exercitores, quidquid nauclerus ipſis inuitis emit, ſoluere non tenebuntur.

Digitized by Google

Der andere Titul.

Von der Schiffs-Freunde vnd Rehder Macht in Annehmung vnd Beurlaubung der Schiffer.

Der erſte Articul.

Welcher Schiffer zuvor ein Schiff geführet hat, der ſoll von niemand anders vor Schiffer angenommen werden, es ſey dann, daß er gut Beweiß vnd Zeugnis aufzulegen habe, daß er von ſeinen vorigen Freunden, denen er gedienet, mit ihrem Wiſſen vnd guten Willen, nach gethaner erbarer richtiger Rechnung abgeſchieden ſey, bey Straffe viertzig Thaler, halb dem Rath, vnd halb den Schifs-Freunden, von denen der Schiffer ohne Willen vnd Rechnung geſchieden ſeyn möchte, zu entrichten.

II. *So bald Iemand vor Schiffer angenommen wird, ſollen ihm die Freunde ſeine Heur auf alle Fahr-Waſſer machen, damit der Schiffer nach ſolchem, auch des Steurmanns, vnd anderer Officirer Heur zu machen, vnd darin der ſämtlichen Rehder beſtes zu wiſſen, möge angewieſen werden.*

III. *Wir wollen auch die Schifs-Freunde vnd Rehder alles Fleiſſes ermahnet haben, daß ſie zu iederzeit bey erſter Annehmung der Schiffer, oder da das nicht geſchehen were,*

TITVLVS II.

DE EXERCITORVM AVCTORITATE IN CONDVCENDIS ET DIMITTENDIS NAVCLERIS.

ARTICVLVS I.

Quicumque nauclerus antea nauim duxit, a nemine aliter in nauclerum conduci debet, niſi euidentes probationes et atteſtationes produxerit, quod a ſuis prioribus exercitoribus, quibus inſeruiit, ſcientibus et conſentientibus, poſt praeſtitas decentes et liquidas rationes, dimiſſus fuerit, ſub mulcta 40. thalerorum, media ex parte Senatui, et ex altera medietate exercitoribus, a quibus inuitis nauclerus, nullis rationibus praeſtitis, feceſſit, ſoluendorum.

II. Quamprimum aliquis in nauclerum adſumitur, exercitores naulum in omnibus aquis nauigalibus illi conſtituere debent, vt hoc praeuio nauclerus etiam cum gubernatore nauis et reliquis officiariis de mercede conuenire, atque hac in parte omnium exercitorum commoda promouere poſſit.

III. Omnes quoque exercitores diligentiſſime monemus, vt quouis tempore, quamprimum naucleros conduxerint, aut ſi id factum non ſit, circa proxime inſtan-

wäre, bey erſter nächſtkünftiger Ausreidung, richtige, klare vnd deutliche Abrede, Geding vnd Vergleichung mit ihnen machen, vnd ſie vnter andern, vermittelſt ihres Eydes angeloben, vnd darüber offene Inſtrument, oder ſonſt glaubliche Schrift aufrichten laſſen, daß ſie nemlich ihrem Amt treulich vorſeyn, der Erb-Städte Ordnung gehorſamlich geleben, den Freunden vnd Rehdern mit erbarer richtiger Rechnung iedesmahl fürkommen, vnd da deswegen Streit zwiſchen ihnen fürfallen ſolte, an eines erbahren Raths iedes Orts Erkentnis, vnd Ausſpruch ohne alles appelliren vnd reduciren, ſich gäntzlich begnügen laſſen wollen &c. Denn damit gedencken wir, mit Gottes Hülffe, der wachſenden Vntreu vnd aller Gelegenheit derſelben zu begegnen, alle gefährliche Aufzüge zu verhüten, vnd aufrichtigen Handel und Wandel zu gemeinem Beſten, zu befördern.

ſtantem inſtructionem nauis, accuratas, claras et perſpicuas conuentiones, pacta et transactiones cum iisdem ineant, illique inter alia, mediante iuramento, promittant, atque hoc nomine publica inſtrumenta, aut alia fide digna ſcripta confici curent, quod videlicet officio ſuo fideliter fungi, ordinationi ciuitatum parere, exercitoribus honeſtas et exactas rationes reddere, et ſi eo nomine lis inter eos oriatur, in Senatus cuiuslibet loci ſententia et decreto, absque vlla adpellatione et reductione, totaliter adquieſcere velint &c. Hoc enim medio intendimus, Deo adiuuante, creſcenti infidelitati, et omni ad eandem occaſioni obuiare, omnes periculoſas machinationes euitare, et honeſtam negotiationem, mutuamque conuerſationem pro communi bono promouere.

IV. *Würde ſich ein Schiffer gegen ſeine Freunde nicht dergeſtalt erzeigen, daß ſie ihn vor Schiffer zu behalten gemeinet, ſo ſollen die Freunde Macht haben, den Schiffer zu beurlauben, vnd abzuſetzen, iedoch, daß ſie ihm ſein Schiffpart, da er einiges hætte, alſo bezahlen, wie es nach Erkent-*

IV. Si quis nauclerus erga ſuos exercitores ſeſe ita non geſſerit, vt eum pro nauclero retinere poſſint, tunc habeant poteſtatem exercitores, nauclerum dimittendi et ab officio remouendi, attamen vt partem ſuam nauigii, ſi quam habuerit, illi ſoluant, eo pretio, quo a viris,

by Google

kentniß vnpartheyiſcher Leute taxiret vnd geſchatzet werden mögte.

ris, nulli partium addictis, aeſtimabitur.

Der dritte Titul.

Von des Schiffers Amt.

Der erſte Artickul.

Ein ieglicher Schiffer ſoll des Compaſſes, der See-vnd Fahr-Waſſer kundig ſeyn, vnd das Schiff zu führen vnd zu ſteuren, zu laden vnd zu loſſen, vnd das Volck anzufuhren, vnd zu regieren wiſſen: Gebe ſich iemand dafur aus, vnd kœnte dafur nicht beſtehen, der ſoll nach Beſind-vnd Ermæſſigung geſtraft werden.

II. *Wenn der Schiffer zur Seewerts gedencket, vnd die Ausreidung, dauon hernach vnter dem funfften Titul gehandelt werden ſoll, richtig, ſo ſoll er mit erfahrnen Steurleuten, vnd andern tüchtigen Schiffs-Volck ſich verſehen, vnd dann ſonderlich wahrnehmen, damit das Schiff nicht zu wenig noch zu viel, vnd ſonderlich auch auf dem Vberlauf, vnd in der Caiute gar nicht beladen, ſondern alſo mit Wahren oder Ballaſt verſehen ſeyn mœge, daß es weder ſeiner Ranckigkeit halben periclitire, noch der Vberladung wegen der Güter Werffung vonnœthen wære. Thæte er das nicht, vnd entſtünde Schaden daher, den ſoll er zu bezahlen*

TITVLVS III.

DE OFFICIO NAVCLERI.

ARTICVLVS I.

Quilibet nauclerus pixidis nauticae, maris et aquarum nauigabilium peritus, nauemque ducendi, et gubernandi, onerandi et exonerandi, nautasque informandi et regendi ſciens ſit: quod ſi pro tali ſe geſſerit, et ineptus eſſe deprehenditur, is pro qualitate et aeſtimatione facti puniri debet.

II. Quando nauclerus iter maritimum ſuſcipere intendit, et inſtructio, de qua infra titulo quinto tractabitur, expedita eſt, tum de expertis gubernatoribus nauis, et aliis idoneis nautis ſibi prouidere, ac praecipue attendere debet, ne nauis minus vel plus, quam oportet, et in primis in conſtrato vel conclaui nauis plane non oneretur, ſed ita mercibus et ſaburra illi proſpectum ſit, ne vel ob leuitatem ſuam periclitetur, vel propter nimium onus iactura mercium opus ſit. Quod ſi ſecus fecerit, damnumque inde exſurgat, illud refundere debet, et licet talis exceſſiue onerata nauis feliciter portum adpulſa ſit, nihilomi-

Digitized by Google

zahlen ſchuldig ſeyn, vnd wenn gleich ein ſolch uberladen Schiff wol uberkommen wurde, ſo ſoll er doch von einer ieglichen Laſt, damit er die Vberladung beweiſslich gethan, ſo viel Fracht, als er an den ubrigen Laſten verdienet, der Hanſe-Stadt, oder dem Cuntl or, alda er anlangen wird, zu bezahlen pflichtig ſeyn.

hilominus pro qualibet laſta exceſſiuae onerationis, praeuia probatione, tantum nauli, quantum ex ſuperabundantibus laſtis meruit, ciuitati Hanſeaticae aut emporio, vbi adpulerit, ſoluere tenebitur.

III. *Der Schiffer ſoll des Nachts nicht vom Schiffe bleiben, bey Straf nach Ermæſſigung, thæt es ihm aber ie noth, vnd er mægte das beweiſen, ſo ſoll es ihm ohne Straf ſeyn, iedoch daſs er auf ſolchen Fall dem Haupt-Boſsman vnd andern Officianten, ſo viel darzu vonnœt'en, das Schiff immittelſt mit Fleiſs befehle.*

III. Nauclerus tempore nocturno extra nauim ne maneat, ſub poena arbitraria, ſi autem id neceſſe habuerit, idque probare poſſit, tum impune id ferat, attamen vt hoc in caſu proretae et aliis officiariis, quotquot ad hoc opus eſt, nauem interea diligenter commendet.

IV. *Damit auch die Schiffer des Schiffes vnd ihres Amts deſto beſſer abwarten mægen, ſo ſollen ſie ſich nicht bald mit Kaufmannſchaft beladen, ſonderlich aber alles weitlæuftigen Handels, dadurch ſie an Wartung ihres Amts beym Schiff verhindert werden mægten, ſich gæntzlich entſchlagen, bey Straf, wie das ein Rath auf der Reeder Klage nach Befindung richten wird.*

IV. Vt etiam naucleri naui ſuae et officio tanto melius inuigilare queant, ideo non ſtatim mercatura ſe onerent, in primis ab omni prolixa negotiatione, qua in peragendo officio nauali impediuntur, plane abſtinere debent, ſub poena, quam Senatus exercitoribus conquirentibus, prout res deprehenſa fuerit, adiudicabit.

V. *Die Schiffer ſollen ihrem Schiffs-Volck zu Verhütung alles Mutwillens vnd Aufſtandes ihre wolverdiente vnd verſprochene Heu-*

re

V. Naucleri nautis ſuis ad euitandam omnem petulantiam et ſeditionem, bene meritam et promiſſam mercedem ne detineant,

nec

daran ichtes beſchneiden vnd abbrechen, es wære denn, daß auf vorgehende Verhör vnd Gutachten der Schifs-Freunde, wann die Reyſe vollenzogen, jemands, ſeiner Verbrechung halben, etwas zu kürtzen vnd abzuziehen wære.

VI. *Vnd damit ſo wol Schiffer, als Schifs-Kindere wiſſen mægen, zu welcher Zeit die Heure zu entrichten, vnd zu empfangen, ſo ordnen wir, daß die Schiffe, ſo Oſtwerts vnd auf Norwegen lauffen, zu zweymahlen, vnd iedesmahl einen dritten Theil davon bezahlen ſollen, ein Theil da der Schiffer ablæuft, das ander da er loſſet, vnd das dritte Theil, wenn die Reyſe vollendet iſt, bey Poen zehen Thaler, ſo oft darwider von Schiffern, oder Schifs-Kindern in Bezahlung oder Forderung der Heure gehandelt wird.*

VII. *Gebe aber ein Schiffer ſeinem Schifmann auf der Reiſe, da er erſt loſſet, oder anderwerts ladet, ohne redliche vnd kundbahre Vrſach, Vrlaub, ſo ſol er ihm die volle Heur vnd Führung zu bezahlen ſchuldig ſeyn.*

VIII. *Würde ſich der Schifs-Kinder einer oder mehr gegen den Schiffer muthwillig ſtellen, oder vntreu erzeigen, welches mit zween andern Schifs-Kindern zu beweiſen, den oder dieſelbige mag der*

nec quidquam inde defalcent, aut decurtent, niſi praeuio examine, et beneplacito exercitorum, poſt iter abſolutum, cuipiam propter delictum ſuum quidquam decurtandum et defalcandum fuerit.

VI. Et vt tam nauclerus, quam nautae ſcire queant, quo tempore merces ſoluenda et accipienda ſit, ideo ordinamus, quod naues, quae verſus partes Auſtrales et in Noruegiam tendunt, binis vicibus, qui autem ad alia remotiora loca nauigant, tribus vicibus, ac quauis vice trientem eius ſoluere debeant, vnum ibi, vnde nauclerus nauigat, alterum, vbi merces exonerat, et tertium, poſtquam iter abſolutum eſt, ſub poena 10. thalerorum, quoties contra haec a naucleris et nautis circa ſolutionem aut poſtulationem mercedis peccabitur.

VII. Si vero nauclerus nautam ſuum in itinere, vbi nauim primitus exonerat, aut aliorſum onerat, absque ſufficienti et notoria cauſſa dimittat, tum plenam illi mercedem et vectibilia ſoluere tenebitur.

VIII. Si quis nautarum, vnus vel plures, petulanter erga nauclerum ſe geſſerit, id quod binis aliis nautis probari debet, illum vel illos nauclerus commodo tempore in terram, attamen ab hominibus

der Schiffer zu gelegener Zeit wol an Land, jedoch daſs Leute darauf wohnen, ſetzen, darwider ſich die übrigen Schifs-Kinder nicht auflehnen, ſondern dem Schiffer nichts weniger die Reiſe vollenden helffen ſollen, bey Verluſt ihrer **Heur vnd hoher Straf der Obrigkeit.**

IX. *Wenn das Schiffs-Volck wider ihr Amtsgebühr, darvon im nechſtfolgenden Titul verordnet wird, ichts verbricht, vnd es wolte einer dem andern zuwidern diſsfalls nicht Zeugnis geben, ſo ſol des Schiffers eydlicher Auſſage geglaubt vnd die Verbrechere darnach geſtrafft werden.*

X. *Würde der Schiffer auch ſelbſt die verfallene Brüche des Schiffs-Volcks verſchweigen, ſo ſol ers mit 50. Thalern verbüſſen, halb der Obrigkeit, vnd die andere Helfte den Armen zu entrichten.*

XI. *Trüge ſichs zu, daſs einer den andern im Schiff erſchlüge vnd vmbs Leben bræchte, den Thæter ſol der Schiffer in die Eiſen ſchlagen, vnd ins erſte Gerichte bringen, damit er allda ſeine Strafe empfahe.*

XII. *Begebe ſichs, daſs dem Schiffer ein Freybeuter an Borth kæme, deſſen ſich der Schiffer mit ſeinem Volck, vermittelſt der Hülffe des Allmæchtigen, verhoffent-*

nibus habitatam, exponere poteſt, cui ſe reliqui nautae non opponant, ſed nihilominus nauclerum iter reſiduum perficere iuuent, ſub amiſſione mercedis ſuae, et graui magiſtratus animaduerſione.

IX. Quando nautae contra officii ſui tenorem, de quo ſequenti titulo ſtatuitur, deliquerint, et alter eorum contra alterum hoc nomine teſtari noluerit, tum naucleri iuratoriae adſertioni credi, et delinquens puniri debet.

X. Si vero nauclerus ipſemet delictum a nautis commiſſum ſilentio ſuppreſſerit, tunc quinquaginta thaleris mulctetur, vna ex parte magiſtratui, et altera pauperibus pendendis.

XI. Quod ſi contigerit, alterum ab altero in naui occidi, et vita priuari, reum nauclerus compedibus ferreis conſtringat, et ad primum iudicium deferat, vt ibidem poena condigna adficiatur.

XII. Si contigerit nauclerum a pirata inuadi, et ſpes ſit, nauclerum cum ſuis nautis, auxiliante Deo Omnipotente, illi reſiſtere poſſe, nautaeque ad hoc fine parati, nau-

Digitized by Google

ſentlich zu erwehren, vnd zu entſchütten hætte, vnd das Volck wære willig darzu, der Schiffer aber wolte nicht fechten, ſo ſoll derſelbige Schiffer nach der Zeit einig Schif zu führen nicht beglaubt, ſondern ſeiner Ehren entſetzet ſeyn, vnd für keinen redlichen Mann gehalten, noch in einiger Hanſee-Stadt geleidet vnd gelitten werden.

nauclerus autem dimicare nolit, tum nauclero huic poſt haec nulla nauis regenda committatur, ſed honore ſuo priuari, et infamis haberi, ac in nulla ciuitate Hanſeatica tolerari debet.

XIII. *Würden einem Schiffer Edelgeſtein vnd dergleichen koſtbahre Sachen, welche nicht Frächtgüter ſeyn, oder auch bar Geldt vmb einen gewiſſen Lohn oder Trinckgeld mit zu überbringen in Verwahrung gethan, davon ſoll ihm der vierte Pfennig gegeben, vnd die vbrigen drey Pfennige den Schifs-Freunden gefolget werden.*

XIII. Si cuipiam nauclero margaritae et ſimilia precioſa, quae nomine mercium vectoriarum non veniunt, vel etiam pecunia parata, pro certo honorario transportanda, in cuſtodiam data fuerint, quarta exinde pars illi, et reliqui tres quadrantes exercitoribus tradi debent.

XIV. *Ob ſich gleich ein Schiffer vnterſtehen würde ſein Antheil Schifs, ſeinen Rehdern etwa zu Verdruſs vnd Widerwillen, jemand anders, vber den rechten Werth, zu verkauffen, dahero den Rehdern in den Kauf zu treten, wie ihnen ſonſt gebühret, vngelegen, ſo ſollen ſie doch nicht mehr, als den billigen Werth nach guter Leute Erkentnis, darumb zu geben ſchuldig ſeyn.*

XIV. Etiamſi nauclerus quispiam auſus fuerit, ſuam partem nauis, odio forte exercitorum, et illis aegre faciendi ſtudio, alteri cuipiam vltra iuſtum pretium, vendere, et exercitoribus emtioni huic ſe interponere, id quod alioquin illis competit, non collubeſcat, non tamen tenebuntur plus quam iuſtum pretium, iuxta arbitrium bonorum virorum eo nomine ſoluere.

XV. *Würde ein Schiffer, ohne wahre Noth in einen Haven ſegeln, dahin er nicht befrachtet, ſo ſoll*

XV. Si nauclerus nulla legitima neceſſitate compulſus, portum aliquem intret, ad quem condu-

Digitized by Google

ſoll er den Schaden, welchen die Rehder darauf rechnen kœnnen, aus ſeinem Beutel zu erſtatten ſchuldig ſeyn.

ctus non eſt, tum damnum, quod exercitores computare poſſunt, proprio aere refundere tenebitur.

XVI. *Würde er aber allda Kaufmanns Güter, vnd das Schif verkauffen, vnd weichhaftig werden, vnd alſo den Freunden Schif vnd Gut entwenden, ſo ſoll er in keiner Hanſee Stadt geliten, vnd da er betreten wurde, an ſeinem Freyen hœchſten geſtraft werden.*

XVI Si vero ibidem bona mercatorum et nauim vendiderit, ac iu fugam ſe dederit, adeoque exercitores naue et bonis fraudauerit, tum in nulla ciuitate Hanſeatica tolerari, et vbicumque offendetur, capite puniri debet.

XVII. *Wäre er aber durch Sturm oder andere Seenoth in einen andern Hafen dann dahin er gedacht, vnd befrachtet, gerathen, wolt denn der Kaufmann ſein Gut daſelbſt empfangen, ſo iſt er dem Schiffer die volle Fracht zu geben ſchuldig, wil er aber die Güter alda nicht empfangen, ſo muß der Schiffer das Gut an den Ort liefern, dahin ers zu bringen angenommen, vnd ſolches auf ſeinen Koſten, aber des Kaufmanns Ebentheur vnd Bezahlung des Zolles.*

XVII. Si vero per tempeſtatem aut aliam maris intemperiem ad alium portum, quam ad quem tendebat, et conductus erat, deuenerit, et mercator ibi bona ſua accipere voluerit, tum nauclero totum naulum dare debet, ſi vero bona ibi accipere noluerit, tunc nauclerus bona eo in loco tradere debet, ad quem ea transuehenda recepit, idque ſuis expenſis, aſt mercatoris periculo, cui etiam teloneum ſoluere incumbet.

XVIII. *Würde auch ein Schiffer an Orten vnd Enden, da er vnd ſein Steurmann nicht genugſam kundig, vnd er Piloten haben mag, ſich deren nicht gebrauchen, ſo ſoll er vmb eine Marck Goldes geſtraft werden.*

XVIII. Quod ſi etiam nauclerus in loco, cuius ipſemet, et ſuus gubernator nauis, non ſatis eſt gnarus, ductorum per vada, ſiue pilotarum copiam habere queat, iisque non vtatur, tunc marca auri mulctabitur

XIX. *Welcher Schiffer Korn einnimmet, derſelbe ſol daſſelbe, ſo oft es Noth, auf der Reiſe kühlen,*

XIX. Quicunque nauclerus ſiliginem in nauem receperit, is eandem, quoties opus erit, durante iti-

len, thæte ers nicht, da ers doch wegen Wetters vnd Windes hætte thun mœgen, er ſoll zum Schaden antworten, ſo oft ers aber kühlen wird, ſoll man ihm vnd ſeines Schifs-Kindern von ieder Laſt zwey Schilling Lubiſch entrichten, daruber der Kaufmann oder Befrachter nicht ſoll bedrenget werden.

Der vierte Titul.

Von des Schiffs-Volcks Aufnehmung vnd Amts-Gebuhr.

Der Erſte Artikul.

Kein Schiffer ſoll nach dieſen Tagen Schifs-Volck heuren, wie ſie Nahmen haben, ſie haben denn genugſam Paßbort von ihren Schiffern, mit welchen ſie gefahren, bey Poen zwey Reichsthaler vor iede Perſon, die er ohne Paßbort mitnehmen wurde, die Helfte an die Obrigkeit vnd die Helfte an die Schiffer-Geſellſchaft zu entrichten, vnd ſollen die Schiffere die Paßborten ohne redliche Vrſach, nach der Schiffer-Geſellſchaft, oder des Raths Erkentnis, ſo das Noth wære, nicht difficultiren vnd weigern, vnd ſollen die Paßborten in einer gemeinen Form bey den ælterleuten der Schiffer-Geſellſchaft iedes Orts gedruckt vorhanden ſeyn, vnd jederman der

itinere, ventilet, quod ſi ſecus fecerit, quum tamen per coeli et ventorum temperiem id facere potuerit, actione damni tenebitur. Quotiescumque autem illam ventilauerit, ipſi et nautis ſuis pro qualibet laſta duo ſolidi Lubecenſes ſolui debent, vltra quod mercator aut conductor vrgeri non debet.

TITVLVS IV.

DE NAVTARVM CONDVCTIONE ET OFFICIO

ARTICVLVS I.

Nullus nauclerus poſthac nautas conducat, quocumque nomine adpellentur, niſi ſufficientes literas dimiſſorias a prioribus naucleris, cum quibus vecti ſunt, ſub poena duorum thalerorum pro qualibet perſona, quam ſine literis dimiſſoriis ſuſcepit, media ex parte magiſtratui, et ex altera medietate ſocietati nauticae numerandorum. Et naucleri literas tales dimiſſorias ſeu paſſus, ſine legitima cauſſa, iuxta ſocietatis nauticae, aut ſenatus ſententiam, ſi opus fuerit, extradere non grauabuntur, nec recuſabunt. Literae vero paſſus vulgari forma apud ſeniores ſocietatis nauticae cuiusuis loci, typis excuſae, praeſto eſſe, et cuiuis, illis opus habenti, citra vllam prae-

 ſtan-

Digitized by Google

der ihrer benœthiget, ohne Entgeltnis gefolget werden, nur daß der Nahme des Schiffers vnd Schif-Kindes auf das ſpatium, ſo darin offen zu laſſen, gezeichnet, vnd des Schiffers Pitſchaft oder Merckmahl darunter geſetzt werde.

ſtantiam, dari debeat, dummodo nomina naucleri et nautae in ſpatio ad hoc vacuo relicto, connotentur et ſigillum aut ſignum naucleri ſupponatur.

II. *Keiner ſoll dem andern ſein Schifs-Volck aus ſeiner Koſt abſpannen, es geſchehe mit hœher Heure oder guten Worten: Thæte jemand darwider, er ſoll zehen Thaler, halb an die Obrigkeit, vnd halb an die Schiffer-Geſellſchaft verbrochen haben, vnd der ſich abſpannen læſſet, ſoll dem Schiffer, von dem er ſcheidet, die halbe Heure, deren er mit ihm eins geworden, zu entrichten ſchuldig ſeyn.*

II. Nemo alterius nautas ex ſeruitiis ad ſe pelliceat, ſiue id ampliori mercede, ſiue blanditiis fiat: Qui contra fecerit, decem thaleris, vna ex parte magiſtratui, et ex altera ſocietati nauticae ſoluendis, mulctabitur. Et qui ſe ex alterius ſeruitiis auerti patitur, nauclero, a quo diſcedit, mediam mercedem, de qua inter ipſos conuentum eſt, ſoluere debet.

III. *Die Schifs-Kinder ſollen bey ihrer Annehmung angeloben, dem Schiffer getreu, hold vnd gehorſam zu ſeyn, vnd ſich alles Frevels, Meuterey vnd Zuſammenverſtrickung zu enthalten, bey Straffe, wie vnterſchiedlich hernach folget.*

III. Nautae poſtquam conducti fuerint, promittant, ſe nauclero fideles et obedientes fore, omnique petulantia, ſeditione et conſpiratione abſtinere velle, ſub poena, quae diuerſimode infra ſequitur.

IV. *Wurde ſich jemand fur Steurmann, Haupt-Boßmann, oder ſonſten einen Officirer im Schif ausgeben, der nicht gut vnd voll dafür thun kœnte, vnd ſolches der Schiffer mit zween guten Mænnern, oder ſeinem Volck beweiſen kœnte, ſo ſoll derſelbige ſeiner Heur verluſtig ſeyn, vnd darüber nach*

IV. Si quis pro gubernatore nauis, proreta, aut alio aliquo officiario in naui ſe geſſerit, cui functioni par eſſe nequeat, idque nauclerus duobus viris fide dignis, aut nautis ſuis demonſtrare poſſit, is mercede ſua excidat, et praeterea arbitrarie puniatur.

V. Si

nach Ermæſſigung, geſtrafet werden.

V. *Gewinnet ein Schiffer einen Schifmann, daß er an ſeine Koſt kompt, helt ſich denn der Schifmann vnredlich, das beweißlich iſt, ehe er ausſeigelt, ſo mag ihm der Schiffer wol vrlaub geben, würde er ſich aber recht verhalten, vnd der Schiffer ihm dennoch vnverſchuldeter maſſen Vrlaub geben wolte, ſo ſoll er ihm das dritte Theil der Heure, ſo ihm allda zur Stelle gebühret, vergnügen vnd bezahlen, vnd ſolches aus ſeinem Beutel, vnd den Rehdern nicht in Rechnung bringen.*

VI. *Alsbald der Schiffer das geheurete Volck in ſeine Koſt aufnimmet, vnd zu Schiffe gehen heiſſet, ſoll es zur Stund ſeine Herberge im Schiffe haben, vnd ſonſt nirgends, bey Poen vor jede Nacht, die ſie ausbleiben, vier Schilling Lübiſch. Vnd ſoll keiner des Schiffers Koſt verachten, bey Verluſt der Heure, vnd Führung, vnd Straffe der Ausſetzung zu Lande.*

VII. *Wann aber das Schiff ſchon auf die Rheide, oder nach einer jeden Stadt Portus Gelegenheit vor die See gebracht, ſollen ſie ſich vom Schiffe, ohne Vrlaub des Schiffers, gantz vnd gar nicht begeben, vnd ſolches ſo wol auf der Hin- als Wieder-Reiſe, bey Straffe des Gefang-*

V. Si nauclerus nautam conduxerit, eique victum praebeat, et nauta inhoneſte ſe gerat, idque probetur, antequam hinc nauiget, tum nauclerus illum officio mouere aut abdicare poteſt; ſin autem recte ſe geſſerit, et nauclerus nihilominus innocentem eum abdicare voluerit, tum trientem mercedis ibidem in loco debitae, dare et ſoluere ex ſuo marſupio, non vero in rationes exercitorum referre debet.

VI. Quamprimum nauclerus conductos nautas in ſuum conuictum recipit, et in nauem ire iubet, tum ex nunc hoſpitium ſuum in naui habere debent, et alias nullibi, ſub poena, pro qualibet nocte, qua emanſerint, quatuor ſolidorum Lubecenſium. Nemo etiam cibum naucleri contemnat, ſub amiſſione mercedis et vectibilium, ac poena expoſitionis in terram.

VII. Quando autem nauis iam in ſtationem, aut pro cuiuslibet portus conditione in mare deducta eſt, absque venia naucleri naui plane non exeant, idque tam in abitu, quam reditu, ſub poena carceris, aut grauiori, ex arbitrio ſenatus.

VIII.

Digitized by Google

fængnuſſes, oder einer ſchwerern, nach Ermæſſigung des Raths.

VIII. *Das Schif-Volck ſoll keine Gaſterey im Schiffe halten, ohne Wiſſen vnd Willen des Schiffers, bey Poen der halben Heure.*

IX. *Keiner vom Schifsvolck ſol ſeine Frau des Nachts im Schiffe behalten, bey Straffe eines Thalers.*

X. *Keiner ſoll ſchieſſen ohne Befehl des Schiffers, thæte einer daruber, er ſoll Kraut vnd Loth doppelt bezahlen.*

XI. *Es ſollen die Schiffs-Kindere nach der Zeit, wann ſie zu Schiffe gangen, ſo wol in dem Haven, als in der See, die Wacht fleiſſig halten, nach Gelegenheit vnd Verordnung des Schiffers, bey Straſe eines halben Thalers, oder einer ſchwerern, nach Befindung, vnd wofern ſie ſich an der Heure die verdiente Straſe nicht kurtzen laſſen wolten, ſollen ſie daruber in des Raths Straſe gefallen ſeyn.*

XII. *Wer auf die Wacht beſtellet iſt, vnd wurde ſchlafend befunden, der ſoll acht Schilling Lubiſch, oder deren Werth, in die Armen-Buchſe verbrochen haben.*

XIII. *Wer einen auf der Wacht ſchlafend findet, vnd ſolches nicht anmeldet, der ſoll in gleiche Straſe gefallen ſeyn.*

XIV. *Kein Boſsmann ſoll ſo verwegen ſeyn, das Both oder Eſſping loſs*

VIII. Nautae nulla conuiuia in naui celebrabunt, inſcio et inuito nauclero, ſub amiſſione dimidiae mercedis.

IX. Nemo nautarum vxorem ſuam de nocte in naui retineat, ſub poena vnius thaleri.

dimentum occurrat, non tantum, quae ante hac in tertio articulo tituli ſecundi ordinauimus, hic repetere, ſed et porro conſtituere et ordinare voluimus, quod quilibet nauclerus domo nauigare volens, bina exemplaria huius ordinationis ſibi comparare, illorumque alterum ab exercitoribus et nauclero ſubſcriptum, apud ſcribam naualem aut gubernatorem nauis, loco vniuerſorum nautarum, alterum a nautis, dummodo omnes ſcribere norint, aut eorum, qui ſcribere neſciunt, loco, a ſcribis naualibus, aut alio quopiam notario ſubſignatum, penes nauclerum eſſe, et manere debeat, vt illi vniuerſi et ſinguli, et quidem nautae iuramenti loco ſe obligent, quod huic ordinationi, in quantum illa vnumquemque tangit, obedienter parere et obſecundare velint cum hac adpendice et declaratione, ſi quispiam nautarum hanc ſubſcriptionem et promiſſionem recuſauerit, is ad functionem maritimam non admitti, nec promoueri, nec in vlla ciuitate hanſeatica tolerari debeat.

COMMEN-

Digitized by Google

COMMENTARIVS
AD
INSCRIPTIONEM IVRIS MARITIMI HANSEATICI.

Ius Maritimum, cui illuſtrando manum nunc admouemus, a ciuitatibus Hanſeaticis primum anno 1591. communi conſilio, in publico Lubecae habito conuentu, in 59. articulos digeſtum, atque anno inſequenti typis publicatum fuit. Quia vero iſta in articulos digeſtio accuratiorem methodum poſcere videbatur, plura etiam inferenda in dies occurrerent, eisdem ciuitatibus anno 1614. illos recenſere, et in certos titulos ſiue locos redigere, variaque prioribus addere placuit. Deſumti ſunt autem articuli hi partim ex antiquis Rhodiis, aliisque iuris ciuilis legibus, partim ex ſtatutis quibusdam nauticis Wisbycenſibus, vt et ordinationibus regum et principum variorum, partim etiam ex ſpecialibus cuiusque ciuitatis Hanſeaticae plebiſcitis. Et ſane antiquiſſimum, recentioris aeui, ius maritimum eſt illud, quod mercatores et naucleri communi placito olim Wisbiae condiderunt. Emporium namque hoc olim celeberrimum fuit, cui vrbis vandalicae *Vinetae* exitium amplitudinem dedit, HERM. BONN. *Chron. Lubec. l. 1. p. 2.* donec et ipſum in eum ſtatum deuenit, vt pro minima occaſione, nempe fractione vnius feneſtralis vitri, vix valoris obularis (teſte OLAO MAGNO *l. 10. cap. 16. de punit. rebell. nautar.*) humiliatum ſit, et praeter rudera, et antiquas aliquot ſtructuras vix quidquam ſuperſit. Teutonicus ordo Crucigerorum, cum tota inſula, vrbem hanc anno MCCCXCVIII. ſiue ex emto, vti KRANZIVS *l. 6. Suec. c. 35.* ſiue, vt OLAVS MAGNVS *l. 2. c. 24.* ſcribit, pignoris iure, vsque ad annum MCCCCVIII. tenuit, vbi acceptis nouem vel decem millibus aureis, ſiue nobiliorum, qui impoſito per vniuerſum Suecicum regnum ſingulis aedificiorum conclauibus tributo, confecti ſunt, inſula reſtituta eſt, qua de re, praeter ſupra dictos, videri poteſt CHYTRAEVS *l. 1. Chron. p. 315.* BERT. *Comm. rerum German. l. 3. p. 713.* vt et nouitius ſcriptor OLEARIVS *deſcript. Itiner. Perſic. l. 1. c. 3. p. 65.* quamuis in eo lapſus, quod Vinetam vrbem Pruſſiae nominet. De hoc iure mariti-

Digitized by Google

mo Wiſbycenſi non inepte OLAVS MAGNVS *l. 2. c. 24.* ita cenſet: Ab „hac inſula, in omni nauigantium controuerſia, praeſertim a conſu„latu Wisbycenſi petitur et datur ius et ſententia definitiua, quid vni„cuique permittendum vel auferendum erit. Certe hoc ius mercato„rum ac nautarum valde prudenter digeſtum, citius lites adimit, pro „fluidis aquis, quam aliorum deciſio in terra firma. Et *lib. 10. c. 16.* „Leges maritimae et deciſiones omnium controuerſiarum ſingulariter „longe lateque vsque ad columnas Herculis, et vltimum mare Scythi„cum ex ea petuntur, et datae obſeruantur. Idem de hoc iure eſt „iudicium GROTII *Prolegom. ad Procop. p. 64.* dum ait: quae de mari„timis negotiis inſulae Gothlandiae habitatoribus placuerunt, tantum „in ſe habent tum aequitatis, tum prudentiae, vt omnes oceani ac„colae eo non tanquam proprio, ſed velut gentium iure vtantur. STE„PHANVS CLEIRACVS quidem, in ſuo gallico, de vſu et conſuetudine maris, anno 1661. edito tractatu, id negat, et e contrario leges quasdam maritimas Inſulae D' OLERON, ad ſinum Aquitanicum ſitae, quam PLINIVS *Vliarum* vocat *l. 4. nat. hiſt. c. 19.* hiſce antiquiores eſſe ſtatuit, ſed fallitur. Praeterquam enim, quod leges illae Oleronicae, vel Vliaricae, vix quidquam aliud, quam quod in iure Wisbycenſi reperitur, contineant, etiam de auctore earum, non vsque adeo conſtat, et ſicut CLEIRACVS cum MARISOTO *orb. marit. clauſ. l. 2. c. 18.* Galliae, ita SELDENVS *l. 2. c. 24. mar. clauſ.* Angliae regibus illas acceptum fert, neuter tamen idoneos auctores nominare poteſt, ex quibus leges has Oleronicas hauſerint. CLEIRACVS inter alia quoque inde antiquitatem harum legum euincere conatur, quod iam anno 1266. teſte SELDENO, ROTHOMAGI fuerint impreſſae, Wisbya autem, iuxta adſertionem IOANNIS MAGNI *l. 20. c. 9.* anno demum 1288. in formam ciuitatis exſtructa, murisque cincta ſit. Sed fruſtra. Quis enim leges haſce Rothomagi impreſſas vidit vnquam? quis videre potuit? cum altero demum poſt ſeculo, anno videlicet 1440. circiter, typographia primum reperta fuerit. Deinde etiam Wisbyam anno 1288. in ciuitatem coiiſſe, Ioannes Magnus non dicit, ſed tantum, tum temporis, a Magno, Sueciae rege, Wisbycenſibus, ciuitatem ſuam moenibus et muris, foſſisque communire permiſſum fuiſſe, poſtquam ſcilicet a terrae incolis victoriam cruentam, et parum honeſtam reportaſſent. Ciuitas vero non in moenibus conſiſtit, ſed in coetu hominum legibus ſociato,

Digitized by Google

to, quum nihil aliud ſit, quam multitudo hominum in quoddam vinculum redacta concordiae, teſte AVGVST. *epiſt. 5.* recteque THEMISTOCLES olim dixerit: Patriam municipes eſſe, non moenia, ciuitatemque non in aedificiis, ſed ciuibus poſitam. IVSTIN. *l. 2. c. 12.* et NICIAS Athenienſis: Viri ſunt ciuitas, non muri. THVCYD. *l. 7.* Vnde ſequitur, ciuitatem etiam ſine moenibus eſſe, neque haec formaliter ad ciuitatem pertinere; adeoque Wisbyam ciuitatem fuiſſe multis ante exſtructionem murorum moeniumque temporibus. Notum denique eſt, Wisbyam ex Vinetae interitu incrementum ſuum nactam eſſe, quae quum iam anno 796. a regibus Daniae et Sueciae deſtructa fuerit, vti PAVL. FRIDEBORN *hiſt. Sedin. l. 1. p. 19.* et MICRAEL. *l. 2. hiſt. Pomer. c. 15.* perhibent, quid mirum, ſi vel ante haſce Oleronicas leges maritima iura condiderit, et ad poſteros transmiſerit? Interea non negauerim, iura Wisbycenſia a principio ſtatim taliter conſcripta non fuiſſe, vti nunc typis publicata exſtant, ſed veriſimilius eſſe videtur, ſucceſſu temporis ſaepius quaedam eſſe addita et interpolata. Hinc etiam multa in legibus Oleronicis leguntur, quae verbotenus in iure maritimo Wisbycenſi reperiuntur, aliquando etiam, quid in Normandia et Britannia moris ſit, (exempli gratia *art. 15. & 29. iuris Wisbyc.*) refertur, atque exinde arguitur, Wysbycenſes etiam ex aliorum ſtatutis, legibus et iuribus quaedam ſuis infarſiſſe, eadem plane ratione, qua Hanſeaticae ciuitates ordinationes ſuas anteriores poſtmodum pleniores et auctiores ediderunt.

Caeterum, quod ad denominationem et originem ciuitatum Hanſeaticarum attinet, vtraque incerta eſt. Alii a voce *See* vel *Anſee*, hoc eſt, a mari eas deriuant, quod pleraeque ſint maritimae, ſeu ad mare ſitae: Alii a voce *Hanſen*, quae vox olim eminentes prae aliis homines denotabat, vnde *die groſſe Hanſen* dicuntur: cui correſpondet eorum opinio, qui a voce *Anſeken* eas dici volunt, quaſi *Anſehnliche* h. e. ſpectabiles ciuitates, eo quod prae aliis emineant. Alii a voce, Gothica vel Vandalica, *Anſe* vel *Hanſa*, quae ſocietatem denotat, ciuitates haſce *Anſe-* vel *Hanſe-Städte* dictas perhibent, quod ſint ciuitates ſociae ſiue confoederatae, qua de re pluribus videri poſſunt GOROP. *l. 1. Francic. pag. 89.* WEHNER. *obſeru. lit. H. pag. 278. tit. Hanſee-Städte.* KLINK. *lib. 1. claſſ. 4. c. 20. n. 50. et ſeqq.* LIMN. *de iur. pub. tom. 3. l. 7. c. 1. n. 26. et ſeqq.* METERAN. *l. 19. pag. 816.*

 Origo

Origo ciuitatum Hanſeaticarum a quibusdam ad annum Chriſti 1270. ab aliis ad annum 1200. refertur, nec de numero earum ſatis conſtat, vti ex CHYTR. *chron. l. 23. p. 672.* THVAN. *l. 51.* KECKERMANN. *l. 1. polit. c. 24.* LIMN. *d. l. n. 70. et ſeqq.* aliisque fuſius adparet. Haec leui penicillo hic adumbraſſe ſufficiat. De potentia vero harum ciuitatum, rebusque ampla cum gloria, pace belloque geſtis multa congerere huius loci non eſt. Vnum ſufficiat ex PONTANI *Hiſtoria Danica l. 8. p. 494.* referre, Voldemarum III. Daniae regem 77. ciuitatibus Hanſeaticis bellum illi per faecialem intimantibus, probroſe quidem reſpondiſſe:

Sewen vnd Sewentig Hänſe,
Vnd Seven vnd Seventig Gänſe,
Bieten Mir nicht die Gänſe
Frag ich nicht eine Schitt nae die Hänſe.

Hoc eſt:

Septem et Septuaginta Hanſæ,
Totidemque Anſeres, ſiue Ganſae,
Si me non mordeant Ganſae
Nec aeſtimabuntur apud me Hanſae:

paulo poſt tamen non inuitum ad inducias primum, deinde etiam pacem ineundam, et quidem, tradita prius ciuitatibus, ratione bellicarum expenſarum, ad ſedecim annos Scania, ſe adduci paſſum eſſe, SCHVR. *l. 3. Chron. fol. 95. b.*

Si quaeratur: *An foedus hoc licitum, iuribusque conſentaneum ſit?* ICti et politici plerique adfirmant. Solus WAREMVNDVS AB EHRENBERG *l. 1. de foed. c. 2. n. 44.* quoad nonnullas ciuitates, aliorum imperio ſubiectas, ſocietatem hanc ſpeciem coniurationis ſapere, ſcribit. Aſt quum per ſocietatem hanc nihil aliorum imperio ſubtrahatur, ſed ſaluo principum ac dominorum iure ciuitas quaelibet in foedus et ſocietatem ſit recepta, vti ex articulo 1. formulae confoederationis anno 1604. Lubecae renouatae, teſte WERDENHAG. *de rebuspub. Hanſeat. part. 4. c. 12. pag. 62.* patet, facile hic nodus ſoluitur. In contrarium facit, quod non tantum a Carolo IV. Imp. foedus hoc confirmatum eſſe, ipſemet *Waremundus* fateatur, ſed et ciuitates Brunſuicum et Colonia Agrippina, a ſocietate hac antea excluſae, illa anno 1381. Caroli, haec anno circiter 1474. vel 1475. Friderici

rici III. imperatorum interceſſione et auctoritate iterum receptae fuerint, iuxta ea, quae habet KRANTZ. *l. 9. Vandal. c. 7.* et *l. 13. c. 12.* et HERM. BONN. *chron. Lubec. l. 2. p. 47. et 71.* CHYTR. *l. 12. chron. p. 350.* Vbi notabilis eſt illa Brunſuicenſium ſubmiſſio, qui propterea, quod ſaeuiſſima tumultuatione ſenatus ſui partem occidiſſent, partem vrbe eieciſſent, a ſocietate remoti, non niſi hac formula; vt nudis pedibus, nudoque capite cereos de eccleſia beatae Mariae in praetorium publice, cunctis ſpectantibus, deferrent, et genibus nixi veniam, ſuae communitatis nomine, poſtularent; in communionem Hanſae recepti ſunt. Bremenſibus quoque anno 1563. ex hac communione motis, Caeſar Ferdinandus, per commiſſarios ſuos, toto quinquennio in hoc occupatus fuit, vt reciperentur, tandemque anno 1565. id obtinuit, referente DILICH. *in chron. Bremenſ. p. 252. et 255.* Quo ardore Rudolphus II. imperator (vt Crucigeros ſilentio praeteream, de quibus SCHVTZ. *l. 3. chron. fol. 125.* legi poteſt) ſocietatis huius ex Anglia remotae cauſſam per literas, apud Eliſabetham, Angliae reginam anno 1598 egerit, apud METERANVM *l. 19. p. 819.* videre licet. Quin et ad contributionem contra Turcam ſocietatem hanc vocatam fuiſſe, varii receſſus imperii ab anno 1542. 1544. 1548. 1555. 1566. 1576. 1582. 1594. memorant. Ne quid de legationibus variorum regum ad ciuitates Hanſeaticas, et harum ad illos, vel etiam, de praeſcriptione quod dicatur; quae vel ſola ſufficit, vt foederationem hanc et ſocietatem pro legitima haberi oporteat. Fuſius hac de re legi poſſunt ARVMAEVS *ad aur. Bull. diſc. 6. th. 10.* PARTHEN. *litig. l. 1. c. 6. n. 34.* REINK. *de reg. ſecul. et eccl. l. 1. claſſ. 4. c. 20. n. 59. et ſeqq.* BESOLD. *diſſ. de foeder. iur. c. 3. n. 11.* LIMNAEVS *de iur. publ. tom. 3. l. 7. c. 1. n. 79.* KNICHEN *diſp. 8. theſ. 25. pag. 568. et ſeqq.* ac in primis WERDENHAG. *part. 6. de ciuit. Hanſeat.* inibique vnitarum Teutonicarum Hanſae ciuitatum neceſſaria defenſio.

Etſi autem de reſeruatis principis ſit, leges condere et promulgare, ciuitates tamen Hanſeaticas leges haſce nauticas condendi poteſtatem et auctoritatem habuiſſe, dubium non eſt. Leges enim hae non ſunt generales, quae omnes promiſcue obligant, ſed ſpeciales, et ad bonum ordinem tantum facientes, ac eos ſolum, qui ad communem Hanſam, ſiue ſocietatem, tamquam ciues, miniſtri et operarii pertinent, conſtringentes, vti ex praefatione harum patet,

Digitized by Google

quales quilibet paterfamilias ſuae familiae praeſcribere poteſt. Et quum non infrequens ſit, etiam peregrini populi leges vſurpare, quemadmodum Poloni Saxonico et Magdeburgico, quaedam etiam Pruſſiae ciuitates Lubecenſi iure vtuntur, vtut iura haec illis proprie data non ſint: Ita liberum eſt aliis, extra hanc ſocietatem conſtitutis, legibus hiſce viuere, vel ſecus. Sic etſi olim ſecundum legem Rhodiam omnes nauticae, et quaecumque in mari controuerſiae inciderent, perhibente HARMENOPVLO *l. 2. prompt. iur. tit. 11. §. 1.* diſceptarentur et iudicarentur (vbicumque ſcilicet alia lex in contrarium non exſtaret) *l. 9. ff. ad Rhod. de iactu*, eo ipſo tamen nihil ſummo aliorum imperio detrahebatur, nec libertati cuiusquam officiebatur, quum non vi imperii, ſed vltro, ob antiquitatem, vel etiam eximiae aequitatis ſuaſu, leges illae reciperentur, quae quamplurimum poſtea auctoritate Impp. Tiberii, Hadriani, Antonini, et aliorum firmatae, vim legis maritimae vniuerſalis demum adeptae ſunt, iisdemque omnes imperii ciues ſtare neceſſe habuerunt, qua de re videri poteſt. IACOB. GOTHOFR. *de imp. mar. et iur naufr. c. 8. 9. et 11.*

AD TITVLVM I.
DE STRVCTVRA SIVE FABRICATIONE NAVIVM.

ARTICVLVS I.

Hic articulus nouus eſt, et in priori ordinatione anni 1591. iisdem formalibus non habetur, atque eo tendit, ne ad exteros commodum nauigationis, ſed ad ciues, et communem Hanſeaticam ſocietatem deuoluatur, quorſum etiam collineant plebiſcita Gedanenſia, quibus peregrinis inhibetur facultas naues exſtruendi, niſi prius conſentiente ſenatu, tot bonas marcas, (bona autem marca conſtituit duas marcas vulgares,) quot laſtis vehendis nauis iſta deſtinatur, ſoluat. Pari iure ciues veniunt, eo fine nauim exſtruentes, vt exſtructam iterum vendant, quo onere tamen liberantur, ſi per integrum annum nauim talem vſibus ciuitatis dicauerint. PLEBISC. GEDANEN. *part. 1. c. 4. art. 3.* Fridericus II. Daniae rex dedit olim illi ſuorum ſubditorum, qui nauem ſibi et communis nauigationis bono emiſſet, vel exſtrui curaſſet, licentiam, exterum nauclerum illi praeficiendi, qui inſtar ſubditorum immunitatem in terris et aquis a telonio

Digitized by Google

nio habere deberet, pro ea parte nauis, quam haberet, dummodo nemo alius peregrinus praeter iſtum nauclerum in illa naui participaret. IVS MARIT. DAN. *c. 69.* Eodem iure in Dania licitum eſt nobilibus naues vel partes nauium poſſidere, dummodo poenis quoque et iuribus maritimis ſeſe ſubiectos agnoſcant, *ibid. c. 65.* De iure ciuili, ſenatoribus ex lege Iulia repetundarum nauem habere non licuit *l. 3. de vacat. et excuſ. muner.* Sicuti et praeſides ſeu procuratores, vel quicumque alii nauem in ea prouincia, in qua adminiſtrabant, aedificare prohibebantur *l. 46. §. 2. de iure fiſci:* id quod tamen CVIACIVS *6. obſeruat. 38.* de maritima, non fluuiatili, naue intelligi vult, addita hac ratione, quod ita quaeſtus et praedationes cohibeantur. Quae quidem ratio, cum pace tanti viri, ſufficiens eſſe non videatur, *arg. l. vnic. C. de contract. iudic.* puto, ideo non licuiſſe nauem exſtruere ſenatoribus et praeſidibus, quia id ipſum ad commercia pertinet, vrbani autem iudices, non niſi ex ſpeciali permiſſione principis, commercii et aedificiorum exſtruendorum poteſtatem habent, prouinciales vero, ne quidem ex reſcripto principis; quamuis CICER. *act. 7. in Verr.* antiquas haſce leges et emortuas vocet. Rationem prohibitionis idem CICERO *act. 6. in Verr.* hanc adfert: „Quae fuit cauſſa, inquiens, cur tam diligenter eos „in prouinciis remouerint? Haec, iudices, quod putabunt, ere„ptionem eſſe, non emtionem, quum venditori, ſuo arbitratu, vende„re non liceret. In prouinciis intelligebant, ſi is, qui eſſet cum im„perio et poteſtate, quod apud quemque eſſet, emere vellet, idque „ei liceret, fore, vti quod quisque vellet, ſiue eſſet venale, ſiue non „eſſet, quanti vellet, auferret. Sequitur inde, duplicem fuiſſe inhibitionis rationem, tum ne, ſiue vrbani, ſiue prouinciales magiſtratus, quaeſtus ſtudio, officii ſui immemores, et in adminiſtratione ſua ſegniores et negligentiores fierent, tum ne, auctoritate praeſertim accedente, aliorum commerciis vim facerent, aut emolumenta et negotiationis commoda, ſeu fructum, quaſi illis interciperent et auerterent. Nec eſt, quod hoc ipſum cuipiam mirum videatur, quum et mutuum dare et accipere, aut etiam foenus exercere cuiuis regulariter liceat, praeſidibus autem prouinciae, quiue circa eos ſunt, negotiari, aut pecuniam mutuam dare, foenusque exercere non liceat *l. 33. ff. de reb. cred. et l. 3. C. ſi cert. petat.* Cuius inhibitionis ſimiliter nulla alia ratio

tio eſſe poteſt, niſi haec, ne ſcilicet praeſides, quaeſtus amore, a cura prouinciae adminiſtrandae auocarentur, idque exemplo militum, qui agrum comparare prohibentur, ne ſtudio culturae militia ſua ſe abdicarent: Vel etiam, ne per concuſſionem et metum poteſtatis ſubditi cogantur cum ipſis negotiari, et vel inuiti res ſuas alienare. Etſi autem ex praedictis conſtet, etiam priuatos naues exſtruere ac poſſidere poſſe, titulis tamen alienis et nominibus eas tueri, ſub poena confiſcationis, non debent *l. 1. C. de nauib. non excuſ.* Alioquin et qui naues conficiendi antea incognitam peritiam Barbaris tradiderint, capite plectendi ſunt, iuxta *l. 52. C. de poenis*, et iure canonico, qui in galeis et piraticis Saracenorum nauibus regimen et curam gubernationis exercent, excommunicationi ſubiiciuntur, dignique, qui rerum ſuarum priuatione mulctentur, et capientium ſerui fiant, cenſentur *c. 6. et 17. extr. de Iudaeis.*

Ad Articul. II.

Articulus hic primus eſt in iure nautico Hanſeatico anni 1591. omiſſis illis verbis, quibus non niſi Hanſeaticis perſonis facultas exſtruendi naues ibidem concedebatur. In priori namque articulo id praecautum eſt, tenditque ſumma huius articuli eo, quod nauclerus, nauim aedificare volens, omnes, qui in exſtruenda naui participare volunt, praeſto habere debeat, niſi tam locuples ſit, vt ſolus, ſuis facultatibus, nauim exſtruere, et mari committere valeat. Cuius quidem ſtatuti haec euidens eſt ratio, ne, ſi nauclerus condendae naui impar ſit, opus aut plane deficiat, aut imperfectum, cum damno eius, qui nauim exſtruit, et reipublicae commerciorumque maneat. Neque enim non tantum expedit reipublicae, ne ſua re quis male vtatur *§. 2. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alieni iur.* ſed et, vt naues in maria et flumina deducantur, quum ad hoc parentur, et nauigent *l. 12. §. 1. ff. de vſufructu.*

Ad Articul. III.

Quemadmodum omnis architectura, teſte *Vitruu. l. 1. archit. c. 2.* conſtat ex ordinatione, quae Graecis τάξις dicitur, et ex diſpoſitione, quam Graeci διάθεσιν vocant, item eurythmia, ſymmetria, decore et diſtributione, quae Graecis οἰκονομία dicitur, ſic et nauium fabricatio. Primo enim neceſſe eſt, ordinationem praecedere, hoc eſt,

Digitized by Google

eſt, modulum totius operis conſtitui, deinde per diſpoſitionem planius et plenius primam ideam aut deſignationem exprimi, quo facto, eurythmia, ſiue venuſta ſpecies, commodusque in compoſitionibus membrorum conſpectus, et conuenientia inter longitudinem, latitudinem et altitudinem omnium concamerationum: Symmetria, ſiue conuenientia inter partes et totum; decor, ſeu probatus operis adſpectus; diſtributio denique omnium nauis partium ad ſingula miniſteria, vel vſus, ſequuntur, vti Vitruuium explicat HENRICVS WOTTONVS, *elementorum Architecturae part. 2. pag. 29.* quem Ioannes de Laet ex anglico idiomate in Latinum tranſtulit, editionique Vitruuianae per Ludouicum Elzeuirium anno 1649. typis editae addidit. Idem hic articulus tertius iuris maritimi Hanſeatici poſtulat, de modulo et diſpoſitione, hoc eſt, quantitate exteriori et interiori nauis principio ſtatim aliquid certi determinari, ac eidem determinationi praeciſe ſtari, idque ſub certa, ibidem expreſſa, poena iubet. Licet enim error, vel offenſa, quae in architectura, contra viſum, per exceſſum in altitudine, vel etiam latitudine committitur, nusquam, ſtatuente praedicto *Wottono*, magni ſit momenti, attamen maxime, eodem annuente, offendit marſupium, rationes aedificantium exercitorum conturbat, immo et impedit, quo minus illa eurythmia, ſymmetria, decor, et diſtributio, in ſingulis partibus eſſe poſſint, quae, ſi conuentioni et placito exercitorum circa aedificationem nauis obſecundatum fuiſſet, eſſe potuiſſent. Arca Nohae argumento eſſe poteſt, quae a Deo ipſo ordinata, prima omnium nauigiorum communiter habetur, attamen et illi certam conſtituere, Deo placuit, formam, quoad altitudinem, longitudinem et latitudinem *Geneſ. 6.* De nauium autem quantitate vel paruitate multis diſputare, ſuperuacaneum eſt, praeſertim quum cuilibet hac in parte ſuo ſenſu abundare liceat. Hoc tamen certum eſt, quod, teſte ARISTOTELE *l. 7. Polit. c. 4.* nauigium vnius palmi longitudinem non ſuperans, aut vsque ad duorum ſtadiorum longitudinem porrectum, non ſit omnino nauigium, ſed alterum propter paruitatem, alterum propter magnitudinem, nauigationem incommodam reddat. Quae enim modum excedunt, ſpeciem magis quam vſum habent. STRAD. *decad. 2. l. 6.* et ſicut Pompeio nulla res magis, quam exercitus magnitudo, FLOR. *l. 2. c. 4.* Sic Antonio moles nauigiorum, quae non ſine gemitu maris et labore ventorum ferebantur,

tur, quam maxime exitio fuit. FLOR. *l. 4. c. 11.* adeo, vt vere olim Perſae Alexandro dixerint: Videsne, vt nauigia, quae modum excedunt, regi nequeant CVRT. *l. 4. c. 11.* Omnium vero nauium, quas hiſtoriae recenſent, magnitudinem ſuperant illae Philopatoris et Hieronis Siracuſii, quarum illa duplicem proram et puppim, roſtra ſeptem, alia longitudinem dimidii ſtadii, hoc eſt, 212. pedum, habitationes etiam varias et aedificia habuit; haec vero viginti remorum ordinibus, ſcholaſterio, bibliotheca, balneo, equiliis, viuariis piſcium, clibanis, molis, turribus octo, propugnaculis, anchoris ferreis et lignei conſpicua fuit, teſte ATHEN. *l. 5.* Proxime hiſce accedit (ſi non excedit) illa nauis cuiusdam Aegyptii regis barbari, et ex eorum numero, qui ſupra Phoenices colunt:

- - nec norunt aequora ponti
Nec Iouis Aegiochi reuerentur numina
Ne Diuos alios -

qui intus quidem regiam ſibi quam pulcherrimam fabricarat, thalamos, lecticulas, curricula

Extra aulam magnus fuit hortus, limina iuxta.

In eo arbores creſcebant diuerſae, punicae, pyri, mali, vitesque. Alibi lauacrum ſuum habebat et gymnaſium, alibi locum cocis deſtinatum, alibi meretricum cubilia, alibi triclinium, alibi aliud, in quo non ſecus, quam in vrbe voluptatibus fracta oblectaret genium. Accedebant et colores, qui nauem commendarent, varii, viſu iucundiſſimi: Neque auri deerat aut argenti copia. Quum autem iam ſoluendi tempus eſſet, exire coepit magna haec atque opulenta nauis, multumque iactata, vix egreſſa eſt portum, non aliter quam inſula, quae in aqua natat. Interim paullo poſt praeclara illa omnia tempeſtas diſſipauit,

Plurimaque euertit radicitus ardua ligna.

Ibi ergo diſſolui regia, thalami, lauacra, eratque res viſu mira, vt non nauis vnius, ſed totius vrbis naufragia, fluctus terrae adpuliſſe viderentur. Pluribus hanc tam vaſtam nauim deſcribit MAXIM. TYR. *diſſert. 31.* dignus vtique, qui inſpiciatur et legatur. Si ſeculi recentioris hiſtorias excutere animus eſt, Sueci, bello anno 1564. inter ipſos et Danos flagrante, portentoſam quandam in mare deduxerunt nauem, Megeloſam dictam, (quod ſimilis illi nulla exſtaret) in qua omnem

muem victoriae ſpem locatam habebant, illa tamen fluctibus alliſa, et ab hoſtibus iactata, in breuia et vadoſa abiicitur, et illatis ignibus concrematur, vti referunt CASP. ENS. *hiſtor. rer. Danic. ſub Friderico II. geſtarum pag. 135.* et CHYTR. *l. 21. Chron. pag. 622.* Has et ſimiles luſorias et cubiculatas naues, quas luxus, non neceſſitas peperit, vti ludibria regum in mari laſciuientium, non minus merito carpit SENEC. *7. de benef. c. 20.* quam bonam nauim *epiſt. 76.* ita definit: Nauis bo„na dicitur eſſe, non quae pretioſis coloribus picta eſt, nec cui ſit ar„genteum aut aureum roſtrum, nec cuius tutela ebore caelata eſt, nec „quae fiſcis et opibus regiis preſſa eſt, ſed ſtabilis et firma, et iunctu„ris aquam claudentibus ſpiſſa, ad ferendum incurſum maris ſolida, „gubernaculo parens, velox et conſentiens vento. Nec contemnendum illud HESIODI *monitum l. 2.* ἔργ. καὶ ἡμερῶν.

Νῆ' ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' ἐνὶ φορτία θέσθαι;
Laudato exiguam nauim, at res credito magnae.

Quemadmodum autem hic iuſtam dimenſionem nauis eſſe debere praecipitur, ita in Rhodiis legibus certum ſpatium illis, qui nauibus vehuntur, curioſe adſignatur, videlicet mercatori duorum pedum, vectori in longitudine trium cubitorum, in latitudine vnius cubiti, mulieri cubiti vnius, et puero nondum adulto dimidii cubiti ſpatium.

De materia nauium copioſe diſſerere non attinet, quum nemo ſit, qui neſciat, illas ex ligno, ſiue tabulis ligneis, ſimilibusque, ad eamdem firmandam et firmiter coadunandam, rebus, pice, reſina, ſtuppa, clauis &c. ordinarie compingi, quamuis et ex alia materia eas compactas et fabrefactas olim eſſe, ex hiſtoriis conſtet. Ita enim LVCAN. *l. 4.*

Primum cana ſalix madefacto vimine paruam
Texuit in puppim, caeſoque inducta iuuenco
Vectoris patiens tumidum ſupernatat amnem.
Sic Venetas ſtagnante Pado, fuſoque Britannus
Nauigat Oceano: ſic quum tenet omnia Nilus,
Conſeritur bibula Memphitis cymba papyro.

Vnde liquet, naues olim ex viminibus, vel etiam papyro contextas fuiſſe: Teſtantur id ſacrae literae ESAIAE *18. verſ. 2.* teſtatur PLINIVS *lib. 4. c. 16.* dum ſcribit: Britannos ad inſulam Mictim vitilibus nauigiis corio circumſutis nauigare. Item, *l. 7. c. 56.* Etiam nunc in Britannico oceano vitiles corio circumſutae fiunt. In Nilo, ex papyro,

 et

et ſcirpo, et arundine, idque idem PLINIVS *l. 16. c. 37.* repetit. Luſitanos coriaceis vſos eſſe nauigiis, memorat STRABO *l. 3.* qualium nauigiorum et Solinus, Dion, et alii meminerunt. Aegyptios teſtaceas et fictiles naues habuiſſe ex IVVENALIS *ſat. 15. verſ. 126. et ſeqq.* liquet, vbi ait:

Hac ſaeuit rabie imbelle et inutile vulgus
Paruula fictilibus ſolitum dare vela phaſelis,
Et breuibus pictae remis incumbere teſtae.

Sed haec et ſimilia nauigia, quum ex ſolida materia confecta non ſint, ita luſoria magis ſunt, quam vectoria, oneribusque in longum, per mare vehendis, minus idonea, quemadmodum etiam illa plicabilia ex corio, vel lino, quale hic, Gedani, eoque explicato, nauigantem in eodem, in flumine Radauno, me ante aliquot annos vidiſſe memini.

Ad articul. IV.

Loquitur articulus hic non de magiſtro nauis, cui tantum nauis cura demandata eſt, ſed et de eo, qui ex parte aliqua dominus nauis eſt, ac eo tendit, vt omnes contentiones auertantur, quae etiam exinde oriri ſolent, quando in re communi, conſilio proprio, inconſultis aliis, quidquam ſuſcipitur. Quod enim omnes tangit, ab omnibus adprobari debet *c. 29. de R. I. in 6.* et ſicuti parietem, qui naturali ratione communis eſt, alterutri vicinorum demoliendi et reficiendi ius non eſt, quia non ſolus dominus eſt *l. parietem ff. de ſeruit. praed. vrb.* ſic exſtructam nauim et in mare deductam, inſciis reliquis exercitoribus nauis, vni alicui reparare et meliorare per hunc articulum non licet. Quia tamen in re communi etiam inuito ſocio ea agere licet, quae pertinent ad eum vſum, ad quem res communis deſtinata eſt, teſte GOTHOFR. *ad l. 12. ff. comm. diuid.* hinc factum, quod DVARENVS *ad d. l. parietem*, ea, quae modo de pariete communi dicta ſunt, ſub hac exceptione intelligi velit, niſi refectio ſit neceſſaria; quo in caſu, ſi ſocius expenſas ſpatio quatuor menſium non refuderit. dominium partis ſuae amittit *l. 4. C. de aedif. priu.* Vnde et haec limitatio ſub finem articuli additur, quod nimirum magiſtro nauis in locis peregrinis, neceſſitate ſuadente, et vt nauis tuto mari committi, aut ad nauigandum idonea eſſe poſſit, nauim eiusque inſtrumenta ſeu armamenta, quae Graeci ὅπλα vocant, reparare et meliorare liceat. Neces-

Digitized by Google

Neceſſitas enim legem non habet, et vel hinc, de iure Ciuili, qui nauí praepoſitus eſt, ſi res vtiles emerit nauiganti, vel reficiendae nauis gratia quid contraxerit, vel impenderit, vel ſi quid nautae operarum nomine petierint: Item, ſi pecuniam ad nauem armandam inſtruendamue mutuo acceperit, datur actio aduerſus exercitorem, etiamſi poſtea praepoſitus, mutata voluntate, nummos in ſuum, et non nauis vſum conuerterit *l. 1. §. 7. et 8. de exercit. act.*

Ad articul. V. et VI.

Prima fronte iniquum videri cuipiam poſſit, quod magiſter nauis et exercitores, niſi reliquorum omnium conſenſu, praeter commeatum, reliqua neceſſaria ſuppeditare nequeant, ſed eadem, quae in articulo praecedenti, hic militat aequitas et ratio, vt ſcilicet communi conſilio in re communi omnia fiant; praeterea etiam omnis prauae ſuſpicionis anſa, (quae in communione bonorum vt plurimum ſerpere ſolet,) praecidatur. Hoc vt fiat, tutior et commodior medela adhiberi nequit, quam vt omnis adparatus nauticus vel per omnes nauis dominos, vel per quosdam ex mandato omnium conquiratur et coëmatur. Quod ſi enim vel magiſtro nauis, vel vni alicui exercitorum pro lubitu ea, quae ad inſtruendam nauim neceſſaria ſunt, conquirendi facultas libera eſſet, ſuum compendium cum diſpendio communis nauis facile quaerere, vel etiam ſiue deficiendo, ſiue excedendo peccare poſſent, id quod, ſi hac in parte omnia communi opera expediantur, aut non fiet, aut ſi fiat, extra omnem erit reprehenſionem. Conſentiunt STATVTA HAMBVRG. *part. 2. tit. 13. art. 14.*

AD TITVLVM II.

DE EXERCITORVM AVTORITATE IN CONDVCENDIS ET DIMITTENDIS NAVCLERIS.

ARTICVLVS I.

Notorium eſt, nautas ob inconditos mores tam in iure, quam apud probatos auctores alios male audire. Neque enim audax tantum, ſed et ſcelerum plena vita eorum dicitur PLINIO *prooem. l. 19. Euripidi in Hecuba*

Nautica licentia
Violentior igne. Malus vero habetur, qui non aliquid facit mali. Hinc illa adagia: *In nauibus educatus*, hoc eſt, rudis et illiberalis ingenii homo, et *Sarone magis nauticus*, ortum habent *Adag. Eraſmi.* Lingua in primis nautica intemperans eſſe cenſetur, adeo, vt ISIDORVS PELVSIOTA *l. 1. epiſt. 300.* nauclerum quendam Soromeno commendet ex eo, quod lingua minime nautica ſit praeditus. Feſtiue PLAVTVS *Ciſtellaria act. 2. ſcen. 1.* dum Melaenis lenae ludificationes ſub perſona Alaeſimarchi deſcribit, eam maritimis moribus ſecum experiri dicit, vbi per mores maritimos, non inconſtantes tantum, ſed et feros et doloſos mores intelligi notat TAVBM. *ad d. l.* Hiſce addi poſſunt, quae CORNELIVS AGRIPPA *c. 66. de vanit. ſcient.* et THOMAS GARZON *in Piazz. Vniu. c. 143.* de horum vitiis narrant. Quocirca quum nautarum improbitas vndique ſit decantata, plurimum autem referat, cuius opera in exportandis et adportandis mercibus noſtris vtamur, ideo neceſſe eſt, vt etiam de conditione, fide et candore eius, cum quo contrahimus, nobis conſtet, id quod commodiſſime fiet, vbi alibi quis experimentum fidei ſuae et integritatis dedit, idque atteſtationibus eorum, qui opera eius vſi ſunt, probetur. Argumentum enim veritatis eſt, aliquid omnibus videri, SENEC. *epiſt. 177.* et tales atteſtationes articulus hic optimo iure requirit. „Idem „Sigismundus primus, Poloniae rex Anno 1526. in ſtatutis ſuis his „verbis efflagitat. Inſuper quilibet nauclerus, qui in praeſens eſt, aut „erit in poſterum, apud hanc ciuitatem (Gedanenſem ſcilicet) comparere teneatur, cum domino et amicis ſuis, coram conſulatu, et „de ſe ſufficiens teſtimonium praebere, quod probus, fidelis, et „conſtans homo ſit, quodque nulla naui, ſeu hominibus, vtetur, „quos conſiderauerit ciuitati infideles aut intolerabiles eſſe. Vbi „vero quempiam ex ſuae nauis hominibus ſic adfectam cognouerit, „talem quam primum, ſiue hinc naue ſoluta redierit, ſeu aliunde adpulerit, ſenatui deferet, qui in ciuitate nequaquam tolerari debet. „Quod ſi tam dominus, quam nauclerus huiusmodi legem transgreſſi „fuerint, ſine vlla gratia iuxta arbitrium ſenatus erunt mulctandi. Vbi per dominos et amicos, exercitores et participes nauis intelliguntur. Plura de requiſitis nauclerorum et nautarum ſequenti titulo adferentur.

Ad

Digitized by Google

Ad Articul. II.

Sicut nauclerus nautarum, ſic exercitores naucleri rationem habere tenentur; et ſicut exercitorum eſt, nauclero certum naulum et vecturam conſtituere, ita et naucleri officium requirit, nautas ad operas nauales conducere; quod autem commode fieri nequit, niſi prius inter ipſum et exercitores ratione vecturae omnia ſint expedita. Obtinuit hic mos iam apud veteres, vt nauarcho ſumtus, et ab hoc nautis daretur. Ita enim CICERO V. *in Verrem:* „Sumtum omnem in „claſſem cum frumento ſtipendioque, caeteris rebus nauarcho ſuo quae„que ciuitas ſemper dare ſolebat,, &c. Caeteroquin, quum conuentio haec inter exercitores et nauclerum proprie ſit locationis et conductionis contractus, vtique etiam de iure certa merces conſtitui debet §. *1. Inſtit. de loc. et cond.* Nam ſi merces generaliter alieno arbitrio permittatur, locatio et conductio contrahi non videtur, ſin autem quanti Titius aeſtimauerit, ſub hac conditione ſtabit locatio, vt ſiquidem ipſe, qui nominatus eſt, mercedem definierit, omni modo ſecundum eius aeſtimationem et mercedem perſolui oporteat, et conductionem ad effectum peruenire; ſin autem ille vel noluerit, vel non potuerit mercedem definire, tunc pro nihilo eſt conductio, quaſi nulla mercede conſtituta *l. 25. locat. in princ.* Neque etiam ex locato et conducto, ſed ex mandato agi debet, ſi nulla prorſus merces praeſtanda deſignata ſit; ſi vero inter nautam et vectorem poſtea conuentum erit, intelligitur contractus innominatus, inter partes initus, et praeſcriptis verbis actio datur *l. 22. ff. de praeſc. verb.* et §. *1. Inſtitut. de locat. et conduct.*

Ad Articul. III.

Ex diſpoſitione huius articuli obligantur 1. exercitores, vt clara et diſerta cum naucleris ineant pacta; 2. naucleri, vt mediante iuramento, et eo nomine confecto contractu promittant, ſe officio ſuo fideliter inuigilaturos; 3. ſtatutis ciuitatum parituros; 4. exercitoribus exactas rationes reddituros; 5. etiam, ſicubi controuerſia inciderit, cuiuſuis loci cognitioni et ſententiae, ſine vlla adpellatione aut reductione ſe ſubmiſſuros. Quod ad *primum* attinet, nihil magis conueniens, quam vnumquemque ita ſibi legem dicere, ne in ſequiorem ſenſum trahatur, diſcordiarumque materia inde reſultet, vnde omnes lites

Digitized by Google

lites ſopiri debere, conſtitutum fuerat. Conductor vtique omnia ſecundum conductionis legem facere debet, *l. 5. locat.* et in contractibus verba non debent eſſe otioſa, nec ſine operandi virtute *l. ſi ſtipulatus de vſur. l. 109. ff. de leg. 1.* Quoad *ſecundum* etſi in deſuetudinem abierit, iuramento naucleros obſtringere (qua de re infra *tit. vlt. art. 2.* pluribus tractabitur) nautici tamen contractus, *certa partey* vulgo dicti, vt plurimum adhuc conficiuntur, in quibus quid cuiuis praeſtandum veniat, continetur. Et quamuis ſine eis, quod actum eſt, etiam valeat, ſi probationem habeat, praeſtat tamen, ſcripturas de his fieri, vt quod actum eſt, per eas facilius probetur *l. 4. de pignor.* Quod ſi vero hiſce contractibus naucleri contrauenerint, damna inde orta refundere tenentur, quemadmodum id infra fuſius deduci debet, et Gedani inter *Matthiam Schwellengreber* et *Iacobum Henneken* die 1. Februarii anno 1655. iudicatum fuit. Quoad *tertium* et *quartum* ſtatutis ciuitatum eos, vti ciues, parere, non minus aequum eſt, quam exactas rationes reddere, per ea, quae *tit. 12.* ſancita ſunt. Quoad *quintum*, quemadmodum olim cauſſae nauales leuato velo cognoſcebantur, hoc eſt, iuxta PECK. *in tit. ff. et C. ad rem naut.* ſummarie; ita etiamnum ſine prolixo litium ſtrepitu, in cauſſis maritimis, procedi par eſt, id quod etiam apud Belgas, Lubecenſes, et Hamburgenſes fit. Atque inde etiam ciuitas Gedanenſis non tantum de iure antiquo a Crucigeris anno 1422. ſtabilito, teſte SCHÜTZIO *l. 3. chron. Pruſſ. fol. 114. b.* ſed et ex priuilegio Caſimiriano ab anno 1475. facultatem habet, tam nauigationes in Pruſſia regendi et adminiſtrandi, quam cauſſas maritimas iudicandi et finaliter definiendi. Praeter haec, non puto a nauclero cautionem pro naui peti poſſe, idque annuere videtur *ius Wisbycen. art. 67.* vbi dicitur: Si nauclerus pro naui cautionem praeſtare debeat, tunc exercitor etiam tenebitur pro vita naucleri cautionem praeſtare; quod vtrumque quum abſurdum ſit, vtique cautionem non niſi in eum caſum deſiderari poſſe cenſeo, ſi culpa vel dolo naucleri nauis damnum ſentiat, aut pereat.

Ad articul. IV.

Summa aequitatis ratio poſtulat, vt nauclerus, ſi officio ſuo male fungatur, etiamſi et ipſe pro parte aliqua nauem exerceat, eodem moueatur, qui tamen ob culpam grauiorem, et delictum, non tantum

loco

loco moueri, ſed et exemplariter vel in aere, vel in corpore puniri poteſt, vti mox titulo ſequenti patebit. Quod ſi vero nauclerus officio ſuo motus, aliusque eidem ſurrogatus fuerit, tenebuntur omnes nautae pro eadem mercede illum ſequi, ſub amiſſione mercedis, attamen hac conditione, vt ſi ad remotiorem locum nauigare voluerit, mercedem illis augeat. IVS MARIT. DANIC. *c.* 23. CAROL. V. *art.* 20. PHILIPP. II. *de naucl. art.* 11. Aſt naui vendita, ceſſa, vel a nauclero deſerta, an nautarum obligatio exſpiret? *infra ad tit.* 4. *art.* 24. *videbimus.*

AD TITVLVM III.

DE OFFICIO NAVCLERI SIVE MAGISTRI NAVIS.

ARTICVLVS I.

Nauim, iuxta ISIDORVM *l.* 19. *Etymol. c.* 1. quidam perhibent dictam, eo quod gnauum rectorem quaerat, hoc eſt, peritum, ſapientem, ſtrenuum, qui continere et gubernare norit, propter maritima pericula et caſus: Nauclerum vero, quod ſit dominus nauis, adpeltum ita, quod nauis in ſorte eius ſit: κλῆρος enim Graece ſors dicitur. Patet hinc, vel ea ipſa nominis notatione, nauclerum ſolertem et rei naualis peritum eſſe debere, id quod non tantum in gubernanda naui conſiſtit, ſed et ſi nautas probe regere ſciat. Nec minus globi terreſtris et caeleſtis gnarus eſſe debet, et ex ſtellis eas cognoſcere, quae poli et horizontis altitudinem, horamque noctis indicant, vel etiam tempeſtates, ac tempora ſuo vel ortu vel occaſu ſignificant. Difficile namque naufragium pertulit, qui ventorum rationem diligenter inſpexit. VEGET. *l.* 4. *c.* 38. Intelligat ergo, quid portendat, vbi aurigae:

- - - - manus baedos
Oſtendit, nautis inimicum ſidus: Item vbi
- ventos praemonſtrat ſaepe futuros
Inflatum mare, quum ſubito penitusque tumeſcit,
Saxaque caua ſalis niueo ſpumata liquore.
Triſtificas certant Neptuno reddere voces:
Aut denſus ſtridor quum celſo e vertice montis
Ortus adaugeſcit, ſcopulorum ſaepe repulſu,
Cana fulix itidem fugiens e gurgite ponti,

Digitized by Google

Nunciat horribiles clamans inſtare procellas
Haud modicos tremulo fundens e gutture cantus.

ARAT. *Dioſem et Phaenom.* Nauticae in primis pyxidis ſit ſciens, eiusque variationem et deflexionem a veri meridiani ſitu intelligat, ventorum itidem, mapparum nauticarum, poli, horizontis et hemiſphaerii accuratam habeat notitiam. ALSTED. *Encyclop. in naut. tom. 2. pag. 1929.* et BORNIT. *de rer. ſuffic. tract. 3. c. 6.* Neque enim in nauclero, vbi imperitia aliqua aut ignorantia peccauit, obtinet illud AMBROSII *orat. funebr. Valent. Imp. tom. 3. pag. 6.* cito meretur veniam, qui praetendit ignorantiam: ſed imperitia eius et ignorantia culpae adnumeratur *l. 132. ff. de R. I.* et iuxta PERSIVM *ſat. 5. verſ. 96.*

Stat contra ratio, et ſecretam garrit in aurem,
Ne liceat facere id, quod quis vitiabit agendo.
Publica lex hominum, naturaque continet hoc fas,
Vt teneat vetitos inſcitia debilis actus.

Nauicularia ergo merito inter artes referenda, et quidem tales, quae non niſi magno ſtudio et induſtria adquiruntur. Teſtis eſt ATHENAGORAS *legat. pro Chriſtian.* dum ait: „Nulla eſt vtilitas nauis, vtcum„que rebus omnibus inſtructa, ſi deſit gubernator; et PERICLES apud „*Thucyd. l. 1.* Eſt genus artis, inquit, vt quodlibet aliud, res nau„tica, non quae temporum ſucciſiuis contingat, ſed potius, in qua ex„ercenda nihil ſucciſiui temporis relinquatur. Quemadmodum etiam „exercitus is, cui praepoſitus eſt ſapiens et callidus Imperator, omni„bus partibus commodius regitur, quam is, qui ſtultitia et temeritate „alicuius adminiſtratur: Sic illa nauis optime curſum ſuum conficit, „quae ſcientiſſimo gubernatore vtitur. CICER. *l. 1. de inuent.* Hoc nomine praeter Palinurum Virgilianum commendatur a LVCANO *l. 3.* Telon Maſſilienſis, hiſce verbis:

Dirigit huc puppim miſeri quoque dextra Telonis,
Qua nullae melius, pelago turbante, carinae
Audiuere manum, nec lux eſt notior vlli
Craſtina, ſeu Phoebum videat, ſeu cornua Lunae
Semper venturis componere carbaſa ventis.

Contra male audit ACESSAEVS quidam nauta, qui quum eſſet ignarus, ita differre conſueuerat nauigationem, vt diceret, ſe lunam magis opportu-

Digitized by Google

portunam exſpectare, indeque natum illud adagium; *Aceſſaei luna*, quo notantur omnes comperendinatores friuoli. *Eraſm. Adag.*

Ad Articul. II.

Duo hic a nauclero requiruntur (1) vt nauclerus de peritis nauis gubernatoribus et nautis ſibi proſpiciat. (2) vt nauem dextre ad iuſtam proportionem oneret. Quod *primum* concernit, tria potiſſimum ſunt genera nauigantium, videlicet, *magiſter nauis*, *nautae ſeu remiges*, et *vectores*, quorum adpellatione non mercatores tantum, ſed et viatores veniunt. *Magiſter nauis* eſt, cui totius nauis cura mandata eſt *l. 1. §. 1. ff. de exercit. act.* imponunturque hi magiſtri locandis nauibus, vel ad merces, vel vectoribus conducendis, armamentisue emendis *d. l. §. 3. eod.* Magiſter etiam accipiendus eſt, non ſolum quem exercitor, ſed et is, quem magiſter, praepoſuit, in tantum, vt ſi exercitor ſciat, et patiatur quempiam, etſi non a ſe naui praepoſitum, magiſterio fungi, ipſe eum impoſuiſſe videatur. Et in ſumma, omnia facta magiſtri praeſtare debet, qui eum praepoſuit *d. l. §. 5. eod.* quia qui aliquem praeponit, iuxta THEOPH. §. *2. quod cum eo, qui in al. poteſtat.* id clara et aperta voce dicere videtur: *Hunc ego praepoſui, qui volet, cum eo contrahat.* Quamuis autem magiſter nauis aliquando etiam nauim exerceat, exercitor tamen proprie is dicitur, ad quem obuentiones et reditus omnes perueniunt, ſiue is dominus ſit nauis, ſiue a domino nauem per auerſionem conduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum *d. l. 1. §. 15.* vbi quid ſit nauem *per auerſionem*, ſeu, vt alii legunt, *aduerſionem conducere*, varia variorum eſt ſententia, vti videre licet apud ACCVRS. *in gloſſ.* ALCIAT. *l. 6. parerg. c. 28. et l. 7. c. 11.* RAEVARD. *tom. 1. var. l. 2. c. 7.* GOVEAN. *l. 2. lect. var. iur. ciu. c. 14.* ANTON. AVGVSTIN. *l. 3. emend. c. 6.* CVIAC. *8. obſeru. 15.* CONNAN. *l. 7. c. 10. n. 6. et* PECK *comm. in tit. de exerc. act. p. 118. et ad l. Rhod p. 297.* Melior eorum eſt ſententia, qui *auerſione nauem conduci* dicunt, quando non diſtincte ad certum amphorarum numerum, ſed confuſe, ſeu ἐν ὁμάδι vniuerſa nauis, quidquid potuit ferre, conducitur, idque periculo conducentis, id quod ex *l. 4. §. 1. et 2. de per. et commod. rei vend. l. quod ſaepe 35. §. in his de contrab. emt.* patet; de quo etiam videri poſſunt GOTHOFR. *ad l. 62. de contrab. emt.* et PETR. GREG. TOLOS. *Syntag. iur. l. 29. c. 9. n. 6.*

Differunt ergo exercitor nauis et nauis magiſter, eo, quod exercitor nauis plerumque ſit extra nauem, magiſter nauis in naui: ad magiſtrum nauis, niſi ſimul ſit nauis dominus et exercitor, quidquid inter ipſum et exercitorem pactum eſt, tanquam merces; ad exercitorem omnes prouentus et reditus nauigationis perueniunt. Vnde ſane mirum eſt, *Leunclauium in l. Rhodiis*, vocem Ναύκληρος ſemper per Latinam vocem exercitor expoſuiſſe, cuius verſionem, etſi me ſequutum eſſe, agnoſcam; loco exercitoris tamen, naucleri vocem ſubſtituendam duxi. *Secundum* genus nauigantium ſunt nautae. *Nautae* autem omnes adpellantur, qui nauis nauigandae cauſſa in naue ſunt *l. 1. §. 2. ff. naut. caup. ſtabul.* vel qui adhibentur, vt nauis nauiget *l. vnic. §. 1. ff. furt. adu. naut. caup. ſtabul.* immo nec adpellatione nautae exercitor excluditur *d. l. 1. eod.* Sicut autem inter artifices longa eſt differentia ingenii, et naturae, et doctrinae, et inſtitutionis *l. 31. de ſolut.* ita et inter nautas, qui etſi omnes in vnum finem, nempe nauigationem commode promouendam, adhibentur; non omnes tamen eamdem operam conferunt, ſed hic huic, alter illi operae deſtinatur, et ſic ordine differunt. Ex his ſunt gubernator nauis, ductor itidem et explorator vadorum, quem *pilotam* vocant. *Gubernator nauis* eſt, qui ad clauum ſedet, nauimque regit, et iuxta nauticae praecepta per mare in portum deducit; quod etſi quandoque nauclerus et magiſter nauis ipſe faciat, vt plurimum tamen, in nauibus praeſertim capacioribus, ſpecialis ad hoc conſtituitur perſona, vel etiam per vices, ſub tali gubernatore, nautae operam praeſtant, pro diuerſitate nauium, earumque vel amplitudine vel exilitate. Solertia autem gubernatoris boni tum demum ſeſe oſtendit, vbi tempeſtas ingruit

- - ac venti, velut agmine facto,
Qua data porta ruunt, et terras turbine perflant,
Incubuere mari, totumque a ſedibus imis
Vna eurusque notusque ruunt, creberque procellis
Africus, et vaſtos voluunt ad littora fluctus,
Inſequiturque clamor virum, ſtridorque rudentum,
Praeſentemque viris intentant omnia mortem,

Vti canit VIRGILIVS *1. Aeneid.* Quilibet enim nautarum vectorumque tranquillo mari gubernare poteſt; vbi ſaeua orta tempeſtas ac turbato mari

Digitized by Google

mari rapitur ventis nauis, tum viro et gubernatore opus eſt, inquit Fabius M. apud LIV. *l. 24. c. 25.* Neque par eſt gubernatoris virtus, quum placido et quum turbato mari relinquitur; tunc admirante nullo illaudatus, inglorius ſubit portum: at quum ſtridunt funes, curuatur arbor, gubernacula gemunt, tunc ille clarus, et diis maris proximus. PLIN. *9. epiſt. 26.* VEGETIVS *lib. 4. c. 43.* gubernatorum ſolertiam eſſe, ſcribit, loca, in quibus nauigatur, portusque cognoſcere, vt infeſta prominentibus, vel latentibus ſcopulis, vadoſa ac ſicca vitentur, quum ſecuritas tanto ſit maior, quanto mare altius fuerit. Hiſce neceſſe eſt, vt reliqui nautae omnino pareant, et taciti

- - - ſedeant ad iuſſa, miniſtri
Qualiter ad ſummi ſolium Iouis, omnia circum
Prona parata Deo. *Val.* FLACC. *l. 1.*

Omnia itidem ea, quae ſupra ad *art. 1* boni naucleri propria eſſe attuli, vbi nauclerus gubernatorem rebus bene gerendis adhibet, illi ineſſe debent, ita quod cum Acoete apud OVID. *lib. 3. Metamorph.* vere dicere poſſit:

Addidici regimen dextra moderante carinae
Flectere, et Oleniae ſidus pluuiale capellae
Taygetenque Hyadasque oculis Arctonque notaui,
Ventorumque domos, et portus puppibus aptos.

Ductor ſeu explorator vadorum alius itidem eſt a gubernatore, et certis tantum locis ad vada exploranda, nauimque per eadem ſine periculo deducendam adhibetur, quum nauclerus omnium vadorum breuiumque vndique et vbique aeque gnarus eſſe non poſſit. Praeterea nautarum adpellatione etiam veniunt in iure diaetarii, lintrarii et meſonautae *d. l. 1. § 2. et 3. ff. naut. caup. ſtabul. Diaetarii* definiuntur, quod ſint ναυφύλακες, nauium cuſtodes, qui cuſtodiae gratia nauibus praeponuntur *d. §. 3.* Qui autem cum ACCVRSIO diaetarium dici volunt eum, qui cibum ſeu mercedem in diem recipit, et cuſtodiae cauſſa vno aut altero tantum die naui praeponitur, etymologia vocis decipiuntur, perperam exiſtimantes, *diaetarium a die* dici, et ſic pro tali, qui ad vnum vel alterum diem operas praeſtat, habendum; quum non a Latina voce dies, ſed a Graeca διαιτάομαι, quod eſt, conuerſor, deriuetur, teſte PANCIROLL. *1. var. lect. c. 56.*

 quia

quia in diaetis ſiue coenaculis morari et degere ſolebant, et inde *diaetarii*, non *dietarii* ſcribendum eſt. *Lintrarii* definiuntur, lintrium, hoc eſt, fluuiatilium nauigiorum, quae remis agitabantur, exercitores. Hi autem proprie non ſunt nautae, quoniam nautae a nauibus, non a ratibus vel lintribus, dicuntur, vti monet ANTON. FABER *ration. ad l. 1. §. 3. ff. naut. caup. ſtabul.* Meſonauta quid ſit, in ambiguo eſt, aliis cum GOTHOFR. *ad d. l.* exiſtimantibus, quod ſit is, qui medium locum tenet inter ſummos et infimos nautas: Aliis cum ANTON. FABR. *ad d. §. 2. et* ALCIAT. *1. parerg. 43.* per meſonautas intelligentibus eos, qui alias Ναυτεπίβαται dicuntur, hoc eſt, remum pro naulo et vecturae pretio ſoluentes *l. vlt. §. 2. eod.* quam ſententiam etiam PECKIVS *comm. ad rem naut. p. 9. et 10.* amplectitur: Aliis cum *Hermolao Barbaro*, et qui eum ſequitur, BVDAEO *adnot. ad d. tit.* eum pro tali nauta habentibus, qui inſtar mediaſtini (qui viliſſima et ſordidiſſima miniſteria domi obire ſolebat) omnia viliſſima ſeruitia in naui praeſtare tenetur, omnibus autem illam Accurſii opinionem reiicientibus, qui meſonautam dicit eſſe eum, qui mediocriter remos agit. Vtut ſit, eum magiſtro nauis, reliquisque honoratioribus nautis inferiorem fuiſſe, ipſe verborum contextus oſtendit. Referuntur alioquin inter nautas etiam PRORETAE. *l. 11. §. 2. ff. de publ.* quos BVDAEVS *d. l.* et alii communiter dicunt eſſe, qui prorae ſunt praefecti, ſicut gubernator, qui naui, et ad hoc PLAVTVM *Rudent. act. 4. ſcen. 3.* citant. *Si tu proreta iſti naui es, ego gubernator ero.* XENOPHON. *l. 5. de domeſt.* eum gubernatoris adiutorem vocat, quia ſcilicet ſicut in puppi, ſic hic in prora ventos aucupatur et captat, et eorum conuerſiones dicit in flectendis promontoriis gubernatori, quique tenias et breuia, ne nauis eis impingatur, proſpicit et explorat, vt ſcribit TVRNEB. *aduerſ. 28. cap. 43.* eoque reſpicere videtur CLAVDIANVS *paneg. de conſul. Manlii*:

Ac velut excitus lentandis nauita tonſis
Praeficitur lateri cuſtos, hinc ardua prorae
Temperat, et fluctus tempeſtatesque futuras
Edocet.

Remiges ſunt, qui remos agunt, eorumque miniſterio occupantur. STRACH. *de naut. part. 1. n. 15.* et diſtinguebantur olim in θρανίτας, qui in ſuperiori parte, ζυγύτας, qui in imo, et θαλαμίτας, qui in fundo

fundo nauis remigabant, iuxta BAIFIVM *de re nau. pag. 139. et ſeq.* cui contradicit SALMAS. *obſ. ad ius Attic. pag. 681. et ſeqq.* Superſunt *vectores*, tertium nauigantium genus, illique ſunt vel mercatores, vel viatores ſiue epibatae, qui vecturae pretium ſoluunt, atque ita de portu in portum iter faciunt, qui a Ναυτεπιβάταις per ſupra dicta differunt, adeoque nautis accenſeri nequeunt. Alioquin etiam epibatae dicuntur milites claſſiarii, qui ad pugnam ſemper apti erant, non tamen remigabant, de quibus SVIDAS *in voce* ἐπιβάτης. Aſt ea omnium horum nauticorum communis eſt ratio, quod in nauarchis diligentia, in gubernatoribus peritia, in remigibus virtus eligatur, monente VEGETIO *l. 4. de R. M. c. 43.* Quemadmodum autem culpae naucleri adſcribitur, ſi non bonos et peritos nautas adhibuerit, ita eiusdem culpae reus eſt, ſi non omnes neceſſarios nautas conduxerit, eorumque opera in naui vtatur, vt ſi absque gubernatore nauim in flumen immiſerit, tempeſtateque coorta, eam temperare non potuerit, et nauem perdiderit; tum enim actione locati a vectoribus conueniri poteſt *l. 13. §. 2. ff. locat.* vel etiam ſi exploratorem non adhibuerit, tum enim marca auri mulctari debet, infr. *artic. 18.*

Quod ad onerationem mercium attinet, omnino prouidere debet magiſter nauis, ne quid hac in parte excedendo, nauemque lucri cauſſa plus iuſto onerando peccet, alioquin damnum inde ortum reſtituere tenebitur, ac inſuper, iuxta hunc articulum, naulum ex ſuperabundanti onere reſultans, etiamſi feliciter ad locum deſtinatum peruenerit, perdet, et iuxta IVS DANIC. *art. 42.* regi ex proprio aere 40. marcas, totidemque ciuitati pendere debebit. Quod ſi autem mercator nauem conductam nimis onerauerit, dimidium damni refundet, idque pro arbitrio virorum bonorum. IVS DANIC. *cap. 41.* Ideo et HESIODVS olim monuit *lib. 2. oper. et dier.*

Nec nimis eſt oneranda nauis, ſit ponderis aequi
Quidquid in hac, durum eſt aduerſo occurrere fato,
Fluctibus in mediis currus diſcinditur omnis,
Si grauius ſuper inſtat onus: ſeruare memento
Menſuram in rebus, et idonea tempora ad vſus;

interprete *Nicolao Valla.* Et IVVENALIS inter prodigos, qui hoc faciunt, refert, *Sat. 14. verſ. 287.*

- *pareat tunicis licet atque lacertis,*

Curato-

Curatoris eget, qui nauem mercibus implet
Ad ſummum latus, et tabula diſtinguitur vnda.

Idem IVRE WISBYCEN. *art. 42.* prohibetur, niſi id conſenſu exercitorum et conductorum fiat, alioquin, ſi illae merces per iactum pereant, nauclerus damnum praeſtare tenetur, iuxta ea, quae infra *tit. VIII. de iactu* fuſius dicenda venient. Atque illud ipſum STATVTIS HAMBVRG. *part. 2. tit. 14. art. 10. 24.* ſancitur, quemadmodum etiam oneri publico ſarcinam priuatam ſuperimponere iure ciuili vetitum eſt, et qui id faciunt, diſpendio periculi et naufragii tenentur *l. vnic. C. ne quid. oner. publ. impon.* Vide IVS LVBEC. *l. 6. tit. 2. art. 7. et tit. 4. art. 5.* STRACCH. *tract. de naut. part. 3. n. 13.* P. GREG. TOLOS. *ſynt. iur. l. 29. c. 10. n. 14.* PECK. *p. 236.* IVS MARIT. *Phil. II. tit. de naufr. art. 8.* GROT. *introd. l. 3. part. 20.*

Ad articul. III.

Quemadmodum rege abſente extra imperium, et patrefamilias extra domum, facile quaeuis exſurgunt incommoda, ita et nauibus illa accidere poſſunt, naucleris in eis non pernoctantibus, vel in locum ſuum idoneum aliquem non ſurrogantibus. Nocturnum enim tempus eſt,

- quo ſcelerati animis imbellibus audent
Omnia, quodque animum peccare volentibus addit.

HOMER. *10. Iliad.* Et interroganti Hadriano Imp. „Quid eſt nox? „reſpondit Epictetus: Laboranti requies, graſſanti lucrum. Hinc „*iure nauali Rhodiorum c. 26.* ſancitur: ſi nauta quopiam vel nauclero „extra nauim cubante, nauim noctu, vel interdiu perire contigerit, „omne tamen hoc ad foris cubantes nautas vel naucleros pertinet, iis „a damno liberis, qui in naui manſerint. Qui autem negligentia pec- „cauerint, nauis domino damnum, ipſorum culpa datum, praeſtent.

Ad Articul. IV.

Quum res nautica, quod ad nauis magiſtrum attinet, totum hominem requirat, negotiaque eius, ſine damno exercitorum nauis vel mercatorum, diſtrahi non poſſint, ideo hoc articulo ab omni prolixa negotiatione ſe abſtinere iubetur. Nam raro diu perſtat, qui bina negotia tractat. SEBAST. BRAENT. *nau. ſtultif. fol. 29.* et iuxta CICERONEM *Philip. II* duas res, magnas praeſertim, non modo agere vno tempore

tempore, ſed ne cogitando quidem explicare quiſquam poteſt. Subeſt etiam haec ratio, cur magiſtro nauis a negotiatione abſtinendum, ne ſuſpicionis alicuius, quod ſua potius, quam aliorum negotia tractet et promoueat, anſam iuſtam praebeat. Cui enim incognitum, quod proximus quisque ſit ſibi? quum verum illud verbum ſit, omnes ſibi melius malle eſſe, quam alteri, ex ſententia TERENTII *Andr. act. 2. ſcen. 5. et act. 4. ſcen. 1.* et tunica propior pallio ſit. PLAVT. *Trinum. act. 5. ſcen. 2.* Omnes ſiquidem ad adfectum et adpetitum vtilitatis ſuae, naturae ipſius magiſterio atque impulſione ducuntur. SALVIAN. *l. 2. contr. auar. pag. 72.* Quanto itaque melius eſt, ſuſpicionem omnem declinare, et non tantum extra crimen eſſe, ſed et extra criminis ſuſpicionem? et quum lucrum cum inuidia periculum ſit, omnia moderate agere, quae nullus audeat accuſare. CASSIOD. *1. var. 26.* Hinc eſt, quod de iure ciuili non licuerit nauiculariis, ſuſceptas ſpecies in negotiationis emolumenta conuertere *l. 4. C. de Nauic.* et *Cod. Theod. lib. 13. tit. 5. l. 26.* vel quid oneri publico imponere, addita comminatione, quod qui id fecerit, non in diſpendium ſolum, atque naufragii damnum obligatus eſſe, ſed et publicae coercitionis rigorem experiri debeat *l. vnic. C. ne quid. oner. publ. impon.* et *l. 13. Cod. Theodoſ. tit. 8. l. vnic.*

Ad Articul. V. et VI.

Obuium eſt quibusuis, quod ſicut in emtione et venditione pretium, ſic in locatione et conductione mercedem interuenire et praeſtari oporteat. Vnde etiam nautis certam mercedem conſtitui et dependi oportet:

- - - - nec aequum eſt
Quae ſibi quisque tulit ſudati iuſta laboris
Praemia ſub ſortem reuocare, et munere quemquam
Virtutis fraudare ſuae, fructusque laborum. HOMER. *1. Iliad.*

Nemo certe propriis ſtipendiis militare cogitur, nemoque gratis quidquam facit, in tantum, vt LVCIANVS *apolog. pro merced. cond.* veritus non ſit adfirmare, ne quidem ſummarum rerum adminiſtratores excipiendos, quando nec ipſe rex mercedis ſit expers. Sed de his ipſe viderit. Certe is viam excedendi praebet, qui non patitur iuſta perſolui. CASSIOD. *11. var. 8.* Quo moti Romani, militibus tam pedeſtri-

Digitized by Google

bus, quam claſſiariis et nautis ſtipendium triplex, pecuniae, frumenti, et veſtimentorum conſtituerunt, de quo diſtinctius tractant LIPS. *1. elector. 2.* et SCHEFFER. *de milit. naual. l. 4. c. 1.* Conſtituitur autem merces haec potiſſimum ex conuentione, vel ex ordinatione certa, vel ex regionum conſuetudine, et vt plurimum conſiſtit in certa pecunia et victu. Veſtimenta autem, etſi larga ſignificatione adpellatione victus veniant *l. 43. de V. S.* in hac tamen materia locationis conductionis id tantum venit, quod actum eſt *l. 58. d. pact.* ius maritimum Danicum *cap. 4.* quocumque nauclerus iter intenderit, ſine diſcrimine iubet nautis dimidiam mercedem ſolui, vbi nauis onerata vel ſaburrata fuerit, et reliquam, vbi redierit, mercesque exonerauerit. Sicut autem hoc *art. 6.* certi termini praefiguntur, quibus nautis merces ſolui debeat, ita iuris et moris eſt, non niſi naue onerata vel ſaburrata initium, eaque exonerata finem exſolutionis mercedis nautarum fieri, id quod ex *c. 4. iur. Dan.* liquet IVS LVBECEN. *l. 6. tit. 1. art. 12.* et IVS PRVTEN. *l. 4. tit. 19. art. 1. §. 11.* hanc ponunt regulam, quod vbi merces exonerari coeptum fuerit, naulum ſolui debeat, quod tamen vniuerſaliter verum eſſe, vix concedi poteſt, per ea, quae infra ad *art. 1. tit. 11.* adducam. Ratione victus PLEBISC. GEDANEN. *part. 1. c. 4. art. 14.* ſanciunt, quod quiuis nauclerus ſuis nautis ſingulis diebus indiſtincte duplicis generis cibos, et vnius generis potum, non tamen carnem aſſatam praebere debeat. Iure WISBYCEN. *art. 29.* nautis Britanniae ſemel de die cibus dandus eſt, exinde, quia nauclerus abeundo et redeundo vinum illis praebet, Normanniae vero nautis bis, quia nil niſi aquam bibunt, additurque, quod vbi nauis in regiones vini fertiles deuenerit, nauclerus illis vina in potum dare debeat. Carolus V. Imp. et Philippus II. Hiſpaniarum rex, ille *art. 29.* hic *art. 10. de naut.* ter de die nautis cibum praeberi volunt, videlicet mane, meridie et veſperi, potum vero ſufficientem, pro diſcretione naucleri, data tamen facultate nautis, ſi vltra haec edere et bibere voluerint, vt pane, quem in corbe inuenerint, ſint contenti, et ſtantes ad epiſtomium, ſitis ſuae exſtinguendae gratia bibant. Item, ſi durante tempeſtate fidelem nauclero operam praeſtiterint, aut etiam diu noctuque in oneranda vel exoneranda naui, vel etiam eadem obturanda ſeduli fuerint, quod tum nauclerus cibum et potum largiter ipſis praebere debeat. Idem GROT. *in ſua introd. ad iuriſpr. Holland.*

part.

Digitized by Google

part. 20. lib. 3. pag. 145. b. perhibet. Statuta vero Hamburg. *part. 2. tit. 13. art. 3.* volunt, quod ſi quis nauem propriam pro ſe vel alio quopiam onerauerit, durante iſta importatione, vel exportatione, nautis victum praebere teneatur. Denique IVS MARIT. DANIC. *cap. 29.* nauclero in portum aliquem venienti, ibique carnes vel piſces recentes inuenienti liberum reliquit, vtrum ex illis quidquam emere velit, nautis autem ne eum ad hoc cogant, ſub poena trium marcarum regi, et trium itidem marcarum nauclero ſoluendarum inhibet. Quin et *art. 30.* vult, nautam, qui ante iuſtum et conſuetum tempus a coquo cibum extorquere voluerit, decem marcas regi, coquum autem, ſi id reticeat, et aliunde palam fiat, eo nomine 3. marcas regi, aliasque tres marcas ciuitati pendere debere. Poteſt tamen eodem iure *c. 31.* nauta, ſi eum ſitis vrgeat, iubere, vt ſibi potum praebeat, et pro neceſſitate bibere.

Ad articul. VII.

Ratio articuli eſt, quia non tantum circa locationes atque conductiones maxime fides ſeruanda eſt *l. 19. C. locat.* ſed et qui operas ſuas locauit, totius temporis mercedem accipere debet, ſi per eum non ſtetit, quo minus operas praeſtet, idque exemplo aduocatorum, qui, ſi per eos non ſteterit, quo minus cauſſam agant, honoraria reddere non tenentur *l. 38. ff. locat.* Iure enim ciuili receptum eſt, quoties per eum, cuius intereſt, conditionem impleri, fit, quo minus impleatur, vt perinde habeatur, ac ſi impleta conditio fuiſſet *l. 24. ff. de condit. et demonſtr.* vel vti loquitur *c. 66. de R. I. in 6.* quum non ſtat per eum, ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur, haberi debet, ac ſi impleta fuiſſet. IVS WISBYCEN. *art.* 3. nauclero concedit poteſtatem, nautam intra portum dimittendi, dummodo illi dimidiam mercedem dederit, extra portum vero non, niſi ſoluta integra mercede, niſi alicuius delicti eum conuincere poſſit. Adſtipulantur his IVS LVBECEN. *l. 6. tit. 1. art. 4.* ac ex eo deſumtum IVS PRVTEN. *l. 4. tit. 19. art. 1. §. 4.* PHILIP. II. *ius marit. tit. de naut. art. 13.* GROT. *d. l.* et ex parte aliqua STAT. HAMBVRG. *part. 2. tit. 14. artic. 22.*

Ad Articul. VIII.

In nautis in primis requiritur obedientia et integritas, quibus ſepoſitis periclitantur nauis, nauclerus, et quidquid in naui eſt. Quem-

Digitized by Google

admodum autem in republica omnes in officio continentur praemiis et poenis, ſic et in ſocietate nautica, vbi merito duorum teſtimonio de inobedientia et furto conuictus exemplariter puniendus eſt, et ita praecauendum, ne eodem crimine et alii polluantur. Bonorum enim ſalutem cuſtodit, qui malos punit. LACTANT. *de ira Dei c. 17.* et ideo plectuntur quidam, quo caeteri corrigantur. Exempla ſunt omnium, tormenta paucorum CYPRIAN. *de lapſ. c. 19.* omnisque poena non tam ad delictum pertinet, quam ad exemplum. QVINTIL. *declam. 274. in fin.* Ad poenas autem non niſi reo conuicto properandum, nec quidquam niſi praemeditato ſtudio hac in parte definiendum, quum ne Iupiter quidem ſine conſilio ſuo fulmina mittat. SENEC. *2. nat. quaeſt. c. 43.* Poenarum vero nauticarum etiam vna eſt, qua ſontes dimittuntur e naui in ſcapham, exponunturque ad littus deſertum et incognitum, quae exſilii et relegationis ex naui ſpecies, naturam deportationis in inſulam, de qua in iure Ciuili et hiſtoria Romana multa leguntur, ſapit. Non nouam eſſe hanc poenam, ſed iam veteribus vſitatam STRABO *l. 2.* docet, dum ſcribit, Eudoxum, ne in deſertam aliquam inſulam exponeretur, ad Romanos aufugiſſe. Varia expoſitionis, ſeu deportationis talis exempla inueniuntur in hiſtoria nauigationis Indicae, quae hic recenſere nolo. Illud vero, cuius CATSIVS *in tract. connub. Belgici* ex *Goulartio* meminit, quodque non nauclerus in rebellem nautam, ſed frater germanus in ſororem impudicam, eam, non in locum hominibus frequentem, ſed a ſaeuis beſtiis inhabitatam, exponendo ſtatuit, hic adducere volui. „Nobilis „quidam Normannus inſtructa claſſe ad inſulam Floridam nauigare in „animo habens, interea vero de ſorore, eaque vnica ſollicitus, eam „cognatis ſeruandam et obſeruandam tradidit, ſed precibus eiusdem, „vt comitem ſe itineris ſui habere vellet, motus, tandem illam in „nauem recepit, atque ita oram ſoluens, iter inſtitutum proſequi „coepit. Inſinuauit autem ſe in amorem eius quidam iuuenis, ac eo „illam tandem crebris ſollicitationibus, promiſſoque coniugio, ſe„duxit, vt pudoris ſui oblita, impraegnata ab eodem fuerit, quod „etſi aliquamdiu fratrem quibuscumque modis celaſſet, attamen, vbi „tumor ventris, aliaque impraegnationis ſigna palam ſe oſtenderent, „eidem manifeſtare cogebatur. Ille dolorem animi ſui, inde conce„ptum, ſupprimen , cuius tantum facinus ferre videbatur, vnde illa

„'a ſecurior facta, ſuum amorem non clam, vti antea, habere, ſed pa-„lam fateri, et, vt amantium mos, vbi ad inſulam aliquando aquae hau-„riendae cauſſa exſcenderetur, vel ipſis arborum corticibus inſcul-„pere coepit, quo viſo, frater tanto grauiori ira accenſus, vindictae-„que intentus, omnes alios, relicta terra, naues iterum conſcendere „iubet, excepta ſorore eiusque amaſio, quibus imperat, ne pedem „inde promouerent, ſed in eo loco, vbi vel ipſis arboribus impudicos „ſuos amores inſeruiſſent, remanerent, amoreque ſuo porro fruerentur, „quem in finem arma, gladios, bombardas, retia, aliumque adpa-„ratum, quo ſe a ferarum ſylueſtrium inuaſione tueri, tuguria ex-„ſtruere, atque ita porro de rebus neceſſariis proſpicere ſibi poſſent, „abunde iisdem ſuppeditauit. Illa ſero nimis poenitens, et pecca-„tum ſuum agnoſcens, per omnes Deos fratrem, vt ſibi, aut ad mi-„nimum innoxio, quod ſub pectore gereret, infanti parceret, ob-„teſtando, immo, ſi ſe perditam et extinctam vellet, non beſtiis lanian-„dam exponeret, ſed vel ſua manu, vel carnificis obtruncaret, vel „etiam more nautico globis configi iuberet, rogando fruſtra fuit, „qui ad naues rediens, e conſpectu eius ſe proripuit, atque ita omnem „ſpem veniae illi ademit. Vt breuis ſim, coniuges hi ramos arbo-„rum decutere, ligna caedere, caſas exſtruere, ex venatione cibum „quaerere, et tempori ſeruire neceſſe habentes, moleſtam vitam age-„re coeperunt. Paullo poſt illa partu, in quo maritus et obſtetricis „et patris partes ſuſtinuit, filium enixa, non diu propter alimoniae „defectum ſuperſtitem, poſt quem idem hic maritus et pater, inde-„ſinente labore, cura et moleſtiis, qua diurnis, qua nocturnis, fractus, „exſtinctus eſt, qua calamitate, vti nulla grauior mulieri huic accide-„re potuit; ita tandem ſingulari Dei benignitate eſt erepta. Navibus „etenim aliis Gallicis forte fortuna iſthic locorum iter facientibus, il-„la variis ſignis, et quanta potuit maxima voce acclamans, omnibus „rebus deſtituta per nautas ex littore in navem ſuſcepta, et in Gal-„lias, de fratris morte interea certior facta, reducta eſt, vbi felicio-„rem quidem, attamen ob rei huius ante actae memoriam, luctuoſam, „vitam transegit. Vt autem redeam eo, vnde digreſſus ſum, pro meliori articuli huius intellectu adducere iuuabit IVS MARIT. DANIC. *cap. 6.* quod ita de hoc caſu renitentiae nautarum diſponit: Si nauta, ebrietate ductus, aut ex malitia nauclerum ſuum ſequi noluerit, et

ventus ſit ſecundus, nauclerus venti flatum ſecundum negligere non debet, ſed alium in locum eius conducere, qui autem in noxa deprehenſus eſt, reddat quidquid accepit, et quidquid praeterea expenſum eſt, ac nihilominus 10. marcas regi et 10. ciuitati ſoluat. Idemque iuris erit circa gubernatorem nauis. Et ſi non habeat, vnde ſoluat, tum is regio praefecto tradetur, ac mulctae loco ob delictum ſuum ad operas damnandus eſt. Et ſi quis nautarum nauclero ſuo in mari inobediens fuerit, illum nauclerus ad littus exponendi poteſtatem habebit, aliumque eius loco conducendi ex immorigeri nautae mercede et vectibilibus, atque hoc ipſo nauclerus cura vacuus eſſe debet. Non tamen facile haec poena infligi debet, niſi delictum ſit enorme, vti volunt STATVT. HAMBVRG. *part. 2. tit. 14. art. 13.* et locus, in quem delinquens exponitur, ab aliis inhabitetur, vti hic noſter articulus, aliaque iura maritima, ac in primis STATVT. HAMBVRG. *d. tit. art. 27.* (quae cum noſtro et re et verbis conſonant) diſerte praeſcribunt.

Ad articul. IX.

Etſi de iure regulariter domeſticum teſtimonium *l. 3. C. de teſt.* non minus atque vnius ſingulare *l. 9. §. 1. C. eodem*, ſit prohibitum, nemo etiam in re propria teſtari poſſit *l. 10. C. eod.* in re nautica tamen a regula hac quandoque deflectitur, ita quod nauta, qui eſt quaſi domeſticus in cauſſa domini nauis, immo et filius in cauſſa patris naufragi, ſiue is nauta ſit, ſiue magiſter nauis, ſiue alius quis, ne veritas lateat, teſtari poſſit. LANCELL. *de offic. praetor. p. 152.* STRACCHA *part. 5. de naut. l. 3. C. de naufrag.* Et quod nautae in cauſſa naucleri idonei teſtes ſint, ex variis articulis iuris maritimi, in primis *art. 9. iur. Wisbycen.* conſtat, atque ita Gedani in cauſſa exercitorum nauis ſpei, contra Ioannem Schulz anno 1632. die prima decembris iudicatum eſt. Solius etiam naucleri teſtimonium, vbi aliter fides haberi nequit, recipitur, etiamſi res ipſius propria agatur, id quod articulus hic oſtendit, cum quo *art. 10. iuris marit. Caroli V.* plane concordat. Vsque adeo etiam in hac materia, ſicut alias in iure Ciuili, multa contra rationem diſputandi pro vtilitate communi recepta ſunt *l. 51 §. 2. ff. ad l. Aquil.* Si quaeras, an non praeſtet, nautas inuitos ad dicendum teſtimonium cogere, quam naucleorum propriae atteſtationi omnia committere?

mittere? Reſpondeo, cogi quidem poſſe teſtem ad teſtimonium dicendum, etiam in criminalibus *tot. tit. extr. de teſtib. cogend. ius Culmen. l. 2. tit. 18. c. 9.* GAIL. *1. obſ. 100.* non tamen cogi poſſe, vt verum dicat, et quia nautae vt plurimum nauci ſunt homines, conſcientiae, fidei et iuramenti vel nullam, vel exiguam rationem habentes, vix expedit, eos ad teſtimonii dictionem mulctis, carceribus, vel aliis modis compellere, conſultiusque, vnius honeſti naucleri teſtimonio ſtare, vt vel hoc ipſo tanto magis nautae a delictis abſterreantur, id quod, vt vt in leuioribus poenis pecuniariis, vel etiam corporalibus infligendis ſatis ſit, attamen, vbi de vita hominis, et ad poenam capitalem agitur, vnius naucleri teſtimonium ſufficere non exiſtimo. Vnius enim teſtimonio aliquem credere, peſſimi eſt exempli VALER. MAX. *l. 4. c. 1. n. 11.* et teſti vnico, ne quidem ſi Cato ſit, credendum eſt. PLVTARCH. *in Cat. min.*

Ad articul. X.

Intelligendus eſt articulus hic non de leuibus nautarum erroribus, ſi quid humani ipſis contigerit, ſed de enormibus, etſi non capitalibus exceſſibus, qui delictum aliquod ſapiunt, vtpote ſi refractarii, infidi, ſupine negligentes fuerint, et ex proaereſi, contra articulos huius maritimi iuris, ſine vlla poenitudine egerint. Tum namque ſalubre eſt, ne delicta maneant impunita *l. 51. §. 2. ad l. Aquil.* ſed vt ſi anteiſſent delicta, poenae ſequerentur, monente Tiberio apud TACIT. *l. 3. annal.* Nec eſt, quod rigidum eſſe nimis videatur, nauclerum ad talia conticeſcere non poſſe, quia peccata nocentium nota eſſe, et oportet, et expedit *l. 18. ff. de iniur. et fam. et libel.* ac delinquere eadem videntur ſcientes quidem delinquentem, non facientes autem illum manifeſtum *l. 16. C. de haeret. manich.* cogimurque delicta grauiora publicare et denunciare, etiam intra domeſticos parietes admiſſa, non praecipiti feſtinatione, ſed cognita, ac veritate inquiſita per *l. 3. C. de inceſt. nupt. in fin. et ibid.* GOTHOFR. Alioquin ex ſententia VIRGIL. *3. Georg.*

- - alitur vitium, viuitque tegendo.

Et quisquis patitur peccare peccantem, is vires ſubminiſtrat audaciae ARNOB. *l. 4.* peccare etiam, et peccantes non cohibere iuxta aeſtimandum. AGAPET. *ad* IVSTIN. *Imp. c. 28.* ac negligere, quum poſſis deturbare

Digitized by Google

turbare peruerſos, nihil aliud eſt, quam fouere: nec caret ſcrupulo ſocietatis occultae, qui manifeſto facinori deſinit obuiare *c. negligere cauſ. 2. quaeſt. 7.* Carolus V. Imp. in ſuo iure maritimo *art. 31.* idem, quod hic articulus, praecipit; nulli, inquiens, nauclero, officiario nautico, famulo, magiſtro nauis, exercitori, nec vllis iudicibus, officialibus, aut exſequutoribus iuſtitiae reſpectiue liceat reticere, diſſimulare, componere, tranſigere, aut abſoluere vlla delicta a minoribus, quam ſupra conſtituta ſunt, poenis et mulctis, ſub poena, quod tum quiuis eorum proprio nomine in triplum condemnari, et ſi mulctas illas pendere ob egeſtatem non poſſit, flagellari, vel aliis corporalibus poenis adfici debeat *ibid. art. 33.* Quamuis autem iure communi nemo teneatur delicta aliorum manifeſtare, vtut eorum ſit ſciens, dummodo non conſentiens, excepto crimine laeſae maieſtatis et parricidii; de iure tamen Saxonico et conſuetudine multarum regionum, occultans et non reuelans maleficium, in domo vel pago commiſſum, punitur. *Ius Saxon. l. 1. art. 2.* idque ibidem vocatur *Rügen*, quae vox non tantum idem valet, quod denunciare, intimare, et reuelare delictum, ſed et iudicare, punire aut mulctare. Eodem iure certa ad hoc ipſum adſignatur perſona, vocaturque *Bauermeiſter*, hoc eſt, iuxta *gloſſ. lat. lit. e.* Syndicus, qui etſi teneatur denunciare vulnera ſanguinolenta, modicas tamen ſciſſuras denunciare non tenetur, quemadmodum et proprias iniurias ac damna perpeſſa quiuis reticere poteſt *ibid. l. 2. c. 62.* Alioquin, ſi communitas ſeu villa non denunciauerit, ſed doloſe occultauerit delicta, in ea iuriſdictione perpetrata, puniuntur omnes ſimultanee poena 70. ſolidorum, quae communis eſt Saxonum pro delictis puniendis. *ius Saxon. l. 1. cap. 2. ibid. gloſſ. lat. lit. K. in fin.* Hoc fine in Sueuia, Franconia, et aliis Germaniae locis ſingulis annis celebrantur quidam ſollemnes conuentus *Ruggericht* dicti, vbi ſinguli ex populo ſub iuramento tenentur reuelare, quidquid in domini vel reipublicae damnum et detrimentum a quopiam patratum eſſe ſciunt, teſte PAVLO MATTH. WEHNER. *obſeruat. pract. verb. Rügen.* Sebaſtianus quidem Caſtalio olim putabat, non poſſe nos abſque odio vel malo iniuriae adfectu, (adeoque ſine conſcientiae laeſione) ſontes magiſtratui indicare, quod, quia Anabaptiſmum ſapere videretur, BEZA *tr. de diuort. et repud. in. pag. 172.* ſibi refutandum ſumſit. Interea rigidum eſſe videtur, quod in *iure Marit.*

Danic.

Digitized by Google

Danic. c. 30. Coquus iubeatur indicare, ſi forte nauta extra ſolitum tempus cibum ab eo extorquere voluerit, idque ſub poena trium marcarum regi, et trium ciuitati pendendarum, ſi id reticuerit, et aliunde palam factum fuerit. Plura qui de hac materia, *vtrum ſubditus quiuis teneatur maleficia in domo vel villa commiſſa reuelare, idque bona conſcientia facere poſſit?* ſcire voluerit, conſulat, praeter ſupra dictos, Wehnerum et Bezam, MODESTIN. PISTOR. *part. 2. quaeſt. ill. 61.* et ex eo verbotenus deſcriptam *reſolutionem Scabinor. Lipſ. quaeſt. 45.* Item COLER. *deciſ. 205.* SPEIDEL. *notat. iurid. hiſt. polit. verbo Rüg.* BESOLD. *th. pract. verb. Rüg.* et in primis FELIC. BIDEMB. *conſ. Theol. dec. 5. conſ. vlt.*

Ad articul. XI.

Depromtus hic articulus eſſe videtur ex iure maritimo Caroli V. Imp. et Philip. II. Hiſpaniarum regis, quorum ille *artic. 25. et 26.* hic *tit. de delictis naut. art. 5. et 6.* idem ſtatuunt, hoc tamen addito, quod ſi nautae in adprehendendo tali homicida, eoque cuſtodiendo et tradendo, officio ſuo functi non fuerint, tum perinde atque ipſimet huius criminis rei puniri debeant, niſi tales excuſationes adferant, quae iudici ſufficere poſſint. (Id quod et *iure marit. Dan. cap. 26.* continetur, et ad mercatorem quoque extenditur.) Et hinc eſt, quod etiam in *iure Philipp. d. tit. art. 2.* naucleris iniungitur, vt pro cuſtodiendis delinquentibus ſibi de catenis, vinculis et aliis inſtrumentis talibus prouideant. Quod vero *iure Danic. c. 27.* ſtatuitur, nauclerum, mercatorem aut nautam mortis reos, non niſi quanti eorum pars nauis et bonorum aeſtimari poteſt, condemnari poſſe, eaque ſub iuramento trium primariarum perſonarum, in naui exſiſtentium, tradi debere, hoc ipſo a mortis ſupplicio non abſoluuntur, ſed hoc tantum dicitur, quod praeter ſupplicium mortis, non vltra in bonis etiam condemnari queant, de quo tamen liberum aliorum eſt iudicium. Plura ad tit. *ſeq. art. 26.*

Ad articul. XII.

Piratarum naues ſicut licite diripiuntur, *Auth. nauigia C. de furt.* ac ipſimet ab occurrentibus impune laeduntur, *C. ſi quis cauſ. 23. quaeſt. 3.* ita ſi ipſi alios inuadunt, fortiter et ſtrenue iisdem, vti la-

Digitized by Google

tronibus et pacis publicae turbatoribus reſiſtendum eſt *l. vnic. C. quand. lic. vnic. ſine iud. ſe vind.* Piratae enim ſiue a πεϱάω, id eſt, tranſeo, quod mare transeundo pererrent, ſiue ἀπὸ τῦ πειϱάζεσθαι, quia multa experiuntur pericula, eorum adpellatio deriuetur, omnibus ſemper chriſtianis imperatoribus, principibus et rebus publicis inuiſi fuerunt, ſeuerisque legibus et poenis damnati. Quid quod etiam munera eorum, qui graſſatorum inſtar diu mare peruolitarunt, terrasque incognitas adierunt, occuparunt, ſpoliaruntque, etſi auctoritate publica muniti eſſent, ingrata quandoque aliis fuerint. Franciſcum Dracum certe ex longinqua nauigatione reuerſum nihil magis ſollicitum habuit, quam quod primarii in aula viri oblatum ab eo aurum reſpuerint, quaſi ſcelere piratico quaeſitum. CAMBD *part.2. hiſt. Eliſ. pag. 327.* TH AN. *l. 71. p. 420.* Notabile vero, quod non ſemper poenis compulſi, ſed et quandoque praemiis incitati piratae, ab hoc ſcelerato vitae genere abſtinuerint. Sic Solimannus Turcarum rex Ariadenum, Aenobardum, Dragutum, Ochialam, Piratarum potentiſſimos, maximis propoſitis praemiis ad ſe pellexit, vt et eorum opibus ſuum imperium confirmaret, et piratarum copias toto mari graſſantes frangeret ac debilitaret. BODIN. *l.1. de rep. c.1.* Et anno 1610. Galliarum rex, venia promiſſa, famoſum illum piratam, Simonem Danzer, ex Turcia reuocauit, vti videre eſt apud METER. *l. 29. p. 168.* Auguſtus caeſar Carocottam nobilem quendam latronem in Hiſpania, primum in tanta ira habuit, vt praemium ei, qui virum iſtum ſibi adduxiſſet, decies ſeſtertium promiſerit; deinde vltro ad ſe venientem, neque poena adfecit, eaque, quam pepigerat, pecunia donauit DIO *l. 56.* Olim vero piraticam exercere, glorioſum fuit; eamque primo neceſſitas, poſtea auaritia et ambitio introduxerunt. Phocenſes exiguitate et macie terrae coacti ſtudioſius mare, quam terras, exercuere, piſcando, mercando, plerumque etiam latrocinio maris, quod illis temporibus gloriae habebatur, vitam tolerabant, inquit IVSTIN. *l. 43. c. 3.* Immo et ipſum nomen piratarum pudendum non erat, ſed libere licebat percontari, an piratae eſſent, neque turpe ducebatur reſpondere, ſe tales eſſe, perhibente THVCYD. *l. 1.* Poſtea etiam reges piraticam exercuere, inter quos Philippus, Macedonum rex, et Agathocles IVSTIN. *l. 8. c. 3. et l. 22. c. 1.* adeo vt hinc Teuta Illyriorum Regina legatis Romanorum reſponderit; Regibus in more non eſſe, vt impediant,

quo

Digitized by Google

quo minus priuatim, quam poteſt quisque, vtilitatem e mari capiat. POLYB. *l. 2. c. 8.* De Daniae quoque regibus memorat ADAMVS BREMENSIS *cap. 213. hiſt. eccleſ.* quod piratae, quos Dani Withingos, Holſati Aſcomannos adpellarunt, regi Danico tributum ſoluerint, vt li„ceret eis praedam exercere a Barbaris, qui circa hoc mare plurimi „abundarent, qui tamen licentia hac, quam in hoſtes acceperant, ad„eo abuſi ſint, vt nulla fidei ratione habita, ſine miſericordia, quis„que alterum, mox vt ceperat, in ius famulitii vel ſocio vel barbaro vendiderit,„ Immo et apud alios occidentales populos honeſtum genus militiae, piraticam exercere, habitum eſt, in tantum, vt et puellae, ex regia ſtirpe ortae, eam exercuerint, vti memorat KRANTZ. *l. 1. Suec. c. 45. et 46.* Item *Daniae l. 1. c. 38. et l. 2. c. 6.* OLAVS MAGNVS *l. 5. c. 27. de pirat. ill. virgin.* Reperti ſunt piratae tales, recentiori etiamnum aeuo, in mari Balthico quoque, *Vitalliani fratres* dicti, quaſi Victualiani, exinde, quod de victu, et rebus ad eum pertinentibus obuios compellare principio tantum ſolerent, quos Crucigeri partim, occupata Inſula Gotlandia, quam anno 1388. ſuae poteſtatis fecerant, partim Hanſeaticae ciuitates aliquot, inſtructis nauibus, anno 1397. et 1398. debellarunt, atque in ordinem redegerunt, vti liquet ex KRANTZ *Vandal. l. 9. c. 25. et ſeqq.* SCHÜTZ. *Chron. Pruſſ. l. 3. fol. 92. et 93.* PONTAN. *l. 9. rerum Danic. p. 520. 527. et 531.* Sundenſes quum nauim vnam gregariis militibus plenam cepiſſent, nec ſat carcerum haberent, quibus tantam multitudinem includerent, edocti ab eisdem captiuis, quomodo ſolerent captos includere mercatores, tonnas vna extremitate ad capacitatem humani capitis emittendi perforarunt, exſtanteque capite ſingulos ſingulis incluſerunt, ita compoſitis in ordinem tonnis, alterum ſuper alterum compoſuerunt, donec publico iudicio damnatos, et extra vrbem productos gladio ceciderunt. KRANTZ *Vand. l. 9. c. 29.* Ex horum Vitallianorum numero fuere, illi famoſiſſimi piratae, Wichmannus et Nicolaus Störtebeker, vel, vt alii eos nominant, Nicolaus Stortebeker, et Gödeke Michael anno circiter 1400. ab Hamburgenſibus capti, et ſecuri percuſſi. KRANTZ *Vand. l. 10. c. 6.* et HERMAN. BONN. *Chron. vrb. Lubec. l. 2. pag. 52.* quod genus poenae illis iam dudum etiam a Romanis conſtitutum eſt, ita vt CICERO *5. in Verr.* dicat: Ecquem audiſti in Sicilia ante captum Archipiratam, qui non ſecuri percuſſus ſit? NICOLAVS HELVADERVS *Chron. circ. Balth. part.*

2. pag. 33. ex HERMANNO BONNO *l. 3. Chron. Vrb. Lubec. pag. 77* meminit cuiusdam piratae, *Longi Petri*, qui vaſtator Danorum, vindex Bremenſium, interceptor Hamburgenſium, crux Hollandorum praedicari voluit, cuiusque ſocii nauales in veſtitu et ſignis rotam et patibulum geſtarunt, ſed de hoc alibi nihil inuenio. Vtut ſit, talibus piratis nauclerus ſidelis vt fortiter reſiſtat, omnino neceſſe eſt, etiamſi D. AMBROSIVS *3. officiorum 4.* eum, qui in latronem armatum incidit, furientem referire non debere velit, nedum ſalutem defendat, pietatem contaminet. Et qui talibus non reſiſtit, quum reſiſtere potuerit, non tantum perpetua adſicitur infamia, ex diſpoſitione huius articuli, (cum quo *Statuta Hamburgenſia part. 2. tit. 14. artic. 44.* conſonant) ſed et mercatoribus et conductoribus nauis omne damnum reſarcire tenetur; ſi vero propter vim maiorem aut potentiam piratae reſiſtere non potuit, non tantum ab infamia, ſed et praeſtatione damni excuſatur, per *l. 13. §. exercitu l. 33. ff. locat.* STRACCH. *de naut. part. 3. n. 50.* quemadmodum etiam nauclero lis moueri nequit, ſi aliquibus e naui ad littus egreſſis, et latronum aut piratarum incurſu interueniente, nauclerus celeuſmate facto, naui et vectorum mercatorumque rebus ſaluis, cum nautis aufugerit. *iur. naual. Rhodiorum. c. 15.*

Ad articul. XIII.

Non eſt articuli huius ſenſus, qui ſuperfunctorie legenti eſſe videtur) quod de gemmis, annulis, rebusque pretioſis ſimilibus, vel etiam pecunia parata, in cuſtodiam nauclero datis, nauclero quarta pars, et reliqui tres quadrantes nauis exercitoribus competant, quia hac ratione harum rerum domino nihil relinqueretur, ſed quod honorarium illud propter cuſtodiam datum inter nauclerum et exercitores diuidi, et inde vnus quadrans illi, reliqui exercitoribus obuenire debeant. Loquitur ergo non de quota rerum depoſitarum, ſed honorarii, et quid cuiuis inde competat. Notandum autem hic, quod gemmae et margaritae mercimoniorum nomine non veniant, quae ſane vilius olim aeſtimatae ſunt. Indi namque eas aeſtimabant purgamenta aeſtuantis freti, pretio, quod libido conſtituit. CVRT. *l. 8. c. 9.* Hodie vero

Vt veniant gemmae totus tranſibitur orbis

MANIL. *l. 4.* quum tamen tanti ſit vitrum, quanti margaritum. TERTVLL. *ad*

ad Matyr. c. 4. et propterea a *Curtio* commercium vitiorum nominetur. Vocantur quidem gemmae et margaritae merces, quibus nauis non oneratur *l. 2. §. 2. ff. ad l. Rhod. de iact.* ſed latiori ſignificatione. Neque ex eo, quod ſicut aliae merces iacturam praeſtant, mercimonia dici debent, quia et veſtimenta *d. l. et §.* in contributionem veniunt, etſi proprie non ſint mercimonia.

Ad articul. XIV.

Omnium rerum, quas quis habere, vel poſſidere, vel perſequi poteſt, liberam eſſe conditionem, in aperto eſt *l. 34. §. 1. ff. de contrah. emt.* nec minus indubitati iuris, in communione et ſocietate neminem inuitum detineri poſſe *l. vlt. C. comm. diuid.* Cur ergo nauclero liberum non eſt, nauim ſuam quam maximo pretio vendere? cur non ex communione nauis diſcedere? Nimirum ideo, quia reſpectu boni publici circa naues aliquando iura generalia certas limitationes recipiunt. Sic etſi cuilibet liberum ſit, res ſuas diſtrahere, nauium tamen venditio non niſi poſt certum tempus licita eſt. Exempli gratia, Lubecae naues ibi conditae intra ſeptennium, Stralesſundae intra ſexennium alienari prohibentur, teſte MEVIO *ad ius Lubec. 3. 4. 6.* Gedani etiam, vbi nauis vendenda eſt, ciuis prae peregrino illam emere poteſt, et vbi peregrinus nauim ſuam peregrino vendidit, publice ad valuas Baſilicae Arthuri per octiduum id, vna cum pretio, ſub poena 25. bonarum marcarum, intimare debet, quo durante ſpatio ciuibus competit, ſoluto pretio, eam ſibi adquirere. *Plebiſc. Gedanen. part. 1. cap. 4. art. 3.* quod tamen hodie vix eſt in vſu. In communi diuidundo iudicio etiam non niſi iuſto pretio aeſtimari res debet per iudicem *l. 10. §. 1. comm. diuid.* et pretia rerum funguntur non ex adfectione, nec vtilitate ſingulorum, ſed communiter *l. 33. in princ. ff. ad l. Aquil. l. 63. in princ. ad l. Falcid.* adeoque omnino aequum, ne reliqui ſocii, in communione nauis exiſtentes, vltra iuſtum pretium aggrauentur, praeſertim quum etiam ſaepe vſu veniat, vt maius pretium, quam de quo conuentum eſt, in inſtrumento ſcribatur *l. 11. C. de reſcind. vendit.* Venditio ergo illa naucleri, vtut ex rancore aliquo et odio facta, ſi non ſit ſimulata et ficta, reuocari quidem non poteſt, quoad nauis partem, quam nauclerus vendidit, quoad pretium tamen, actio communi diuidundo, contra

 nouum

Digitized by Google

nouum iſtum ſocium reliquis competit, hocque nimirum pretium per iudicis aequam aeſtimationem corrigi, et quod inaequaliter factum eſt, in melius reformari poteſt *l. 1. C. comm. diuid. l. 3. C. comm. vtriusque iud. tam fam. herc. quam comm. diuid. iure Wisbycen. art. 13.* nauclero nauem ſine conſenſu et auctoritate eorum, ad quos pertinet, vendendi poteſtas adimitur; ſi autem ad victualia comparanda pecunia indiguerit, poteſt communicato cum nautis conſilio rudentes ſeu funes nauales oppignorare; idemque *Stat. Hamburg. part. 2. tit. 14. art. 8.* diſponitur (aſt *art. 31.* idem quod in hoc noſtro articulo ſtatuitur) Ius Danicum etiam *c. 43.* ſtricte conſenſum exercitorum requirit. Si quis obiiciat, quod in communione nemo compellatur inuitus detineri *l. vlt. C. comm. diuid.* Reſpondetur: neque in hoc articulo nauclerum inuitum in cummunione nauis detineri, ſed ad hoc tantum compelli, ne, cum damno exercitorum, contra praeſcriptum iurium partem ſuam aliis vendat. Vbi enim id agit, non minus improbandus eſt, quam Q. Fabius Labeo, qui quum a rege Antiocho deuicto dimidiam partem nauium accipere deberet, medias omnes ſecuit, vt eum tota claſſe priuaret. VAL. MAX. *l. 7. c. 3. n. 4.* Atque hoc in caſu Caſcellius ICtus, etſi per iocum, recte mercatori, quemadmodum cum ſocio nauim diuideret interroganti; reſpondit: nauim ſi diuidis, nec tu, nec ſocius habebitis. MACROB. *2. Saturn. 6.* Commodiora quippe communione excedendi ſunt media, ac potiſſimum, ſi ſocius et particeps nauis alicuius, aeſtimatione iudiciali mediante, alteri ſocio optionem faciat, nauim totam, pretio aeſtimato ſoluto, ſibi habendi et retinendi, vel accepto eo, illa ſe abdicandi et ſocio relinquendi. Et hic quidem modus non minus atque diuiſio illa iudicialis, quam leges ciuiles admittunt *l. vlt. C. comm. diuid. et l. 1. C. comm. vtriusque iud.* communionem ſoluit, vicemque emtionis obtinet, ac de conſuetudine in omnibus emporiis receptus eſt. *Ius Lubecen. lib. 3. titul. 13.* et *lib. 6. titul. 4. art. 6. Statut. Hamburg. part. 2. titul. 13. artic. 1.*

Ad articul. XV.

Boni naucleri eſt, quam celerrime iter ſuum, et quidem recta via et curſu, conficere, non vero littora, vel deuia, vel etiam portus alios, quam ad quos nauis deſtinata eſt, ſectari vel adpellere, vel etiam

Digitized by Google

etiam ventos obſcurandantes negligere. Quod ſi vero id facere neglexerit, culpae reus eſt, damnumque inde ortum reſarcire debet, niſi id metu forte piratarum, reficiendae nauis cauſſa, impetu ventorum, marinae tempeſtatis diſcrimine, aliisque neceſſariis et probabilibus de cauſſis fecerit per *l. 3. C. de naut. foenor.* et *l. 2. §. 8. ff. ſi quis caut. in iud. non obtemp.* STRACCH. *de naut. part. 3. n. 6.* Videri etiam poſſunt *ius Wysbycen. art 41.* et *Statut. Hamburg. part. 2. tit. 14. art. 5. 32. et 33.* Eodem etiam pertinet, ſi in Hiſpaniam nauigans nauclerus, et in itinere certior factus, nauigationem eo eſſe inhibitam, nautaeque iter perſequi detrectent, et nauclerus alios nautas habere nequeat; tum enim excuſatur, atque exinde *Cornelius Iacobſon*, nauclerus, a quodam *Ioanne Roth* accuſatus, quod aliquot Laſtas ſiliginis in Hiſpaniam vehere debuiſſet, illas vero in Galliam deductas vendidiſſet, poſtquam ſe excuſaſſet, quod per tempeſtatem in portum Texellenſem ſe recipere compulſus fuiſſet, ibique inhibitione, ne quis in Hiſpaniam proficiſceretur, facta, nautae eum ſequi renuiſſent, aſt nec ibi, nec in Gallia alios nautas habere potuiſſet, praeſtito hoc nomine prius iureiurando ſuppletorio, Gedani die 7. Octobris 1605. abſolutus eſt.

Ad articul. XVI.

Furtum maritimum ſicut variis modis committitur, ita etiam variis poenis eſt obnoxium, qua de re fuſe tractat STYPM. *part. 4. c. 17.* In hoc articulo nauclero nauem cum mercibus vendenti et aufugienti poena capitalis conſtituta eſt, idemque *de iure Lubecen. l. 4. tit. 1. art. 7.* et *Hamburg. Statut. pag. 2. tit. 14. art. 32.* obtinet. Similiter de iure Ciuili, qui fiſcales ſpecies ſuſcepit deportandas, ſi recta nauigatione contemta littora deuia ſectatus, eas auertendo diſtraxerit, capitali poena plectitur *l. 7. C. de nauicul.* vbi Accurſius vocem *auertendo* pro *interuertendo*, vel minoris vendendo exponit, per poenam autem capitalem, deportationem intelligi vult. Mitior eſt legum Rhodiarum poena, quae *cap 8. iur. naual Rhodior.* hoc volunt. Si nauclerus, cui nauis eſt credita, cum auro, nautis conſentientibus, aliam in regionem nauigando aufugerit, omnia ipſorum bona mobilia, immobilia, et ſeſe mouentia, quaecumque poſſident, occupabuntur: quorum pretia, ſi aeſtimationem nauis, operarum et temporis,

poris, in eorum venditione non aequent, nautae cum ipſo protonauclero locentur ad praeſtandas operas, vt damno dato plene ſatisfaciant. Plura *tit. ſeq. art. 25.*

Ad articul. XVII.

Etſi nihil tam congruum ſit fidei humanae, qnam ea, quae inter eos placuerunt, ſeruare *l. 1. de pact.* et conueniens ſit, omnino in contractibus hoc ſeruari, quod initio conuenit, legem enim contractus dat *l. 23. ff. de R. I.* ſunt tamen caſus, in quibus recedi poſſit, ac in primis, vbi mutuo conſenſu colligatum, mutuo diſſenſu tollitur. Etenim, quod conſenſu contractum eſt, contrariae voluntatis adminiculo diſſoluitur *l. 1. C. quand. lic. ab emp. rec.* Hinc mercator, qui merces ſuas nauclero credidit, ad certum locum deferendas, etſi non teneatur alio in loco, praeterquam eo, quem antea deſtinauit, accipere, poteſt tamen, vigore huius articuli, hac in parte a priori conuentione volens recedere, alioqui autem, ſi noluerit, anteriori contractui ſtandum, et mercatori exceptio *plus petitionis loco* competit, ſi naulerus illi, vt merces ſuas alio in loco accipiat, obtrudere velit; namque is, qui certo loco dare promiſit, nullo alio, quam in quo promiſit, ſoluere inuito ſtipulatore poteſt *l. 9. ff. de eo quod cert. loc.* Si non ſoluere, ergo ex natura relatorum nec accipere, quum non ſemper perinde ſit, hic, an alibi, tradas, ſoluas vel accipias, quia ſcimus, quam varia ſint rerum pretia per ſingulas ciuitates, regioneſque: maxime vini, olei, frumenti, pecuniarum quoque, licet videatur vna et eadem poteſtas vbique eſſe, tamen aliis locis facilius et leuibus vſuris inueniuntur, aliis difficilius et grauibus vſuris *l. 3. ff. eod.* Interea et hic exceptio eadem, quae *articulo paullo praecedenti 15.* traditur, locum habet, niſi videlicet nauclerus vi ventorum, et maritima neceſſitate alia compulſus, alium portum ingreſſus fuerit, tum enim de damno non tenetur. Inter omnia enim legalia impedimenta, caſusque, quos naucleri praeſtare non tenentur, ſunt aquarum inundationes ſiue magnitudines, tempeſtates et ſimilia, vti conſtat ex *l. 23. ff. de R. I.* et quis adeo iniquus, vt ſceleri adſignet, quod venti et fluctus deliquerint? inquit TACIT. *l. 14. Annal. circ. princ.* Miſerabilis ſane eorum conditio, qui in vndis procelloſis hinc et inde iactantur, ardente ventis mari, vbi

Digitized by Google

- - - *Nil nautica prſunt*
Turbatae lamenta rati, nec ſegnibus vndae
Planctibus, aut vanis miteſcunt flamina ventis.

CLAVD. *de bello Get.* Nihil ergo aequitati conformius, quam vbi naucleri et nautae, quippe qui non ſemper quo volunt, ſed quo venti impellunt, nauigare coguntur, tot malis eluctari contigerit, ſi forte non in omnibus mandato paruerint, excuſationem habeant, eaque legalia impedimenta eos releuent, quae de iure omnes releuare conſueuerunt *l. 15. et l. fin. §. ſi propter neceſſitatem ff. de public.* Conſentit *ius marit. Danic. c. 63.*

Ad articul. XVIII.

Magiſtrum nauis a gubernatore nauis et exploratore vadorum differre, vel hic articulus oſtendit. Magiſter nauis totius nauis curam gerit, gubernator claui, explorator vadorum, id quod tribus hiſce verbis *Schiffer*, *Steurmann*, *Pilote*, indicatur. Hunc exploratorem, quem vulgo *pilotam* vocant, in primis peritum, ſi non totius maris et nauigationis, ſaltem vadorum, locorumque ſabuloſorum, vel etiam ſcopuloſorum eſſe oportet, qui etiam in portubus operam, adducendo et educendo naues, praeſtare poſſit. Quod ſi autem talis pilota imperitus ſit et ignarus, idque tribus teſtibus probari poterit, tum nauclero reddere tenetur pecuniam, quam ab eo accepit, et praeterea dimidiam partem mercedis, quam illi dare promiſit, iuxta *art. 2. iur. Wisbycen.* Si vero officio probe functus fuerit, merces, quam accepit, in contributionem nauis & mercium venit *art. 59. ibid.* Cui contradicere videtur *art. 60.* ſubſequens, vbi dicitur, quod nauclerus Pilotæ conducto cibum, mercatores autem mercedem ex bonis ſuis præbere debeant. Hæc vt inter ſe concilientur, adducendus eſt ex *iure maritimo Philip. II. tit. de iact. art. 9.* vbi ſtatuitur; quod omnis periculi à corpore, naui & bonis vitandi ergo, nauclerus omnibus in locis, vbi neceſſe aut moris fuerit, teneatur exploratorem ſiue pilotam conducere, idque ſub poena quinque aureorum regalium, praeter refuſionem expenſarum, damnorum et intereſſe, quoties ſecus fecerit. Hic vero pilota ex mercatoris bonis mercedem, a nauclero vero victum capiet, niſi merces haec excelſerit ſummam 6. librarum magnarum Flamingenſium. Et ſi excelſerit, ve-

Digitized by Google

niet in contributionem ſiue Hauariam groſſam ſuper naui et bonis. Diſtinctione itaque hic opus eſt, vtrum merces ſummam ſex librarum Flamingenſium excedat, vel non, de illo caſu articulus 59. iuris Wisbycen. de hoc articulus 60. intelligendus eſt; atque idem in Hollandia obſeruari, teſtis eſt GROT. *introd. ad iurispr. Holland. l. 2. part. 20. pag. 144.* Nec diſſentit ius maritimum Danic. *cap. 60.* Sed, quid „ſi hic pilota vel explorator vadorum, et nauium per illa ductor de„fecerit, et nauis eius ductu vel interierit, vel damnum paſſa ſit, an „is, qui eum conduxit, & ad ducendam nauim praepoſuit, eo nomi„ne tenebitur? Certe ſi ſciuit, hominem non eſſe rei iſtius peritum, vel „etiam ſi conditionis eius ignarus, nihilo minus rei tantae adhibuit, „omnino teneri exiſtimo, quia cauſſam dedit damni, non vero, ſi prius quam illum conduxit, de conditione eius ſedulo ſciſcitatus eſt, ac poſt variorum demum commendationem, de peritia eius atteſtantium, illum naui impoſuit. Nemo enim imperitus praeſumitur in eo, in quo ſemel probatus eſt induſtriae plenus, vt aduocatus in iudicialibus, negotiator mercatorum matriculae adſcriptus, vt ait *Gothofr. ex Bartol. ad l. u. ff. locat.* Atque ſic Gedani in *cauſſa exercitorum nauis S. Iacobi contra Philippum Serrurier* die 25. Iunii Anno 1653. iudicatum eſſe ſcio. Contigit etiam ibidem Anno 1646. quod pilotae ad oſtium maris nauim quandam *Nicolai Meier*, inuito nauclero et nautis, eo quod aliquanto plenius onerata eſſet, ex portu in mare deducere praeſumſerint, illam vero in vadum abduxerint, ita quod exonerari illam, et denuo obturari oportuerit, vnde actio illis a nauclero ratione damnorum, ad 400. Thaleros aeſtimatorum intentata, aſt die 7. Nouembris Capitaneus *Michael Tönnies*, ſub cuius imperio et miniſterio pilotae hi erant, ad refuſionem dimidiae partis expenſarum, in reparationem nauis erogatarum, condemnatus fuit. Exſpirat autem ductoris talis munus, quam primum is nauem ad portum, vel per loca vadoſa ſaluam deduxit; quo facto nauclerus & nautae curam nauis poſtea gerere tenentur. *Ius Wisbycen. art. 36.*

Ad articul. XIX.

Quod hic circa ventilationem frumenti diſponitur, id in *iur. Wisbycen. art. 46. et Philippi II. tit. de naucl. art. 8. & 9.* ad omnes generaliter merces extenditur, ſi ſcil. culpa nauclei et nautarum damnum

mnum ſit, quod ſi autem nulla eorum culpa interuenerit, mercatoribus damnum hoc ſufferendum eſt, qui etiam naulum ſoluere, aut merces loco nauli nauclero relinquere tenentur. *Ius Lubecen. l. 6. tit. 1. art. 8.* et *ius Pruten. l. 4. tit. 19. art. 1. §. 8.* eodem etiam tendunt, et una cum iure Wisbycen. ratione ventilationis certam mercedem nautis adſignant.

Sunt vero et alii caſus, qui culpae naucleri adſcribi ſolent, vtpote 1. Si mures merces [illegible]ſerint, quod adhibendo felem praecauere potuit *arg. l. 13. §. 6. [illegible].*

2. Si merces aqua pluuia corruptae fuerint, damnum nauclerus praeſtabit, intellige, ſi nauigium fuerit tectum, ſed incuria nautarum male obturatum, non ſi apertum, & coeli iniuriis vndique expoſitum. STRACCH. *de naut. part. 3. cap. 51.*

3. Si merces, quas nauis vehit, vaſa & dolia in primis, oleum, vinum, ac liquores alios continentia, non fuerint idonee collocata et conſtipata, ac exinde procellarum et tempeſtatis violentia, rimoſa facta, vinaque et ſimilia effluxerint, nauclerus damnum praeſtabit, niſi cum tribus aliis nauticis, quoscumque mercatores elegerint, iureiurando ſe extra culpam eſſe euincat *l. 19. §. 1. locat.* & *iur. Wisbycen. art. 23.* Qua de re infra pluribus tractabitur.

4. Si nauis tempore commodae nauigationis in mora fuerit, & in portu remanſerit, nauclerum poena deportationis manet, quin et iudices, qui in partibus dioeceſeos ſuae onuſta nauigia, quum proſperior flatus inuitat, ſub praetextu hyemis immorari permanſerint, una cum municipibus et corporatis eiusdem loci fortunarum propriarum feriri debent diſpendiis *l vlt. C. de nauicul.* Et qui intra diem conſtitutum, vel ſecundum conuentionem non nauigat, traiectitiae pecuniae periculum in ſe deuoluit *l. 122. §. 1. de V. O.* ad quam poteſt videri SALMAS. *de mod. vſur. c. 9. p. 359.* Excuſabilis tamen eſt mora naucleri, ſi publice nauigare prohibitus fuerit, & per eum non ſtetit, quo minus nauigaret, ſed per mercatorem, eo quod ſtata die merces loco debito non tradiderit, vel ſi nauclerus morbo impeditus ſit, aut nauis ſine ejus dolo malo vitium fecerit *l. fin. §. 1. ad L. Rhod. de iact. c. 28. leg. nau. Rhod.* Quod ſi & contingat, nauclerum et nautas inter ſe, ratione venti, diffidere, alterque eum commodum, alter incommodum eſſe dicat, tum potiſſimam partem ſequetur

tur nauclerus, niſi damnum omne, quod forte oritur, vbi ſuo ingenio indulget, praeſtare velit. *Ius Wisbycen. art. 14.* & *Stat. Hamburg. part. 2. tit. 14. art. 6. ius marit. Philip. II. tit. de naufr. art. 11.*

5. Culpae quoque naucleri adſcribitur, ſi nauem minus idoneo tempore pelago, ſiue per imprudentiam, ſiue per temeritatem commiſit *l. 36. ſ. 1. ff. de R. V. l. 13. ſ. 1. locat. l. 6. de naut. foen.* Culpa enim et dolus eſt nauem alieno tempore nauigare. *Baſil. iur. l. 53. tit. 2. §. 1.*

6. Item ſi nulla neceſſitate coactus merces ex vna naui in aliam deteriorem, ſciens te id fieri nolle, transtulerit, et nauis cum mercibus interierit *l. vlt. ff. ad L. Rhod. de iact. l. 13. §. 1. locat.* Non ſi tacente vel conſentiente mercatore id fiat, vel etiam in nauem meliorem transferantur, niſi forte illius nauis magiſtri non aeque nauigandi peritiam habeant, conductorque perſonam naucleri in priori naui, eiusque induſtriam elegerit, et ei potius, quam aliis merces ſuas credere voluerit *l. 31. de ſolut.* PECKIVS *comm. ad rem. naut. p. 287. n. 3.* HARMENOP. *prompt. iur. l. 2. tit. 11. §. 22. Stat. Hamburg. part. 2. tit. 14. art. 4.*

7. Item ſi minus idoneis nautis vtatur, vel etiam non tot adhibuerit, quot adhibere debuiſſet, de quo ſupra *ad artic. 2.* dictum.

8. Si per loca notorie non tuta nauigauerit, et in locum rapinis obnoxium vel latronibus infeſtum, nauim adplicuerit, vectoribus ei teſtato loci vitium denunciantibus: et direptio ſubſequuta fuerit, ſpoliatis ſua reddere debet: Quemadmodum vice verſa ſi nauclero vitium loci denunciante, vectores eo nauim adpulerint, et mali quid acciderit, damni accepti nomine vectores tenentur *c. 4. iur. nau. Rhod.*

Si etiam absque cautela ignotos, et in primis armatos homines in nauem receperit, et mercium ſubreptiones ſubſequantur, tenebitur eo nomine dominis mercium. Nam ſi alienos adhibet, explorare oportet, cuius fidei; cuius innocentiae ſint *l. fin. naut. caup. ſtab.* Tales namque quandoque nauibus inſidiari lugubre illud exemplum quatuor iuuenum, qui Anno 1652. nauclerum quendam Hollandum cum nautis in poteſtatem ſuam redigere, atque eis necatis, ſcapha ad littus exſcendere, expilata prius naui, illamque fluctibus committere voluerunt, oſtendit, qui idcirco Gedani, piratarum inſtar,

inſtar, die 18. Nouembris anni eiusdem ultimo ſupplicio ſunt adfecti.

10. Si quis illicitas merces deuehendas in nauem receperit *l. 3. C. de naut. foen.* vel falſis inſignibus aut titulis vſus fuerit *l. 1. C. de nau. non excuſ.* vel nauem exarmauerit, per *l. 3. §. 1. de R. V. l. 2. §. 1. ad l. Rhod. de iact.* bonisque funibus non inſtruxerit *l. 29. §. 2. ad l. Aquil. iur. Wisbycen. art. 47.*

11. Item ſi propter inimicitias naucleri vel nautarum dominus mercium damnum aliquod patiatur, per *l. 25. §. 4. locat.*

12. Nec non ſi abſque gubernatore nauigauerit *l. 13. §. 2. locat.* de quo iam ſupra aliquid dictum, et infra pluribus ſuo loco dicetur.

13. Si quis nauem conduxerit ad certum tempus ſuo arbitrio ducendam, illaque nauis intra iſtud conſtitutum tempus perierit, ſine tamen culpa conductoris, tum is eo nomine reſpondere non tenetur. Si vero inuito domino naui illa vtatur vltra tempus conſtitutum, tum de damno tenebitur, niſi arreſto alicubi detentum eſſe probauerit. *Ius Dan. c. 38.*

14. Si nauclerus promiſerit, ſe bona ſua ad alium locum vecturum, illaque ſcapha in nauim deferri iubeat, poſtea vero illam remittat, aut ea hic relinquat, tum nauclerus tanto pretio, quanto in loco iſto, ad quem deuehi debuerunt, bona illa venire potuerunt, poſt reditum ſuum, defalcato tamen naulo ſuo, ſoluere tenebitur. *Ius Danic. marit. cap. 47.*

15. Si naucleri vectigal rite non ſoluerint, ſed telonea defraudare volentibus, nauis vel etiam merces conſiſcatae ſint, tenebitur nauclerus id reſarcire. *Ius Danic. cap. 72.*

16. Si imperitia et culpa aliqua ſimili nauclerus in ſyrtes, vada, vel ſcopulos impegerit, naufragiiſque cauſſam dederit per *l. 132. de R. I.* tenebitur nauclerus. STRACCH. *tract. de naut. part. 3. n. 32.* Semper enim quam maximo odio expoſiti fuerunt illi nauium magiſtri et gubernatores, qui vel mera imperitia nauim perdiderunt, et quidem in tantum, vt Cercetae, Indiae populi, illi qui nauim gubernans aberraſſet, ſinguli accedentes in faciem eius conſpuere ſoliti fuerint, teſte STOBAEO *ſerm. 165. de leg. et conſuet. pag. 470.*

Olim etiam de iure nauali Rhodiorum vectori in naui piſcem frigere, aut ligna findere non licebat, et nauclero, ne id fieret,

Digitized by Google

praecauere incumbebat, niſi eo nomine damnum ſibi imputari vellet, qua de re videri poteſt *Ius Graeco-Rom.* FREHERI *tom. 2. pag. 266.* Eodem etiam Iure cap. 11. mercatoribus praecipitur, ne graues et pretioſas merces veteri nauigio imponant, quia is, qui nauigium vetus onerauit, ſeipſum perdit, additurque ibidem, omnia mercatores, quoad nauem eiusque conditionem, inquirere, et ita merces ſuas imponere debere. Sed de his ſatis. Plura cupiens legat STRACCHAM. *de naut. part. 3.* et *P. Greg. Toloſ. ſynt. iur. l. 29. c. 10.*

AD TITVLVM IV.
DE NAVTARVM CONDVCTIONE ET OFFICIO.

Ad Articul. I.

Sicut cuiuis conditio et qualitas eius, cuius miniſterio et opera vti vult, bene cognita eſſe debet, ita et nauclero conditio nautae, quem rei nauticae adhibere cupit. Et ſi miles, qui nomen ſuum denuo militiae dare vult, non facile recipitur, niſi literis teſtimonialibus, ſe antea honeſta miſſione exauctoratum eſſe, fidem faciat, quanto magis a nautis hoc requiritur, quorum ſinguli tantumdem mali, vel per ſolam imperitiam, naui, mercibus, nauclero et exercitoribus arceſſere poſſunt, quantum nec centuria militum exercitui. Quemadmodum ergo nauclerus, non niſi literis teſtimonialibus inſtructus, naui praefici debet, iuxta *art. 1. tit. 2.* Ita nec nautarum taliumque literarum dimiſſoriarum, quas paſſus literas vocant, vel etiam teſtimonialium hic erit fructus, vt non tantum nauclerus, mercator, vel exercitor tanto ſecuriores de fide et induſtria nautarum eſſe poſſint, ſed et, vt nautae, et qui in nauibus operam ſuam locare conſueuerant, tanto ſint modeſtiores, vigilantiores et diligentiores, nec finito tempore talibus literis dimiſſoriis vel teſtimonialibus fruſtrentur, atque ita a functione nautica penitus remoueantur. Hoc fine apud omnes mechanicos introductum eſt, vt tironibus, tirocinio abſoluto, teſtimonium tale impertiatur, quo probare poſſint, ſe artem dextre et fideliter didiciſſe, modeſte ac honeſte ſe geſſiſſe, adeoque vlteriori promotione dignos eſſe. Qualem autem literae tales dimiſſoriae et teſtimoniales fidem faciant, non eſt quod multis diſquiramus, ſed videri poteſt hac de re inter alios NICOLAVS IANVA *de*

ſcript.

ſcript. priuat. l. 3. c. de liter. diſtin. ius ſane *Danicum c. 2. et 34.* et *Statuta Hamburgenſia part. 2. tit. 14. art. 25.* eiusmodi literas circa receptionem nautarum requirunt, aſt non liquet, vtrum vbique id adhuc ſtricte attendatur. Apud Gedanenſes vtique nemo nauclerus vel magiſter nauis eſſe poteſt, niſi ius ciuitatis ad nauicularíam faciendam adeptus fuerit *Plebiſc. part. 1. c. 4. art. 5.* quod tamen adipiſci nequit, niſi legitimorum ſuorum natalium prius fidem fecerit, poſtea coram magiſtratu duo ex nauiculariorum contubernio, induſtriae et aptitudinis eius, quin et quod artem illam exerciturus ſit, teſtimonium perhibuerint.

Ad Articul. II.

Quum Deus Opt. Max. in decalogo prohibeat, ne concupiſcamus domum proximi noſtri, nec deſideremus ſeruum eius, vel ancillam, nec omnia quae illius ſunt *Exod. 20. verſ. 17.* vtique vel hinc non licet nautas, ab aliis naucleris vel exercitoribus conductos, blanditiis vel auctiori mercede in miniſteria noſtra pellicere, iisque priores conductores fraudare, quod hoc articulo vetatur. Eodem reſpicit *ius Wisbycen. art. 1.* ac praeterea diſponit, quod nauta teneatur iter a priori conductore ſuſceptum proſequi, aſt propter delictum hoc, quia nimirum binis dominis ſeſe addixit, in arbitrio eius ſtet, an et quantum mercedis illi dare velit, quia de iure totam perdidit. Cum quo congruit *ius Lubecen. l. 6. tit. 1. art. 3.* et *ius Pruten. l. 4. tit. 19. art. 1. §. 3.* niſi quod ibidem addatur, nautam talem, praeterquam, quod mercede ſua exciderit, etiam in poenam magiſtratus incidiſſe. Congruunt etiam *Statuta Hamburg. part. 2. tit. 14. art. 9. Ius Maritimum Philippi II. tit. de Naut. art. 3.* GROT. *introd. ad iur. Holland. pag. 145.* et *Ius Danic. c. 36.*

Ad articul. III.

Quae *Plautus* de ſeruis dicit *mil. glor. act. 2. ſcen. 6.*
- - *Hominem ſeruum ſuos*
Domitos habere oportet oculos et manus,
Orationemque

Idem de nauta dicendum. Oculos eum vel manus ad aliena flectere non decet, neque oratione, niſi obſequioſa vti. Obedientia quippe ſummum in vrbe, et apud exercitum, et in familia bonum eſt, teſte XENO-

XENOPHONTE *de rep Lacedaemon.* quidni et in familia nautica? Inobedientia contra et Deo et hominibus inuiſa, eaque triplex eſt: *Simplex*, *iniurioſa*, et *factioſa* ſiue *ſeditioſa*. *Simplex* eſt, vbi monitis et iuſſis naucleri nauta non ſequitur. *Iniurioſa*, vbi et verbis contumelioſis, vel etiam facto indecenti ſe nauclero opponit. *Factioſa*, ſiue *ſeditioſa*, vbi non tantum ipſemet non obtemperat, ſed et alios ad inobedientiam et rebellionem concitat. Simplex, mulcta pecuniaria ſex Carolinorum; iniurioſa, praeter mulctam memoratam, flagellatione et grauiori poena pro ratione delicti; factioſa etiam capite punitur, iuxta *Ius Marit. Carol. art. 1. 2. 3. et 4.* et *Philipp. II. tit. de delict. Naut. art. 1. 2.* GROT, *fol. 147. ius Danic. c. 15. Plura vid. infra ad art. 26. 27.*

Ad articul. IV.

Conſonat cum hoc articulo non tantum *Ius maritimum Wisbycen. art. 2.* ſed et *Ius Lubecen. l. 6. tit. 1. art. 1.* item *Ius Prutenicum l. 4. tit. 19. art. 1. §. 1.* et *Statut. Hamburg. part. 2. tit. 14. art. 20.* vna cum GROT. *d. l.* niſi quod vtrobique ſtatuatur, quod non tantum talis nauclerus, gubernator nauis, vel nauta, mercedem, ſed et praeterea dimidium iſtius ſummae, quae ipſi mercedis loco promiſſa eſt, mulctae loco dependere debeat. Philippus II. Hiſpaniae Rex *tit. de delict. naut. art. 7.* eamdem poenam pro prima vice ordinat, ſecunda, praeter hanc etiam virgis eum caedi, et tertia vice in corpore et bonis puniri, ac ratione damni in duplum condemnari iubet. *Ius Danic. c. 5.* vult gubernatorem aut nautam ineptum mercede tota carere, ac tantumdem regi partim, partim nauclero mulctae loco exſoluere. Si vero in aere non habeat, ter ſub carinam trahi, niſi nauclerus poenae gratiam ei facere voluerit. Quin etiam omne damnum ab illo reſarciri iubet, poteſtate vitae et necis nauclero in eos data, qui ſoluendo non ſunt. Alioquin tritum eſt illud: Quam quis nouit artem, illam exerceat, vnde a contrario ſenſu omnino ſequitur: Eum, qui artem non nouit, ab exercitio eius ſe abſtinere debere, nec facile, quae ignorat, adſeuerare *l. 13. §. 3. ff. de act. emt. et vend.* Sicuti enim conueniens non eſt, vt qui remum tenere non didicit, gubernaculum nauis adfectet, monente AVGVSTINO *epiſt. 148.* Ita non videtur iniquum, ſi infirmitas culpae adnumeretur, quum adfectare quis-

que

que non debeat, in quo vel intelligit, vel intelligere debet, infirmitatem ſuam alii periculoſam futuram *l. 8. §. 1. ff. ad l. Aquil.* quod quum ex *d. l.* in perſona eius, qui impetum equi, quo vehebatur, propter imperitiam vel infirmitatem, retinere non potuit, ita de iure obtineat, quidni etiam in nauis gubernatore? Si vero gubernator nauis iſtius loci, ad quem nauclerus porro tendit, gnarum ſe non eſſe, profitetur, proreтae tamen officio porro defungi, mercesque pro rata vlterioris itineris illi augeri debet. Quod ſi vero talis gubernator ineptus iter nouum ſuſcipere detrectet, tum nauclerus dimidiam mercedem illi pendere tenetur, ſi ſcilicet nouum iter in abeundo ſuſcipiatur, ſi vero in redeundo, in loco exonerationis totam mercedem ſoluere debebit. *Ius marit. Carol. V. art. 13. et 14. Philip. II. tit. de Naucl. art. 6.*

Ad articul. V.

VIDE QVAE SVPRA TIT. ANTECEDENTI ART. VII. SVNT NOTATA.

Ad articul. VI.

Duo continentur hoc articulo 1. Quod quiuis nauta, quam primum a nauclero eſt conductus, non niſi in naui manſionem ſuam habere, 2. nemo etiam nautarum cibum, a nauclero ſibi datum, contemnere debeat. Anterius membrum deſumtum eſt ex *Iure marit. Wisbycenſi art. 4.* vbi ſancitur: Quod nemo extra nauim de noctu ſine venia dormire debeat, ſub poena duorum maiorum Turonenſium *Ius Danic. cap. 3. 6. 7. 8. Ius Lubecen. l. 6. tit. 1. art. 6. et Ius Prutbenicum l. 4. tit. 19. artic. 1. §. 5.* idem continent, quibus adplaudunt „*Plebiſc. Gedanen. part. 1. cap. 4. art. 11.* quando ita diſponunt: O„mnes nautae, quotquot nauclerus conduxit, quam primum nauclе„rus iuſſerit, in nauem ſe conferre debent; ſi quis ſecus fecerit, et „ſine venia ex naui ſe proripuerit, is per quatuordecim dies captiuabitur. Poſterioris membri hic eſt ſenſus, quod nauta cibum ſibi oblatum carpere non debeat, ſcil. ſi ita ſit comparatus, vti de iure requiritur, vti ſupra *tit. praecedent. art. 6.* dictum eſt, idemque iubet praedictum *Ius Danic. c. 28. et 32.*

Ad artic. VII.

Deſumtus videtur articulus hic ex *Iure Wisbycen. art. 17.* vbi di„citur: Item, ſi nauis, ſiue mercibus onerata fuerit, ſiue ſecus, „ex vno portu in alium nauigauerit, tum nautae naui, ſine venia nau„cleri, egredi non debent; Nam ſi nauis et merces vllo modo dete„riorabuntur, aut vllum damnum illis obueniet, tenebuntur damnum „praeſtare, et reſarcire &c. *Plebiſcita Gedanenſia part. 1. c. 4. art. 12.* circa poenam diſcrepant, in reliquis conueniunt, et ita ſonant: „Quicumque nauta inſcio et inuito nauclero per diem et noctem na„uem non eſt ingreſſus, idque nauclerus et gubernator nauis binis „aliis nautis probare poteſt, illum nauclerus, ſi velit, exauctorare pot„eſt, et quidquid nauta acceperit, nauclero reſtituere, quin et ſum„mam, dimidiae ſuae mercedi aequiualentem, pendere, et ſi pecu„nia deſtituatur, pro quolibet Firdungo (hoc eſt 10. groſſ. po„lon.) per octiduum incarcerari debet. Videatur etiam *Ius Dan. c. 33.*

Ad artic. VIII.

Ratio huius articuli euidens eſt. Cui enim ignotum, conuiuiorum initia laeta eſſe vt plurimum, non itidem finem? Quis nauclerus non etiam cum dedecore laetatur? Videmus quotidie nauticorum laſciuias gaudiorum, inquit TERTVLL. *adu. Valent. c. 12.* Neque hodie idem, qui apud maiores, mos eſt, vt congreſſus ad conuiuia honoris Deorum cauſſa fiant, iique propriis coronis et canticis ſacris hymnisque colantur ATHEN. *l. 5.* nec vt accumbentes ad tibias canant clarorum virorum laudes atque virtutes CICER. *4. Tuſcul.* VAL. MAX. *l. 2. c. 1. n. 10.* vel etiam de morte frequentes ſermones habeantur. ANTON. GONS. *de Sal. in Petr. p. 13.* ſed vt plurimum, in primis inter inconditos et ferocientes nautas, rixae dominantur, quae non ſemper conuitiis tantum, ſed et frequenter caede ac vulneribus tranſiguntur, quod olim de Germanis retulit TACITVS *de mor. Germ.* Negliguntur interea negotia grauiora, omnisque cura rei nauticae ſeponitur, ac regendae vel etiam proſpiciendae naui non fit idoneus, cuius caput fumoſo potus halitu circumagitur, crapulaque nimia laborat, et cum in firma terra conſtituti quandoque, vbi ebrietas illos occupauit, ſibi nauigare videantur, quidni et nauigantibus vſu venire poſſit, vt non nauigare, ſed in terra ſe conſiſtere credant, adeoque

que periculo tanto ſint propinquiores, quia ſe in periculoſo mari verſari neſciunt. Lepidum ſane eſt, quod ATHENAEVS *l. 2.* memorat, Agrigenti domum quamdam fuiſſe, Triremem vocatam, exinde, quod iuuenes quidam in ea adeo inebriati fuerint, vt in triremi ſe nauigare crederent, horrendamque tempeſtatem pati, ac in tantum e mentis poteſtate decederent, vt omnia vaſa et ſtragula domus eiicerent, velut in mare, nauis, quam, vt ipſis videbatur, tempeſtas adfligebat, exonerandae cauſſa. Quid ſi haec inſania aliquando nautas in ipſa naui inuadat? quam vt euitent, ſobrietas faciet, omnisque temulentiae intercepta occaſio. Neque tantum nautis prohibitum eſt conuiuari in naui, ſine conſenſu naucleri, ſed et *Iure Wisbicen. art. 33.* cautum, ne quis nautarum naui exiens plus cibi et panis ſecum ferat, quam ad vnam coenam vel prandium ſatis ſit, potus vero nihil plane. Vbi etiam additur, quod cito ad nauim regredi debeant, operaque ſua defungi, ita vt ſi ipſorum culpa nauis aut merces damnum faciant, ipſi id reſarcire, tum et ſi forte reliquorum nautarum aliquis laeſuram paſſus ſit, ex arbitrio naucleri, gubernatoris et aliorum nautarum, ſumtus, curationi illius idoneos, facere debeant.

Ad articul. IX.

Dura videri poſſit ſeparatio mariti ab vxore, ſicut parentum a liberis, et vice verſa, niſi alia eſſent, quae id emollirent. Operam enim ſedulam et vigilantiam nauclerus a nauta quaerit, et omnia obſtacula quam maxime remota cupit, ne vel per vxorem delinquendi occaſionem habeat, id quod etiam in aliis perſonis, maioris dignationis, conſtitutum eſt. Sic etſi proconſul cum vxore proficiſci queat, melius tamen cenſetur, eum ſine illa proficiſci, cenſuitque in caſu aduerſo Senatus Romanus, Gotta et Meſſala Coſs. vt ſi quid vxores eorum, qui ad officia proficiſcuntur, deliquerint, ab ipſis ratio et vindicta exigatur *l. 4. §. 2. de offic. proc.* Similiter et militibus vxores ſecum in caſtris habere non licuit, ne a robore ac virtute miles degeneret adſuetudine voluptatum. TACIT. *2. hiſt.* atque olim coelibes oportuit eſſe milites, teſte DIONE *l. 60.* TERTVLLIAN. *de exhort. caſtitat. c. 12.* Et forte is eo reſpexit, quum *libr. ad Martyr. c. 3.* ait: Nemo miles ad bellum cum deliciis venit, nec de cubiculo ad aciem

Digitized by Google

procedit, ſed de papilionibus expeditis et ſubſtrictis: vbi omnis duritia et inbonitas et inſuauitas conſtitit. Et inde eſt, quod CAIVS *l. 61. ff. de donat. inter vir. et vxor.* matrimonium inter alia etiam propter militiam retineri non poſſe, ſcribit. Apud TACITVM quoque *l. 3. annal.* grauis eſt inter Seuerum Caecinam et Valerium Meſſalinum concertatio, vtrum magiſtratum, cui prouincia obueniſſet, vxor comitaretur, et de Auguſto SVETONIVS *c. 24.* memorat, illum ne legatorum quidem cuiquam, niſi grauate, hybernisque demum menſibus, permiſiſſe, vxorem interuiſere, quod tamen poſtea, viuo adhuc Auguſto, licentia temporum, mutari coeptum CASAVBONVS ibidem notat. Reduxit vero ſeculis poſterioribus antiquum morem Fridericus Barbaroſſa, ac ne qua foemina in caſtris eſſet, inhibuit, cuius inhibitionis verba *Ligurin. l. 7.* his verbis expreſſit:

Non erit in noſtris nobiscum foemina caſtris,
Qui reus exſtiterit, ſpoliis nudatus abibit
Turpiter, et naſo mutilabitur illa reciſo.

Niſi forte quis de ſcortis id intelligi velit. Licuit tamen etiam temporibus Conſtantini, ex auctoritate imperatoris, militibus, qui id meruerant, coniuges et liberos ad ſe accerſere *l. 10. C. de re milit.* D. Martinus contra apud SVLPIT. SEVERVM *dial. 2. c. 12.* foeminam, caſtra virorum adire, non vult, mulier, *inquiens*, virorum caſtra non adeat, acies militum ſeparata conſiſtat, procul foemina, in ſuo degens tabernaculo, ſit remota, contemtibilem enim reddit exercitum. Miles in acie, miles pugnet campo: Mulier ſe intra murorum munimenta contineat. Habet et illa gloriam ſuam, ſi pudicitiam, viro abſente, ſeruauerit, cuius haec prima virtus et conſummata victoria eſt, non videri. De vxoribus certe, non de vagis mulieribus loquitur. Denique in diſceptationem quoque vocatur, an vxori legatum Principis comitari conueniat? qua de re videatur inter alios PASCHAL. *legat. cap. 27.* MARSEL. *legat. l. 2. diſſert. 18.* et SIMANC. *de rep. l. 8. cap. 3.*

Ad articul. X.

Solum hominem ignem in vſu habere, eumque elementum eſſe lucis ac vitae LACTANTIVS *l. 2. C. de orig. error. c. 9.* et *l. 7. de vit. beat. c. 9.* perhibet, et VITRVVIVS *l. 2. Archit. c. 1.* memorat, homines,

nes, qui veteri more, vt ferae, in ſiluis et ſpeluncis et nemoribus naſcebantur, ciboque agreſti veſcendo vitam exigebant, vbi quodam in loco a tempeſtatibus et ventis denſae crebritatibus arbores agitatae, et inter ſe tenentes ramos, ignem excitauerunt, vehementi primum flamma perterritos, poſtea propius accedentes, et commoditatem ignis animaduertentes, primum inter ſe conuenire, colloqui, concilium et conuictum habere coepiſſe. De Macrobiis itidem POMPON. MELA *l. 3.* ſcribit, quod ante aduentum Eudoxi adeo ignotus ignis fuerit, adeoque vſus mirum in modum placuerit, vt amplecti etiam flammas, et ardentia ſinu abdere, donec noceret, maxime libuerit. Hinc cum Satyrus ignem primo ſibi viſum oſculari vellet et amplecti, monet eum Prometheus;

Barbam caper tuam deflebis protinus,
Tangentem adurit ignis - -

Interim lumen praebet et calorem, et vſus gnaris inſtrumentum eſt omnium artium, teſte PLVTARCHO *de cap. ex hiſt. vtil. circ princ.* Ad quid vero haec digreſſio? Nimirum, vt oſtendam, illud ipſum ignis elementum, quod calore ſuo tam gratum ſemper fuit, vt etiam homines conſociauerit, plus nocere poſſe et damni dare, quam commodi, ſi vel nimium propinques, vel alio modo eo abutaris, et incurioſius illud tractes. Caute in primis illo procedendum in naui, quia, ſi per incuriam vires capiat, incendium, inter aquas licet, vix exſtinguitur. Hinc inter alia merito illae exploſiones bombardarum, quibus vt plurimum fatui et pueri delectantur, inhibentur, prout etiam hic et in *Statut. Hamburg. part. 2. tit. 14. artic. 28.* inhibitae ſunt, incendii vitandi, tum omnis conſternationis, quae ex improuiſa hac eiaculatione ſaepe oritur, auertendae ſtudio. Ad quid enim illa pulueris pyrii perditio, qui pro ſeruanda naui, vita hominum in ea exſiſtentium, mercibus et fortunis noſtris vtilius impendi poteſt? Vnde et ciuitatibus communiter interdicti ſolent eſſe iſtiusmodi otioſi et inanes bombardarum crepitus, iisque bombardas auferri, qui contra agunt. Ex eadem etiam ratione cautum eſt *Ius marit. Carol V. artic. 19.* et *Philip. II. tit. de naut. artic. 10.* Ne nautae, niſi conſenſu naucleri, igne vel candelis in naui vtantur, idemque iuris Hollandici eſſe liquet ex GROT. *in iurisp. Holland. fol. 1456.* Denique praefectus vigilum poteſtatem habebat olim fuſtibus caſtigandi eos,

Digitized by Google

eos, qui negligentius ignem haberent *l. 3. §. 1. ff. de offic. praefect. vigil.*

Ad articul. XI.

Quod PLAVTVS *Rudent. act. 4. ſcen. 2.* in genere de quibuſuis dicit, id vel maxime nautae, ſibi dictum eſſe, putare debent.

- - - - - - - - nimis homo
Nihili eſt, qui piger eſt, nimisque id genus odi ego male.
Vigilare decet hominem, qui vult ſua tempori conficere officia,
Non enim illum exſpectare oportet, dum herus ſe ad ſuum ſuſcitet
officium.
Nam qui dormiunt libenter, ſine lucro et cum malo quieſcunt.

Etſi autem hiſce verbis ſedulitas potiſſimum commendetur, ad ſedulitatem tamen etiam requiritur accurata vigilia, in qua qui ſe deſidem praebet, nec ſedulus dici poteſt. Caeterum, quantum in vigiliis ſitum ſit, nemo eſt, qui ignoret. Quum autem ſomnus iis, qui toto die laboribus fatigantur, ſit neceſſarius, aſt impoſſibile, per totam noctem vigilantes ſingulos permanere, teſte VEGET. *l. 3. c. 8.* (*Nam vigilare leue eſt, peruigilare graue*, hoc eſt, per diem et noctem vigilare, MARTIAL. *l. 9. epigr. 51. edit. Rad.*) ideo partiri vigilias neceſſe eſt, vt quum

- - - iam languentia membra
Irrigat, et feſſos dulcis ſopor alligat artus,

vti canit C. MARO *Victor. l. 3.* ſecura ſit nih lominus nauis, ſecuri etiam nauigantes prouida hac cura interueniente, ab omni periculo. Hinc Cymodecea apud VIRG. *l. 10. Aeneid.* ita Aeneam nauigantem alloquitur:

- - - vigilasne Deum gens
Aenea? Vigila, et velis immitte rudentes,

vbi SERVIVS notat, verba haec eſſe ſacrorum, virginesque Veſtas certa die adire regem ſacrorum, et dicere: *Vigilasne rex? Vigila.* Plurimum etiam Romani hac in parte circumſpecti circa vigilias conſtituendas fuerunt, ordinatusque ab ipſis certus vigiliarum praefectus, qui *ſpectabilis vir* dicitur *l. 1. de offic. Praefect. vigil.* cuius officium fuit per totam noctem vigilare, et coerrare calceatum cum hamis et dolabris *l. 3. §. 3. eod.* Praefectus hic vigilum *nouell. 13.* nominatur praetor populi, oportuitque eum eſſe virum honeſtum, et irreprehen-

prehenſibilem, abſtinentem, puraſque manus habentem *d. nou. c. 3.* non autem potuit de capitalibus cauſſis ſeu auctoritate ſtatuere, ſed id praefecto vrbis referre neceſſe habuit *l. vnic. C. de officio Praef. Vigil.* „Vocat praefectum vigilum CASSIODORVS *7. var. 7.* ſecuritatem „ſoporantium, munimem domorum, tutelam clauſtrorum, diſcur„ſorem obſcurum, arbitrum ſilentioſum, cui, fallere inſidantes, fas eſt, „et decipere gloria. Plura de praefecti vigilum officio legi poſſunt „*tit. ff. et C. de Praef. Vigil. Nouell. 13.* apud ROSIN. *Antiq. Rom. l. 7. c. 34.* et in primis CASSIOD. *d. l. 7. et 8.*

Ad articul. XII.

Quotidie triumphas, ſi bene vigilas, inquit CASSIODOR. *7. var. 8.* Ergo vice verſa de eo facile triumphatur, qui non bene vigilat, quum pro ſemiuicto habeatur, quiſquis ſemiſomnis inuaditur, vt loquitur STRAD. *dec. 2. l. 4. m. pag. 213.* Hoc, ne et nauigantibus, vel etiam in mari militantibus vſu veniat, ſomnum a vigilibus exulare oportet. Mirum autem, cur tam leuis poena hoc articulo tam enormi delicto conſtituta ſit, quum alioquin capitaliter puniri ſoleant, qui in ſtatione aliqua dormientes repeṙiuntur. Magni etiam Impp. quam maxime id ſemper egerunt, vt non tam a vigilia bene conſtituta, quam propria vigilantia commendarentur. Hinc de Hannibale SIL. ITAL. *l. 12. p. 541. edit. Dauſq.*

Indulſit pubi noctem vigil ille, nec vllam
Ad requiem facilis, credenſque abſcedere vitae,
Quod ſopor eripiat tempus.

Neſtor vero apud HOMERVM *10. Iliad.* vigiles ita adfatur:

Vigilate viri, atque inſiſtite curae,
Vt facitis, ſomnumque oculis arcete nocentem,
Rebus in adflictis ſaeuo ne forſitan hoſti
Ludibrium, riſumque incuria noſtra pararit;

nec minus proprio exemplo, et indefeſſo armorum ſtudio vigilantiam ſuam teſtatam ibidem facit.

Ad articul. XIII.

Graue eſt delictum in excubiis dormitare, adeo vt de iure militari in hoc delicto deprehenſi capitaliter puniantur. Vid. *ius militare*

Digitized by Google

litare Caeſareum art. 29. Suecicum tit. 7. art. 43. Hollandicum art. 27. ſeueriori ſane poena, quam qui ſtationis munus relinquunt, quia hi aut caſtigantur, aut gradu militiae deiiciuntur *l. 3. §. 5. ff. de R. M.* Hoc itaque delictum reticeri non debet, idque ex rationibus ad *tit. praeced. art. 10.* adlatis, quas hic repetere nolo. Ad continendos autem in officio vigiles quosuis, adeoque et nautas, expedit, vti eiusmodi ſiue circuitoribus, ſiue inſpectoribus, qui, vtrum officio ſuo recte fungantur, obſeruent. Vbi enim de tali Corycaeo ſibi metuunt, non tam facile ſopor illos opprimet, quam ſi ab eo ſecuri, et vigilandi et dormiendi tempus iuxta habent, et impunitatis fiduciae, ſomnolentiam prae vigilantia vſurpant. Apud Romanos, qui vigilias circumibant, et ſi qua emerſiſſet culpa, renunciabant, circuitores vel circitores dicebantur, teſte VEGETIO *l 3. c. 8.* SCALIGER vero *not. ad Tibull. pag. m. 113.* circatores eos, ab antiquo verbo *circare*, quod idem eſt, ac circumire, ſiue περιοδέυειν vocat. Et ſicut ignauia vigilum poenam optimo iure meretur, ita et praemio quandoque eorum vigilantiam excitare iuuat. Sic Leo V. Imper. vt vigilum ſiue cuſtodiarum vrbis fidem experiretur, noctu ſolus e regia mutato habitu atque veſtitu ſe proripuit, et a primis cuſtodibus, numerata pecunia, ſe liberauit, ab aliis vero pugnis flagriſque caeſus in carcerem detruditur: Hos muneribus donauit, illos bonis exutos expulit, qua de re prolixius legi poteſt CVSPINIAN. *in Leon. 5. pag. 213.* In Perſia vigiles damna, furta et depraedationes nocturnas reſarcire tenentur, quorum diligentiam Schachus Ardebilenſis probare cupiens, in carcerem abductus eſt, qui venia illis impertita, dixit: Ipſis nocturnam, ſibi diurnam vrbis gubernationem concreditam eſſe OLEAR. *l. 5. itin. Perſic. c. 2. pag. 605.* Lepidam hic addere hiſtoriam ex praedicto CVSPINIANO de eodem Leone Imp. operae pretium eſſe iudico, qui eamdem curam, quam vrbanis cuſtodibus iniecerat, etiam praetorianis militibus iniecit. „Solebant enim praeſidia duodecim mili„tum, poſt acceptum prandium, ante eius palatium excubare, quum „imperator quieſceret, quos, aperto clam palatii oſtio, vidit omnes in „ſomnum reſolutos. Vnus contractis in faciem brachiis ſtertabundus „ſomnum ſimulabat. Imperator ſingulis dormitantibus auri libram „adponens clam diſceſſit, clauſo palatio, cupiens illis admirationi „fore aurum inopinato repertum. Abeunte imperatore duodecimus, qui

Digitized by Google

„qui non dormiebat, ſingulorum ſibi aurum arrogauit, et ſe quieti „dedit. Poſt ab imperatore, omnibus vocatis iis militibus, interro„gati ſunt: Quid dulce ſomniaſſent, an expergefacti ex ſomno hila„riores redditi eſſent? Territi, quod dormiuiſſent, nihil quidquam „tamen ſe vidiſſe, aut reperiſſe iureiurando adfirmant. Imperator ex „calliditate obticere ea, quae adpoſuiſſet, ſuſpicatus, minas adiicit, „vt verum dicerent. Duodecimus itaque, qui ſingulis aurum ſuſtulit, „praefatus honorem: Imperator, inquit, quid mei viderint in ſomniis „collegae, plane neſcio: ego dulciſſimum ſomnium habui, et vtinam „ſaepe tale mihi ſomnium obueniat. Viſus enim ſum, quaſi non dor„miens, vigilare, dormientibus vero, ſed non commode, collegis „meis; quum quidam ſimilis tui, o imperator, ſingulis auri libram ad„ponit clam, et tacitus clauſo diſcedit oſtio. Illis vero tam pulchram „non videntibus viſionem, ſurrexi, et vndecim libras meae duodecimae „coniunxi, arbitratus honeſtum, vt duodecim hae librae ad honorem „duodecim Apoſtolorum, ſimul eſſent, quos omnes libenter veneror: „Tum dulciſſime quieui, et in ſomnis duodecim adſtare mihi Apoſtolos, „vidi, qui meam laudarent ſolertiam. Haec viſio me multum exhilarauit, „o imperator, et vtinam crebro redeat mihi talis ſomnus. Expergefactus „duodecim libras auri in marſupio reperi, et viſionem veram fuiſſe, re „ipſa didici. Leo in riſum ſolutus: Vigilandi, inquit, et auſpicandi offi„cium exegiſti ſimul, dignus, qui talem viſionem habueris. Collegae tui „ſtultitiae poenas ſecum ferant, et dormiant hic vsque ad confuſionem.

Ad articul. XIV.

Idem *iure Wisbycen. artic. 4. iure Danic. c. 14. Stat. Hamburg. part. 2. titul. 14. artic. 16. Iure etiam Lubecen. l. 6. titul. 1. artic. 5.* ac *iure Pruthen. l. 4. titul. 19. art. 1. §. 5.* ſtatuitur, praeterquam quod ibidem limitate diſponitur, neminem nautarum, niſi conſentiente nauta, acatium de nocte religare debere, hic vero indefinite id, ſiue de nocte, ſiue de die, ſine conſenſu naucleri vel gubernatoris nauis, et quidem conſtituta poena carceris, inhibetur.

Ad articul. XV. et XVI.

Dictum eſt de abſentia nautarum e nauibus ad *art. 7.* huius tituli, quae ſane omnibus modis praecauenda eſt, quum teſte TACITO *l.*

 14.

14. annal. circ. princ. nihil tam capax ſit fortuitorum, quam mare. Pro diuerſitate igitur circumſtantiarum abſentiae huius, ſiue ea contingat, naue in ſtatione et mari exiſtente, quod ſit *artic. 7* ſiue in locis exteris hybernante, aut alibi ſteriliter iacente, quod ſit *art. 15.* ſiue naue ad anchoras conſiſtente, quod ſit *artic. 16.* remedium quaerendum. *Ius Danic. cap. 9.* quaedam praedictis addit, videlicet, quod ſi quis nauclerus in portum aut ſtationem adpulerit, nautaeque in terram exſcendere voluerint, dimidia eorum pars in naui manere, illamque fideliter cuſtodire debeat, illique, qui in terram exſcenderunt, quam primum reuerti teneantur; ſi quis contra fecerit, et in terra, ſine legitima cauſſa aut venia naucleri, remanſerit, is in carcerem coniici, per triduum aqua et pane cibari, mulctamque trium marcarum regi, et trium ciuitati praeſtare debet.

Ad articul. XVII.

Infra, vbi ad *titul. 14.* eiusque *articul. 1.* deuenerimus, de hac materia quaedam commentabimur.

Ad articul. XVIII.

De leuibus damnis, ex abſentia nautarum ortis, actum eſt ſupra *art. 7. 15. et 16.* hic de grauioribus, immo et talibus, quae interitum nauis et hominum important, diſponitur. Idem ſancitum eſt in *iure marit. Carol. art. 6.* hiſce verbis: „Quicumque nauim ſine venia magiſtri nauis deſeruerit, ac eadem in periculum veniat interitus, vel „abductionis per piratas, ille poena mortis adficiendus eſt, vbicum„que locorum noſtrae iurisdictionis deprehenſus fuerit, absque vlla gra„tia aut miſericordia. In leuioribus vero damnis *art. 7.* poena vigin„ti Carolinorum tali deſertori imponitur, generaliterque *art. 8.* ordi„natur, quod omnes officiarii, nautae et ſerui, ad iter vllum obliga„ti, ſiue id coeptum ſit, ſiue ſecus, nauem deſerere non debeant, vl„la maris fortuna, bono vel malo nuncio, vllaque de cauſſa inducti, „ſine libero et voluntario conſenſu magiſtri nauis, ſub poena capitis „et bonorum. Articulo huic noſtro correſpondent *Stat. Hamburg. part. 2. tit. 14. art. 29. Ius Lubecen. l. 6. tit. 1. art. 7. Ius Pruthen. l. 4. tit. 19. art. 1 ſſ. 7.* ac vigore huius articuli Gedani anno 1639: die 10. Martii quatuor nautae ad inſtantiam inſtigatoris, eo quod non ſatis mature in nauem rediiſſent, ſed ad Mündam per diem et noctem manſiſſent,

Digitized by Google

ſiſſent, interea vero nauis in littus coniecta eſſet, quatuorque perſonae interiiſſent, condemnati ſunt, quod per ſemeſtre incarcerati, aqua et pane cibari deberent.

Ad articul. XIX.

Ex *iur. marit. Carol. art. 9.* hic articulus excerptus, et contractus huc relatus eſſe videtur. Summa autem iſtius eſt, quod nemo nautarum ſe extra nauem ſine ſcitu magiſtri nauis conferre debeat, et licet conſenſum obtinuerit a magiſtro in terram exſcendendi, ibique aliquamdiu permanendi, nihilominus tamen ſemper ad iuſſum magiſtri teneatur, in continenti, ſine mora iterum ad nauem reuerti: in tantum, vt ſi quis vel volens per negligentiam, ebrietatem, vel aliis de cauſſis, emanſerit, mercede ſua priuari, et damnum delicto ſuo ortum reſarcire, ac praeterea aequalem mercedi ſuae ſummam mulctae loco pendere debeat: Quod ſi autem tantumdem in aere non habuerit, flagellatione vel alia conuenienti poena puniendus ſit. Philippus II. Hiſpaniarum rex in *iur. ſuo marit. tit. de naut. eorumque officio*, *art. 4.* idem conſtituit, poena tamen mitiori addita, nimirum quod delinquens taliter prima vice media mercede, ſecunda tota, et tertia in duplum mulctari cum correctione arbitraria: Si vero nullum damnum datum fuerit, tunc quacumque vice in duplum condemnari debeat. Idem in Hollandia iuris eſſe, adparet ex GROT. *introd. in iuriſpr. Holland. fol. 147. b.* Plebiſcitorum Gedanenſium quae ſit ſumma, ex eis, quae ſupra ad *art. 7.* dicta ſunt, liquet.

Ad articul. XX.

Lucrum anima eſt omnis mercaturae et nauigationis, cui quo quis magis inuigilat, tanto acceptior eſt iis, quibus miniſtrat. Quid eſt, quod hominem laſſum fieri non ſinit? Lucrum, inquit SECVNDVS *Philoſophus ſent. pag. 100.* Poſſitne vero id, quod vtile videtur, fieri non turpiter? de eo nunc non diſceptabimus, ſed quaeſtionem hanc CICERONI *3. de offic.* decidendam relinquimus. Lenonis certe ſermones apud PLAVT. *Moſtell. act. 3. ſcen. 2.*

- - - - ſi ſacrificem ſummo Ioui,
Atque in manibus exta teneam, vt porriciam, interea loci
Si lucri quid detur, potius rem diuinam deſeram,

nemo, opinor, probabit. Aequitas igitur poſtulat, vt nauclerus exercitoribus nauis, vel etiam conductoribus et mercatoribus id ſuadentibus, iter ſuum proroget, ac vtilitati ipſorum, propriaeque, hac ratione conſulat, cuius iuſſui nautas quoque obtemperare, neceſſe eſt, accedente praeſertim augmento mercedis, quod illis vigore huius articuli ex arbitrio ſocietatis nauticae, vel minus partialium virorum, rei nauticae peritorum, adſignandum eſt. Ius nauticum Wisbycen. autem *art. 32.* diſtinguit hoc in caſu inter nautas, qui pro certo naulo, et qui pro certa mercede conducuntur, ita quod illi, qui in naulo participant, nauem ſequi teneantur, quocumque illa tendat; qui vero mercedem capiunt, iis merces augeri debeat, niſi ad certum tempus conducti ſint, in tantum, vt ſi nauis in loco proximiori, quam ad quem conducti ſunt, oneretur, integra merces illis danda ſit, ſub hac conditione, vt nauim, nauclero id volente, eo deducere iuuent, vbi conſiſtere debet. Idem ſancitur in *iure marit. Philipp. II. tit. de naut. art. 5. Stat. Hamburg. part. 2. tit. 14. art. 26.* et *iur. Danic. c. 17.* quod mercedem vsque ad trientem augeri debere definit.

Ad artic. XXI.

Par eſt huius et praecedentis articuli ratio, eademque hac de re in *Carolino art. 12.* et *Philip. iure maritimo art. 7. et 8. titul. de Naut.* ſanctio, quae ibi legi poteſt. Conſonat etiam *Ius Danicum. cap. 21.*

Ad articul. XXII.

Articulus hic, quantum adſequi licet, hoc vult, vt vbi nauclerus glacie, frigoriſque ingruentis et hyemis ſaeuitia conſtrictus, tuto ad locum, ex quo primitus nauigauit, redire nequeat, atque exinde in alio loco peregrino hybernare cogatur, vltra conſtitutam antea mercedem nautis nihil pendere teneatur, ſi honeſtam, per hyemem, alimentationem illis praebuerit. Cuius quidem diſpoſitionis ratio haec eſſe videtur, quod quum regulariter nautae conducantur ad operas per aeſtatem praeſtandas, aeſtas autem die S. Martini iuxta *ius Wisbycen. art. 7.* et *Lubec. l. 6. tit. 4. art. 4.* finiatur, et interea domum redire non poſſint, ſed in alio portu commorari cogantur; aequitas exigat, ipſis interea de victu et alimentatione prouideri

uideri, quae ſi ipſis obtigerit, non habent vltra, quod praetendant, quum ſi vel ad portum, ex quo primum profecti ſunt, domumque rediiſſent, per hyemem tamen ab operis nauticis feriari eos oportuiſſet.

Ad articul. XXIII.

Tres hic referuntur caſus (quorum poſterior tamen ſua generalitate plures alios complectitur) quibus nautae vltra mercedem conſtitutam, et victum, propter moram et manſionem diuturniorem in locis exteris, augmentum nullum petere poſſint. Primus caſus eſt, quando a magnate aliquo, ſiue magiſtratu detinentur ſiue angariantur. „ἀγγαρεία autem, teſte *Suida*, eſt publica et neceſſaria, ac violenta ſerui-„tus, quam quis inuitus ac coactus ſeruit, ſeu, eſt neceſſitas inuita, quam „homines inuiti ſubeunt, vel quae inuitis imponitur, et miniſterium, „quod per vim alicui praeſtatur, quum quis inuitus, et per vim alteri ſer-„uire ſuamque operam nauare cogitur. Erat autem Angariae locus praecipue expeditionis tempore, cum exercitus per vias militares tranſibant, tum erat militibus capiendi ex municipiis et villis viae militari proximis animalia et iumenta ad vehendas ſarcinas, poteſtas, et qui id facerent ἀγγαρεύειν, qui patiebantur, ἀγγαρεύεσθαι dicebantur. Angariabantur autem homines vel in perſona, vel in iumentis et vehiculis, et perſonalis Angaria, barbaro aeuo, *manopera*, quae ad vehicula praeſtabatur, *corropera* vocabatur, qua de re fuſius videri poteſt SALMAS. *l. 1. de foen. trap. pag. 274. et ſeqq.* Hebraei, ex quo Perſarum potentia Orientem inuaſerat, coacti fuerunt, inter caetera eiusmodi ſeruitii incommoda, etiam onus angariae ferre, cuius immunitatem ipſis Demetrius conceſſerat. Inde factum, vt rei vehementer exoſae nomen etiam ad priuatas vexationes producerent, vti commentatur GROT. *ad Matth. c. 5. verſ. 41. pag. 129.* Angari etiam, teſte SVIDA, dicebantur apud Perſas, nuncii regum, qui per ſucceſſionem, alii aliis ſuccedentes, aliquo mittebantur. Atque hi nuncii ius habebant cuiusuis equos, aut naues, aut etiam homines ipſos rapiendi ad curſum, quod etiamnum apud Turcas obtinet. Nos hodie, mutuato a Gallis vocabulo, *Poſtas* vocamus, quod poſitas habeant equorum vel etiam vehiculorum ſtationes, atque eo pertinet *cit. C. de curſ. publ. et angar. et parang.* ad quem videri poteſt CVIAC. *in not.* et quae habet GOTHOFR. *ad l. 4. §. 1. de veteranis,* nec non ANTON.

PEREZ. *praeleſt. in hunc tit.* Ad naues etiam deinde Angariae hae ſunt productae, vti ex *l. 4. §. 1. de veteran.* conſtat, vbi dicitur: Veteranorum naues angariari poſſe, hoc eſt, detineri, vt commeatum, aut militaria arma, inſtrumenta, equos et exercitum transuehant, quod iure ne fieri poſſit, ſuo loco inquiremus. Vnum addendum venit, quod naues non a quouis magiſtratu, ſed illo tantum angariari poſſint, qui iura maieſtatis habet, et regalia poſſidet, ſub quibus etiam angariarum, parangariarum, plauſtrorum et nauium praeſtationes referuntur *l. 2. Feud. tit. 56.* Alter caſus eſt, ſi nauclerus exſpectet, et vecturam, ſiue, vt a quopiam pro certo naulo ad transuehendas merces conducatur, ne ſcilicet nauigatio ſit ſine fructu, aut damnoſa. In antiquiori iure maritimo Hanſeatico *art. 50.* haec reperiuntur verba: „Si contingat, vnum vel plures noſtrorum nauclero„rum extra prouinciam, ſeu in peregrinis locis per magnates aut alium „magiſtratum angariari, aut propter defectum ſalis vecturam exſpectare„ &c. Vbi, quid verba haec, *propter defectum ſalis*, ſibi velint, non intelligo, quum defectus ille, ſi copia ſalis iſthic locorum haberi poteſt, facile tolli poſſit, aut, ſi ibi ſal deficiat, ſtolidum videatur ibi morari, et non aliorſum, ſalis conquirendi cauſſa, tendere. Idque conditores Iuris Maritimi Hanſeatici poſterioris agnouiſſe, et idciro hic omiſiſſe, veriſimile eſt.

Tertius caſus eſt, vbi etiam ex aliis cauſſis, in emolumentum exercitorum nauclero in exteris locis commorandi poteſtas relinquitur, quae poteſtas etſi ſatis laxa ſit, tamen ex iure maritimo anteriori *d. art. 50.* laxior erat, quum aliae iſtae cauſſae arbitrio naucleri relinquerentur, id quod hoc articulo corrigitur, atque hoc ipſo poteſtas iudicandi de cauſſis, iuſtae an iniuſtae ſint, nauclero adimitur, et in exercitores transfertur. Sed *quid ſi nauclerus a nautis coactus meliorationem mercedis illis promiſerit, num promiſſis ſtare tenetur?* In Iure Maritimo Hanſeatico anteriori id arbitrio virorum bonorum relinquitur: Hoc vero articulo talis promiſſio plane reſcinditur. Quaeri etiam poſſit: *An naue angariata nihilominus conductor naulum ſoluere teneatur?* Et ad hoc ex *iure maritimo Carol. art 35. 36. 37. 38. et Philip. II. tit. de Naucl. art. 2. 3.* GROT. *l. 3. part. 20. fol. 142. b.* reſpondetur: Si hic loci conducatur nauis, vt alibi extra hanc prouinciam, certo ſub naulo, oneretur, ac poſtea nauclerus angariatus iter proſequi nequeat,

vel

Digitized by Google

vel etiam mercator bona ſua periclitari nolit, nec ad diem conſtitutum illam onerare poſſit, nihilominus totam mercedem ſoluere tenetur. Si vero nauclerus taliter conductus, poſt ſuum in regno peregrino aduentum, mercatore id non efficiente, ibidem arreſtetur, aut eidem vllas merces naui inferre inhibeatur, tum dimidia nauclero merces debebitur, ſiue is bona naui intulerit, ſiue non. Si vero nauclerus hic vel alibi conductus ante iter coeptum compellatur, certo ſtipendio ſeruire, et bello, vel alia notabili de cauſſa, iter ſuum omittere neceſſe habeat, tum mercator et nauclerus deſinunt eſſe ſibi mutuo obligati. Si denique nauclerus, a mercatore conductus, merces tales, quales ille naui intulit, euehere prohibeatur, tum mercator nihilominus tenebitur nauclero quartam nauli partem ſoluere.

Ad Articul. XXIV.

Nemo adeo hoſpes eſt in Iure Maritimo, quin ſciat, nautas, a nauclero et exercitoribus nauis conductos, totum iter proſequi et abſoluere teneri. Praeterquam enim quod id ipſum ex hoc articulo non obſcure ſequatur, aliis etiam iuribus diſerte conſtituitur, vtpote in *iure Wisbyc. art. 1. et vlt. Iure Marit. Carol. art. 5.* et *Philip. II. tit. de naut. art. 1. et 2.* vbi clare praecipitur, quod nautae ad iuſſum naucleri teneantur nauim reducere ad eundem portum, vnde illam eduxerunt, nec eam deſerere queant, antequam plenarie exonerata, debite iterum ſaburrata, velaque de antennis depromta ſint: Secus faciens mercede excidere, et prima vice flagellari, ſecunda ſuſpendi: Quod ſi autem notabile damnum aut periculum inde oriatur corporibus, naui aut mercibus, etiam prima vice damnum duplo reſarcire, ac praeterea ſuſpendi, aut alias criminaliter puniri debeat, pro qualitate cauſſae, et ex arbitrio iudicis. Idem etiam non tantum Ius *Lubec. l. 6. titul. 1. artic. 2. ius Pruten. l. 4. titul. 19. artic. 1. §. 2.* et *Statut. Hamburg. part. 2. titul. 14. artic. 18.* ſtatuunt, ſed et poenam in eum, qui ſecus fecerit, hanc conſtituunt, quod nauclero integram mercedem, quam ab ipſo accepit, reddere, et praeterea dimidiam partem mercedis a nauclero ſibi promiſſae ſoluere debeat. Sunt tamen certi quidam in iure maritimo caſus definiti, quibus nauta a locatione operae, dummodo id, quod accepit mercedis, reſtituat, recedere poſſit, vtpote primo, ſi gubernator nauis vel nauta nauim propriam per ſeipſum regendam emat; deinde, ſi vxorem interea legitimam,

Digitized by Google

timam ducat. *Ius Wisbycen. artit. 63. et 64. Philip. II. titul. de Naut. artic. 14. ius Danic. c. 35. Statut. Hamburg. part. 2. titul. 14. artic. 13.* Melior hac in parte eſt nauclerorum conditio, qui quando metu belli aut piratarum, vel etiam arreſto, perſonae et naui impoſito, vi frigoris, valetudine aduerſa, vitio nauis, aliisque cauſſis praepediti, iter inſtitutum, vel non inchoare, vel coeptum non conſummare queunt, ſoluto quadrante mercedis ſtipulatæ nautas et officiarios quosuis nauticos dimittere poſſunt *Ius Marit. Carol. art. 18. Philip. II. tit. de naut. artic. 9. Ius Danic. cap. 22.* & GROT. *introd. ad iurisp. Holland. l. 3. part. 20. fol. 145.* Reddere tamen tenentur, quidquid nauli loco acceperunt, niſi conductor nauis vel exercitores alium nauclerum ſubſtitui velint, id quod ſumtibus nauis facere poſſunt, iuxta *Statut Hamburg. part. 2. tit. 14. art. 9.* Poteſt quoque nauclerus vigore eorumdem Statutorum *dict. tit. art. 11.* caſibus ſupradictis interuenientibus ſcitu mercatorum vel conductorum, nauis ſumtibus eorum bona exonerare, ac poſtmodum, impedimentis anterioribus ſublatis, iterum in nauim recipere, ſuumque iter conſummare, ita, vt quicumque mercatorum ſua bona naui iterum inferri nolit, dimidium Naulum pendere nihilominus teneatur. Inſuper *Ius Wisbycen. art. 3. Ius Lubec. l. 6. tit. 1. art. 4.* et *Pruthen. d. l. art. 1. §. 4.* dant nauclero poteſtatem nautas in portu, vbi eos conduxit, ſoluta ipſis dimidia mercede, ſi vltra quatuordecim dies in gratiam naucleri ibidem remanſerint, dimittendi, ſecus, ſi ex portu, pleno cum onere, diſceſſerint, tum enim non niſi ſoluta tota mercede dimitti poſſunt. Denique ſi nauclerus alteri nauim vendiderit, ceſſerit aut reſignauerit, tum nautae prius conducti non tenentur diutius in naui manere, quam dum iter ſuſceptum peractum fuerit, et ſi nouus nauclerus illos domum remittere noluerit, prior nauclerus de bona naui et victu illis, vt domum redeant, proſpicere tenebitur. *ius marit. Carol. V. art. 21. et 22.* quod quidem ius filius Caroli V. *Philippus II. in ſuo Iur. marit. tit. de naut. art. 12.* ſuſtulit, dum nautas hoc in caſu ab omni vlteriori obligatione abſoluit, ſalua eorum, ſi quam habent, manente actione perſonali, contra priorem nauclerum. Statuta Hamburgenſia *part. 2. art. 14. et 15.* Ius maritimum Caroli ſequuntur, ſimul etiam requirunt, vt nautis integra merces ſoluatur, non autem vectibilia, vltra quam ad locum, vbi nauis venditur, concedantur, additis tamen

Digitized by Google

men pro viatico, in quinquaginta milliaria germanica, tribus thaleris imperialibus, atque ſic porro proportionaliter plus vel minus.

Ad articul. XXV.

Variant circa hunc articulum iura maritima. *Ius Wisbycen. art. 61.* nautam, pecunia a nauclero accepta, aufugientem, vbi id nauclerus binis teſtibus probauerit, in patibulo ſuſpendi debere, ſancit; quo cum *Ius Danic. c. 16.* congruit, dum talem profugum, inſtar alterius furis, puniri vult. Ius Lubecen. autem *l. 6. tit. 1. art. 7.* item *Ius Pruthen. l. 4. tit. 19. art. 1. §. 7.* et *Statut. Hamburg. part. 2. tit. 14. art. 21.* nautas poſt acceptam mercedem non aufugere, nec ſtudioſe in terra, animo ad nauim non reuertendi, manere, nec quemquam talem recipere volunt, ita, vt ſi quis taliter malitioſe accepta mercede aufugerit, ac hoc nomine conuictus fuerit, nauclero mercedem reddere, ac in turri per trimiſtre, ſolo pane et aqua, ſuſtentari, receptator autem poena arbitraria plecti debeat. Olim apud Graecos deſertoribus nauium praecidebatur manus, teſte SVIDA *in voce* Λειπεναῦται. Hoc vero articulo ſancitur, quod nautae vel officiario nautico, poſt acceptam dimidiam mercedem ex naui profugo, vbi deprehenſus fuerit, in bucca (in poenam et terrorem aliorum, iuxta verba *art. 44. iuris Hanſeat. anni 1591.*) ſtigma Harpagonis inuri debeat. Deſumtum hoc ſupplicium eſt tum a Romanis, tum a Graecis, apud quos promiſcue fugitiui ſolebant notis ac literis in fronte et facie compungi, vnde *ſtigmatiae* et *ſubuerbuſtae* dicebantur, et ſubuerbuſtæ quidem, quaſi verubus vſtae, iuxta FESTVM. Stigmata autem haec, ſiue notae aliquando imprimebantur in poenam, aliquando alio fine, et in primis, vt quis tanto melius ab altero dignoſci poſſet, quemadmodum hodie oues, equos, et alia animalia ſigno aliquo notamus. Vbi in poenam et ſupplicium imprimebantur, fiebat id in facie, et potiſſimum in fronte: vbi alio fine, in occultioribus corporis partibus. Sic vſufructuarius habebat quidem facultatem ſerui notandi, dum eum non deformet, hoc eſt, dum ne in facie eum ſignet, ſed in alia occulta corporis parte *l. 17. ff. 1. de vſufruct.* vti CONNANVS *l. 2. c. 6. n. 4.* explicat. Ab hisce literis et ſignis ſerui, quibus potiſſimum inurebantur, dicebantur literati, qui titulus etiam Samiis olim datus eſt, eo quod ipſorum frontibus Athenienſes,

Digitized by Google

teſte PLVTARCHO *in Pericle*, ſtigmata inuſſerint, vid. Noctuam vel etiam Samaenam, quod nauigii quoddam genus fuit; quamquam et Samii Athenienſibus captiuis modo equum, modo ſimiliter noctuam inuſſiſſe, hiſtorici referant. AELIAN. *l. 2. var. hiſt. c. 9.* Tirones quoque, qui ad militiam a prouincialibus dabantur, vt et fabricenſes, ſtigmate in brachio notabantur, vt fugientes vel latitantes poſſent agnoſci. VEGET. *l. 1. c. 8.* et *imp. Arcad. ac Honor. l. 3. C. de fabricenſ.* TVRNEBVS aduerſariorum *L. 24. c. 12.* ſtigmata manibus militum inſcripta fuiſſe refert, id quod aquariis, ſiue aquarum cuſtodibus, ex diſpoſitione Zenonis imper. vſu venit, quippe quorum manibus nomen imperatorium impreſſum eſt, vt huiusmodi adnotatione manifeſti eſſent omnibus, nec a procuratoribus domorum, vel quolibet alio, ad vſus alios auellerentur, vel angariarum aut operarum nomine tenerentur *l. 10. C. de aquaeduct.* Quibus autem litera aliqua vel ſignum in facie vel fronte inurebatur, hi fiebant et dicebantur *ſerui poenae*, ac ſi cuipiam id eueniret, illi ſpes iuſtae libertatis praecidebatur. Quales autem illae literae et notae fuerint, non aeque conſtat, niſi quod calumniatoribus, ſiue ex lege Remnia, ſiue qua alia, litera K. (neque enim Graecorum tantum haec eſt litera, ſed et veteres Romani Kalumniam ſcripſerunt, non calumniam et K. K. pro calumniae cauſſa, teſte ISIDOR. *l. 1. etym. c. 22.*) in fronte inuſtae fuerint. SENECA *l. 4. de benef. c. 37.* memorat, Philippum cuidam militi ingrato ſtigmata inſcripſiſſe, ingratum hoſpitem teſtantia, qualia autem illa fuerint, nec dum, quantum ſcio, quisquam pro certo adfirmare potuit. Ex Petronio Arbitro conſtat, etiam totam frontem literis inſcriptam fuiſſe, ſic enim ille de ſuo Eumolpo: Impleuit Eumolpus frontem vtriusque ingentibus literis, et notum fugitiuorum epigramma per totam faciem liberali manu duxit: vbi doctiſſimus commentator IOSEPHVS ANTONIVS GONSALVS DE SALAS *pag. 243.* refert, quod inſcripti ſerui olim, praecipue nequam, fugitiui, hoc eſt, literis notisque per totam faciem puncti fuerint. Duobus monachis Theophani et Theodoro imperator Theophilus facies compunxit, notisque vndecim iambicos verſus, (quos Zonaras ordine ibidem inſeruit) atramento infuſo expreſſit, perhibente ZONARA *tom. 3. annal.* quod, qua ratione fieri potuerit, viderint illi, qui Zonarae lapſus defendere volunt. VLPIANVS ICtus *fragm. tit. 1. §. 6.* ſtigmata haec vocat veſtigia ſcripta, et ſicut integrae frontis homo dicitur

Digitized by Google

citur *l. quaeſitum 13. de teſtibus*, qui integrae eſt famae, ſiue qui integra eſt perſona *l. 4. ff. de popul. act.* hoc eſt, non infamis: ita is, qui infamia aliqua eſt notatus, dicitur eſſe extremae notae homo *l. 15. §. 44. de iniur.* Caeterum hoc ſupplicii genus, in facie vel fronte quempiam ſignandi, ſuſtulit Conſtantinus imp. *l. 17. C. de poen.* ac ſi in manibus ac ſuris rei quid inſcribatur, ſatis eſſe duxit, addita hac ratione, ne facies, quae ad ſimilitudinem pulchritudinis caeleſtis figurata eſt, maculetur. Haec vero ratio non ſufficere videtur, tum quod imago Dei, ad cuius pulchritudinem homo eſt creatus, non in externa illa ſpecie, quam homo (non Deus) gerit, ſed in mente, Dei naturam, voluntatem et opera recte agnoſcente, et rationali ac immortali anima, dignitateque et praecellentia prae reliquis creaturis conſiſtat; tum quod, ſi cauteriata facies pulchritudinem illam caeleſtem per inuſtionem talem amitteret, multo magis id de iis, quibus caput, ob malefacta, detruncatur, vel quorum capita palis infiguntur, dici poſſet, adeoque ex hac ratione ſubſequeretur, neminem decollandum, neminis caput palo infigendum eſſe, immo et narium, auriumque et manuum abſciſſiones et amputationes prorſus inhibendae forent, quae tamen apud Chriſtianos ad praeſentia vsque tempora in vſu ſemper fuerunt. Hic me contineo, et plura legere cupientem ad CVIAC. *obſeru. l. 7. c. 13.* GOTHOFR. *not. ad l. 1. §. 8. ff. de fugit.* et *l. 17. C. de poen.* PYTHAEVM *not. ad tit. 4. collat. leg. Moſaic. pag. 144.* LIPS. *2. elect. 15.* CONNAN. *comm. iur. ciuil. l. 2. c. 6. n. 4.* CAEL. RHOD. *l. 7. c. 31.* ALEXAND. AB ALEXAND. *l. 5. c. 18.* et ibi TIRAQ. BRODAEVM *l. 4. miſcell. cap. 24.* PANCIROLL. *var. lect. l. 2. cap. 241.* HENRIC. SALMVTH. *ad tit. 1. rer. nou. repertat.* PANCIROLL. *pag. 81.* MYNSING. *2. obſ. 26.* MARANT. *ſpec. part. 1. diſt. 2. num. 8.* ac qui ex his aliisque ſolerti opera varia congeſſit NICOL. HENEL. *otio Vratisl. c. 6.* remitto.

Ad articul. XXVI.

Non tantum rixis et diſſidiis inter nauclerum et nautas, ſed et cuicumque violentiae occurrere voluerunt iura maritima, et inde eſt, quod in *iure naual. Rhodiorum* varia eo facientia reperiantur ſancita. „Si nautae rixari voluerint, ſtatuitur *cap. 5.* verbis rixantor, „nec alterum quisquam pulſet: Si quis autem alteri in caput percuſſo, „vulnus inflixerit, aut alio modo eum laeſerit, ſalaria medicis, ex-

 penſas

Digitized by Google

„penſas laeſo, cum mercede totius otioſi temporis et cum operis per-
„cuſſor praeſtet. Et *cap. 6.* Si nautae rixati fuerint, et quiſpiam la-
„pide vel fuſte percuſſerit alium, isque viciſſim pulſauerit illum, qui
„prior eum percuſſit, tamquam vi adductus hoc fecit: Quod ſi pul-
„ſatus deceſſerit, probatumque teſtibus fuerit, eum priorem vel lapi-
„de, vel fuſte, vel ferro percuſſiſſe, qui eum feriit et occidit, a peri-
„culo liber eſto, quippe quod facere voluit, paſſus eſt, Denique *c. 7.*
„Si quis nauclerorum aut mercatorum, aut nautarum pugno quem
„percuſſerit, et excaecauerit, aut calcem impegerit, et hominem her-
„nioſum reddiderit, mercedes medicis ſoluat is, qui percuſſit: et ocu-
„li quidem nomine aureos duodecim, pro ramice decem aureos prae-
„ſtet: Quod ſi calce percuſſus deceſſerit, percuſſor mortis iudicio ob-
„noxius erit. HARMEN. *l. 2. promt. tit. 12. §. 14. Ius Wisbycen. art. 24.*
nauclerum arbitrum eſſe inter nautas ſuos iubet, ne quis alteri male-
faciat, ſed quisque ſe pacifice gerat: ſi quis vero nautarum alium men-
dacii arguat, quatuor denariis, aſt ſi nauta nauclerum, aut hic illum
mentiri dicat, octo denariis mulctari debet: Si etiam nauclerus ligno
vel pugno nautam percuſſerit, vnum ictum is ſufferre tenetur, ſi ve-
ro plagas continuerit, tum licitum illi eſt, ſe defendere. Aſt ſi
nauta nauclerum percuſſerit, is centum ſolidis mulctari, aut manu
ſua priuari debet. Praeterea *art. 26.* vult, quod orta lite inter nau-
clerum et nautas, nauclerus mappam ante eum, quocum litigium ha-
buit, remoueri iubere, nautamque, antequam eum naui exire iuſſe-
rit, praemonere debeat, qui ſi poenitentem ſe oſtenderit, et a rixis
vlterioribus abſtinuerit, nauclerus vero adeo ſit ferox, vt nihilominus
nautam naui exire iubeat, is, hoc non obſtante, nauem ad locum exonera-
tionis ſequi, ibidemque mercedem ſuam, aeque atque ſi in naui remanſiſ-
ſet, percipere debet, dummodo noxam emendauerit; quin etiam, ſi nau-
clerus in locum eius non aeque peritum nautam conduxerit, et vlla ra-
tione naui aut mercibus damnum, dummodo ſit ſoluendo, reſarcire
tenetur. Et *art. 44.* ſtatuitur, quod ſi nauclerus litem cum nauta
habens, eum naui exire iubeat, atque ſic ſine manifeſta aliqua culpa
dimittat, tum dimidiam mercedem illi ſoluere teneatur &c. Ius mari-
timum *Caroli V. art. 11.* inhibet, ne quis nauclerus praeſumat vllum
eorum, qui in ipſius ſunt miniſterio vel officio, iniuria adficere, et
artic. 23. ac 24. exigit, vt officiales, nautae et reliqui famuli, du-

rante

rante ipſorum itinere, inter ſe quiete et pacifice ſe gerant, absque lite et pugna: Si autem aliqua controuerſia exſurgat, tum reus iniuriarum verbalium quocumque tempore mulctetur duobus Carolinis florenis, reus vero pugnae, ſex: Quod ſi etiam quempiam vulnerauerit, ita vt ſanguinis effuſio, ſine membrorum tamen debilitatione, ſubſequatur, pro vnoquoque vulnere decem Carolinos, et, ſi membrum laeſum fuerit, 20. Carolinos ſoluat; et quicumque non ceſſauerit, poſteaquam nauclerus, vel duo primariorum officiariorum litem compoſuerunt, duplici poena adficiatur, aut ad ſanguinem vſque flagelletur, pro qualitate delicti. Si quis etiam ita vulneratus ſit, vt operam nauclero praeſtare hoc ipſo praepediatur, tum delinquens praeter ſupradicta, nauclerum quadruplum ſuae mercedis ſoluere, aut ſi tanti non ſit, flagellari debet, vti ſupra dictum. Philippus II. Hiſpaniarum rex in *iure ſuo maritimo tit. de delict. naut. art. 4.* poenam verbalium iniuriarum prima vice ordinat ſextam partem mercedis, ſecunda tertiam, et tertia vice totam, vna cum correctione arbitraria, ſi iterum taliter deliquerit: Realium vero iniuriarum, ſine vulneratione, prima vice, quartam mercedis partem, ſecunda dimidiam mercedem, et tertia totam, vna cum correctione arbitraria, vti ſupra: Vulnerationis vſque ad ſanguinem, ſine tamen membrorum debilitatione, prima vice totam mercedem, cum flagellatione, et ſecunda vice, capitis poenam: Damnum etiam naui et bonis illatum, duplo refundere iubet, in tantum, vt ſi per hoc vlla nauis, perſona vel merces in periculum deuenerint, etiam in corpore puniri debeat, quacumque vice id contingat. Iure Danic. *cap. 25.* is, qui aliquem vulnerauit, vel damno adfecit, ita quod operas nauticas praeſtare nequeat, alium ſubſtituere debet; et regi ciuitatique pro qualitate damni mulctam dependere. Et vt omnis vulnerationis, vel homicidii cauſſa praecideretur, eodem *Iure c. 62. et 71.* cautum eſt, ne quis nauclerus, mercator aut nauta in plateis, ſecuri aut aliis armis inſtructus, ſub amiſſione eorum, incedat, niſi qui in regiis nauibus bellicis ſpeciale ad hoc mandatum habeat. Plebiſcita denique *Gedanen. part. 1. c. 4. art. 15.* lites inter nauclerum et nautas, in locis peregrinis et portu aliquo Hanſeaticarum ciuitatum ortas, vbi mercatores germanici degunt, finiri volunt, niſi Gedanum remiſſae fuerint.

 Ad

Digitized by Google

Ad articul. XVII.

Πειθαρχία ἐςὶ τῆς εὐπραξίας μήτηρ, obedientia felicitatis mater, inquit *Aeſchyl. Thebaid.* nihilque ſalutare agi poteſt, vbi qui parare debebant, imperare volunt. DIO *l. 41.* Quia autem vt plurimum gens nautica petulans eſt, et ſeditioſa, ac idcirco ab *Aeſchylo*, allegato loco, genus hominum Deo inuiſum vocatur, atque τοῖς εὐσεβέσι (hoc eſt piis) opponitur, legibus vtique ſeuerioribus illos coercere, et in officio continere neceſſe eſt, eoque hic articulus, vt et articulus tertius huius tituli, tendunt. Ius *Danicum cap. 15.* adſtipulatur omnino. Philippus II. vero *tit. de delict. naut. art. 2.* refractarium prima vice ſextam mercedis ſuae partem, ſecunda tertiam, et tertia totam mercedem amittere vult, addita arbitraria correctione, ſi in inobedientia perſeuerauerit. Nec minus, omne damnum inde ortum in duplum reſarcire, quin et, ſi bona et nauis in periculum veniant, in corpore quoque puniri, atque eo fine in vincula ſtatim reum coniici iubet. Sunt et aliae notabiles, et quidem a Wisbycenſibus ortae poenae, praeter illas, quas ad hunc et praecedentem articulum attulimus, quibus refractarii nautae puniuntur, (quarum etiam OLAVS *II. lib. 10. cap. 16.*) meminit, hae videlicet: „Qui, ſeditione mota gladio patronum, aut rectorem nauis inuaſerit, „aut inuadere praeſumſerit, ſeu malitioſe nauticum gnomonem, aut „compaſſum, et praecipue portionem magnetis, vnde omnium di„rectio dependet, falſauerit, et ſimilia horroris ſcelera in naui com„miſerit, aut perpetrauerit, vt in plurimum (ſi vitae parſum fuerit) „gladiolo vel cultello firmatam manum (cuius officio frequentius vti„tur) ad malum, ſeu principale lignum nauis, mediam ſcindendo re„trahere oportebit. Qui vero tumultuarius, aut iniurioſus fuerit, „funiculo ligatus vno latere nauigii ſubtus immerſus, ex altero ſub „dorſo nauigii retrahitur, atque ſi propter abſorptam in gurgite aquam „opus fuerit, ſupinus reponitur, aut pronus, ne intereat ſuffocatus. „Quidam vero enormitate ſceleris aut rebellionis, proditionisue prae„ſertim in bello nauali manifeſte notati, totaliter viui mittuntur in „mare, ne totam claſſem verſuta machinatione diſperdant. Reliqui „pro minutis facinoribus immunitatem, in prora, celerrimme petita, „repoſitam habent, vel antequam eam intrauerint ſociorum manu adprehenſi,

Digitized by Google

„prehenſi, ter natibus ad antennam, vel malum torti, cum impe-
„tu ſentiunt, vt quaſi meridie ſuſpiciant ſtellas.

Ad articul. XXVIII.

Iuxta diſpoſitionem tituli praecedentis *art. 12* nauclerus aduerſus piratas ſeſe fortiter defendere, ſub grauiſſima infamiae poena tenetur, iuxta hunc articulum nautis idem, niſi virgis publice caedi velint, iniungitur. Eodem ſpectant praedictum *Ius maritimum Philippi II. titul. de delict. articul. 1.* et *Statut. Hamburg. part. 2. titul. 14. artic. 43.* et licet mercedem ſuam non acceperint, nihilominus tamen nauclero contra piratas fideliter ſtrenue adſiſtere iubentur. Inſtruendae vero ad hoc etiam ſunt naues, vt ad defenſionem et pugnam ſint idoneae, proſpiciendumque iis de hominibus, tormentis, bombardis, puluere pyrio, globulis, gladiis, armisque neceſſariis aliis, quibus ſi deſtituantur, nauisque intercipiatur, commiſerationem potius, quam poenam merebuntur, ſi, quibus eorum cura mandata eſt, quid ſecus hoc in caſu acciderit.

Ad articul. XXIX.

Conſonat maxima ex parte hic articulus cum *Iure Wisbycen. art. 15. Iure marit. Philipp. II. tit. de naufrag. artic. 12.* et *iur. Danic. c. 24. et 25.* Sed *quid ſi nauim rimoſam fieri, vel ex parte disrumpi contingat?* Tum ſane merces naui illatas mercatores, dummodo de naulo nauclero ſatisfaciant, ad ſe recipere poſſunt. Conſiderandum etiam, vtrum nauis illa ſtatim vel pauco tempore reſtaurari et redintegrari poſſit, an vero longius ad hoc tempus requiratur: Si illud, tum nauclerus poteſtatem habet nauim reficiendi, mercesque ad locum deſtinatum deuehendi: ſin hoc, tum licitum illi eſt, aliam nauim conducere, mercesque in eamdem inferre ac transportare, plenumque naulum de omnibus ſeruatis mercibus illi ſolui debet. *Ius Wisbycen. art. 16. Statut. Hamburg. part. 2. tit. 14. art. 3.* GROTIVS *introd. ad Iurisp. Holland. l. 3. part. 20. fol. 144.* Vide etiam *tit. 9. art. 2. infr.* et quae ibidem adduximus.

Digitized by Google

AD TITVLVM V. DE INSTRVCTIONE NAVIVM.

Ad articul. I.

Reſpicit hic articulus titulum primum huius iuris nautici, vbi *art. 5. et 6.* pleraque cum eis, quae hic repetuntur, conueniunt. Ius Danicum *art. 1.* in tantum adſtipulatur, quod vbi copia exercitorum haberi, aut per nuncium et literas cum iisdem agi poſſit, ipſorum conſenſum circa elocandam nauim requirere debeant, ſub poena decem marcarum regi, et aliarum decem marcarum ciuitati, pendendarum, conceſſa tamen facultate in locis exteris, et ab exercitoribus remotis, conſilio cum ſcriba nauali, gubernatore et primariis in naui habito, aliquid eo nomine, ignorantibus quamuis exercitoribus, ſtatuendi. Eo etiam tendunt *Plebiſcita Gedanen. part. 1. c. 4. art. 10.* vigore quorum nullus nauclerus, absque ſuorum exercitorum ſcitu et voluntate, nauem ſuam locare poteſt, et ſi quid ſecus fecerit, irritum id omne, nauclerusque inſuper, pro qualitate cauſſae et damni illati, puniri iubetur.

Ad articul. II.

Non minore prouiſione curandum eſt imperatori, vt commeatus abunde ſuppetat, nec vlla re ad victum neceſſaria indigeant. Saepe enim etiam fideliſſimi gregis cuſtodes inopia coacti in paſtores ipſos ſaeuiunt, eosque eminus viſos allatrant, ac ne pecoribus quidem abſtinent, inquit IVLIAN. *orat. 2. p. 163.* Quod ſane non imperatori ſolum, ſed et nauclero exercitoribusque nauium quam maxime curae eſſe debet, vt ita naues ſuas inſtruant, ne ob defectum alimoniae nautae, et quotquot operas ſuas eis addixerunt, oblatrare illis diſcant. Huc pertinet illud Demadis oratoris argutum et prudens conſilium, qui iubente quondam populo Athenienſi, vt triremes e nauibus producerentur, et ſociis naualibus defenſoribusque complerentur, cum pecuniae in publico eſſent nullae, panis confectio, inquit, Viri Athenienſes, eſt prior ipſa prora, referente PLVTARCHO *in Agid. et Cleom.* Etſi enim prora anterior ſit et prior nauis pars, eſt tamen aliquid prius, nauticum panem conficere, ac de victu nauibus proſpicere. Teleutias apud XENOPH. *l. 5. hiſt. graec.* Deos teſtatur, libentius ſe per biduum cibo carere malle, quam vt

milites

milites vel vno careant die. Idem et naucleris, omnibusque, qui naues inſtruunt, cordi ſit, ſi quid recte curatum velint. Fames namque dicto inobedientes facit, et vbi ſtomachus latrat, ſtomachantur illi viciſſim, qui famem patiuntur. Fames, iuxta STRADAM *dec. 2. l. 2. p. 118.* nec imperantes audit, nec ſupplicium ſeipſa maius nouit: immo omnem adfectum excludit, et maxime verecundiam, eſurientibusque pudor diſpendium vitae, et detrimentum ſalutis eſt. HEGESIPPVS *l. 5. c. 18.* Difficile eſt, ad ventrem verba facere, quum is auribus careat, dicebat olim Cato Maior plebi Romanae, frumenti largitionem intempeſtiue poſcenti: PLVTARCH. *Cat. Mai.* Venter etenim praecepta non audit, poſcit, adpellat, SENEC. *epiſt. 21.* nec rationem patitur, nec aequitate mitigatur, nec vlla prece flectitur populus eſuriens. IDEM *de breuit. vitae c. 18.*

Nec poenam ſceleri inuenies, nec digna parabis
Supplicia his populis, in quorum mente pares ſunt
Et ſimiles, ira atque fames. IVVEN. *ſat. 15.*

Cuncta fame leuiora, canente CLAVDIAN. *de bell. Gild.* et

\- - - - *nulla eſt audacia maior,*
Quam cui materiem naturae praebet egeſtas;
Vt ſitis atque fames. Sitiens mala nulla timere.
Eſuriensue poteſt, miſerae violentia peſtis
Cogit abire metum: dum plus praeſentia torquent,
Quam ventura mouent. LIGVR. *l. 2. p. 314.*

Scythas quidem, memorat GELLIVS *16. noct. attic. c. 3.* quum vſus ſit, vt famem longius tollerent, faſciis ventrem ſtrictiſſime circumligare, ac ea ventris compreſſione eſuritionem poſſe depelli, credere; ſed vereor, ne fruſtra id remedii adhibeatur huic malo, quod non niſi cibo potuque tollitur et ſedatur.

Ad articul. III.

Supra *tit. 1. art. 4.* nauclero demta eſt facultas in naue, ſemel inſtructa, et pelago commiſſa, quidquam aedificandi, aut meliorandi, vel etiam adparatum coemendi, inſciis et inuitis exercitoribus, ſub hac tamen exceptione, niſi in peregrino loco fuerit, aut neceſſitas aliud poſtulauerit. Hic articulus praedictis hanc praeterea limitationem adponit, quod vbi in loco peregrino aliquid in vſum neceſſarium

Ccccc nauis

Digitized by Google

nauis emerit, omni ſtudio in id incumbere debeat, vt quam minimo pretio id faciat, omniaque fideliter ad rationes referat, a quo, quo loco, et quanti ea emerit &c.' Quum enim nulli graue eſſe debeat, CASSIODOR. *l. var. 21.* Rom. fabricis deputatae pecuniae reddere rationem, cum pura conſcientia deſideret ſe probari; cur non naucleris incumbere debeat, vel etiam ſcribis nauticis, accuratas expenſarum rationes reddere illis, quorum ſtipendiis aluntur, quorumque mandato iter ſuſceperunt? Sed de his *infr. tit. 12.* plura. De ſcribis naualibus, quorum hic mentio fit, hoc obiter monere volui, diuerſos olim fuiſſe apud Romanos ſcribas, conſulum, praetorum, aedilium, quaeſtorum, et aliorum magiſtratuum, immo et decurias ſcribarum, referente ONVPHR. PANVIN. *in ciu. Rom. p. 332.* Hinc illi tituli veteres: Sulpitiano ſcribae quaeſtorio: Capitoni ſcribae aedilitio, vti obſeruat TVRNEB. *l. 11. aduerſ. 10.* Inter hoſce ſcribas quaeſtorius ordine inferior aedilitio (quem tamen *Cicero pro A. Cluentio* hominem tenuem vocat) cenſebatur; ſcriba naualis autem omnium vltimus habebatur ROSIN. *l. 7. antiq. Rom. c. 48.* FESTVS eum *minimae dignationis ſcribam* vocat, et PLAVTVS *in fragm. Non ego te noui naualis ſcriba columbar impudens?* Denique poena furti hic merito in nauclerum et ſcribam, ſi rationes falſas confecerint, ſtatuitur, non tantum, quia contrectando aliena doloſe furti reos ſe faciunt, ſed et quia ſpecialiter furti actio etiam aduerſus illos, qui ſcienter plus exigunt, quam ipſis debetur, competit per *l. 8. C. de furt.*

Ad articul. IV.

Quod olim Catoni Minori vitio datum fuit, in tantum, vt etiam in diuerbium tranſierit: *Cras Cato abit*, ſcilicet, poſt triginta dies, apud PLVT. *in Caton. Min.* id vel maxime vitandum eſt naucleris, qui, vbi celeriter iter aggrediuntur et abſoluunt, ſe commendatiores faciunt, et hoc ipſo mercatorum et exercitorum non minus, quam propria ſua commoda promouent. Hinc ſibi illud LVCANI *l. 1.* dictum putare debent:

Tolle moras, ſemper nocuit differre paratis.

Non enim minor culpa eſt committere aliquid praeter opportunitatem temporis, quam praeter ordinem rationis. PETR. MATTH. *l. 1. narrat. 5. n. 1.* Sedulitas vero vt plurimum eſt lucroſa, nihilque quod pulchrum,

chrum, quod honeſtum eſt, ab ignauia producitur. MAX. TYR. *diſſert.34.* et cuiuscumque boni adquiſitionem coniunctus cum continentia labor praecedit. DEMOPHIL. *ſent. Pyth.* Optimus ergo merito nauclerus habetur,

Nil actum credens, dum quid ſupereſſet agendum,

iuxta eumdem LVCAN. *l. 2.* et *l. 11. C. de his quibus vt ind.* Peſſimus vero ille, qui neglecta opportunitate temporis ventorumque commoditate, cum Aceſſaeo ſemper Lunam magis opportunam ſtolide exſpectat, nauigationemque de die in diem protrahit.

Ad articul. V.

Iura naualia Rhodiorum in quibusdam cum hoc articulo conueniunt, in quibusdam differunt, id quod ex eorum collatione patebit. Ita enim *c. 19.* habent: Si quis nauim conduxerit, et arrham dederit, ac poſtea dixerit, ea ſibi non eſſe opus, arrham amittet. Sin nauclerus aduerſus conuentionem venerit, arrham mercatori duplam praeſtet. Et *cap. 20.* Si quis nauim conduxerit, inſtrumenta conſignata rata ſunto, aſt ſine inſtrumentis irrita, poenas etiam, ſi velint, inſcribant. Quod ſi nullae ſcripturae factae fuerint, et vel nauclerus vel conductor fefellerit, ſiquidem conductor pecuniam mercium cauſſa non pederit, dimidium naulum nauclero ſoluat; ſin nauclerus fefellerit, mercatori dimidium naulum praeſtet: Si vero mercator eximere merces voluerit, naulum integrum exercitori ſoluat. Poenarum autem exactio quaſi per vindicationem quamdam fiat. Item *c. 23.* Si ſcripturas nauclerus et mercator confecerint, ratae ſunto: Sin mercator plenum onus non praeſtet, reſiduorum naula ſoluat ex inſtrumenti formula. Et *c. 24.* Si nauclerus accepto dimidio naulo nauigauerit, et mercator reuerti voluerit, licet inſtrumenta conſignauerint, mercator dimidium naulum huius impedimenti cauſſa perdit. Sin confectis inſtrumentis nauclerus contrauenerit, duplum dimidii nauli ſoluat. *cap. 28.* Si nauis a mercatore, vel ſocio, fuerit impedita, quo minus, vbi dies aduenerit, e portu ſoluat, eamque nauim a piratis, vel incendio, vel naufragio perdi contigerit; damnum praeſtet is, qui attulit impedimentum. Denique *cap. 29.* Si mercator in eo loco, quo confecta fuerint inſtrumenta, merces non tradiderit, elapſo iam die ſtatuto, et a piratis, vel incendio, vel naufragio damnum dari contigerit, omne damnum hoc

nauis ad mercatorem ſpectat: Sin die temporis ſtatuti nec dum exacto praeteritorum aliquid acciderit, ad contributionem veniant. *Ius Wisbycen. artic. 34.* ita diſponit: Si contingat, nauclerum cuipiam mercatori nauem ſuam locare, et is cum eo conuenerit de naue, certo conſtituto tempore oneranda, mercator autem non oneret, aſt nauem detineat per dies quindecim et vltra, atque exinde nauclerus naulo, culpa mercatoris, careat; tum mercator tenebitur, omne damnum inde reſultans reſarcire, ac exinde nautae quartam partem, nauclerus vero tres quadrantes capere debent, ex hac ratione, quia ipſis victum dedit, et maior cura illi incubuit. „Benignius hac in „parte eſt Ius maritimum *Carol. artic. 39.* Si contingat, mercatorem „plenum onus naui naucleri non inferre iuſto tempore, iuxta inſtru„mentum et contractum nauticum, quem hoc nomine conficere de„bent; tum mercator obligatus eſſe debet, nauclero ſoluere dies ſuae „manſionis, iuxta contractus nautici et inſtrumenti diſpoſitionem. Conſentiunt cum hoc articulo *Ius Danic. cap. 37. et 45.* et *Statut. Hamburg. part. 2. titul. 15. artic. 4. et 5.* Cum reliquis allegatis iuribus GROT. *introd. in iurispr. Holland. part. 20. l. 3. fol. 143.* et *Ius maritim. Philip. II. titul. de naucler. artic. 5.* quod etiam nauclerum, ſi ſua culpa mercator intra dies 15. non onerauerit, ab vlteriori obligatione abſoluit, mercatorem vero ad ſolutionem mercedis, vna cum diebus manſionis, condemnat. Idem, quod naucleris et mercatoribus hoc articulo iniungitur, etiam exercitoribus nauis, ex iuris paritate, incumbit, vt videlicet, ſi de certa vectura et nauis locatione pepigerint, pactis ſtent, niſi damna reſarcire velint. Ita enim non tantum iura maritima diſponunt, ſed et, praeuio iuramento in litem, ratione damni, Gedani die 28. Auguſti anno 1647. inter Hillebrandum Hillebrand et exercitores nauis, Poloniae regis titulum gerentis, iudicatum fuit. Notandum etiam venit, quod ex hoc articulo, ſiue mercator nauim conductam plene oneret, ſiue ex parte, ſiue etiam a contractu plane recedat, et nihil naui inferat, nihilominus integrum naulum ſoluere teneatur. Vbi tamen diſtinguendum venit, vtrum tota nauis auerſione conducta ſit, an tantum pro certo onere, vel quantitate mercium ferenda: Si illud, pro tota naui naulum debetur; ſi hoc, tantummodo pro ea quantitate mercium, quam portauit. *Statut. Hamburg. part. 2. titul. 15. artic. 3.* id quod etiam Labeo

in

in *l. 10. §. 2. ff. ad l. Rhod. de iactu* iuris eſſe, ſcribit. Fuit quoque olim diſputatum, ſi mancipia vehenda quis conduxerit, *an pro mancipio in naui mortuo vectura debeatur?* Labeo non deberi ſentiebat, Paullus vero iudicabat, diſpiciendum eſſe, quid actum eſſet, vtrum videlicet pro his, qui impoſiti, an pro his, qui deportati eſſent, merces promiſſa fuerit. Si vero id liquido non conſtet, ſufficere putabat, ſi nauta, hoc eſt, nauclerus ſeu dominus nauis mancipium impoſitum eſſe probaſſet. *l. vltim. d. l. Rhod.* Quaeſitum etiam, ſi *quis mulierem vehendam naui conduxiſſet, deinde in naui infans natus fuiſſet, an etiam pro eo quid deberetur?* Sane pro infante ſiue partu nondum edito nihil deberi, inde liquet, quod partus, antequam edatur, matris ſit portio, vel viſcerum *l. 1. ff. 1. de inſpic. ventr.* immo nec pro partu edito, licet per ſe ſpectetur, et pars matris eſſe deſinat, quum neque vectura eius magna ſit, neque his omnibus vtatur, quae ad nauigantium vſum parantur *l. 19. §. 7. ff. locat.* Eadem eſt ratio veſtimentorum, foenoris quotidiani, et ſimilium rerum poſt impoſitas in nauem merces, eidem illatarum, quia nimirum haec ipſa caeterarum rerum locationi accedunt *l. 4. §. 2. ff. naut. caup. ſtab.* Denique etiam quaeſtionis eſt, *an qui nauem hinc in Angliam merces vehendi ergo conduxit, ſi ea vi tempeſtatis in portum redeat, et ipſe merces ex naui iterum ad ſe recipiat, totum naulum ſoluere teneatur?* Agitata haec eſt quaeſtio inter Martinum Otto et Georgium Barclaium Gedani, atque die 4. Februarii 1637. iudicatum, quod quarta pars nauli conſtituti ſolui deberet.

Ad articul. VI.

Quandoquidem non tantum, quod omnes tangit, ab omnibus debet adprobari *c. 29. de R. I. in 6.* ſed et ſecundum naturam eſt, commoda cuiusque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda *l. 10. de R. I.* Ideo par omnino eſſe iudicatum eſt hoc articulo conſtituere, ne quid huius vel illius, ſed omnium exercitorum conſenſu et commodo a nauclero ſuſciperetur, quorſum articulus ſequens pertinet. Senſus vero hic eſt: Quod ſi quis exercitor vel nauclerus ſecus fecerit, hoc eſt, ſi merces proprias, inuitis aliis exercitoribus, naui intulerit, mercibus illis excidere, et alia inſuper poena adfici, non, quod ſi merces alienas receperit,

 domi-

dominus earum illis excidere debeat, alioquin namque plecteretur ob delictum alienum, ſcilicet naucleri, qui nihil criminis commiſit, et qui in bona fide fuit, nihilque de exercitorum conſenſu vel diſſenſu ſciuiſſe potuit. Hoc tamen in caſu altera illa, nimirum arbitraria poena nauclerum manebit, mercesque bona fide illatas ſuo reſtitui, neceſſe eſt, domino. Videri etiam poteſt *ius Dan. c. 46.* et inde peti, quousque negotiatio naucleri ſubſiſtat? In ſumma autem rei, de qua hoc articulo agitur, quadrant huc *Plebiſc. Gedanen. part. 1. c. 4. art. 10.*

Ad artic. VII.

Continetur hoc articulo exceptio quaedam regulae iuris Canonici, ad articulum praecedentem allati, atque exinde manifeſtum fit, per vocabulum *omnis* in iure etiam intelligi maximam partem, non ſemper ſingulos coniunctim. Quod enim maior pars curiae effecit, pro eo habetur, ac ſi omnes egerint *l. 19. ff. ad municip.* et refertur ad vniuerſos, quod publice fit per maiorem partem *l. 160. §. 1. ff. de R. I.* neque paucorum abſentia, ſiue neceſſaria, ſiue fortuita, debilitare debet, quod a maiore parte ordinis ſalubriter fuerit conſtitutum: Quum duae partes ordinis, in vrbe poſitae, totius curiae inſtar exhibeant *l. 46. C. de decur.* Doctores circa hanc materiam communiter diſtinguunt, quod in his, quae fiunt a pluribus, vt ab omnibus, maioris partis conſenſus ſufficiat, in his vero, quae fiunt a pluribus, vt a ſingulis, non ſufficiat maioris partis conſenſus. DYN. *ad cap. 29. de R. I. in 6.* GOTHOFR. *not. ad l. 19. ff. ad municip.* Maiorem autem partem non pro numero perſonarum, ſed pro modo debiti eſſe placuit *l. 8. de pact.* E. G. maior pars heredum non ex numero vtique perſonarum, ſed ex magnitudine portionum hereditariarum intelligitur *l. 14. in princip. ff. depoſit.* et ſi creditores aequales ſint in cumulo debiti, tunc plurium creditorum numerus praeferendus eſt. In numero autem pari creditorum, auctoritatem eius ſequetur praetor, qui dignitate inter eos praecellit: Sin autem omnia vndique in vnam aequalitatem concurrant, humanior ſententia (quae vel erga debitorem eſt benignior, vel teſtamento fauorabilior ANTON. FABER *ration. ad d. l. 8. pag. 209.*) a praetore eligenda eſt. Sed *quid ſi vnus vel alter creditorum maioris partis voluntatem ſequi nolit,*

Digitized by Google

lit, poteſtne debitor ſe exceptione hac pacti conuenti, cum maiore parte defendere, adeoque creditorem compellere, vt ab actione deſiſtat, et placitum partis maioris ſequatur? Id vero mihi plane abſurdum eſſe videtur, ſiquidem exceptio haec non debitoribus contra creditores, ſed tantum creditorum vel exercitorum parti maiori contra minorem ſeruit et competit. Ius Wisbycen. *art. 65.* hoc in caſu, quando nimirum inter exercitorem et nauclerum conueniri non poteſt, ſtatuit, nauclerum nihilominus poſſe nauim illam ducere pro naulo, quod viri boni aequum eſſe iudicauerint. Et *art. 66.* in genere ſancitur, quod omnes exercitores, quidquid in reparationem nauis nauclerus impenderit, vel etiam pro eiusdem neceſſitate emerit, ad obulum vsque ſoluere teneantur. Ius Prutheni-cum *l. 4. tit. 19. art. 4. §. 3.* generaliter vult, quod illi, qui minores partes in naui habent, ſequi debeant eos, qui plus in eis poſſident. Ius vero Lubecenſe *l. 6. tit. 4. art. 6.* alternatiue idem ſtatuit, nimirum illos, qui minus in naui poſſident, reliquos, qui plus tenent, aut ſequi, aut totam nauim certa pecunia aeſtimare debere, optione aliis data, vtrum tantumdem dare, aut accipere velint, emtoremque reliquis exercitoribus pecuniam iſtam intra ſex hebdomadas poſtmodum ſoluere teneri. Ius Danicum *artic. 61.* idem praecipit, et addit, quod ſi nulla ratione inter ſe conuenire poſſint, nanim tamen otioſam iacere non oporteat, ſed exercitorum potior pars illam in ſuum commodum, ſuo periculo, exercere poſſit, illis vero, qui exercere nauem noluerunt, nulla vecturae portio danda ſit. Eodem etiam tendunt *Statut. Hamburg. part. 2. tit. 13. artic. 2.* et GROT. *d. intr. part. 23.* Vtut autem haec expediti ſint iuris eo in caſu, vbi plures exercitores exiſtunt, quaeri tamen poteſt, *quid hoc in caſu, vbi duo tantum ſunt exercitores, et quidem inter ſe diſſentientes, iuris ſit?* Certe quum praeualere debere, qui nauim nauigare, quam otioſam domi manere mauult, inde concludi poteſt, quod Vlpianus diſertis verbis in *l. 12. §. 1. ff. de vſufruct.* ſcribat: Nauis vſufructu legato, nauigatum mittendam nauim, licet naufragii periculum immineat; nauim enim ad hoc parari, vt nauiget, dummodo tamen id apto et non aduerſo nauigationis tempore fiat, nauisque idoneis hominibus committatur *l. 16. §. 1. et l. 36. in fin. ff. de R. V.* et gubernatore ſit inſtructa *l. 13. §. 2. ff. locat.*

AD

Digitized by Google

AD TITVLVM VI.
DE FOENORE NAVTICO, SEV BODMERIA.

AVLVS GELLVS *l. 16. noct. Attic. c. 12.* Cloatio Verrio foeneratorem adpellatum eſſe ait, quaſi φανερώτερον ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι ἐπὶ τὸ χρηστότερον, quoniam id genus hominum ſpeciem oſtentet humanitatis, et commodum eſſe videatur inopibus, nummos deſiderantibus. Reiecta autem hac deriuatione, vti qua nihil dici poſſit inſulſius, foeneratorem, ex mente Varronis, a foenore nominatum eſſe ſcribit, foenus vero a foetu, et quaſi a foetura quadam pecuniae parientis, atque increſcentis, quae etiam Varronis, Feſti et Nonnii Marcelli eſt ſententia. SALMASIVS vero *de vſur. cap. 2.* a verbo Graeco πόνος, h. e. merces, pretium vel etiam poena, originem foenoris deducit, aſt VOSSIVS *etymologico* verius putat fenus dici ab obſoleto feo, vnde fenus, fecundus, femina et femur deriuantur. Vtut ſit, foenus et foenerator communiter male audiunt, ſolo foenore nautico excepto, in quo, quum contra naturam mutui creditor periculum pretii in ſe recipiat, aequitati congruum eſſe viſum fuit, centeſimas (quas nos XII. in centum dicimus) adeoque maximas et grauiſſimas *l. 38. ff. de negot. geſt. l. 7. §. 8. de adminiſtr. tutel.* vſuras concedere. Dicitur autem foenus hoc modo nauticum, modo vſura maritima, modo pecunia traiectitia, modo marinum creditum *l. 6. de naut. foen. l. 1. et vlt. C. eod. et nouell. 106. in praef.* Genus itaque foenoris nautici eſt vſura, quae vel foenus eſt vel vſura; ſicut adoptio eſt vel arrogatio vel adoptio. Foenus eſt vſura, quam de mutuo creditor a debitore exigit, quaeſtus ſiue lucri cauſſa; vſura in ſpecie eſt, quae ob non ſolutam ſortem, ſiue ex mutuo, ſiue aliunde debitum exigitur: Vt ſi venditor rem tradat, emtor vero pretium non ſoluat, aequiſſimum eſt, eum vſuras pretii pendere, quum ipſe refruatur *l. Iulianus §. veniunt ff. de act. emt.* ANTON. MATTH. *praeceptor quondam meus in lectionib. ſuis a me calamo exceptis c. 37. et diſp. 2. de non mouend. ſed diſtinguend. terminis Iuris theſ. 4.* Graecis vocatur δάνεισμα ναυτικὸν et ἔκδοσις, opponiturque δανείσματι ἐγγύῳ, ſiue communi, quod tutum creditori ſponſor praeſtitit IVLIVS POLLVX *l. 8. cap. 12.* περὶ δανείσματος et *Suidas verb.* Δάνεισμα et ἔγγυον. Germanice *Bodmerey*, eo quod quaſi in fundum, qui Germanis *Boden* dicitur, ſiue

ſiue in carinam *auf den Kyl*, pecunia haec pro more traiicienda detur, et non niſi ſalua naui reddatur, perdita autem naui, et carina diſſoluta, ſimul euaneſcat. Proprietas enim nauis carinam ſequitur *l. 61. de R. V.* et carina ſynecdochice pro tota naue ſumitur. Ante tempora Iuſtiniani nauticum foenus apud Romanos ſemper liberum fuit, vsque ad infinitam vſurarum licentiam, teſte PAVLLO *l. 2. ſent. cap. 14. de vſur. §. 3.* „Traiectitia pecunia propter periculum creditoris, quam diu nauigat nauis, infinitas vſuras capere poteſt. Vbi „ANIANVS *in ſuis interpretationibus:* Traiectitia pecunia, quia maris „periculo committitur, in quantas conuenerit vſuras, hanc pecuniam dare creditor poteſt.„ IVSTINIANVS vero *l. 26. §. 1. C. de vſur.* vltra centeſimum paciſci vel accipere prohibuit, idque abrogata *nouella 106.* (quae promittebat lucrum praecipue octauae partis, ſeu trium ſiliquarum ex ſingulis ſolidis, non tantum, ſi nauis per totum annum abeſſet, ſed etiam ſi multo citius ad portum rediiſſet) *nouell. 110.* confirmauit. Hinc *Gloſſ. in d. l. 26. §. ſuper verb. praecedentibus C. de vſur.*

Diſcant illuſtres ſtipulari poſſe trientes,
Et mercatores ſibi poſſint quaerere beſſes,
Quaerere ſemiſſes poſſint communiter omnes,
In traiectitiis, vires centeſima ſumit.

Expreſſa autem conuentione hoc in caſu opus eſt, non tantum, quod res vel pecunia tali loco transferri, ſed et quod transferri debeant periculo creditoris, alioquin, ſi absque hac expreſſa conuentione pecuniam, vel quiduis aliud, prius quam ad deſtinatum locum veniat, perire contingat, perit debitori *l. 2. et vlt. C. de naut. foen.* tum et diſcuſſo periculo, nauique in portum delata, deſinunt deberi vſurae centeſimae, ac communes tantum vſurae praeſtantur *d. l. 2.* id quod etiam in periculo terreni foenoris per *l. 5. ff. de naut. foen.* obtinere, neceſſe eſt. Caeterum etiam infinitae illae vſurae, quarum *Iulius Paullus* ſupra allegato loco meminit, non niſi vltra duplum ſunt extendendae, quum vltra duplum vſurae, nec in ſtipulatum deduci, nec exigi poſſint, quia tum aequantur ſorti *l. 26. §. 1. ff. de cond. indeb. l. 4. §. 1. de naut. foen.* Circa definitionem vero foenoris nautici doctores variant, quae omnia prolixe examinare, non eſt mei inſtituti. MODESTINVS *l. 1. de naut. foen.* traiectitiam pecuniam (ſiue foe-

Digitized by Google

nus nauticum) *dicit eam eſſe pecuniam*, *quae trans mare vehitur* (ſcilicet periculo creditoris, vti GOTHOFR. notat) *caeterum ſi eodem loci conſumatur*, *non eſſe traiectitiam*. Etſi autem his in caſibus creditor regulariter ſuſcipiat in ſe periculum nauigationis vel itineris, non tamen per hoc ſuſcipit periculum, quod ex culpa debitoris emergit, ſed tantum periculum caſus fortuiti, hoc eſt, ſi nauis ſubmergatur ſine culpa debitoris, videlicet, ſi is merces prohibitas naui inferat, ſi vtatur inſueto itinere, vectigal fraudet &c. tum enim amiſſarum mercium detrimentum, quod non ex marinae tempeſtatis diſcrimine, ſed ex praecipiti auaritia, et inciuili debitoris audacia accidiſſe adſeueratur, adſcribi creditori, iuris publici ratio non patitur, vti loquitur *l. 3. C. de naut. foen.* quod tamen ita demum obtinere videtur, ſi id a debitore, ignorante et inuito creditore, fiat, alioquin ſi ſciente et conſentiente illo, regulae generali ſtandum erit, quia conſenſus ius facit *l. 40. ff. de legib.* Quamuis etiam proprie in pecunia numerata conſiſtat, tamen ſi merces ex ea pecunia comparatae ſunt, eaeque ipſae periculo creditoris nauigent, etiam tunc traiectitia fit pecunia *d. l. 1.* Periculum autem creditoris ex ea die incipit, ex qua nauem nauigare conuenit *l. 3. ff. de naut foen.* et definit, quando nauis ſalua ad portum conſtitutum adpulerit *l. 1. C. de naut. foen.* quorſum etiam ſpectare videtur *c. 18. leg. nau. Rhod.* „Si quis pecunia mutuo ſumta peregre profectus „fuerit, tempore conuentionis elapſo, iuxta legem a ſponſoribus mu„tuam ſoluatur. Si nulla ſatisfaciendi ratio, pecunia quidem ſub fi„deiuſſione manebit, verum vſurae totius temporis, quo peregre abfuerint, ſoluantur.„ Diuiditur autem pecunia traiectitia, ſiue nautica, in *propriam* et *impropriam*, quam *quaſi traiectitiam*, vt et *terreſtrem* quidam adpellant. *Propria* eſt, quae creditur alicui trans mare periculo creditoris ſoluenda *d. l. 1. impropria vel quaſi* eſt, quae ad ſimilitudinem foenoris traiectitii datur, quando non tam periculum nauigationis ſubeſt, quam alterius itineris vel rei, vt ſi periculo meo tibi dem pecuniam, aliquid meo nomine hic vel ibi emendi, vel etiam, ſi piſcatori erogaturo in adparatum plurimum pecuniae dederim, quia meo periculo vtitur, poſſum paciſci aliquam vſuram de captura, vel ſimilibus in caſibus, de quibus *l. periculi pretium ff. de naut. foen.* et in eamdem DD. videri poſſunt. Ex mente IVLII POLLVC. *l. 8.* περὶ δανειςμάτων *c. 12.* diuiditur foenus nauticum in *heteroplum* et *amphoteroplum*.

plum. Illud eſt, quum qui pecuniam dat, ſiue creditor nauticus, commeatus tantum periculum ſuſcipit: Hoc, quum et commeatus et remeatus periculum ſuſcipit. Illud totam nauigationem, quae in eundo et redeundo conſiſtit: Hoc certum nauigationis tempus et locum reſpicit. Obſeruandum tamen, interdum etiam pro parte tantum periculum ad creditorem pertinere, vt quum ad tempus pecuniae ſocietas contrahitur, quod *c. 17. leg. Naual. Rhod. χρεία κοινωνία.* Verba legis haec ſunt: Si quis aurum vel argentum mutuo dederit, ad vſum „ſocietatis (*ἐπὶ χρείαν κοινωνίαν*) idque in nauigatione, ac prout pla„cuerit, quam diu mutui ſocietas durare debeat, in ſcripta retulerint, „ſiquidem is, qui aurum et argentum accipit, tempore completo id „domino non refuderit, et vel ab igne, vel latronibus, vel naufragio „perire contigerit, liber a damno maneat auri dominus, et ſua ſalua „recipiat: Si vero tempore pactorum nondum completo, periculum „vel interitus in mari acciderit, partes ipſae, vt lucri, ſic et damni „nomine, ſecundum pacta conuenta teneatur. Ex legibus quoque ciuilibus conſtat, creditorem poſt diem periculi non tantum accipere vſuras ſolere, ſed et poenam in dies ſingulos, eamque poenam ſtipulabatur, ob operas vel ſumtus ſerui perſequentis et petentis eam pecuniam. Solebant enim, qui pecuniam nauticam credebant, ſeruum mittere, qui nauigaret cum debitore, et ſtatuto tempore poenam exigeret *l. traiectitiae ff. de O. et A.* Caueri quoque moris erat de iure ciuili creditori de pecunia ſub conditione traiectitia vel nudo pacto, vel per ſtipulationem aut ſyngrapham, aut pignoribus captis, vel mercibus in naue pignori datis, ratione tam ſortis quam vſurarum *l. 4. 6. 7. ff. de naut. foen.* quae tamen cautio naue ante conditionis euentum pereunte, exſtinguebatur *d. l. 6.* Reperio etiam quemdam de foenore nautico conuentum et conuictum, exceptionem ſolutionis quidem in exſequutione obieciſſe, aſt ad eamdem probandam non admiſſum eſſe ante quam rei iudicatae ſatisfaciendo, tantum pecuniae, quantum alter praetendebat, iudicialiter depoſuiſſet, idque anno 1627. et 1628. inter Holdonem Martem et Nicolaum Stahl ita Gedani iudicatum fuit. Plura ſuppeditare poſſunt AZO *in Cod. tit. de naut. foen.* CVIAC. *recit. vel comm. ad d. t. ff. et* C. DVAREN. *diſp. anniu. l. 2. c. 3.* BRISSON. *ſed antiq. l. 3. c. 1.* PETR, GREG. TOLOS. *ſynt. iur. l. 22. c. 3. n. 47. et ſeqq.*

SICHARD. *et* ANTON. PEREZ. *ad tit. C. de ſoen. naut.* GOTHOFRED. *not. ad tit. ff. de ſoen. naut.*

Ad articul. I.

Conſideranda nunc veniunt, quae in tribus hiſce articulis continentur, quorum prior de iis, qui vſuram nauticam accipere poſſunt, alter de modo et tempore, quo eas accipere licitum ſit, et tertius de poenis nauclerorum, hac in parte excedentium, agit. Quoad primum, quamuis iure maritimo Hanſeatico pecuniam nauticam in carinam accipere regulariter omnibus nauium exercitoribus et dominis, immo et de iure ciuili magiſtris nauium, ſiue naucleris *l. 7. ff. de exercit. act.* liceat; certae tamen, in vtroque iure, reperiuntur reſtrictiones, eo tendentes, ne quid temere per nauclerum fiat, aut fraudulenter, videlicet, vt creditor ſciat, nauim in ea cauſſa fuiſſe, vt refici deberet, vel neceſſariam refectioni pecuniam &c. et quidem adhibita hac cautione. 1. Ne multo maiorem pecuniam credat, quam ad rem fuerit neceſſaria, tum enim actio in ſolidum aduerſus dominum nauis non datur *d. l. 7. in princ.* 2. Ne eo in loco pecunia credatur, in quo id, propter quod credebatur, comparari non potuerit *d. l. 7. §. 1.* Hoc articulo inſuper 3. prohibentur naucleri eo in loco, vbi exercitores ipſorum praeſentes ſunt, vllam pecuniam in carinam, ſiue fundum nauis accipere, quod ſi autem neceſſitas id exigat, conſenſum exercitorum requirere, aut non niſi pro rata parte, quam in naui habent, id facere debent, ita, vt qui vltra hoc ipſis crediderit, ex bonis naucleri, non ex naui ſolutionem ſuam repetere poſſit, poenaque praeterea arbitraria nauclerum maneat. Quemadmodum etiam Gedani inter Iacobum Morin et Matthiam Schwellengreber anno 1656. die 22. Septembris iudicatum fuit. Statuta Hamburgenſia *part. 2. tit. 18. artic. 1.* de conſenſu exercitorum quidem nil continent, in reliquis cum hoc articulo plane concordant. Poteſt tamen etiam inuito vno vel altero exercitorum, a nauclero pecunia traiectitia ſiue vſura nautica pars eorum nauis onerari, dummodo maior pars conſentiat, nauique ſalua redeunte, pecunia haec a nauclero, qui eam foenori ſumſit, ſine reliquorum exercitorum damno, refundatur, vti expreſſe *artic. 7. tit. praeced.* ſtatuitur. Etſi autem pecunia haec nautica, de iure communi, ab omnibus promiſcue accipi,

cipi, vel etiam dari poſſit, de iure tamen ciuitatis Gedanen. naucleris et exercitoribus licitum non eſt, pecuniam talem a peregrinis accipere, ſi per ordinatos proxenetas eam a ciuibus obtinere queant; quod ſi quis contra egerit, prima vice quarta pecuniae parte, ſecunda, parte dimidia, et tertia, tota ſumma excidere debet. *Plebiſc. Gedanenſ. part. 3. c. 3. artic. 19.* Singulare etiam eſt, quod de iure Lubecenſi *l. 3. tit. 4. artic. 6.* ſi quis nauim oppignoret, ac nihilominus poſtea eadem ad alia loca nauiget, eamque vendat, pignus ſoluatur; ſi vero illa ad vrbem et flumina eius reuertatur, ius pignoris iterum conualeſcat. Rationem hanc reddit D. MEVIVS commentario ad hunc articulum, quod nauigationis gratia multa ſingularia reperta et admiſſa ſint, atque inde viſum fuerit ſtatuti conditoribus, ſi nauis vbique ſubiaceret iis perſequutionibus, quibus pignora de iure obnoxia ſunt, inde mercaturae multa impendere impedimenta et nocumenta, immo et aliis, quorum plus intereſt non interrumpi nauium curſum, vel quia merces in eis transferunt, vel quia operas in naui praeſtant.

Ad articul. II.

Dictum eſt articulo priori de iis, qui foenus nauticum accipere, vel etiam dare poſſint, in loco, vbi exercitores praeſentes ſunt, ſequitur, quo tempore et modo id dari, et a nauclero accipi poſſit in locis exteris, vbi exercitorum copia haberi nequit. Poteſt vero nauclerus in locis peregrinis foenus nauticum accipere 1. Si probabile damnum in naui et inſtrumentis naualibus adpareat. 2. Si iſthic loci cambio, ſub fide exercitorum, pecuniam ab exercitoribus ſoluendam comparare non queat. 3. Si non habeat in naui bona, quae maiori cum commodo exercitorum vendi, quam foenus nauticum contrahi, poſſint. 4. Ne vltra, quam ad reparationem damni, et ſimilis caſus neceſſitatis, opus eſt, accipiat. Requiritur autem, vt vbi ad locum exonerationis deuentum fuerit, nauclerus, ſi quae bona pro neceſſitate nauis vendiderit, iuſto pretio, intra maximum vel minimum ſoluat, demto tamen naulo, niſi nauis perierit, quo caſu bona illa iſto, quo in loco onerationis emta ſunt, pretio, et quidem nullo percepto naulo, ſoluere debet, vti ex *Iure Wisbyc. art. 35. 40. 41. 69. 70. Iure Danic. c. 68. Statut. Hamburg. part. 2. tit. 14. art. 7.* GROT. *introd. in Iuriſp. Holland. l. 3. part. 20. pag. 143. b. et 149.*

Digitized by Google

149. liquet. Nec minus, ſi victualia deficiant, et pecunia deſit, bona mercatorum, quotquot ad hoc ſufficiunt, per nauclerum vendi poſſunt. *Ius Dan. c. 59.* cui adiungi poteſt *Ordin. Philip. II. tit. de adſecur. art. 19.* quemadmodum etiam Gedani ita in cauſſa Henrici *von Locben* contra Matthaeum Schuuellengreber anno 1647. die 7. Martii pronunciatum fuit. Sed, *quid ſi nauclerus in locis exteris tantum pecuniae traiectitiae ſeu nauticae in carinam recipiat, vt illi exſoluendae nec nauis, nec naulum, nec vectura, nec armamenta naualia ſufficiant?* Eo in caſu ſecundum *Statut. Hamburg. part. 2. tit. 18. art. 3.* exercitores non ſunt obligati pecuniam hanc reddere, ſed qui pecuniam ſuam in carinam crediderunt, nauclerum eiusque bona tantummodo obligata habebunt.

Ad articul. III.

Duplex hic conſtituitur poena illis, qui ſine neceſſitate et fraudulenter pecuniam ſub foenore nautico acceperint. Damnum enim ſoli ferre et reſarcire, vel etiam pro qualitate facti, corporali poena, ad necem vsque puniri debent. Statuta Hamburgenſia ei, qui immodico foenore nautico ſine neceſſitate, et quidem ſtudioſe nauem onerauerit, infamiam poſt reditum irrogant, eumque relegari volunt *part. 2. tit. 18. art. 4. et 5.* Quid ſi autem nauis, in cuius fundum pecunia data eſt, a piratis intercipiatur? Hoc caſu ſecundum eadem *Statut. Hamburg. part. 2. tit. 18. art. 5.* nauclerus liberatur, ſi totam nauim, vel partem eius illi, qui pecuniam traiectitiam dedit, transportet et reſignet.

AD TITVLVM VII.
DE AMMIRALITATE.

Articul. vnicus.

Ammiralii adpellatio a Graecis ad Latinos, poſtea etiam ad Gallos peruenit, non vero, vti vult SALMVTH. *ad Pancir. l. 2. tit. 1. pag. 19.* vox et dignitas primum Gallica fuit. Aſt apud recentiores tantum Graecos vox haec reperitur, vti apud CODIN. *de Offic. Conſtant. c. 2. n. 43.* ὁ ἀμηράλιος: vel iuxta catalogum auctiorem ibidem ἀμηράλης, vbi ex Bibliotheca regia ſiue Mazariniana quidam auctor ignotus adiectus exſtat, apud quem Ammiralius ἀλμυρᾶν dicitur: *et cap. 4. n. 46.*

n. 46. pileus et geſtamina Ammiralii deſcribuntur. Item *c. 5. n. 64.* dicitur, quod Amiralius magno duci ſubdatur, totamque claſſem gerat; adeoque idem eſt, quod Thalaſſiarcha, ſiue praefectus maris, qui toti claſſi praeſt. Vox autem Ἀμηράλιος vel Ἀμηραλης, a viris doctis communiter ab Arabico *Emir*, ſiue *Amira*, quod dominum ſignificat, deducitur, teſte SIGEBERTO *in chr.* qui ad annum Chriſti 630. de Machomete *p. m. 88.* ſcribit: In regno Saracenorum quatuor praetores ſtatuit, qui Amiraei vocabantur, ipſe vero Amiras vocabatur. Et ad annum 660. *pag. 91. b.* Muhamas Saracenorum Ammiras; Teſte quoque MATTHAEO PARISIENSI *ad annum 1103. pag. 41.* Procurator ciuitatis, qui lingua eorum Emyr dicebatur. Plura videri poſſunt et legi apud VOSS. *l. 2. de vitiis ſerm. c. 2. pag. 173.* GRETS. *ad Codin. l. 2. c. 5. pag. 202.* GVILIELM. WATS. *gloſſ. ad Matth. Pariſien. vocab. admiralius.* Ab hac voce Amiralii poſtea vitioſiore latinitate in vſum deductum eſt vocabulum *Ammiralitas*, quae principio coitio quaedam fuit aduerſus piratas, aut alios, ſiue inuaſores, ſiue hoſtes, quam Graeci σύμπλοιαν aut ὁμόπλοιαν vocant; tandem etiam ſocietas illa naualis, quam priuati circa negotiationes ſuas, quum ad peregrina et hoſtilia loca nauigare volunt, inire ſolent, eamdem adpellationem retinuit. Eſt enim *Admiralitas* vel *publica* vel *priuata*. *Publica* eſt, quae auctoritate regis, principis aut reipublicae ordinata eſt, pro conſeruatione pacis et tranquillitatis publicae, contra piratas hoſteſque quosuis, et defenſione nauigantium. *Priuata* eſt, quae pro commerciorum et negotiationis certarum priuatarum perſonarum ſalute ac defenſione ſuſcipitur. Atque de hac Ammiralitate hic agitur, quae quum crebro iniri, aſt parum attendi ſoleat, merito in violatores poena refuſionis damnorum inde ortorum, et in defectu pecuniae, corporalis conſtituta eſt, iuxta articulum hunc et *Statut. Hamburg. part. 2. tit. 14. art. 41.* quemadmodum vice verſa damna citra cuiuspiam culpam ab hoſte illata, communi contributione ſarciuntur, vti ſimiliter videre eſt in *Statut. Hamburg. part. 2. tit. 14. art. 42.*

Ad

AD TITVLVM VIII.
DE IACTV MARIS ET HAVARIA.

Nauclerus ſeu nauis gubernator non propter nauigationem nomen ſortitur, ſed propter artem ipſam, ac in nautas principatum, inquit PLATO *l. 1. de Rep.* quippe cuius ars, etſi tempeſtate et procellis ſaepe exerceatur, deterior tamen vlla tempeſtate non fit, nec ipſa tempeſtas proprie opus gubernatoris, vel artis adminiſtrationem impedit, ſed ſucceſſum. Et quamuis ſalus nauigationis nautarum commune opus ſit, hancque, tamquam finem, nautarum vnusquisque expetat; teſte ARISTOT. *l. 2. de rep. c. 4.* magiſter tamen nauis, ſiue gubernator, vbi naui praeficitur, non felicitatem promittit, ſed vtilem operam, et nauis regendae ſcientiam. *Senec. epiſt. 85.* Vnde ſi ſupra artem et fidelem operam, vi procellarum et tempeſtatum, artis exercitium, tamquam a vi maiori et irreſiſtibili, ipſi inhibeatur, et quae alia media, nauem et merces ex parte, vel in toto ſeruandi, ad manus ſumſerit, non inertiae eius, ſed neceſſitati adſcribendum, idque ex aequitatis praeſcripto, vt, vbi id contingit, incommoda nauigationis omnibus in naui ſint communia. Atque eo pertinet hic titulus de iactu, non minus in naturali aequitate, quam l. Rhodia de iactu, fundatus. Communi vero vſu loquendi illud, quod ex iactu retribuendum venit, dicitur *Auaria* ſiue *Hauaria*, Germanice *Hauerey*, quam vocem, qui a graeco verbo βάρος, hoc eſt, onus, et adiectione priuatiua *α*, quaſi ſine onere, vel etiam a voce Ionica βάρις, hoc eſt, nauis, deriuant, atque inde vocem ἀβαρὺς, hoc eſt, *Hauerey* efformant, non minus falluntur, quam illi, qui ex Gallico *Haure* eam deducunt, quum Germanica lingua Gallica ſit antiquior, et Galli ſuum *Haure* a Germanorum voce *Hauen*, non Germani a Gallis vocem *Hauerey* ſint mutuati, id quod etiam BOXHORNIVS *epiſt. ad Arnol. Vinn. pag. 210.* agnoſcit. Latinis dicitur paſſim tributum, contributio et collatio, id quod ex *tit. ad l. Rhodiam de iactu* patet, quae tamen adpellationes effectum et conſequens potius Hauariae, quam ipſam Hauariam, illiusque ius exprimunt. Hauaria enim, definiente BOXHORNIO *d. l.* ni„hil eſt aut ſignificat aliud, quam id, quod ab his, quorum merces „et bona iactu periere: Vel, ſecundum *Paullum ICtum l. 1. ad l. Rhodiam*

diam de iactu: Hauaria eſt, quando leuandae nauis gratia, iactu mercium facto, omnium contributione id, quod pro omnibus factum eſt, ſarcitur. Diſpeſcitur autem *Hauaria in communem et groſſam. Communis* eſt, quae datur piſcatoribus, vel aliis, nauem vna cum mercibus ſaluam in tuto conſtituere gnaris, et vocatur *Lotsmann-Piloten-Geld*, dummodo non excedat ſummam ſex librarum Flamincalium, alioquin Auariae groſſae adſcribitur, atque hac in parte ſtandum eſt naucleri iuratoriae aſſertioni, vel etiam teſtimonio nautarum, in primis gubernatoris nauis et exploratoris vadorum: Item quidquid in Ammiralitatem impenditur, vel etiam, quod praeteruehendo arces et caſtella in fluminibus et portu, e. g. in ſinu Danico ſoluitur: nec minus, quod pro nauibus e flumine et portu educendis erogatur, ita tamen, quod in hiſce caſibus merces tantum in naui conſtitutae, non vero nauis, contribuere teneantur. Hauaria *groſſa* eſt, cum propter merces in mare leuandae laborantis nauis gratia iactas aut propter malum, anchoras, rudentes, aliaque armamenta nauis, communis periculi remouendi cauſſa, voluntate nauigantium deiecta, vel caeſa; omnium promiſcue contributione damnum ſarcitur. Breuiter: *Communis Hauaria* eſt, quam merces tantum, *groſſa*, quam nauis et merces praeſtant, qua de re pluribus videri poſſunt QVINTINVS WEITS. *tract. van Auarien,* VINNIVS *in Peck. ad l. naut. p. 193.* LOCCEN. *de iur. marit. l. 2. c. 8. n. 3.* Vtut vero diuiſio haec trita ſit, et non minus hodie vſitata, mihi tamen non vsque adeo placere poteſt, quia Hauaria ſiue contributio maritima locum proprie non habet, niſi vbi quid caeſum aut iactum ſit, idque leuandae laborantis nauis cauſſa. Quid vero eo pertinent impenſae ex alio capite et titulo in nauem, eiusque in portum, et ex portu deductionem aut abductionem factae? cum ne quidem illa ſarciri neceſſe ſit, quae vi tempeſtatis vel ictu fulminis rupta et fracta ſunt, quia in illam communem, vti vocant, Hauariam referuntur, quamuis propius ad naturam Hauariae accedant. Impenſas ſane ſupradictas reſarciri et refundi aequum eſſe, non negauerim; ſed quid illis commercii cum Hauaria ſit, non intelligo, niſi quis eodem etiam naulum referre velit. Rectius erit, ſi omnino ad ſimilitudinem mercium iactarum, in caſibus talibus, contributio fieri debeat, Hauariam diuidi in *propriam et impropriam*, ita vt per illam Hauaria groſſa, per hanc communis intelligatur.

Digitized by Google

Sed diuerticulo fuimus fortaſſe loquaces,
Carmine propoſito iam repetamus iter;

RVTIL. *itiner. l. 2.* articuloſque penitus inſpiciamus.

Ad articul. I.

Congruit hic articulus non tantum cum *l. 1. ff. ad l. Rhod. de iact.* ſed verbotenus etiam cum *Iure Lubecen. l. 6. tit. 2. art. 1.* ac inde deſumto *Iure Pruthen. l. 4. tit. 19. art. 2. §. 1. Carol. art. 41. et Statut. Hamburg. part. 2. tit. 16. art. 2.* Quatuor vero hic potiſſimum attendenda veniunt. *Primo*, an iactus neceſſarius fuerit? *Secundo*, qui ad farciendum damnum contribuere teneantur? *Tertio*, quo pretio merces aeſtimandae ſint? et *quarto*, vbi contributio fieri debeat? Circa primum, cum hodie naues non ſint, vti olim argonautarum, amplius loquaces, nec oraculum de euitanda procella articulate edere poſſint, quod de illis APOLLON. *l. 4. argon. verſ. 581.* fabulatur; obſeruandum eſt, quod, etſi QVINTINVS WEITS. *tract. Belg. de Hauar.* afferat, iactum aut reſectionem mali in arbitrio, opinione et diſcretione naucleri, eiusque officiariorum ſtare, qui ex iuſta cauſſa et timore, quamuis vere periculum non fuiſſet, merces eiicere, vel malum reſecare poſſint, pro ſua diſcretione, nec opus habeant exſpectare, quousque alii ex ſocietate nauali vel claſſe iactum faciant, aut malos reſecent, ſed reſpectum nauis ſuae, quam regit, habere debeant, cum in tempore praeſtet, quam ſero nimis iactum facere. Idem tamen paulo poſt, idque ex diſpoſitione *Iuris Wisbyc. art. 20. et 38.* requirit, quod nauclerus, laborante naue, prius mercatores aut eorum factores ſeu inſtitores (dummodo tales in naui ſint ante iactum vel ſectionem conuocare, illisque periculum et neceſſitatem remonſtrare debeat: illis vero in iactum conſentire nolentibus, nihilominus ex conſilio proretae ſui et gubernatoris nauis, vtpote rei huius meliorem ſcientiam et experientiam habentibus, iactum facere poſſit, cum vnicuique in ſua arte credatur *l. certi iuris C. de iudic.* Atque idem ſanciuit Philippus II. Hiſpan. rex in *iur. ſuo marit. tit. de naufrag. art. 4.* praeterquam quod ibidem, iuxta *art. 38. Iur. Wisbyc.* conſenſus maioris partis nautarum requiratur, qui vbi ad portum nauem ſaluam deduxerint, requirentibus mercatoribus iureiurando affirmare queant, id neceſſitate vrgente, et renuentibus illis, ipſorum conſilio factum

factum eſſe. Ac eodem tendunt *Statut. Hamburg. part. 2. tit. 16. art. 1.* Caput vero *IX. legum naualium Rhod.* vult, ſi nauclerus de iactu conſultauerit, vt vectores interroget, qui opes vel merces in naui habent; *et cap. 38.* vt cum iactus faciendus eſt, mercator primus iacere debeat, atque tum demum nautae, qui tamen ordo hodie non obſeruatur. Neceſſe autem eſt, vt iuſto et probabili timore naufragii, tempeſtate nimirum graui incubante, nauique laborante, iactus fiat, non leui aut vano metu, cuius vti de iure nulla eſt excuſatio *l. 184. ff. de R. I.* ita nauclerum excuſare poteſt, quum qui ſeruandarum mercium ſuarum cauſſa alienas merces in mare proiicit, nulla teneatur actione, ſed ſi ſine cauſſa id fecerit, in factum, ſi dolo, de dolo teneatur *l. 14. in princ. ff. de praeſcript. verb.* Secundo, quod concernit res et perſonas contribuentes, iam antea dictum eſt, quod ad Hauariam communem conferant ſolae merces, ad groſſam etiam nauis et merces. A perſonis autem et vectoribus, nullas ſarcinas in naui habentibus, contributio peti non poteſt, niſi totam forte nauim conduxerint, tum enim ex conducto contra eum magiſter nauis agere poteſt *l. 2. in princ. ff. ad l. Rhod. de iact.* Alioquin corporum liberorum nulla fieri poteſt aeſtimatio *l. 2. §. 2. ff. eod.* et per conſequens nec vectorum corpora in tributum venire poſſunt. Alias vel ex diſpoſitione huius articuli damnum iactu factum ex naui et mercibus in naui ſeruatis reſarciendum eſt, idque per exercitores et mercatores, pro quota nauis et mercium, ad ipſos pertinentium. HARMENOP. *l. 2. tit. 11. §. 16. et Baſil. iur. l. 53. tit. 3. §. 2.* in omnibus adſtipulantur. Tertio ſi de aeſtimatione mercium quaeratur, illa vigore huius articuli fieri debet eo pretio, quo merces iſtae in portu, ad quem tendebant, veneunt. Idem *iure Lubecen. l. 6. tit. 2. art. 1. et iure Pruthen. l. 4. tit. 19. art. 2. §. 1.* ſancitur. De iure ciuili portio pro aeſtimatione rerum, quae ſaluae ſunt, et earum, quae amiſſae ſunt, praeſtari ſolet: nec ad rem pertinet, ſi, quae amiſſae ſunt, pluris veniri poterant: quoniam detrimenti, non lucri fit praeſtatio; ſed in his rebus, quarum nomine conferendum eſt, aeſtimatio debet haberi, non quanti emtae ſint, ſed quanti venire poſſint *l. 2. §. 4. ff. ad l. Rhod. de iact.* QVINTINVS WEITS *tract. de Auaria §.* hunc diſtinctione explicare nititur, vt, ſi iactura mercium facta ſit poſtea, quam nauis dimidiam itineris partem confecit, tum eo pretio, quo in loco, ad

 quem

quem tendunt, veneunt, aeſtimari debeant; ſi vero dimidia itineris parte nondum peracta, iactus contigerit, tum carius aeſtimari nequeant, quam eo pretio, quo emtae ſunt in loco, vbi nauis onerata iisdem fuit, ita tamen, vt vbi aeſtimatio anteriori modo fit, defalcentur gabellae, telonia et aliae expenſae, in merces illas erogatae, idque aliis in locis quoque ita vſu venire teſtatur VINN. *ad Peck. pag. 220.* Philippus II. Hiſpan. Rex in *iure marit. tit. de naufrag. art. 6.* quoad aeſtimationem cum hoc articulo conſentit, defalcari tamen vult naulum ſiue vecturam, et alias expenſas, ſimul vero addi verum nauis pretium, vel totum naulum nauclero promiſſum, ad arbitrium et optionem mercatoris. Quibus collatis, ſtatuit, cuilibet ex tota maſſa proportionaliter pro rata parte amiſſorum, vel ſeruatorum bonorum, ſatisfaciendum eſſe, hancque aeſtimationem et computationem Hauariae per naucleros et mercatores fieri debere, rei huius peritos, et neutri partium addictos. Ius Wisbyc. *art. 20.* praecipit, quod bona iacta ſolui debeant eo pretio, quo reſidua bona in foro veneunt, computando illa de libra in libram, quantum quisque in illis habet, ad farciendum damnum. Et nauclerus de naui ſua et bonis dabit, ita vti mercator de ſuis bonis dat, nauclerus vero quilibet vas a contributione exemtum habebit; ſi vero plus bonorum in naui habeat, etiam plus ad farciendum damnum conferre tenetur, pro quantitate, quam in ea habet. Quod ſi etiam nautae ſeſe inuicem non dextre adiuuerint, vti bonos ſocios tali in periculo decet, tum nulla ex parte exemti eſſe debent, idque nauclero ſub ſuo iuramento demandabitur. Et *art. 38.* ſtatuitur, quod bona iacta eo pretio, quo reliqua in foro, ſiue pecunia parata, ſiue aequiualenti modo vendita ſunt, refundi et ſolui debeant, vbi naulum ſolutum fuerit. Item, quod nauclerus de naui ſua et naulo, perinde vti mercator de bonis ſuis, contribuere debeat, ad arbitrium et optionem mercatoris, et quo pretio nauclerus nauim ſuam aeſtimat, eo mercatores pro tempore eam acceptare poterunt. Baſilicon. iur. *l. 53. tit. 3.* §. *4.* et HARMEN. *promt. iur. ciu. l. 2. tit. 11.* §. *11. et 17.* ita contributionem fieri volunt, et quidem iuxta mentem iuris ciuilis ſupra allegati, vt res quidem amiſſae, quanti emtae fuerunt, aeſtimentur, quae vero ſaluae ſunt, quanti veniri poſſint, idque exinde, quo et damnum, quoad fieri poteſt, minuatur, et lucrum amplius propagetur. Putantque, quod hac ratio-

ratione vtriſque conſulatur, et iis, qui iacturam fecerunt, et iis, qui ſuas res ſaluas habent. Denique *Statuta Hamb. part. 2. tit. 16. art. 2.* damnum ex iactu ortum reſarciri volunt, aeſtimatione facta bonorum iactorum et non iactorum, iubentque nauclerum haec tamdiu in naui retinere, donec damnum pro rata cuiusque parte retributum fuerit, addita hac cautione, quod ſi quis ex vectoribus ſoluendo non fuerit, detrimentum magiſtro nauis eſſe non debeat (non quod nulla damni pars magiſtrum ſequatur, ſed quod non totum, nec ad ſolum magiſtrum detrimentum hoc pertineat,) ſed commune ſit omnium, et ad contributionem vocentur, vti bene explicat VINN. *ad Peck. p. 235.* id quod etiam diſertis verbis *in l. 2. §. 6. ff. ad l. Rhod. de iact.* Paullus ICtus ſcribit, addita hac ratione, quia cuiuslibet fortunas nauta (id eſt, nauclerus) excutere non debet.

Quod denique locum contributionis attinet, portus hic adſignatur, ad quem nauigatio dirigitur, quod nimirum ibi et transactio et ſolutio fieri debeat, idque intelligendum eſt ſub iſtis cautelis, quae paulo ante pro nauclero facere monuimus.

Ad articul. II.

Differunt longe inter ſe, an tempeſtate, vel ictu fulminis nauis aliqua in malo, ſeu arbore nauis, velis item et anchoris, aliisque inſtrumentis damnum perceperit, an vero ex conſenſu vectorum in naui ſeruandae nauis, mercium, vitaeque cauſſa arbor nauis caeſa, et in mare cum reliquis inſtrumentis iacta fuerit. Ita enim *l. 2. §. 1. ad. l. Rhod. de iactu* ſtatuit: *Si conſeruatis mercibus deterior facta ſit nauis, aut ſi quid exarmauerit,* (armamentis ſpoliauerit) *nulla facienda eſt collatio: quia diſſimilis earum rerum cauſſa ſit; quae nauis gratia parentur, et earum, pro quibus mercedem aliquis acceperit. Nam etſi faber incudem aut malleum fregerit, non imputaretur ei, qui locauerit opus. Sed ſi voluntate vectorum vel propter aliquem metum id detrimentum factum ſit, hoc ipſum ſarciri oportet.* Idem ſentit PAPINIANVS *l. 3. ff. eod. Cum arbor aut aliud nauis inſtrumentum remouendi communis periculi cauſſa deiectum eſt, contributio debetur.* Et Hermogenianus *l. 5. eod. arbore caeſa, vt nauis cum mercibus liberari poſſit, aequitas contributionis habebit locum.* Harmenopulus denique *l. 2. titul. 11. §. 12.* Arbore liberandae nauis gratia caeſa, fit contribu-

Digitized by Google

tributio, quibus eſt onuſta nauis, et §. 13. ſi noua armamenta ab nauclero comparata ſint, collationi locus non eſt. Idem in *Baſil. Iur. l. 53. tit. 3. §. 5. et 6.* continetur; eaque omnia cum articulo hoc non minus, quam cum *iure Wisbycenſ. artic. 12. 21. et 39. Iur. Lubec. l. 6. titul. 2. artic. 5. Pruthen. l. 4. titul. 19. artic. 2. §. 4. Statut. Hamburg. part. 2. titul. 16. artic. 2. Iureque Danico cap. 51.* quam optime conueniunt. Quintinus Weits, etſi non diſſentiat plane, deberi tamen nauclero recompenſationem aliquam, ſi per tempeſtatem et fulmen malus fractus, aliaque inſtrumenta damnum perceperint, exiſtimat, ſed non per modum Hauariae. Excipit etiam a regula communi caſum iſtum, ſi fractus malus vna cum corbe et antenna naui adhuc ita adhaereat, vt vitandi impedimenti et periculi vlterioris ergo, rudentes, aliaque armamenta caedi neceſſe ſit, ac tum non tantum cum antenna, omnia etiam adhaerentia in contributionem venire, aeſtimationemque partis mali fracti, vt et reſidui in naue, partite fieri poſſe, eo ſub pretio, quo venire poteſt, non maiori, ſcribit. Leges nauales Rhodiorum *cap. 35. 43. et 44.* ſine diſtinctione antennarum cornua, arbores nauis, gubernacula, anchoras, ſcaphas fractas in contributionem venire ſtatuunt, ſed eisdem iure ciuili, variisque aliis maritimis legibus et ſtatutis hodie eſt derogatum.

Ad articul. III.

Articulus hic bimembris eſt, ac primo ſtatuit, quod aeſtimatio nauis ſub certo pretio, quo eam retinere velit, a nauclero fieri debeat, relicta tamen optione mercatoribus, vtrum eodem pretio illam ſibi habere, aut nauclero relinquere velint. Deinde, quod naulum quoque naucleri tam de bonis iactis, quam ſeruatis in tributum venire debeat. Vtrumque iuris pariter eſt et aequitatis, ac verbotenus congruit cum *iure Lubec. l. 6. tit. 2. art. 3.* et *iure Pruthenico l. 4. tit. 19. art. 2. ſſ. 2.* in ſumma rei autem etiam cum *Statutis Hamburgenſ. part. 2. tit. 16. artic. 2.* nec minus iure Wisbycenſi et Carolino, per ea, quae ad *artic. 1.* ſupra ſunt notata. QVINTINVS WEITSIVS *tractat. de Auaria pag. 464.* communiter in vſu eſſe ſcribit, in Auaria groſſa, quod in naucleri arbitrio ſit, pretium nauis ſuae communi contributioni ſubiicere, aut naulum totius itineris, ac tum mercatoribus optionem relinqui, ſi forte nauclerus nauim ſuam ni-

mis

mis vili pretio aeſtimauerit, illam eodem pretio ſibi addicere, idque ſpatio ſex horarum, eoque elapſo, mercatores optionem vlterius non habere. Spatium vero ſex horarum currere ab eo tempore, quo mercatores ad locum, vbi nauis conſiſtit, illam videndi, eiusque pretium examinandi ergo venerunt, idque ſpatium vocari tempus vtile. Improbat autem idem Weitſius morem hunc, eo quod hac ratione tertius, nimirum exercitores, inuiti et inſcii bonis ſuis priuentur, atque exinde dicit, quotidie in vſu eſſe, aequo pretio valorem dimidiae nauis, et dimidii nauli aeſtimari: quamuis tamen rationis ſit et aequitatis, pretium totius nauis, vna cum toto naulo iſtius itineris, in contributionem venire, eo quod vtrumque ſit ſeruatum per iactum: ita ſcilicet, ſi nauclero quaedam mercimonia loco nauli relinquantur, ratione quorum contribuere non teneatur, ſed eorum tantum, pro quibus naulum accipit. Hoc ipſo etiam putat nauclerum motum iri, vt tanto plus curae et ſtudii impendat, nec tam facile ad iactum procedat. Vtut autem hoc non ineptum foret, ſtandum tamen hac in parte eſt diſpoſitioni iuris Hanſeatici maritimi, quae etiam adhuc hodie ita obſeruatur.

Ad articul. IV.

De hoc caſu *l. 2. §. ſi 3. ff. ad l. Rhod. de iact.* ita ſancitur. *Si nauis a piratis redemta ſit, Seruius, Ofilius, Labeo, omnes conferre debere aiunt: quod vero praedones abſtulerint, eum perdere, cuius fuerit, nec conferendum ei, qui ſuas merces redemit.* Et §. 4. *Portio autem pro aeſtimatione rerum, quae ſaluae ſunt, et earum, quae amiſſae ſunt, praeſtari ſolet: nec ad rem pertinet, ſi ea, quae amiſſa ſunt, pluris veniri poterant; quoniam detrimenti, non lucri, ſit praeſtatio; ſed in iis rebus, quarum nomine conferendum eſt, aeſtimatio debeat haberi, non quanti emtae ſint, ſed quanti veniri poſſunt*, vti iam ſupra ad *artic. 1* dictum eſt. Patet, diſtinguendum eſſe, vtrum piratae vel praedones aliquid ex naui abſtulerint, an vero totam nauim cum mercibus abduxerint, atque nauclerus, vel quiſpiam alius ab illis redemerit. Priori caſu contributio locum non habet, quia damnum hoc non eſt voluntarium, ſed caſui fortuito adſcribendum, quo dato, ſuum quemque ſequitur detrimentum, *gl. ad d. l.* Poſteriori caſu contributio vrgeri poteſt *Statut. Hamburg. part. 2. tit. 19. art. 1.* Nam etſi

Digitized by Google

etſi propter iacturam mercium tantum collatio proprie fieri debeat, hic vero nullus iactus interceſſerit; tamen etiam extenſione aliqua, eo in caſu, vbi quid aliis modis ſeruandae nauis et mercium gratia fit (impropria quaſi Hauaria) etiam contributionem locum habere iurisconſultis placuit. QVINTINVS WEITS aliam adhuc diſtinctionem tradit: Aut enim, ſcribit, pirata propria autoritate merces, nullo habito reſpectu, ad quem pertineant, aut vbi poſitae ſint, aufert, aut nauclerus piratam inducit, vt in ſpecie has vel illas merces capiat, reliquas vero intactas relinquat. Illo caſu, per eamdem ſupra dictam rationem contributionem locum habere negat: hoc adfirmat, omniaque in groſſam Hauariam venire debere cenſet, quia omnes reliquae merces hac ratione ſunt ſeruatae, et praeſumendum eſt, nauclerum minus damnum mercatoris ad auertendum maius elegiſſe, nec minus, quia merces, in parte nauis ſuperiore collocatae, magis tali rapinae ſunt obnoxiae, quemadmodum, quae in imo nauis poſitae ſunt, effluxioni ſunt ſubiectae, aliisque pluribus infortuniis, propter onus impoſitum; effluxio autem in contributionem non venit, ſed quemlibet ſuum damnum ſufferre oportet, id quod etiam in rapina obtinet, idque tanto magis, quia merces in ſuperiori nauis parte collocatae diuerſas etiam habent praeferentias, ac inter alias, quod prius ex naui tolli, vendi et diſtrahi poſſint, quum reliquas aliquando diu adhuc in naui, magno cum damno mercatorum, iacere oporteat. Ius Danicum *cap. 50.* tertiam inſuper adducit diſtinctionem: Aut enim, dicit, pirata ex naui aliqua depromit bona incompacta, vtpote triticum, ſiliginem, auenam, ſal, vinum, cereuiſiam et ſimilia; Aut alias precioſas et compactas merces, vtpote ceram, cuprum, merces inſtitorias, &c. Illo caſu bona reliqua in naui, non vero nauis ipſa, contribuere tenentur: hoc contributio penitus ceſſat: Vtut ſit, illud vtique firmum manet, quod naue a piratis redemta contribuendum, ac nauclerus quoque, ſi is pro certa pecuniae ſumma promiſſa captiuus remanſerit, communibus impenſis, pro rata aeſtimationis, non tantum mercium, ſed et ipſius nauis, liberandus ſit, in tantum, vt nec ab hac contributione pecunia numerata immunis eſſe poſſit, quia vel haec ipſa pecunia nauclerum induxiſſe et mouiſſe potuit, vt tanto carius nauim redimeret. Et quamuis *cap. 9. legum nau. Rhod.* ablata ab hoſtibus, piratis vel latronibus, contributione ſarcienda eſſe ſtatua-

ſtatuatur, hac tamen in parte iuri huic, per hunc articulum, tum et iuri ciuili derogatum eſt, quibus correſpondet, praeter allegatum Weitſium, *ius Lubecenſe lib. 6. titul. 5. artic. 1.* et *ius Pruthenicum l. 4. titul. 19. artic. 5. §. 1.* Hoc tamen non obſtante inuenio, in ſimili plane caſu, inter ciuem quemdam, Eduardum Proit, et Hollandum, Stephanum Decker, anno 1629. die 20. Septembris Gedani contra articulum hunc pronunciatum eſſe, vbi tamen dictionem illam Weitſii ſupra allegatam, eiusque poſterius membrum in conſiderationem veniſſe puto. Sed, *quid ſi piratis ablata in mari bona per alias naues bellicas iterum ſumtibus propriis intercipiantur?* Eo in caſu *iure Lubecenſ. l. 6. titul. 5. artic. 2. et Pruthen. l. 4. titul. 19. artic. 5. §. 2.* ſtatuitur, quod medietas bonorum intercipientium ſit, altera vero medietas Domino reſtitui debeat: Si vero ciuitatis naues bellicae in mari commorantes ablata a piratis bona receperint, tum domino eorum omnia reſtituenda ſint. Atque haec ad titulum hunc dicta ſufficiant. Quum autem plura ſint alia circa hanc materiam obſeruatione digna, operae pretium erit, etiam illa paucis delibare, ac primo quidem, praeter ſupra dicta, quid circa iactum obſeruandum ſit? deinde etiam plures caſus, in quibus contributio locum habeat, vel non habeat, breuiter recenſere.

Requiruntur autem circa iactum 1. vt prius eiiciantur merces maioris ponderis, et minoris pretii, iuxta *ius maritimum Philipp. II. Hiſpan. Reg. titul. de naufrag. artic. 5.* dummodo id poſſibile ſit, et ſubito ingruens tempeſtas moram huic ſelectioni concedat. Secundo iudicanda etiam ſunt mature bona ciſtis incluſa, antequam ciſtarum iactura fiat, alioquin ſola ſpecies ciſtarum extrinſeca, non vero bona in eisdem recondita in aeſtimationem venient. *Iur Wisbycenſ. artic. 38. Philipp. II. ibid.* Tertio ex communiore ICtorum opinione res propriae potius, quam alienae, in quibus nil iuris habemus, iaciendae ſunt; quod tamen mihi valde paradoxum eſt, quia charitas incipit a ſe ipſa, nemoque proximum ſuum plus, quam ſe, ne quidem iure diuino, diligere tenetur. Accedit, quod ICtus Vlpianus *l. 14. ff. de praeſcript. verb.* ſcribat, eum, qui ſeruandarum mercium ſuarum cauſſa alienas merces in mare proiecit, nulla actione, ſed tantum ſi ſine cauſſa feciſſet, in factum; ſi dolo, de dolo teneri. Nec tamen video, cur ſuis potius, quam alienis quisquam bonis, vbi

Digitized by Google

iactu opus eſt, parcere debeat; quum ſi vel propria prae alienis in mare proiiciat, contributione damnum illi reſarciri oporteat, ſi ſcilicet nauis ſalua in portum deuenerit; ſi vero pereat, ſiue ſua ſiue aliorum bona iacta fuerint, perinde ſit. Ne quid dicam, quod ſaepius ex ore peritiſſimorum et praecellentium mercatorum percepetim, ſemper in contributionibus nauticis illorum, qui plurima perdiderunt, potiorem eſſe conditionem, illorum vero longe deteriorem, qui multa ſeruarunt; quod vtrum ita ſe habeat, Mercurii filii iudicabunt. Ea fine ratio, quum dicitur, in rebus alienis quempiam nihil iuris habere, vbi de iactu res eſt, nullius eſt momenti, quum, ex eiusdem iuris praeſcripto, etiam rei propriae prodigi eſſe vetemur, quod quidem ſi etiam in caſu neceſſitatis ſtricte obſeruandum foret, omnis iactus plane damnandus nauclerique hoc remedio nauim vix vnquam ſeruare poſſent, quum vt plurimum alienas, non proprias merces vehant. Denique et hoc notandum venit, quod res iactae domini maneant, nec apprehendentis fiant, quia pro derelictis non habentur *l. 2. §. fin. et l. 8. ad l. Rhod. de iact.* de quo infra plenius.

Non vero abs re erit, his praemiſſis etiam reliquos caſus, in quibus contributio locum habet, quorum tamen in hoc titulo nulla fit mentio, adducere, et primo quidem, de iure ciuili etiam gemmae, margaritae, et quibus nauis non oneratur, ſub quibus etiam pecunia numerata et nummi continentur, iacturam praeſtare tenentur *l. 2. ſ. cum in eadem ff. ad l. Rhod. de iactu;* quamuis nullam idoneam rationem ibi allegari videam, cur placuerit, omnes, quorum interfuerat, iacturam fieri, conferre oportere, niſi hanc, quia id tributum obſeruatae (legendum, *ob ſeruatas* vel *conſeruatae*, aut etiam *ſeruatae*) res deberent, *d. l. verſ. placuit*, id quod autem meram petitionem principii olet. De pecunia diſceptationem quondam fuiſſe Antverpiae, an contributioni eſſet obnoxia, ac contra commumem modo allatam opinionem a rege Hiſpaniarum pronunciatum eſſe, memorat QVINTILIANVS WEITS, idque ob ſequentes rationes. 1. Quia pecunia nauim non deferit. 2. Quia de pecunia naulum non datur, aut ſi quid nauclero eo nomine datum ſit, pro cuſtodia datum eſſe intelligitur. 3. Quia de pecunia portorium, ſiue Telonium, non ſoluitur, ſi ſcilicet ſignata ſit (non ſignata autem Telonium pen-

dit)

Digitized by Google

dit) idque ex illa regula: *Quae non pendunt portorium; ea nec in contributionem veniunt.* Denique quia ex pecunia naui illata nullum damnum vel detrimentum naui accidere queat, dum ſi fortunae aduerſitate iactus aut damnum contingat, nauclerus memoratam pecuniam, minimo cum diſpendio, in reparationem nauis et mercimoniorum conferre, et expendere, nauimque, in tempeſtate fluctibus quaſſatam, iterum inſtruere, ſimul et bona ac mercimonia in ordinem redigere, atque iisdem conuenienter proſpicere poſſit; vnde merito, naui et bonis hoc medio ſeruatis (quae alioquin in aliis, quam ad quae deſtinabantur, locis, vili pretio vendi oportuiſſet) ratio poſtulat, praedicta mercimonia et nauem (quae etiam exinde foenus nauticum contrahere non neceſſe habuit) praedictamque pecuniam a contributione liberam relinqui. Etſi vero haec ipſa ſpecioſa eſſe videantur, nihilominus WEITSIVS concludit, pecuniam etiam in tributum venire, quia circa iactum ſeruata eſt, naulum ſoluit, eoque nomine literae monitoriae, vulgo *cognoſcementem*, dantur per modum cambii, ne euectio pecuniae extra prouinciam pateſiat. Cauſſam autem veriſſimam, ob quam in vſu olim fuerit, pecuniam non contribuere, hanc adducit Weitſius, quia non licuit ex Hiſpania et Luſitania pecuniam exportare, ſub poena confiſcationis, ac inſuper alia corporali, eaque graui in delinquentes conſtituta. Et quamuis hoc non obſtante mercator pecuniam clanculum exportaret; ideo arbitri, ad computandam Hauariam ordinati, nullam pecuniam in conſignationem mercium retulerunt, ne per hoc transgreſſio legum pateſieret, mercatorque poenam ſupra dictam incurreret. In legibus naualibus Rhodiorum *c. 31.* „pecuniam conſeruatam quintas ſoluere debere ſancitur, et *cap. 30.* „praecedenti ſtatuitur, etiam naue diſſoluta, ea, quae de naui et mer„cibus ſalua ſunt, contribuere teneri, aurum vero ſuum mercatorem, „ſolutis decimis, ſecum ferre poſſe: At ſi nullo nauis inſtrumento prae„tenſo ſolus euaſerit, naulum dimidium ex inſtrumentorum formula „praeſtare: ſin euaſerit, arrepto quodam nauis inſtrumento, quintas „inferre debere. Fuſius itidem *cap. 40.* dicitur: Si nauim acciderit „naufragium pati, ſalua tam mercium, quam nauis parte, ſiquidem „vectores aurum vel argentum, vel holoſerica, vel vniones, vel magni „pretii lapillos ſecum portant, aurum conſeruatum decimas praeſtet, „argentum quintas pendat: holoſerica vero, ſi abſque madefactione

 con-

Digitized by Google

„conſeruata fuerint, decimas ſoluant, velut auro paria: Sin madefi-„ant, detrimentum et madefactio detrahatur, atque in collationem „veniant. Vniones autem prout aeſtimati fuerint, onus auri exae-„quantis, nauis exitium compenſent. Verum hodiernis legibus haec ſunt abrogata, cum naui ſubmerſa contributio deſinat, et cuilibet ſua, tamquam ex incendio ſeruare, ſibique retinere liceat, per *l. 7. ff. ad l. Rhod. de iact.* Ius Wisbycenſe *art. 38.* non tantum vult, quod qui pecuniam in ciſta reconditam habet, tempore iactus eam patefacere debeat, alioquin nil niſi pretium ciſtae in aeſtimationem et collationem venire, (id quod etiam iuri maritimo *Philipp. II. Hiſpan. regis tit. de naufrag. artic. 5.* conſentaneum eſt) ſed et, ſi quis pecuniam ex ciſta, in naui exiſtenti, depromat, et crumenae ſuae ingeſtam ad ſe recipiat, nihil eo nomine contibuere teneatur. Statuta vero Hamburgenſia *part. 2. tit. 16. art. 3.* reiecta omni diſtinctione, ſiue is, qui pecuniam in ciſta habet, id indicauerit, ſiue ſecus, in Hauariam venire cenſent.

Secundo etiam veſtimenta in tributum veniunt *l. 2. §. 2. verſ. itidem agitatum ff. ad l. Rhod. de iact.* vbi dicitur: *Itidem agitatum eſt, an et veſtimentorum cuiusque et annulorum aeſtimatio fieri oporteat? Et omnium viſum eſt, niſi ſi qua conſumendi cauſſa impoſita forent;* Id quod tamen ex communi ICtorum interpretatione, non de veſtimentis quotidianis, vſui corporis ſeruientibus, ſed quae vel vendendi cauſſa circumferuntur, vel etiam de ſuperfluis, et ad ornatum aut etiam luxum ſeruientibus intelligendum eſt. PECKIVS et ad eum VINN. *p. 214.* diſpoſitionem *art. 7. iur. mar. Philipp. tit. de naufrag.* allegat, vigore cuius ea veſtimenta, quibus quisque eſt indutus, et in corpore geſtat, in contributionem non veniunt.

Tertio etiam ipſa nauis et dominus nauis contribuere tenentur, in Hauaria groſſa. Ita enim *d. l. 2. §. 2. verſ. itaque dominum ff. eod.* his verbis ſancitur: *Itaque dominum etiam nauis pro portione obligatum eſſe.* Conſentit *ius maritimum Hanſeaticum hoc tit. art. 1.* vti iam ſupra dictum. Sed quid de *nautis* ſtatuendum, *num etiam hi ad contributionem compellendi?* WEITSIVS *pag. 464.* binos caſus refert, quibus etiam nautae contribuere tenentur. 1. Si in naui plus habeant, quam quod vnius vaſis naulum importat. 2. Si vectibilia ipſorum longe excedant taxam nautis in iure determinatam, tum enim illos pro mercatoribus

Digitized by Google

catoribus haberi. In primo tamen caſu hanc exceptionem addit, niſi iactus tempore, et tempeſtate durante ſtrenue et cordate ſe geſſerint, qua in parte naucleri teſtimonio ſtari ſoleat, quamuis id ex liberalitate potius, quam ſtricto iure ita apud mercatores receptum eſſe cenſeat, quum vt bene ſe gerant, debitum officii eorum requirat, immo et ipſorum interſit. In altero vero adhuc contributionem receptam eſſe, aequitatis eſt, idque in *Iure Lubec. l. 6. tit. 2. art. 2. et Stat. Hamburg. part. 2. tit. 16. art. 7.* ſimiliter diſponitur.

Quarto de ſcaphis, quibus naues onuſtae leuantur, nunc diſpiciendum ſequitur, de quibus ICtus Calliſtratus *l. 4. in princ. ad l. Rhod. de iact.* ita diſtinguit. Si nauis onuſtae leuandae cauſſa quaedam merces in ſcapham traiectae ſint, illaque ſcapha ſubmerſa fuerit, tum ab iis, qui res ſuas ſaluas in naui habent, contributione, aeque ac ſi iactura facta eſſet, damnum farciendum eſſe: ſi vero ſcapha cum parte mercium ſalua fuerit, et nauis perierit, tum contributionem ceſſare, quia iactus in tributum, naue ſalua, (non ſubmerſa) venit. Idem *Iur. Danic. cap. 70.* et *Statut. Hamb. part. 2. tit. 16. art. 9.* ſancitur. Weitſius prius membrum tum maxime in aequitate conſiſtere ſcribit, ſi exoneratio nauis et traiectio mercium in ſcapham facta non ſit inuitis et contradicentibus mercatoribus, iuſto etiam tempore, et in nauim idoneam, alioquin nauicularium ex locato teneri per *l. 13. loc.* Deinde etiam hanc limitationem addit, quod merces tantum ſcaphae illatae in contributionem veniant, non vero ipſa ſcapha, cuius damnum dominus nauis praeſtare teneatur. Poſterius membrum ita limitat, quod etſi nauis, cuius leuandae gratia merces quaedam iactae ſunt, perierit; merces tamen ſeruatae conferre teneantur his, qui iactu merces ſuas amiſerunt, quia hac intentione iactae ſunt, vt nauis et reliquae merces ſeruarentur, et niſi iactae fuiſſent, dominus earum forte perinde atque alii ſuas merces ſeruare, easque ſiue totas, ſiue ex parte, ſiccas, vel madidas recuperare potuiſſet, qua facultate per iactum excidit, idque quotidie in vſu eſſe adſerit. Sed *quid ſi ſcapha, mercibus quibusdam onerata, dum ad nauim, extra portum iam in mari conſiſtentem, et itineri faciundo intentam, illas deferre vult, mergatur et pereat, an et tunc locum habebit contributio?* exercuit haec quaeſtio ante quadriennium circiter ingenia quorumdam huius ciuitatis, cuius deciſio vero, ex requiſitione partium, Amb-

 ſtelo-

Digitized by Google

ſtelodamum, quorſum nauis illa tendebat, remiſſa, ibique adfirmatiue pronunciatum fuit, ex hac potiſſimum, vti fama tulit, ratione, quod portus huius ciuitatis conditio talis ſit, vt non niſi ſcapharum adminiculo naues, ſiue venientes, ſiue abeuntes, onerari vel exonerari poſſint. Diſplicuit aliis ſententia haec, et ſi ad naturam iactus et contributionis, eiusque originem et cauſſam quaeſtio haec examinaretur, negatiua iuribus maritimis (ſolis Rhodiis exceptis) verior eſſe et conuenientior viſa eſt. Nam cum omnis contributio vel Hauaria ex iactu, vel ob iactum debeatur, quomodo hoc in caſu contributio exigi poteſt, vbi nullus iactus, immo ne quidem vlla communio mercium cum naui praeceſſit? An vero etiam ea, quae carinam ſeu fundum nauis non onerauerunt, adeoque nec in mare proiecta ſunt, nec proiici potuerunt, multo minus iactu hoc alias merces ſeruarunt, in communionem aliquam nauis, et aliarum in eadem contentarum mercium veniſſe, cenſeri poſſunt? Vtique ita quotidie in Hollandia etiam vſu venire ſolet, vt, ſi merces nauibus, quae in Italiam et ſimiles regiones tendunt, ad inſulam Texelam ſtationem habentibus, ſcaphis inferantur, illae autem cum mercibus pereant, Hauariae locus non ſit, quia nimirum nulla adhuc mercium, in ſcapha contentarum, cum mercibus in naui repoſitis, vel etiam naui ipſa, fuit communio, taliterque ante aliquot annos hic Gedani inter Cornelium Petrum Los et eiusdem exercitores pronunciatum eſſe memini. Hoc quidem in comperto habeo, quod ad creberrimam ſcaphariorum huius ciuitatis inſtantiam communi ordinum ſtatuto concluſum ſit, vt, ſi quod damnum ſcaphis eorum circa transuectionem mercium in nauim vel ex naui contigerit, id communi contributione ſanciri debeat; illud vero vtrum extenſione nimia, vltra intentionem ſtatuti, ad merces in ſcapha contentas trahendum ſit, in ambiguo eſt, quippe quod a ſolis ſcaphariis ratione ſcapharum, non mercatoribus, ratione mercimoniorum, multis precibus, et quidem contra communem iuris maritimi regulam impetratum, ac idcirco ad conſequentias producendum non eſt *l. 14. ff. de LL.* Quod ſi etiam ipſa verba *d. l. 4. ad l. Rhod. de iact.* inſpiciantur, illa tum demum contributionem locum habere volunt, quando nauis onuſtae leuandae cauſſa quaedam merces in ſcapham traiectae ſubmerſae fuerint. Vnde ex aduerſo alia neceſſe eſt vt ſit ratio

earum

earum mercium, quibus nauis onerari quidem debuit, ſed, caſu fortuito interueniente, onerata non eſt. Neque enim ICti, ſi hic idem, quod in priori caſu, obtinere voluiſſent, adeo ſocordes fuiſſent, vt ne quidem hac in parte mentem ſuam diſtinctius aperirent. Hinc nec illa ex incommoditate portus deſumta ratio quidquam facere ab iisdem cenſetur, quia omnes ſcaphae ob talem incommoditatem adhibentur, et ſi illa ratio idonea eſſet, omnes indiſtincte merces, e naui leuatae, naue ſiue perdita ſiue ſalua, in contributionem venire neceſſe foret, quod tamen per *d. l. 4.* ſecus ſe habet. Sed de his cuilibet ſua placeat ſententia. Quod ad noſtram hanc ciuitatem attinet, inuenio anno 1606. die 19. Octobris inter Ioannem Grefen nauclerum, et Erneſtum Gertſen Embdanum pronunciatum eſſe, quod ſcapha vna cum naue pereunte, etiamſi ex naui res aliquae ſeruatae fuerint, ſcaphario aduerſus nauclerum non competat actio. Quemadmodum etiam in caſu ſupradicto inter Ohnum Meinerts et Iacobum Iacobſons Frieſe contra Theodoricum Braſſer et conſortes, die 22. anno 1633. iudicatum eſt, quod ſcapha, quae merces naui extra portum in mari conſiſtenti intulerat, aſt vi tempeſtatis perierat, in groſſam Hauariam venire deberet, cum refuſione expenſarum.

„Quinto de iure ciuili quoque, ſi nauis, intempeſtate iactu mer„cium vnius mercatoris leuata, in loco alio poſtea ſubmerſa, et ali„quorum mercatorum bona per vrinatores, data mercede, extracta „fuerint; tum illae extractae merces, propter merces alibi iactas, „contribuere tenentur: non vero contra is, qui iactum fecit, ſi quae„dam ex his mercibus, ſubmerſa naui, per vrinatores extractae fue„rint, contributione onerandus eſt, quia nimirum horum merces non „poſſunt videri ſeruandae nauis cauſſa iactae eſſe, quae periit„ *l. 4. §. 1. ff. ad l. Rhod. de iact. Paul. 2. ſentent. c. 7.* Vrinatores vero qui ſint, non attinet, multis dicere, quum nemo neſcit, illos ſub aqua corpora mergere, et inde, quidquid inuenire poſſunt, expiſcari et eruere, ac de hiſce intelligenda ſunt ea, quae de piſcatione mercium in iure Wisbycenſi aliisque frequenter occurrunt. Hi enim, vt MANIL. *l. 5.* canit, ſunt

Corpora qui mergunt vndis, ipſumque ſub antris
Nerea et equoreas conantur viſere Nymphas:
Exportantque maris praedas, et rapta profundo

Nau-

Nauſragia, atque imas auidi ſcrutantur arenas.
Vel qui, cum Phoceo, poſſunt
- - - animam ſeruare ſub vndis,
Scrutarique fretum, ſi quid merſiſſet arenis.

LVCAN. *l. 3.* Merces eorum, qualis fuerit, ex *cap. 47. legum naualium Rhodiarum* patet, cuius haec ſunt verba: „Si aurum vel argen„tum, vel aliud quidpiam ex profundo ſurſum latum fuerit a cu„bis octo, tertiam partem accipiat is, qui conſeruat, propter pe„riculum profunditatis„. Caeterum apud Romanos idem olim fuit piſcatorum et vrinatorum collegium, ſiue corpus, ac ſe in hac arte piſcatores exercuiſſe veriſimile eſt. Inſcriptiones id teſtantur. FL. ANNIO ANNEO. LEMONIA. FORTVNATO. PISCAT. VRINATORI apud GRVTER. *inſcript. pag. CCCLIV. Et pag. CCCXCI.* TI. CLAVDIO. ESQVIL. SEVERO. DECVRIALI. LECTORI. PATRONO. CORPORIS PISCATORVM ET VRINATOR.

Sexto, ſimiliter ſi per iactum res in naui manentes deteriores factae ſint, etſi videatur is, ad quem res illae pertinent, duplici damno onerari, et collationis, et quod deteriores factae ſunt, nihilominus conferre debet, aſt pretio rerum praeſente, verbi gratia, ſi vicenum merces duorum fuerunt, et alterius adſpergine decem eſſe coeperunt, ille, cuius res integrae ſunt, pro viginti confert, hic pro decem. Alii diſtinguunt, vtrum propter iactum nudatis (omnino legendum *vdatis*) rebus, damnum ſecutum ſit, an vero ex alia cauſſa, veluti, quod alicubi iacebant merces in aliquo angulo, et vnda penetrauit, tunc enim conferre debebit: An ex priore cauſſa collationis onus pati non debet, quia iactus etiam tunc laeſit. Quin potius etiam ei contribuendum eſt. Quid enim intereſt, iactatas res meas amiſerim, an nudatas (vdatas) deteriores habere coeperim? Aequum itaque, vt ſicut ei, qui perdidit, ſubuenitur, ita etiam ei ſubueniatur, qui deteriores iactura res habere coepit *l. 4. ſ. cum autem iactus ff. ad l. Rhod. de iact.* Vnde regula haec a Weitſio, aliiſque generaliter traditur: Damnum, quod naui et bonis ad auertendum maius malum infertur, in contributionem venire, verbi gratia, ſi merces adſpergine propter iactum deteriores factae ſunt. Limitationem tamen regulae Calliſtratus *d. l.* 4. hanc adfert, quod ſi plus in damno erit, quam in collatione, vtrumque onus pati non debeat. E. g. Si mercator

cator damno non dato debeat conferre 10. aureos, damnum vero aſperginis ſit duorum aureorum, hic plus eſt in collatione, quam in damno, et exinde deductis illis duobus aureis debebit octo conferre: Si vero damnum ſit 10. aureorum, collatio duorum, hic quia plus eſt in damno, quam in collatione, ad collationem cogi non poteſt, ſed ei potius conferendum propter damnum, ipſi datum, aliarum rerum conſeruandarum gratia *d. l. 4.* et *Stat. Hamburg. part. 2. tit. 16. art. 4. et 5.*

Septimo, praeter caſus, ex iure ciuili recenſitos, iuxta Weitſium contribuendum eſt, ſi ſcapha a nauclero in tempeſtate refecta fuerit, dummodo illa commode in nauim recipi potuerit, ſecus, ſi fori nauis ita aliis mercibus repleti fuerint, vt nullus ibidem ſcaphae commodus locus remanſerit. Tunc enim quia plus lucratur, et per ſuam auaritiam cauſſam damni dedit, merito illud ſolus fert. WEITS. *tract. de auaria pag. 461.* Ius quidem nauale Rhodiorum *c. 43. et 44.* indiſtincte ſcaphas in contributionem venire vult, aſt, vti ſupra dictum, id hodie obſeruari deſiit.

Octauo, ſi nauis, ex Hiſpania vel aliunde veniens, plenum onus non ferat, et in ſtatione aliqua regni Angliae pluribus mercibus nauim oneret, illae vero poſtmodum, neceſſitate cogente, in mare iactae fuerint, tunc merces Hiſpanicae contribuere tenentur, niſi magiſter nauis inuitis prioribus mercatoribus, ac de damno extra curſum et viam ordinariam dato proteſtantibus, id fecerit, inter ipſos etiam et nauclerum ita conuenerit, ne plus mercium reciperet, de quo plenius tractat idem WEITSIVS *pag. 465.*

Nono, ſi vero mercator quispiam totam nauim conduxerit, et confecto eo nomine inſtrumento, onerauerit, nauclerus autem nihilominus ſarcinas quasdam naui intulerit, easque in foris ſiue conſtrato nauis collocauerit, poſtea autem tempeſtate coactus, easdem iecerit, conductor nauis nihilominus ad contributionem compellitur, quia nimirum merces eius per harum ſarcinarum iacturam ſaluae manſerunt, reconuentio tamen contribuenti datur aduerſus nauclerum, quod pacto non ſteterit, qui etſi aliquid in naui facere poſſit, praeter id, quod literis nauticis non eſt expreſſum, id tamen ſine praeiudicio et damno alterius fieri neceſſe eſt, WEITS. *pag. 465.* Ius nauale Rhodiorum *cap. 22.* vult, quod nauclerus, vbi mercator totam nauim ſecundum conuentiones inſtrumentorum onerauerit, nil ſecum praeter

 aquam.

Digitized by Google

aquam, commeatus et funes, quorum in nauibus vſus eſt, ferre poſſit; Si vero alias merces poſtea inferre voluerit, nauisque ipſa earum capax fuerit, id ei liceat: Sin autem mercator coram tribus teſtibus nauclero et nautis ſemet opponat, iactusque ſecutus fuerit, damno exercitoris ſit: Sin mercator haud prohibuerit, in contributionem veniant. Atque eo etiam tendit *Ius Lubecenſ. l. 6. tit. 2. art. 7.* niſi quod ibidem magiſtratui hoc in caſu aduerſus nauclerum etiam poena reſeruetur, quod omnino conforme eſt iuri Hanſeatico maritimo *tit. 3. art. 2.* et quae ad illum commentati ſumus.

Decimo, corpora hominum libera nullam recipere aeſtimationem, iam ſupra dictum eſt, aequitatis tamen et, humanitatis ratio poſtulat, vt ſi quis nautarum in conflictu cum piratis in corpore laeſus fuerit, is non tantum ſanetur, ſed et, ſi victum amplius quaerere exinde non poſſit, honeſte ſuſtentetur, idque communi contributione nauis et mercium praeſtetur, de quo infra *tit. 14. art. 3.* plura commentabimur.

Vndecimo, ex diſpoſitione Statutorum Hamburg. *part. 2. tit. 14. art. 35.* quidquid, naue ſcilicet per nauclerum et nautas antea bene picata, obturata et conſtipata, per tempeſtatem eiusque vim in naui corruptum, adſpergine, vel influxu aquae, in primis in ima nauis parte deterioratum et imminutum fuerit, in contributionem venit, id quod etiam ad ſalis effluxum et deceſſionem ibidem extenditur.

Duodecimo, quum iuxta ea, quae ad *tit. 3. artic. 18.* ſupra dicta ſunt, nauclero incumbat, vt de bono gubernatore et exploratore vadorum ſibi ſub poena marcae puri auri prouideat; vtique omnino aequum eſt, iuxta *Statut. Hamb. part. 2. tit. 16. artic. 10.* etiam hanc pecuniam, in homines hoſce ſpecialiter erogatam, in contributionem venire.

Decimo tertio, ſi durante iactu fluctus maris ita in nauim impellant, vt ex ora nauis ſarcinam mercium in mare abripiant, contributione damnum ſarciendum eſt, non ſecus, atque ſi merces hae a nautis vel mercatoribus iactae fuiſſent. *Statut. Hamb. part. 2. tit. 16. art. 5.*

Decimo quarto, Ammiralitate ſiue ſocietate nauali rite inita, quodcumque damnum, ſiue culpa ſociorum propria, ab hoſtibus vel piratis

piratis alicui illatum fuerit, id communi, ſeu groſſa, vt vocant, Hauaria ex nauibus bonisque omnibus ſarciri debet; et quidem ita, vt ſcilicet adpellatione damni etiam veniant puluis tormentarius, cum globis, cura et ſanatio eorum, qui in pugna debilitati ſunt, et ſi incurabiles ſint, ipſorum alimentatio ad dies vitae. Quod vt eo commodius fiat, principio ſtatim Ammiralitatis inſtitutae, naues et bona certo pretio aeſtimantur, teſte GROTIO *introd. iuriſpr. Holland. part. 22. p. 151. b.*

Decimo quinto, ſi naui cum mercibus ſubſidente periculum ſubſit, ne mergatur, et idcirco ſcapha adhibeatur, qua merces leuatae in portum deferantur, ſumtus hi in communem contributionem veniunt, dummodo, ſi id abſente mercatore contingat, nauclerusque illo forte requirente, cum duobus nautis iuret, vrgente periculo et metu, ne nauis mergeretur, eos factos eſſe. *Ius Wisbycen. art. 55.* Id quod *iur. marit. Philipp. II. tit. de naufr. art. 10.* etiam ad eum caſum, ſi forte tales merces in ſcapha ob periculum, vel nimiam onerationem corrumpantur, vel etiam pereant, extenditur. Supereſt, vt quae in contributionem non veniant, videamus.

Ac primo quidem de iure ciuili cibaria, quae conſumendi cauſſa impoſita ſunt, in tributum non veniunt, quia ſi quando ea deficerent in nauigationem, quod quisque haberet, in commune conferret *l. 2. §. 2. ad l. Rhod. de iact. Stat. Hamburg. part. 2. tit. 16. art. 2.*

Secundo, ſeruorum, qui in naui perierunt, non magis aeſtimatio facienda eſt, quam ſi aegri in naui deceſſerint, aut aliqui ſeſe praecipitauerint *l. 2. §. 5. eod.* Perit enim ſeruus ſuo domino, nec ideo periit, quod in mare leuandae nauis cauſſa proiectus fuerit, atque ita res aliorum ſeruauerit, ſed quod dies fatalis vitae, Deo ita volente, adfuerit, vel ipſemet, taedio vitae, in proprium corpus saeuiendo, ſibi ipſi mortem conſciuerit, quae omnia hic in conſiderationem non veniunt.

Tertio, ſi res, quae iactae ſunt, *adparuerint*, (hoc eſt, receptae fuerint) *exoneratur*, hoc eſt, diminuitur et leuior fit, etſi non omnino tollitur PECK. *ad hunc §. p. 237.* collatio. Quod ſi iam contributio facta ſit, tunc ii, qui ſoluerunt, agent ex locato cum magiſtro, vt is ex conducto experiatur, et, quod exegerit, reddat *l. 2.*

 §. 7.

Digitized by Google

§. 7. ff. ad l. Rhod. de iact. Conſentiunt *Statut. Hamburg. part. 2. tit. 16. art. 6.*

Quarto, amiſſae nauis damnum collationis conſortio non ſarcitur per eos, qui merces ſuas ex naufragio liberarunt. Nam huius aequitatem tunc admitti placuit, quum iactus remedio caeteris in communi periculo, ſalua naue, conſultum eſt *l. 5. eod.* Et Paullus ICtus: Quum depreſſa nauis, aut deiecta eſſet, id quod quisque ex eo ſuum ſeruaſſet, ſibi ſeruare, reſpondit, tamquam ex incendio *l. 7. eod.* Ex quibus etiam conſequitur, nauem, vt iactu leuatur, ſi tamen perierit, in contributionem non venire. Ius nauale Rhodiorum e contrario *cap. 33. 39. 40. et 41.* nauim, ſeruatis mercibus, naufragium paſſam in contributionem venire, ſaluamque et integram nauclero praeſtari iubet, ſed eidem per ſpecialiora iura hodie derogatum eſt. Vid. *Stat. Hamb. part. 2. tit. 17. art. 3.*

Quinto, praeter ſupra dictos caſus, iactus periculum contributione non ſarcitur, ſed ad nauclerum pertinet, ſi plus aequo nauem onerauerit, vti iam ſupra ad *titul. 3. artic. 2.* oſtendi. Quemadmodum, ſi quis nauigio impedimentum obtulerit, vnde in diſcrimen aliquod, qui in eo ſunt, coniiciantur, aut incendium, aut quidpiam eiusmodi; tenetur is damna praeſtare, qui impedimentum attulerit. HARMEN. *promt. iur. ciuil. l. 2. tit. 11. §. 15.* vel, vt *cap. 10. iuris naual. Rhod.* dicitur: Si nauclerus vna cum nautis negligens fuerit, et damnum vel naufragium acciderit, idem nauclerus ac nautae mercatori ad praeſtationem damni tenentur. Si culpa mercatoris perire nauim cum onere contigerit, mercator et naufragii et nauis damnum agnoſcat. Sin damnum vel naufragium acciderit, nullo nec a nauclero, nec a nautis, nec a mercatoribus obiecto impedimento, ſaluae nauis et onerum partes in contributionem veniant.

Sexto, quidquid per rimas effluit, madefit et corrumpitur in naui (niſi id tempeſtate, et vi aquarum penetrante, vel etiam circa iactum, pro ſeruanda naui et mercibus contingat) non venit in contributionem, neque ſi quid per incuriam, vel alio modo, tempore tempeſtatis, ex naui delabatur, quia ex mere ſunt fortuita. WEITS. *de Hauar. pag. 460. et 466.* Ius nauale Rhodiorum *cap. 34.* hoc in caſu vult, vt ſi nauis lintea vehat, aut reſtes, nauclerus bona ſegeſtria praebeat, ne merces a tempeſtate fluctuum inundatione corrumpantur.

tur: Si vero nauim ſentina nimis oppleuerit, tum nauclerum id ſignificare debere iis, qui merces in naui habent, vt eae exponantur. Si vero nautae nauclero id non patefecerint, atque ita merces corruptae fuerint, nauclerum ipſummet cum nautis teneri: Sin ante teſtato denunciarit nauclerus cum nautis, nauis ſentinam vltra modum oppletam eſſe, ac merces exponi debere, idque facere neglexerint, qui eas impoſuere; tam nauclerum quam nautas damni accepti nomine non teneri. Et *cap. 44.* Si nauis merces vehat, et in tempeſtate vel arboris iactus fiat, vel fracta gubernacula fuerint, vel perditae ſcaphae, ſiquidem vi tempeſtatis merces humectari contigerit, haec omnia in contributionem venire neceſſe eſt: Sin merces magis ex ſentina, quam a tempeſtate corruptae fuerint, naula quidem nauclerus accipiat, ſed ſpecies, ea menſura, qua traditas accepit, ſiccas reddat. Eo etiam ſpectant *Statuta Hamburg. part. 2. tit. 14. art. 35. et tit. 16. art. 4.* Ac ne naucleri et nautae huius culpae rei fiant, *ius marit. Carol. V. art. 42.* et *Philip. II. tit. de naut. et mercat. art. 6.* ſerio mandant naucleris, vt ante diſceſſum naues bene compingant, obturent, picent et ſtipent, quod communiter *Kalfatern* vocant.

Septimo, pecunia nautica ſeu traiectitia in contributionem non venit, ſecundum *Statut. Hamburg. part. 2. titul. 18. artic. 6.*

Octauo, ſi quae bona amici alicuius a nauclero in nauem aliorſum transuehenda ex gratia, nullo eo nomine pacto naulo, ſuſcepta fuerint, poſtea autem iactu perierint, nauclerus eo nomine reſpondere non tenetur. *Ius Lubec. l. 6. tit. 2. art. 4.* et *Pruthen. l. 4. tit. 19. art. 2. §. 3.*

AD TITVLVM IX.

DE NAVFRAGIO ET INVENTIS IN MARI.

Boruſſi etſi barbarae ſuperſtitioni ac idololatriae olim quam maxime fuerint addicti, et non niſi multa ſtrage, armis et potentia Crucigerorum ad fidem Chriſtianam amplectendam induci potuerint; attamen ab ADAMO BREMENSI *cap. 227. hiſt. Eccleſ.* homines vocantur humaniſſimi, qui obuiam tetenderint ad auxiliandum his, qui in mari periclitantur, vel qui a piratis infeſtantur. Quanto ergo culpabiliores ſunt Chriſtiani, qui naufragis et inter maris procelloſi fluctus laborantibus, non tantum ſuccurrere nolunt, ſed et eosdem bo-

Digitized by Google

nis fortunisque ſpoliant, immo et in corpora eorum ius ſibi vſurpant? id quod olim in comitatu Stadenſi iuris fuiſſe, *Hiſtoria Archi-Epiſcoporum Bremenſium incerti auctoris, Adamo Bremenſi annexa, in Vit. Frider. pag. 100.* his verbis memorat: „Huius Friderici auia et mater „de Anglia nauigantes in comitatu Stadenſi naufragium paſſae ſunt, „et ſecundnm priſci iuris rigorem, tam homines, quam res regiae „ditioni ſunt mancipati. Benigniores etiam fuere praedicti Boruſſi, „etſi pagani, ipſo magiſtro et ordine Crucigerorum, qui tempore „occupationis terrarum Pruſſiae omnia bona et merces, quarum„cumque materierum, diuina permiſſione, naufragium in mari paſſo„rum, velut propria, ex naufragio, quaſi iuris ſui facta occupabant, vt habent verba priuilegii incorporationis Pruſſiae, in *iur. munic. terr. Pruſſ. pag. 19.* Huius tam barbari moris defenſores, littorum proprietatem regalibus accenſeri volunt, quia nimirum, iuxta eorum opinionem:

> *Quidquid conſpicuum, pulcrumque eſt aequore toto,*
> *Res fiſci eſt.* IVVEN. *ſat. 4.*

Et ſecundum MANIL. *l. 5.*

> *Quaeſtus naufragio petitur corpusque profundo*
> *Immerſum pariter, quam praeda exſequitur ipſa,*

quum tamen crudelitatis ſit genus, vltra naufragium deſaeuire velle, et illos ad diſpendia cogere, quibus inopem vitam probantur immania pericula ceſſiſſe. CASSIOD. *4. var. 7.* Galliae ſcilicet hoc tamquam regale adſcribit PETR GREG. THOLOS. *l. 9. de repub.. cap. 1. num. 29.* his verbis: „Ius quoddam regale in Gallia, quod dicitur „de Varech (*Fahrrecht* voluit dicere) ad regem pertinens, ratione „ducatus Normandiae, quod eſt, vt ſi per tempeſtatem, aut infortu„nio alio quopiam maris, res quaedam impellantur in littus, ſiue „nauis ſit, aut aliud quidpiam, eodem iure ad principem pertineat, „ſi intra ſex hebdomadas non compareat, qui poſſit eas res delatas „vindicare. Et *paullo poſt:* Antiquitus non item ius hoc in maria et „flumina ſibi accipiebant mariſimi principes, vt nunc, ſed occupan„tibus et littoralibus dominis, ſine fraude, non comparentibus domi„nis, concedebantur. Verum hodie quum impenſae fiant a principe „in huiusmodi portus, et propter ſollicitudinem principum, qui „ibi habent imperium, merito ad regalia iura referri debent, vel ad

iura

Digitized by Google

„iura reipubl. quae in eadem loca parem habent poteſtatem. Hinc „quum quondam Caeſaris legatus coram Henrico II. Francorum rege „quaeſtus eſſet, duas naues ad littus eiectas, et a Iordane Vrſino ca- „ptas eſſe, easque reſtitui poſtularet; Annas Mommorantius magiſter „equitum reſpondit, ea, quae ad littus fuiſſent eiecta, gentium omnium „iure ad principes, qui littoribus imperarent, pertinere. Quem „tamen morem, vti barbarum, et antiquis inuſitatum BODINVS *l. 1. de rep. c. vlt.* merito hiſce verbis damnat: Ius quaeris? error ius facit: at ſi non peccatur errore, ſed ſcientia, ſcelus eſt, quod erroris ſpecie praetenditur. Certe antiquiores ICti et Impp. id ſemper quam maxime ſunt deteſtati, teſtante id *tot. tit. Digeſtorum de incendio, ruina, naufragio rat. nau. expugn.* publice intereſſe, ne quid ex huiusmodi caſibus rapiatur *l. 1. §. 1.* ſtatuitur, et ne qua cauillandi occaſio ſupereſſet, per *d. l. 1.* §. *5. et l. 2.* nec eo tempore, quo naufragium fit, nec poſt naufragium, aliquid tollere licet, quum res ex naufragio etiam hae dicantur, quae in littore poſt naufragium iacent. Immo ex *l. 3. §. 1.* ne quidem expugnata a praedonibus rate aliquid inde auferre permiſſum eſt, in tantum, vt etiam, qui dolo malo et ſciens rem ablatam reperit, teneatur §. *3. et 4.* Porro ex SCto Claudianis temporibus facto, ſi quis ex naufragio claues, vel vnum ex his abſtulerit, omnium rerum nomine tenetur: Item alio SCto illi, quorum fraude aut conſilio naufragi ſuppreſſi per vim ſunt, ne naui, vel iis periclitantibus opitularentur, legis Corneliae de ſicariis poena plectendi: qui vero aliquid ex miſerrima naufragorum fortuna rapuiſſent, lucratique fuiſſent dolo malo, tantum fiſco dare debent §. *8.* Diuus Antoninus, ſi grauior praeda fuerit, liberos quidem fuſtibus caeſos in triennium relegari: ſordidiores in opus publicum dari, et ſeruos flagellis caeſos in metallum damnari: Si non magnae pecuniae res fuerint, liberos fuſtibus, ſeruos flagellis caeſos dimitti, hasque actiones etiam in heredes eatenus, quatenus ad eos peruenit, dandas eſſe, iuſſit *l. 4.* §. *1. et 2. d. tit.* Furti etiam et vi bonorum raptorum iudicio ſubtractores tales et raptores ſubiiciuntur, etiam qui rem ex naufragio fluctibus expulſam abſtulerint. *l. 5.* Et *l. 7.* de direptoribus naufragiorum, vti de latronibus ſententiam dici debere D. Hadrianus edixit, e contrario vero vnicuique naufragium ſuum impune colligere licere Imp. Antoninus, cum Diuo patre ſuo reſcripſit *l. vlt. d. tit.* Laudabilis

Digitized by Google

dabilis in primis eſt illa Friderici imperatoris conſtitutio *tit. C. de furt.* „nauigia quocumque locorum peruenerint, ſi quo caſu contingenti „rupta fuerint, vel alias ad terram peruenerint, tam ipſa nauigia, „quam nauigantium bona illis integra referuentur, ad quos ſpecta„bant, antequam nauigia huiusmodi periculum incurriſſent, ſublata „penitus omnium locorum conſuetudine, quae huic aduerſatur ſan„ctioni, niſi talia ſint nauigia, quae piraticam exercent prauitatem, „aut ſint nobis et Chriſtiano nomini inimica. Transgreſſores autem „huius noſtrae conſtitutionis, bonorum ſuorum publicatione mulcten„tur, et ſi res exegerit, eorum audacia iuxta mandatum noſtrum, „modis aliis coerceatur.„ Quae quidem conſtitutio tam aequa et iuſta viſa eſt Carolo V. Imp. vt eamdem conſtitutionibus ſuis criminalibus inſerere et repetere voluerit, apud GOLDAST. *tom. 3. conſt. imperial. cap. pen. pag. 559.* Laudabilis etiam eſt Conſtantini imperatoris ordinatio *l. 1. C. de naufrag.* Si quando naufragio nauis expulſa fuerit ad littus, vel ſi quando aliquam terram attigerit, ad dominos pertineat, fiſcus meus ſeſe non interponat. Quod enim ius habet fiſcus in aliena calamitate, vt de re tam luctuoſa compendium ſectetur? Exinde eſt, quod de iure ciuili id, quod ex naufragio expulſum eſt, non vſu capiatur *l. 21. §. 1. ff. de adq. poſſ.* et qui aliquid ex naufragio rapit, vel eius tertia pars bonorum publicetur, et neque ſenator ſit, nec decurio, nec vllum honorem capiat, neue in eum ordinem ſedeat, neue iudex ſit, et omni honore, quaſi infamis, carere debeat *l. 1. ff. ad l. Iul. de vi priuat.* Imperator Leo, etſi eum, qui naufragium ſuppreſſit, poena capitis adfici nolit, eum tamen, qui naufragos rebus ſuis defraudat, quibus aliquis miſericordia motus vel de ſuo ſumtus ſuppeditet, quemque in corde dolorem circumferunt, leniat (quum praeſertim graues cruciatus in bonorum amiſſione ſuſtineri, conſentaneum ſit) non mediocre flagitium committere, ait, immo peſſimum et ſacrilegum nominat, qui ſe iſtiusmodi lucro mancipat. LEO *Conſt. 64.* De iure Canonico, qui Chriſtianos, naufragium facientes, damnata cupiditate rebus ſuis ſpoliant, excommunicantur *c. 3. extr. de raptor.* Quin et Viſigothis, naufragis addere adflictionem, turpe viſum fuit, quum in legibus eorum antiquis, a LINDEBROGIO collectis *l. 7. tit. 2. c. 18.* haec lex reperiatur: „Quidquid de incendio, ruina vel naufragio ra„ptum fuerit, et aliquis ex hoc quidquam ab alio ſuſceperit vel cela-

uerit,

„uerit, in quadruplum reformare cogatur. Solebant alioquin olim naufragi naufragium ſuum depingi curare in tabella quadam, et illam humero portare, obuiosque miſerabili illa pictura et lamentabili voce, ad ſtipem ſibi erogandam, et commiſerationem commouere, vt teſtantur LAMBIN. *ad Perſ. ſat. 1. verſ 88. Acron.* CHABOTIVS *et* TORRENT. *ad Horat. 1. carm. Od. 5.* Impietas eſt ergo, talibus miſerabilibus perſonis calamitatem addere, idque, quod forte ſupereſt, eripere velle. Certe ſupra dictis omnibus motus diuae memoriae Sereniſſimus Poloniae rex Caſimirus in priuilegio incorporationis terrarum Pruſſiae, peſſimum hunc morem abolet, hiſce, cedro dignis, verbis: Nos, qui „rex catholicus ſumus, ſortem huiusmodi naturali et diuino iure, ſe„disque Apoſtolicae decreto damnatam, velut crudelem et iniuſtam „exſecramur, pollicemurque, quod res et bona, cuiuscumque ponde„ris et valoris exiſtant, earum perſonarum, quae maris naufragio pe„riclitabuntur, nunquam per nos aut officiales noſtros, velut noſtras, „aut iuris noſtri petimus, aut requirimus, ſed illas absque diminutio„ne, per eos, quorum ante naufragium fuerunt, aut eorum propin„quiores, demonſtratione euidenti, propinquitatem probantes, col„ligendas, et in vſus beneplacitos decernimus conuertendas: contra„riae autem conſuetudini aut iuri, vel potius corruptelae, pro nobis et „ſucceſſorib. noſtris renunciando, niſi forte nullus bonorum huiusmo„di exſtaret iuſtus heres et ſucceſſor; quoniam in caſu illo bona, ex „naufragio habita, noſtrae volumus poteſtati ſubiacere. Addidit poſt„ea anno MDXXVI. Sigismundus I. rex in priuilegio Helano hanc decla„rationem: vt ſi quae res ſiue merces ex quocumque naufragio, ad „vniuerſum ciuitatis Gedanenſis littus peruenerint, in fideli cuſtodia „Burggrabii ac totius magiſtratus Gedanenſis conſeruentur tam diu, „quoad dominus aut heres earumdem rerum et mercium, ex naufra„gio prouenientium comparuerint, et illas iure repetierint. Et dum „cognoſcetur, quod huiusmodi merces in ſuo valore durare neque„ant, habere debeat Burggrabius regis Gedanen. cum ipſo magiſtratu „poteſtatem, eas vendere, et pecuniam inde prouenientem adſeruare. „Caſu vero, quo tractu conuenienti temporis nemo comparuerit, qui „huiusmodi ius ſuum et res illas ad ſe pertinere poſſit docere, ex tunc „ipſe Burggrabius Gedanen. ſimul cum magiſtratu ibidem regem de „ipſis rebus informare et certiorem reddere teneatur, vt de illis diſ-

Digitized by Google

ponere poſſit „ Idque poſtea anno M. D. LXXXV. tractatibus portorii, per D. Stephanum regem iisdem verbis repetitum et inſertum eſt, ac taliter etiamnum circa bona naufraga hic loci proceditur. Laudabile etiam eſt ius maritimum Danicum, a Friderico II. rege anno 1561. conditum, quippe quod his ſupra dictis ſimilia, nec minus ſpecialiora, iuri et aequitati apprime congrua *cap. 49. et 73.* continet. Nec minus illud Henrici III. Angliae regis edictum, anno 1226. conditum, laudem meretur, quo vult, vt ſi de naui periclitata aliquis homo euaſerit, et ad terram venerit, omnia bona et catalla (*catallae* vox Guaſconica eſt, idem quod bona, ſiue merces mercantiles ſignificans) in naui iſta contenta remaneant, et ſint illorum, quorum prius fuerant, et eis non depereant nomine ELECTI. Si vero, nullo viuo homine euadente, contingat, qualemcumque beſtiam viuam euadere, vel in naui illa viuam reperiri, tunc bona illa quatuor probis hominibus cuſtodienda deponi debeant, vsque ad terminum trium menſium, vt ſi illi, quorum catalla illa fuerunt, intra terminum illum venerint, ad exigenda catalla illa, et probare poſſint, illa ſua eſſe, eis reſtituantur; Sin minus, tunc, nomine electi, regis ſint, vel eius, qui libertatem habet eiectum habendi, id quod etiam iuris eſſe debeat, quando nec homo aliquis viuus, nec beſtia viua euaſerit. STEPHANVS CLAIRACVS, nuper demum mihi viſus, ſuo, quem *vs et conſtumes de la Mer* inſcribit, libro *pag. 97.* Edictum hoc verbotenus inſeruit, ad quem lectorem mitto. Etſi autem crudele et impium ſit, in naufragos, eorumque bona poſt naufragia, vel in ipſo naufragio ad modum ſupra dictum ſaeuire, nihilominus tamen, vbi bona et merces ſunt ſeruatae, et ex mari in terram deductae, aequitatis ratio poſtulat, praemium ſaluationis, *Berggeldt*, illis, qui ſua opera et fide ea ſeruarunt, dare, impenſasque, ſi quas fecerunt, refundere, vti infra ſuo loco pluribus agemus. Si quis autem de hac materia plura legere volet, conſulere poterit, praeter ſupra dictos GAIL. *l. obſeruat. 28.* LISPKI *cent. 2. ſem. obſeru. 44.* PECK. *et* VINN. *ad l. naut.* GRYPHIAND. *de Inſul. cap. 31. num. 10. et ſeqq.* SIXTIN. *de regal. l. 2. cap. 3. num. 95. et ſeqq.* ARNIS. *de iur. mai. l. 3. cap. 6. num. 19.* SELDEN. *mar. clauſ. l. 1. cap. 25. et 26.* PARTHEN. *litigat. l. 1. cap. 13. num. 5.* LATHER. *de cenſ. l. 2. cap. 11.* Et qui verbotenus omnia ex eo deſcripſit, MAXIMIL. FAVST. *de aerar. claſſ. 20. conſ. 51.* STYPMAN. *de iur. marit. part. vlt. c. 5.* et LOCCEN. *l. 1. c. 7.*

Ad

Ad articul. I.

Idem quod hic, *Iure Lubec. l. 6. tit. 3. art. 1.* et *Pruthen. l. 4. tit. 19. art. 3. §. 1.* ſtatuitur, eodemque *c. 27. et 32. Iur. naual. Rhod.* reſpicere videtur. Statuta autem Hamburgenſia *part. 2. tit. 17. artic. 2.* volunt, quod naufragio facto, bonisque ſeruatis, nauclero naulum debeatur, pro rata itineris, aut in beneplacito mercatoris ſtare debeat, bona loco nauli relinquere, de iis vero, quae ſeruata non ſunt, nullum naulum ſoluere teneatur. Vt itaque naulum ſiue dimidium, iuxta hunc articulum, et alia allegata iura, ſiue pro rata itineris, ex diſpoſitione ſtatutorum Hamburgenſium debeatur, merces ſeu bona aliqua ex parte, ſi non omnia, ſeruata eſſe neceſſe eſt, alioquin, ſi omnia cum naue perierint, nihil debetur, vti articulus ſequens teſtatur. Immo naufragio facto nauclerus naula reſtituet, quae ad manum praeceperat, vt qui non traiecerit, iuxta HARMENOP. *l. 2. promt. iur. ciu. tit. 11. §. 21.* Sed *quid ſi aliquod vitium in itinere naui contingat, ita vt iter ſuum proſequi nequeat?* Hoc in caſu *ius marit. Carol. V. art. 40.* ſtatuit, quod ſimiliter nauclerus pro rata itineris, ex bonis ſeruatis, naulum percipere debeat. Ius Danic. *cap. 52.* id arbitrio virorum bonorum diiudicandum relinquit: *Wisbycenſ.* autem *art. 37.* ita habet: Si nauis frangatur; aut ab alia naui obiuta ſubſidat, mercatoribus vero, nauclero et gubernatori nauis videatur, illam breui tempore reparari poſſe, tunc ea reficit bonaque ad locum deſtinatum vehi poſſunt: Si vero nauis illa facile refici non poſſit, tunc nauclerus de omnibus ſeruatis, traditis, et in vtilitatem mercatoris vergentibus bonis, integrum naulum percipere debet. Philippus II. *tit. de naufr. art. 3.* hoc in caſu, vbi nauem refici opus, mercatori libertatem concedit, merces ſuas, ſi exſpectare nolit, donec nauis reficiatur, dummodo de naulo cum nauclero conuenerit, ex naui recipiendi: Si vero nauis cito refici nequeat, nauclero neceſſitatem imponit, aliam nauem, minimo, quantum poteſt, pretio conducendi, mercesque ex priori naue ſeruatas ad locum deſtinatum ducendi, quo facto integram mercedem pro bonis ſeruatis, eoque delatis, ei ſoluere mercator teneatur. Eodem etiam *Ius naual. Rhod. cap. 42.* tendit. Similiter ſi naui bonisque per piratas ſpoliatis et ablatis, dominus mercium aliquid receperit, vel etiam, ſi bona, aliqua ex parte, ſeruata non vlla nau-

 cleri

Digitized by Google

cleri culpa deperdita fuerint, dimidium naulum a nauclero peti poſſe, ex praedictis ſequitur, quemadmodum etiam in illo caſu anno 1613. die 19. Martii Gedani inter Hermannum Corthuſen, et Balthaſarum Robben ac Iacobum Gerner; in hoc vero inter Henricum Schefenbeck nauclerum et Ioannem Möllerknabe anno 1607. die 11. Iunii taliter decretum fuit.

Ad articul. II.

Multum intereſt, an damnum naui et mercibus tempeſtate aliqua, vi fluminis vel maris, ſine culpa aliqua naucleri et nautarum, an ipſorum negligentia et culpa contingat, idque ex ante dictis liquido conſtat: Illo caſu, ſi merces integrae, etſi vitioſae et corruptae, in portum deuenerint, naulum integrum debebitur; hoc non, ac nauclerus inſuper ratione damni tenebitur. *deciſ. Rot. Genuen. 205. ius Danic. cap. 52. et 53.* Hinc eo in caſu, ſi nauclerus nauem ſuam bene obturauerit, et ſtipauerit, eique propterea a mercatore ſatisfactum fuerit, nihilominus vero per tempeſtatem aliosque caſus fortuitos bonis ſeu mercibus damnum inferatur, non tenetur quidem damnum illud, iuxta *Ius Mar. Carol. V. art. 42.* reſarcire, ſi tamen bona aliqua damnificata ſint, nauclerus cum ſociis ſuis ex bonis iſtis lucrum ſuum quaerere debent, idque ſine mercede, attamen ita, vt extraordinarii ſumtus ad hoc neceſſarii, ex bonis damnum perpeſſis capi, obturationesque et ſtipationes nauis in contributionem communem venire debeant. Si vero damnum illud culpa naucleri vel nautarum contigerit, tenentur damnum hoc reſarcire, eo pretio, quo merces iſtae, eo in loco, durante exoneratione, veniri poſſunt *artic. 43.* Et *artic. 44.* Quod ſi bona effluant, liqueſiant, diſſipentur et corrumpantur, ſine culpa naucleri et nautarum; tunc damnum hoc ſolus mercator ferre tenebitur; Idemque debet in loco et tempore exonerationis vaſa vel tonnas ter pulſare, ac poſtea illas ex naui leuare, integrumque naulum pro iis ſoluere, aut nauclero loco nauli illas relinquere. Adſtipulantur hiſce *ius naual. Rhodior. c. 27. ius marit. Philipp. II. titul. de Naucl. et Mercat. artic. 8. 9. ius Danic. cap. 39. Statut. Hamburg. part. 2. titul. 14. artic. 34. et titul. 15. art. 1.* GROT. *introd. in Iuriſpr. Holland. l. 3. part. 30. fol. 143. b.* Cum articulo autem praeſenti plane conuenit *ius Lubecenſ. l. 6. titul. 3. artic. 2.* et *Prutben. l. 4. titul. 19. artic.*

artic. 3. §. *2.* HARMENOPOLVS praeterea *l. 2. prompt. Iur. Ciuil. titul. 11.* §. *2.* etiam vectores ſeu epibatas, ob culpam, ſi nimirum abſque gubernatore nauigare ſint auſi, et naufragium paſſa fuerit nauis, vel plane perierit, teneri vult, ſicut nautas; vectores quidem, vt qui ſuam ipſi ſalutem neglexerint, nautas vero, quia ſibi et vectoribus, ſecum adducto gubernatore, non proſpexerint. Et addit, nonnullos nautas ab omni noxa abſoluere, ſolos vero vectores teneri ſtatuere. Firma igitur exinde eruitur regula: „Bona, quae ad locum deſtina„tum non deuenerunt, ſed in mari perierunt, aut alias culpa nau„cleri et nautarum corrupta ſunt, nullum naulum praeſtare, ac prae„terea nauclerum, ratione damni, ſua culpa dati, reſpondere teneri.„

Ad articul. III.

Ratio huius articuli conſiſtit in eo, quod res iacta domino maneat, nec fiat adprehendentis, quia pro derelicto non habetur *l. 2.* §. *fin. ff. ad l. Rhod. de iact.* et qui leuandae nauis gratia res aliquas proiiciunt, non hanc mentem habent, vt eas pro derelicto habeant, quippe ſi inuenerint, ablaturos: et ſi ſuſpicati fuerint, in quem locum eiectae ſunt, requiſituros, vt perinde ſit, ac ſi quis, onere preſſus, in viam rem abiecerit, mox cum aliis reuerſurus, vt eamdem auferret *l. 8. eod.* Caius ICtus et Imp. Iuſtinianus res leuandae nauis cauſſa iactas dominorum permanere aiunt, quia non eo animo eiiciuntur, quod quis eas habere non vult, ſed quod magis cum ipſa naue periculum maris effugiat *l. 9.* §. *vltim. ff. de adq. rer. dom.* §. *vltim. Inſt. de R. D.* vbi etiam definitur, quid ſit, aliquid pro derelicto habere, nimirum, quod dominus ea mente abiecerit, vt in numero rerum ſuarum eſſe nolit, ideoque ſtatim dominus eius eſſe deſinit, §. *pen. inſtit. eod.* Et *Iauolenus l. 21.* §. *1. et 2. de adquir. vel amittend. poſſ.* diſtinguit inter rem, quae eſt *in derelicto*, et quae eſt *in deperdito*, ſtatuens, rem naufragio expulſam, vel etiam iactam, non eſſe in derelicto, ſed in deperdito, quoniam non poteſt videri id pro derelicto habitum, quod ſalutis cauſſa interim dimiſſum eſt. Manet ergo firmum, quod quaecumque res ex mari extracta eſt, non ante incipiat eius eſſe, qui extraxit, quam dominus eam pro derelicto habere coepit *l. 58. ff. de adq. rer. dom.* id quod etiam in *Statut. Hamburg. part. 2. titul. 17. artic. 4.* his verbis exprimitur: Iacta, naufra-

Digitized by Google

ga et in mari natantia bona nemo ſibi arrogare poteſt, niſi is, ad quem antea pertinuerunt, ac in contrarium nulli mores, leges vel conſuetudines, circa nauigationem et mercaturam maritimam alioquin vſitatae, de iure ſubſiſtere poſſunt. Et ſane, qui rem naufragam, vel iactam in mari vel littore inuentam ſibi arrogauerit, furti tenetur, iuxta *d. l. 9. §. vltim. ff. de adquir. rer. dom. et §. vlt. Inſt. eod.* quod ab Vlpiano in tantum limitatum, vt, quando non animo lucrandi, ſed vt ſaluum faceret domino, vel ab eo rem derelictam eſſe exiſtimauit, id factum fuerit, furti non teneatur *l. 43. §. penult. ff. de furt.* Sunt tamen et aliae poenae legibus in eos, qui rapinas de naucleris et nauibus egerunt, conſtitutae, de quibus ad initium huius tituli prolixe quaedam memorauimus. His addenda veniunt, quod de *iure Lubec. l. 6. tit. 5. art. 3. 4. et 5.* Item *Pruthen. l. 3. tit. 19. art. 5. §. 3. et 4. et Stat. Hamburg. part. 2. tit. 19. art. 2. et 3.* nemo bona in mari natantia, aut per piratas ablata eruere, adquirere et diſtrahere debeat, ſub poena capitis, bonaque illa, ſi nemo illa vendicet, ad ciuitatem, vbi tali emtori &c. ius dicitur, pertinent, qui tamen, ſi iurauerit, ſe neſciuiſſe, quod talia bona eſſent, euadere poteſt, bona vero in commiſſum cadunt. Quod ſi etiam bona quaedam, per mare adducta, furto vel rapina ablata eſſe arguantur, conſeruari tamen circa ea debet, qui illa adduxit, dummodo binis honeſtis teſtibus, aut ſuo hoſpite, aut literalibus documentis ciuitatis, in qua bona emit, ſe ea bona fide emiſſe probet, quemadmodum etiam omnia talia bona, quae quis per annum et diem poſſedit, poſſeſſoris manent, ſi is, qui illa vendicat, in prouincia iſta fuit. Quamuis autem bona naufraga ſiue ex mari, ſiue ex littore, lucrandi animo, ad ſe recipere nemo debeat, inuentionis tamen praemia, quae Graeci εὕρετρα, Germani *Berggeldt* nominant, eidem debentur, licet VLPIAN. *l. 43. §. 9. de furt.* illum non probe aliquid petere ſcribat. Sicut enim aequum eſt, illi, qui res alienas inuenit et reſtituit, praemii loco aliquid largiri, ita longe aequius illi, qui bona fide ſaluas domino res, quandoque cum vitae periculo, ſumtibusque eo nomine erogatis fecit, aliquid praemii loco tribuere, vt hac ratione alii etiam ad ſimilia humanitatis ſtudia inuitentur, et excitentur. Ex lege Rhodia, ſi nauis in mari correpta vorticibus, aut corrupta fuerit, qui aliquid in terram ex ea ſaluum exportat, mercedis

loco

loco partem ab ſe conſeruatae rei quintam conſequitur, et aurum vel argentum, vel aliud quidpiam ex profundo ſurſum latum fuerit, a cubitis octo, tertiam partem accipere poteſtis, qui conſeruat: Sin a quindecim cubitis, ſemiſſem conſequitur, qui conſeruat, propter periculum profunditatis. Eorum vero, quae a mari reiiciuntur in terram, et ad vnum cubitum demerſa reperiuntur, decimam partem accipere poteſt is, qui ſalua exportat. *Ius naual. Rhod. cap. 45. et 47.* HARMENOP. *prompt. iur. l. 2. tit. 11. §. 18. Philippus II.* Hiſpan. rex etſi in ſuo *iur. marit. tit. de naufrag. et iact. art. 13.* illi, qui bona naufraga acceperit, et retinuerit, poenam ignis, ſi nauclerus vel nauta fuerit, ſi vero alius, patibuli poenam, vna cum reſtitutione retentarum rerum, adſignet, attamen etiam hoc vult, quod vbi naufragium nauis patiatur, nautae pro optimo ſuo poſſe, in ſeruandis rebus et mercibus nauclerum iuuare debeant, nauclerus vero ibidem loci illis mercedem, vt et iuſtum ſaluationis praemium pro rebus ſeruatis, dummodo pecuniam habeat, dare, ſin minus illos ad locum, ad quem nauis olim pertinuit, deducere debeat. Eo etiam reſpicit *Ius Wisbyc. art. 15. Ius Lubec. l. 6. tit. 3. art. 3. et 4.* vt et *Pruthen. l. 4. tit. 19. art. 3. §. 3. et 4.* niſi quod *in Iure Lubec. art. 3.* triens, praemii loco, illi, qui bona naufraga ex vado ſeruauerit, attribuatur, et addatur, praemium ſaluationis arbitrio virorum bonorum, aut ſi inter mercatores et nautas conueniri nequeat, in prima quaque ciuitate Hanſeatica, vel emporio Hanſeatico, vbi mercatorum Aldermanni reperti fuerint, definiri et decidi debere: Pruthenicum vero nullum certum praemium, nec certam in ſeruatis bonis portionem adſignet. Diſtinguit tamen ius Pruthenicum *l. 4. tit. 19. art. 5. §. 4.* vtrum naufragi bona ſua ex parte vel ex toto ipſimet ſeruauerint, vel per alios in littore habitantes et degentes ſeruata fuerint. Illo caſu bona nulli oneri obnoxia, ſed libera penitus illis reddenda: Hoc vero mediocre ſaluationis praemium, ante reſtitutionem eorum, exigi poſſe. Statuta autem Hamburgenſia *part. 2. tit. 27. art. 5.* illi, qui ex ſabuloſo vado, aut ex mari bona naufraga ſeruauerit, trientem adſignant, hac addita exceptione, niſi, ſine aliquo ſingulari periculo, caelo ſereno, ſeruauerit, tunc enim quod aequum fuerit, per viros bonos, praemium illi conſtitui debere: Si vero ad littus nauis adpulerit, ſiue ea in anchoris ſtet, ſiue nauiget, aut in curſu occupetur, tunc vigeſimam tantum partem illi

Digitized by Google

illi ſoluendam eſſe. Videatur hic etiam *Ius Danic. marit. c. 49. et in primis 73.* vbi multa ſuperioribus conformia, multa etiam ſpecialiora reperiuntur.

Ad articul. IV.

Secundum contenta huius articuli ſeruari debent in naufragio 1. homines, 2. rudentes, funes et inſtrumenta nauis, 3. demum bona mercatorum, idemque *Iur. Lubec. l. 6. tit. 3. art. 5.* diſponitur. Ius Pruthenicum *d. artic. 3. §. 3.* generaliter bona mercatorum, ſaluo ſaluationis praemio, ſeruari iubet. Statuta vero Hamburgenſia *part. 2. tit. 17. artic. 1.* poſt homines bona parata ſeu obuia, et quae ad manum ſunt, *gerede Gut*, ſeruari volunt, ita, vt ſi nautae in ſeruandis ad praeſcriptum modum rebus negligentes et refractarii fuerint, tam praemio, quam mercede ſua carere debeant. Ius Danicum *cap. 24.* etiam infamiae poenam talibus irrogat. Immo ſi nauclerum naufragum fieri, aut ad littus impelli contingat, et vnus vel alter in ſeruandis rebus eum iuuare nolit, ſed aufugiat, is, ſicubi in ciuitate Hanſeatica vel emporio offendatur, ea huius facti conuincatur, prima vice in carcere, per binos menſes aqua et pane puniri; ſi vero ſecunda vice idem patrauerit, per tres menſes poenam hanc ſuſtinere, ac praeterea ſtigma in bucca illi inuri debet, iuxta *Ius Lub. d. l. tit. 3. artic. 6.* Bene autem inter omnes conuenit, quod homines primo ſeruari debeant. Homo enim reliqua terrena animalia, et quidquid in pretio eſt, praeſtantia ſua ſuperat, quum et omnes fructus rerum natura, hominis gratia, comparauerit *§. in pecudum 37. Inſt. de R. D.* et omni miraculo, quod fit per hominem, maius miraculum ſit homo, AVGVSTIN. *l. 12. de ciuit. Dei c. 12.* magnique homo pretii animal, quum pro eo Chriſtus in cruce ſuſpenſus fuerit SYNES. *epiſt. 57.* cuius cauſſa omnia in mundo facta eſſe, praeter ſacras literas, etiam CICERO iam dudum ex aliis rationibus *l. 2. de nat. Deorum* oſtendit. Vt CHASSANAEVM praeteream, qui *catal. glor. mundi part. 2.* hominis eminentiam prae omnibus creaturis prolixe deduxit. Et ſi iuxta ſententiam D. AVGVSTINI *l. de duab. anim. in Manich. c. 4. tom. 6.* muſca quaelibet ſit ipſo ſole praeſtantior, quanto magis homo, cuius itaque curam praecipue, etiam in naufragiis haberi, par eſt. Vide, ſi placet, AMBROS. *hexam. l. 6. c. 8. et de dignit. hum. condit. tom. 4.*

Ad

Ad articul. V.

Oſtendimus ſupra, quod naufragio facto, nulliſque bonis ſeruatis, naulum debeatur. Hic exceptio traditur regulae, in eo conſiſtens, niſi pretium inſtrumentorum nauis ſeruatorum ſummam totius mercedis aequet, tum enim nautis integram mercedem nauclerus ſoluere tenetur, id quod iisdem verbis in *iure Lubec. l. 6. tit. 3. art. 7. et iure Pruthen. l. 4. tit. 19. artic. 3. §. 5.* continetur. Interea tamen *ius Wisbyc. art. 15.* vetat, ne rerum harum quidquam nauclerus, niſi ſcientibus et conſentientibus dominis nauis, vendat. Ius Danic. marit. *c. 52.* iniquum eſſe cenſet, vt naui et bonis perditis, ac parte bonorum et inſtrumentorum nauis ſeruatis, tota merces nautis debeatur, ſed eam, pro rata laſtarum, ex quibus nauclerus naulum percipit, praeſtari iubet. Huic articulo inhaerendo, Gedani anno 1606. die 17. Nouembris inter Thomam Grim et Ike Fetken Workumenſem iudicatum eſt, quod ex inſtrumentis nauticis ſeruatis, praemio prius nautis ob eadem ſeruata dato, naulum et vectibilia hic loci iuxta ius maritimum ipſis competens, demto eo, quod praeceperunt, ſolui deberent.

AD TITVLVM X.
DE ALIIS DAMNIS, CVLPA, CASV VEL INFORTVNIO NAVIBVS ILLATIS.

Ad articul. I.

Ex hoc et ſequentibus articulis, quatenus nauclerus vel nautae ex l. Aquilia teneantur, conſtabit. Aequitatis vero ratione habita et vitandarum prolixarum probationum ergo, iuramentum naucleris et nautis praeſenti articulo, in caſu, quo alter alteri damnum intulit, imponitur, id quod etiam *iuri maritim. Danic. cap. 55 Lubecen. l. 6. tit. 4. art. 3. Pruthen. l. 4. tit. 19. art. 4. §. 2.* et *Statut. Hamburg. part. 2. tit. 17. art. 6. 7. & 8.* conſentaneum eſt. *Ius maritimum Caroli art. 46.* vt et *Philippi II. tit. de nau. ſe inuic. damn. adfic. art 1.* vtriusque nauis naucleros pro dimidia parte damnum ſarcire debere ſtatuunt, ſi ſcilicet nulla ipſorum culpa interceſſerit, neque vna nauis alteri cedere potuerit, quod etiam *iur. Wisbycen. art. 48.* congruit. Leges vero nauales Rhodiorum *cap. 36. et 37.* volunt, vt ſi nauis veliſicans, in aliam nauim, in portu quieſcentem, vel quae vela laxa-

 uit,

Digitized by Google

uit, interdiu delata fuerit, omnis tam colliſio, quam interitus ad nauclerum pariter et ad ipſos vectores ſpectet, et merces in contributionem veniant. Quod ſi res noctu acciderit, eum, qui vela laxauit, ignem accendere, et ſi ab igne deſtituatur, clamores edere iubent. Quae ſi facere neglexerit, et nauim perire contigerit, ſeipſum perdidit, modo teſtimoniis haec in hunc modum probata fuerint. Quod ſi veli curator negligens fuerit, et excubiis agendis praepoſitus obdormierit: qui panſis velis nauigat, velut in breuia delatus perit, et damnum ei praeſtare debet, in quem impetum fecit. Si naui quid acciderit, et mercatorum vectorumue rebus ſaluis, ipſum nauigium perierit, res quae ſaluae ſuperſunt, quintas decimas praeſtent, ſed mercatores atque vectores nauim nauclero non ſoluunto. Neque ab hiſce ſanctionibus huius articuli et aliorum iurium leges ciuiles recedunt, ſed VLPIANVS *in l. 29. §. 4. ad l. Aquil.* Si nauis, inquit, alterum contra ſe venientem obruiſſet, aut in gubernatorem, aut in ducatorem (rectius ductorem) actionem competere damni iniuriae Alfenus ait. Sed ſi tanta vis naui facta ſit, quae temperari non potuit, nullam in dominum dandam actionem; Sin autem culpa nautarum id factum ſit, putat Aquiliae ſufficere.

Ad articul. II.

Praecedenti articulo actum eſt de eo caſu, ſi nauis vna in alteram in mari vel flumine, ipſo nauigationis curſu et tempore impellat, hic de eo agitur, ſi qua nauis in aliam in portu vel ſtatione, in anchoris conſiſtentem, impetum faciat, vt vel ſubſidat, vel aliquod damnum inde ferat. *Ius Danic. c. 56.* plane conſonat, aſt *Wisbyceſe art. 27.* paullo aliter, atque hic articulus, de hoc caſu loquitur, his verbis: Si contigerit, nauem in portu funibus alligatam ſtare, et alia nauis, aeſtu maris coacta, ita in eam impellat, vt ex concuſſione illa fundus vaſorum vel cuparum exſiliat, tum damnum dimidiari debet, iuxta pretium vini, quod eſt in nauibus ambabus, nauclerusque, qui damnum intulit, vna cum nautis ſuis iurare tenebitur, quod id contigiſſe doleant, ſtudioque id factum non ſit, nec impedire potuerint, quo facto, dimidium tanti damni ſarcire tenetur; ſi vero cum nautis iuramentum hoc praeſtare recuſet, tum integrum damnum praeſtare debet, quorſum etiam *art. 71.* eiusdem iuris reſpicit. Ratio legis ibidem

dem additur haec: ne ſcilicet, quod olim fieri conſueuit, vetuſta et carioſa nauis ante alias ſolidas et bonas naues collocetur, eo fine, vt ab illis obruatur, neque enim, dum in caſu hoc pro media parte quisque contribuere tenetur, vllum inde commodum reſultare poteſt. Et *art. 68.* vult: quod ſi vna nauis per alteram obruta, totaque quantitas mercium vnius nauis perierit, tum bona, quae in vtraque naui, antequam vlla earum periit, fuerunt, certo pretio aeſtimari, atque hoc pretio mercium vtriusque nauis, in vnam ſummam redacto, bona amiſſa ſolui, pondo pro pondo, marcam pro marca, ſimiliter etiam circa nauim amiſſam procedi debere. Philippus II. autem *tit. ſupra d. art. 3.* hoc in caſu, de quo articulus hic loquitur, etiam iuramentum purgationis a nauclero et nautis poſtulat, quod culpa ipſorum damnum datum non ſit, relicta tamen contrarium probandi facultate illi, qui damnum paſſus eſt, dummodo et ipſe extra omnem culpam ſit, tum enim nauis adueniens totum damnum praeſtare debet.

Ad articul. III.

Non parum in eo ſitum eſt, vt nauis probis iisque ſolidis et firmis anchoris ac rudentibus ſit inſtructa, in tantum, vt de *iure Lubecenſ. l. 6. titul. 2. artic. 6.* ex vitioſis nauis inſtrumentis ortum damnum nauclerus ferre teneatur; aſt de iure Wisbycenſ. et Hollandico nauclerus tempore onerationis et exonerationis mercatoribus, eorumque mandatariis eos oſtendere, an vllum vitium habeant, illudque, ſi quod reperiatur, corrigere, et ſi id facere neglexerit, omne damnum, quod onerationis vel exonerationis tempore contigerit, reſarcire debet, *ius Wisbycenſ. artic. 22.* item GROTIVS *introd. ad iurispr. Holland. l. 3. part. 20. fol. 143.* et *ius marit. Philippi II. tit. de naucl. et merc. art. 7.* Correſpondent *Statuta Hamburgenſ. part. 2. titul. 14. artic. 36.* vbi etiam hoc ſingulariter ordinatur, quod nautae nauclerum interrogare debeant, an funes ſatis ſint firmi, quo adfirmante, ruptis poſtea illis, ſolum nauclerum de damno teneri, ſi vero antea interrogatus non fuerit, aut merces e funibus excidant, tunc nautas damnum praeſtare debere: idque ſimiliter *ius Wisbycenſ. artic. 47.* et *ius Danic. cap. 24.* requirunt. Vt etiam tanto magis talia damna, nauibus in portu ſtantibus, quandoque obuenientia, euitari poſſint, ideo *Ius Wisbycenſ. artic. 28.* ac poſtmodum *Philipp. II. titul. de nau. ſe inu. laed. artic. 5.* et

Statut. Hamburg. part. 2. titul. 14. artic. 2. praeſcripſerunt; Si quae nauis alteri in ſtatione vel portu vadoſo proximet, et iuxta illam conſiſtat, tum illum, qui prior ibi anchoras iecit, ab vltimo veniente requirere poſſe, vt anchoram ſuam tollat, et longius a ſe recedat, quo id facere recuſante nauclero alteri illam tollere licere, ſi vero, quo minus id in effectum deducat, ab alio impediatur, damnumque inde exſurgat, tum nauclerum, qui nimis adpropinquauit, damnum id ſarcire teneri. Alioquin huic articulo plane adſtipulantur *Ius Wisbycenſ. artic. 49. Ius marit. Carol. V. artic. 47. Philipp. II. tit. de nauib. ſe inuic. laed. artic. 2.* et *Ius Danic. c. 57.*

Ad articul. IV.

Ius Wisbyc. *artic. 28.* ſub fin. et *artic. 50.* ſibi non vsque adeo bene conſtat, illo enim idem ſtatuit, quod hoc articulo ordinatur, nimirum, quod ſi quis ex anchora, ſine indiculo, ſeu anchorali iacente damnum tulerit, tum nauis iſtius anchorae damnum totaliter reſarcire debeat: hoc, pro media parte damnum illud ſarciri vult: Articulo noſtro adplaudunt *Ius marit. Carol. V. artic. 48. et 49. Philippi quoque II. titul. de nau. ſe inuic. laed. artic. 4.* et *Ius Danic. cap. 58.* Caeterum quum nauclerus vigore huius articuli, ignorantia ſua ſe excuſare queat, quod neſciuerit lineam ſiue funem anchoralis ruptum eſſe, et ab anchora remotum, quaeri poſſet, quouſque ignorantia haec duret, et an perpetua haec poſſit eſſe exceptio? Nullibi id definitum eſſe inuenio, niſi in *Stat. Hamb. part. 2. tit. 14. art. 2.* vbi dicitur, nauclerum, ſi probauerit, ante duodecim horas, tempore ſcilicet aeſtatis, aut poſt aequinoctium autumnale, ante horas 14. ad ſummum, anchorale ſupra anchoram adhuc ſtetiſſe, tum liber a damno eſſe debeat. Fuit quondam Gedani in caſu tali quaeſtio inter Ioannem Roden, et Guilielmum Tibbes, mota, quod nimirum citati nauis et anchora, ſub aqua, Carabo actoris, mercibusque in eo contentis damnum intuliſſet, et die 18. Iunii anno 1636. iudicatum, damnum illud omnium, nimirum nauis et mercium contributione per citatum reſarciendum eſſe.

Non incongruum erit, ſub finem huius tituli quaedam ex iure ciuili et legibus Rhodiorum ad hanc materiam facientia adferre, in primis vero, quando in caſibus nauticis L. Aquilia, vel ea deficiente, actione in factum agi poſſit. Primo itaque, ſi nauis tua impacta in meam

ſcapham

ſcapham damnum dederit, ſi in poteſtate nautarum fuit, ne accideret, et culpa eorum factum ſit; lege Aquilia cum nautis agendum, quia parui refert, nauim immittendo, aut *ſeruaculum* (quo vocabulo quidam clauum, alii contum, alii anchoram ſignificari, quidam etiam hic *ſerraculum* vel *ferraculum* legi volunt) ad nauem (alii a naue) ducendo, an tua manu damnum dederit: quia omnibus his modis per te damno adficior; Sed ſi fune rupto, aut cum a nullo regeretur, nauis incurriſſet, cum domino agendum eſſe; Proculus ait *l. 29. §. 2. ad l. Aquil.* vbi ANTONIVS FABER *ſ. coniect. 17.* particulam negatiuam *non* expungi vult, quod aliis ICtis communiter diſplicet, quorum tamen litem meam facere nolo. Hoc ſane extra controuerſiam eſt, culpam non minorem eſſe, funibus inidoneis, et in primis nauem ſine gubernatore relinquere, quam ſeruaculum vel ad nauem vel a naue ducere, adeoque dominum nauis, ſi naui de idoneis et validis funibus, vel etiam probo gubernatore non proſpexerit, non minus atque nautas, circa ſeruaculum improuidos, conueniendos eſſe.

Secundo, ſi vi ventorum nauis impulſa ſit in funes anchorarum alterius, et nautae funes praecidiſſent, et nullo alio modo, niſi praeciſis funibus, explicare ſe potuit; nulla actio datur, idemque Labeo et Proculus circa retia piſcatorum, in quae nauis piſcatorum inciderat, aeſtimarunt. Plane ſi culpa nautarum id factum eſt, lege Aquilia agendum *d. l. 29. §. 3.* Atque idem eſt, quod HARMENOPVLVS *l. 2. promt. iur. tit. 11. §. 10.* dicit: „Licet nautis, venatoribus, et „militibus in aliqua preſſis, et in id diſcriminis adductis, vt ſeſe ali„ter explicare atque eripere non poſſint, alterius nauis anchoras ſalu„tis ſuae cauſſa praecidere aut aliorum venatorum opera demoliri. „Qui autem nulla vi preſſus tale quidpiam admiſerit, tenetur, cogi„turque damnum, ſi quidem confiteatur, in ſimplum, ſi vero infi„cietur, in duplum praeſtare.

Tertio, ſi nauis alteram contra ſe venientem obruerit, aut in gubernatorem et ducatorem (leg. *ductorem*) actionem competere damni iniuriae, Alfenus ait: ſed ſi tanta nauis (leg. tanta vis naui) facta ſit, quae temperari non potuit, nullam in dominum dandam actionem; ſi autem culpa nautarum id factum, Aquiliam ſufficere, Vlpianus putat *d. l. 29. §. 4.*

 Quarto,

Quarto, ſi funem quis, quo religata nauis erat, praeciderit, de naui, quae periit, in factum agendum *d. l. 29. §. 5.*

Quinto, ſi quis alteri in naui de manu nummos excuſſit, illique in flumen, vel mare ceciderint, damni iniuriae datur actio. *l. 27. §. 21. ad l. Aquil.*

Sexto, ſi nauim venalitiarum rerum quis perforat, Aquiliae actio eſt, quaſi ruperit *d. l. 27. §. 24.*

Septimo, ſi piſcatores nocte lumine oſtenſo fallant nauigantes, quaſi in portum aliquem delaturi, eoque modo naues, et qui in eis ſunt, in periculum deducant, ſibique exſecrandam praedam parent; poenam merentur per *l. 10. ff. de incend. ruin. naufrag.* Sed quam? Id quum lex non exprimat, ſane cum *Peckio* non abſurde ſtatui poteſt, eos non tantum, iuxta Accurſium, raptorum poena adficiendos, ſed et, ſi dolo malo praedam venati ſint, et per naufragium etiam hominum iactura facta fuerit, capite plectendos eſſe. PECK. *ad l. naut. p. 366.* Occidiſſe enim dicitur, qui mortis cauſſam quolibet modo praebuit *l. 51. in princ. ad l. Aquil.*

Octauo, ſi quis nauigio impedimentum obtulerit, vnde in diſcrimen aliquod, qui in eo ſunt, coniiciantur, aut incendium, aut quidpiam eiusmodi; tenetur is damna praeſtare, qui impedimentum attulerit. HARMENOP. *l. 2. prompt. iur. tit. 11. §. 15.*

In iure nauali Rhodiorum ſimiliter notabilia quaedam occurrunt, et

Primo quidem, ſi nauis in portum vel littus adpellat, et anchoris ſpoliata fuerit, fure comprehenſo et confeſſo, lex eum tormentis ſubiici iubet, ac damnum, quod inde accidit, in duplum ſarciri *cap. 1.*

Secundo, ſi nauclero conſentiente, nauis alterius anchoras, in portu vel littore ſtationem habentis, nautae rapuerint, atque inde nauem, anchoris ſpoliatam, perire contigerit; his accurate probatis, omne damnum, quod nauigio, et iis, qui in eo ſunt, accidit, nauclerus ille, qui rapinam fieri permiſit, in ſolidum praeſtet. Si quis autem nauis inſtrumenta, ſiue quid aliud naui neceſſarium et vtile, puta, rudentes et lintres, aut vela, vel ſegeſtria, vel alia ſurripuerit, ea furti auctor damnum paſſis dupla reſtituat *c. 2.*

Tertio, ſi nauta, iuſſu naucleri, furto quid mercatori aut

vectori

Digitized by Google

vectori abſtulerit, ac deprehenſus fuerit; nauclerus quidem furtum paſſis duplum praeſtet, nauta vero, qui furtum commiſit, centum plagas fuſte verberatus accipiat: Sin autem nauta ſuo conſilio quid ſurripuerit, et comprehenſus, aut per teſtes conuictus fuerit; acriter tormentis ſubiicitor, maxime ſi aurum ſurreptum erit, et rem ſpoliato reſtituito *c. 3.*

Quarto, ſi quis in naui aliquid depoſuerit (id quod in praeſentia trium teſtium vel interueniente ſcriptura fieri debet) et is, qui rem cuſtodiendam ſuſcepit, eam amiſſam eſſe dixerit; vnde furtum exſtiterit, et nihil ſuo dolo factum iurare, aut ſi non indicauerit, res vti recepit, ſaluas reddere tenetur *cap. 12.*

Quinto, ſi vector nauim ingreſſus aurum vel aliud quid habeat, id apud nauclerum deponito. Sin re non depoſita dixerit, aurum et argentum ſe perdidiſſe, irrita ſunt, quae ab ipſo dicuntur, nauclerus tamen et nautae, cum iis, qui ſimul nauigant, iuſiurandum praeſtent *c. 13.*

Sexto, ſi quis depoſitum inficiatur, poſtea teſtibus conuictus, aut depoſitum apud eum repertum fuerit; qui iurauit, aut ſcripto negauit, duplum eius praeſtabit, et periurii quoque poenam ſuſtineat, *cap. 14.*

AD TITVLVM XI.
DE EXONERATIONE NAVIVM ET TRADITIONE MERCIVM.

Aerumnoſam eſſe omnium nauclerorum et nautarum conditionem, non tantum exinde colligitur, quod potiorem vitae ſuae partem infido in mari, inter tot periculoſos fluctus, maris aeſtus, procellas, aliasque pelagi quotidianas moleſtias tranſigant, ſed et infinitis fere regulis, et ante nauigationem, et in ipſa nauigatione, denique etiam ea peracta, circumſcripti ſint, vt ex nutu aliorum magis ſpiritum trahere videantur, quam proprio; et circumſpectos plane eſſe oporteat, ne vel in hanc vel illam regulam impingant, adeoque magnum ſuis capitibus et fortunis malum accerſant. Patet id ex ſupra dictis, vbi praeſcriptis verbis, qualiter nauim fabricare et inſtruere, erga exercitores, nautas, mercatores, vectores, et quoscumque alios ſe gerere, munere ſuo dextre noctesque diesque fungi, nautas ſuos regere, et coercere, piratis et latronibus reſiſtere,

omnia

omnia incommoda arcere, nauim et merces ſeruare, de commeatu omnibus abunde prouidere, vtilitatibus exercitorum inuigilare, alienum aes euitare, damna immo et ipſum naufragium auertere, in mediis vndis, ac tandem ipſa morte imminente artis ſuae et conſiliorum potentes eſſe, idque grauibus ſub poenis iubentur. Vbi vero exantlatis omnibus itineris et maris vexationibus domum rediere, necdum quieſcere permittuntur, ſed exonerare nauim, tradere merces, rationes reddere, calculumque prouide ſubducere tenentur, ac ne tunc plane ſecuri eſſe poſſunt, quo minus ipſis dica ſcribatur, et loco gratiae remunerationisque damni illis intentetur actio, vt et infamiae, et capitis, vt vere dixiſſe videatur ille apud PLAVT. *in Paenul. act. 1. ſcen. 2.*

> *Negotii ſibi qui volet vim parare,*
> *Nauem et mulierem, haec duo comparato,*
> *Nam nullae magis res duae plus negotii*
> *Habent.*

Noſtrum eſt, qui hucusque nautarum abeuntium, et in itinere verſantium labores vidimus, etiam redeuntium ſtatum et conditionem, quidque porro ipſorum ſit muneris, paucis videre et examinare.

Ad articul. I.

Omnino aequum eſt, nauim per eos, qui onerarunt, etiam exonerari, quemadmodum hic, et in *Statut. Hamburg. part. 2. tit. 14. art. 12.* ſancitur, atque hoc facto locatio et conductio, quae inter nauclerum et nautas intercedit, exſpirat, nimirum, ſi in reditu ex itinere exoneratio fiat, alioquin, ſi in loco iſto, ad quem merces delatae ſunt, non tantum illa in ſuo robore permanet, ſed etiam ibidem nautae naui exire non debent, antequam exonerata, et ſufficienter iterum ſaburrata fuerit. *Ius Wisbyc. art. 54.* Tempus autem exonerationis non ſemper idem et vbique eſt praefixum. De *iure Wisbyc. art. 51.* nauibus ex Norwegia venientibus, ac Schagam praetereuntibus, immo et omnibus nauibus maritimis terminus 14. dierum nauim exonerandi, et locarium nautis ſoluendi praefigitur, *artic.* vero *52.* nauibus Hamburgo et aliunde venientibus octidui tantum ponitur, quam differentiam me non capere ingenue profiteor, praeſertim, quum et hae naues Schagam praetervehantur, ſi Wisbyam et in

Digitized by Google

in Balthicum mare tendant et proficiſcantur. Denique *art. 58.* ſcaphis, quibus merces, ex naui importatae, et ad portum vectae ſunt, integri quinque dies profeſti, a die, quo aduenerunt, ad exonerandum adſignantur. Ius maritimum Philippi II. *tit. de Naucler. art. 13.* ſpatium quindecim dierum determinat, idque in Hollandia quoque moris eſſe teſtatur GROTIVS *introd. in iurispr. Holland. l. 3. part. 20. fol. 144. b.* Plebiſcita vero Gedanenſia intra dies proximos quatuordecim, a prima, qua exonerari incepit nauis, die, computandos, exonerationem abſolui ordinant, *part. 1. cap. 4. art. 9.* Ne quis etiam nautarum laboribus hiſce exonerationis ſe ſubducere audeat, in *iure marit. Danic. cap. 13.* prouiſum fuit, eum, qui id fecerit, ſuis ſociis, pro quouis die, quo ſe labori ſubtraxit, mediam marcam ſoluere debere. Et *iure Wisbycenſ. art. 31.* eo fine, ne ante tempus nautae ſe ſubducant, proſpectum eſt, quod nauclerus nautis mercedem ſuam poſcentibus, nullam vero ciſtam nec mattam in naui habentibus, eam tam diu penes ſe retinere queat, donec nauim exonerauerint et ad ſtationem ſuam deduxerint. Hodie boni naucleri laudi ſibi quam maxime ducunt, hoc praefixum tempus etiam anticipare, ac Hollandi in primis, qui, quantum poſſunt, hoc determinato ſpatio non tantum naues exonerare, ſed et iterum onerata naue, oram ſoluere ſedulo ſtudent, ac quum nauim in portum duxerint, vix finem impoſitum labori putant, ſed iterum ſtatim laboris exordium quaerunt, quod in bono gubernatore deſiderat AMBROSIVS *de Cain et Abel. l. 2. c. 2. tom. 4.* Sed, *quid ſi nauclerus, antequam ad locum deſtinatum deuenerit, cogatur ad locum alium deuium adpellere, ibidemque pro ſua, exercitorum vel nauis neceſſitate, merces aliquas exonerare, numquid et hoc in caſu nautae illi adſiſtere tenentur?* Id ſane Carolus V. in ſuo maritimo iure *art. 15.* omnino vult, ac nautas nauclero etiam hac in parte, ſub poena, morigeros eſſe iubet, ita tamen, vt vnusquisque eorum a nauclero accipiat par calceorum, octo ſtüuorum pretii, praeter mercedem, in loco iuſtae exonerationis ipſis conſtitutam. Limitatur tamen *art. 16.* hoc ipſum, quod non teneantur nauem hanc iterum ſaburrare, et ſi id fieri neceſſe ſit, locatio conductio exſpiret, perinde atque ſi in loco conſtituto exoneratio peracta fuiſſet, niſi quod officiariis, nautis et famulis licitum nihilo minus ſit, ſi id ipſis collubeſcat, nauclerum ſequi, nauimque

Digitized by Google

cum rebus, quas continet, iterum abducere. *Quid ſi vero nauclerus aliquis in reditu exonerare nauim velit, atque iterum onerare in loco aliquo, ad quem adpellere forte non eſt compulſus?* Eo in caſu iuxta *artic. 17. iuris Carolini* nautis integra merces ibidem debetur, et nihilo minus tenebuntur nauclero iterum adſiſtere, vsque ad locum domicilii, accepta dimidia mercede, quae vsque ad talia loca, vbi praedicta exoneratio et oneratio geri debet, dari ſolet. Tenetur etiam nauclerus bona in nauim ſuſcepta bona fide domino earum, aut eiusdem factori tradere, ac ſi quid ex illis deperditum fuerit, vel damnificatum, nauclerus rationem reddere obligatur. Si vero bona in naui reperiantur, quae nemo ſibi arrogat, illa ſenatui vel ſenioribus mercatorum vel praefectis iſtius loci, vbi nauis exoneratur, tradi debent. *Ius Lubec. l. 6. tit. 1. art. 9.* et *Ius Pruthen. l. 4. tit. 19. art. 1. §. 9. Sed, quid ſi quis bona quidem naui importet, de naulo contrahat, ac literas nauticas (Frachtbrieff) nauclero tradat, alium vero conſtituat, qui bonorum curam in naui gerat?* Etiam hoc in caſu nauclerum bona accepta tradere, aut ſi per tertium abalienata fuerint, ſoluere teneri, anno 1629. die 24. Octobris inter Wilhelmum Mitſchel et Matthaeum Elbert Gedani iudicatum fuit.

Ad articul. II.

Quemadmodum naui de commeatu, omnibusque ad victum et ſuſtentationem nautarum neceſſariis proſpici, ita, quae eo fine comparata ſunt, taliter diſpenſari conuenit, ne, ex defectu eorum, vlla incommoda exſurgant, eoque, praeter hunc articulum, etiam *Ius Dan. c. 44.* tendit. „Aequum tamen eſt, non tantum eadem ab „omni corruptione integra ſeruari, ſed et, ſi copia ſuppetat, alio„rum inopiae ſubueniri, nec proprium ſuum dicere, quod in neceſ„ſitate debebat eſſe commune. Quis enim tam iniuſtus, tam auidus, „tam auarus, quam qui per multorum alimenta ſuum non vſum; ſed „abundantiam et delicias facit? Sane non minus eſt criminis, habenti „tollere, quam, quum poſſis et abundes, indigentibus denegare? Eſurientium panis eſt, quem abundans detinet, ex mente D. AMBROSII *c. 8. diſtinct. 47.* Et quum vrgente neceſſitate famis, negante eo, qui habet, et dare rogatus eſt, ex ſententia Theologorum et ICtorum, ſi quid furto ablatum ſit, impunitum maneat, nec vlla eo nomine competat

petat actio, cur non praeſtat, volente et beneuolo animo id largiri quod ſibi inuito, ſine crimine et poena poteſt. Galba imperator militi, qui per expeditionem, arctiſſima annona, reſiduum cibariorum tritici modium, centum denariis vendidiſſe arguebatur, vetuit, ſimul atque cibo indigere coepiſſet, a quoquam opem ferri, et is fame extabuit, teſte SVETON. *in Galb. cap. 7.* Turpior eius quondam militis auaritia, qui in obſidione Caſilini murem captum ducentis potius denariis vendere, quam ipſe, leniendae famis gratia, conſumere maluit, vbi tamen, deorum prouidentia, auaro fame conſumto, manubiis ſordium frui non licuit, aequi animi vir, ad ſalutarem impenſam faciendam, care quidem, verum neceſſario comparato cibo vixit, vti perhibent VALER. MAX. *l. 7. c. 6. num. 3.* PLIN. *lib. 8. c. 57.* et FRONTIN. *l. 4. c. 5.* Omnium itaque conuenientiſſima immo et iuſtiſſima viuendi ratio eſt, vt primum nobis, deinde et aliis prouideamus. Alienis ſiquidem partibus debet impendi, quod ſupereſt, et tunc de exteris cogitandum, quum ſe ratio propriae neceſſitatis expleuerit, monente CASSIOD. *l. var. 34.*

Ad articul. III. et IV.

Ratio articuli tertii non difficulter peti poteſt ex eis, quae ad *titul. 1. artic. 5. et 6.* item *ad titul. 5.* copioſe dicta ſunt, et quum omnis ille commeatus aere exercitorum antea comparatus fuerit; quid iuſtius, quam quidquid ſuperfuerit, illis exhiberi et reſtitui. Articulus vero quartus coincidit cum articulo finali ſequentis tituli, nec prolixam commentationem requirit.

Ad articul. V.

Licitum eſſe naucleris, eiusmodi lembos, ſiue carabos et ſcaphas adſciſcere, quibus merces in portum deferri poſſint, ſi tanta portus non ſit profunditas, vt pleno onere eum intrare queant, ex hoc articulo liquet, vt et ex *iure marit. Carol. V. art. 50.* et *Philipp. II. tit. de naucler. et mercat. art. 11.* vbi non ſolum id permittitur, ſed etſi merces illae exoneratae mergantur et pereant, non tenetur nauclerus illas ſoluere, niſi ſua et nautarum culpa aut negligentia damnum hoc fiat, aut merces illas ſine ſufficiente cauſſa exonerauerit. Vigore *Iur. Wisbyc. art. 56.* duos trientes ſumtuum in ſcaphas tales factorum nauis, vnum

Digitized by Google

merces in naui exſiſtentes ſuſtinent, aſt ſi nauis portum non ingrediatur, tunc nauis omnes expenſas ſuſtinere tenetur: *Ius* vero *Danicum c. 70.* et *Statut. Hamburg. part. 2. tit. 16. art. 9.* tales expenſas ex naui et bonis retribui iuſtum eſſe cenſent, quod tamen cum hac diſtinctione intelligendum eſt, ſi nimirum fortuito quodam caſu, non vero nimia oneratione, nauis in periculum merſionis deueniat, iuxta ea, quae tradit *Philipp. II. in iure ſuo marit. tit. de naufrag. art. 10.* et ſupra ſub fin. *tit. 8.* adnotauimus. Mercibus itaque in portum delatis, exercitoribusque traditis, nauclerus vt iuſto pondere, numero et menſura ſuum cuique obueniat, attendere opus eſt. „Graue namque ſce„lus eſt, aut menſuras modum excedere, aut libram aequiſſimi pon„deris iuſtitiam non habere, vti CASSIODORVS II. *var. 16.* loquitur, qui etiam *lib. 1. v. 10.* hiſce verbis negotiatores ad iuſti ponderis et menſurae obſeruantiam hortatur: „Exerceantur negotiatores in mercibus: „emantur late, quae venduntur anguſtius, conſtet populis pondus, „ac menſura probabilis; quia cuncta turbantur, ſi integritas cum frau„dibus miſcetur. Non poteſtis omnino, non poteſtis nomina inte„gritatum dare, et ſceleſtas imminutiones efficere. Et GRATIANVS „*l. 12. C. Theod. tit. 6.* In ſingulis ſtationibus, et menſurae, et pondera publice collocentur, vt fraudare cupientibus adimant poteſtatem, quo etiam in *iure ſuo marit. Frider. II. Dan. rex cap. 48.* reſpexit, dum eos, qui ex Gallia aut Hiſpania ſal aduexerint, tonnis ſigno ciuitatis notatis, id, et quidem praeſente menſore publico, ſub graui poena, metiri iubet.

Ad articul. VI.

Faucibus corporis humani obſtructis, reliqua membra et organa inſenſantur: Sic et, vbi portus obſtruitur, ſenſim negotiatio exſtinguitur. Id ne fiat, non niſi certis, iisque a portu remotioribus locis, ſabulum, ſi eo nauis ſaburrata eſt, eiici conuenit, ne dum in locis propinquioribus, vel ad portum ipſum id fiat, arena iſta, vel quidquid fuerit, vi ventorum et fluctuum, ad ipſum os maris, ſiue ſtationis voluatur, atque ſic portus obturetur et eſſe deſinat. Portus autem adpellatur concluſus locus, quo importantur merces et exportantur, eaque nihilo minus ſtatio eſt munita, atque concluſa *l. 59. ff. de V. S.* ac dicitur a portando, quod res per eum importentur et expor-

exportentur. Eſtque vel *naturalis* vel *artificialis*. *Naturalis* proprie dicitur portus, quem fere flumina conſtituunt, eo loco, vbi in mare profluunt, diciturque *oſtium*, graecis *ςόμα*. *Artificialis* ſeu manu et arte factus dicitur *Cothon*, ſeu Κώθων, eſtque maſculini et neutrius generis, de quo videri poteſt GYRALD. *de nauig. c. 20.* et SERVIVS *ad l. 1. Aeneid. verſ. 431.* Hinc Portumnus vocatus Deus marinus, qui portubus praeeſt, iuxta eumdem *Seruium ad l. 5. Aeneid. verſ. 241.* A portu quoque eſt *importunus*, quaſi locus portu carens, vel iuxta *Feſtum* in quo nullum eſt auxilium, velut eſſe ſolet portus nauigantibus: vel iuxta ISIDOR. *l. 10. origin. lit. I.* et SERVIVM *ad l. 11. Aeneid. verſ. 305.* Importunus, inquietus quia non habet portum, id eſt, quietem. Vnde et importuni, quaſi qui in naufragium cito feruntur. E contrario *opportunus*, quaſi ob portum. VOSS. *Etymol. tit. Portus.* ISIDORVS *l. 14. origin. c. 8.* Portus, inquit, locus eſt ab acceſſu ventorum remotus, vbi hyberna opponere ſolent: Et portus dictus a deportandis commerciis. Hunc veteres a baiulandis mercibus *Baias* vocabant, illa declinatione a Baia, Baias, a familia, familias. Et cui ignotum, quod metaphorice portus pro quouis loco tuto ſumatur? Inde prouerbium: *In portu nauigare.* De opportunitate autem portuum videri poteſt VITRVVIVS *l. 5. de Architect. c. 12.* et qui in eum ſunt commentati.

AD TITVLVM XII.

DE NAVCLERORVM CALCVLO SIVE RATIONVM REDDITIONE.

Ad articul. 1.

Rationum redditio, vti quam maxime vtilis et neceſſaria, nihilque eſt, quo magis contineri queat verſutia res alienas adminiſtrantium; ita multi id agere ſolent, et eo allaborare, vt iuxta monitum Alcibiadis, quod olim Pericli, de rationibus reddendis ſolliciti dediſſe fertur, eas reddere opus non habeant. PLVTARCH. *in Alcib.* VALER. MAXIM. *l. 3. cap. 1. in extern.* Naucleri quin quandoque idem hoc omni conatu intendant, dubium non eſt, praeſertim quum ad manum quandoque tales ſcelerum magiſtros habeant, qui etſi nullibi praeſentes adfuerint, ſed domi remanſerint, nihilominus rationibus effi-

ctis exercitoribus fucum facere poſſint. Interim, quibus laeua non eſt, et honeſtas ob oculos verſatur, Aneclogiſti eſſe non adfectant, nullisque graue eſt reddere rationem, qui pura conſcientia ſe probari deſiderant. CASSIOD. *1. var. 21.* Et ad hoc ipſum ipſo iure naucleri etiam ſunt obligati, ita quidem, vt omni tempore, quando id exercitores expoſcunt, liquidas rationes, probationes et reliqua, de omnibus actionibus, adminiſtrationibus et negotiis geſtis, absque vllis reſeruationibus, ſub poena ducentorum Carolinorum florenorum praeſtare teneantur, exercitoribus ſoluendorum, quotiescumque id non praeſtiterint, praeter omnia damna et intereſſe, ab exercitoribus perpeſſa; iuxta *ius marit. Philipp. II. tit. de naucler. et mercat. art. 10.* et GROT. *introd. l. 3. part. 23. in fin.* immo et, niſi furti poenam luere velint, iuxta *ius Danicum cap. 40.* Sunt et qui naucleros, ſeu patronos nauium, etiam in mari ſingulis participibus rationem reddere teneri putant, non admiſſa exceptione; quaſi tantum teneantur eam reddere exercitoribus in terra *deciſ. Rotae Genuen. 20.* Carolus V. *artic. 45. iur. marit.* naucleris ad reddendas rationes octiduum praefixit, poſt finitum ſcilicet iter, et diſtracta aut tradita mercimonia, naulumque plene acceptum, idque ſub ſimili poena 200. Carolinorum florenorum, quoties contra fecerint. Plebiſcita vero Gedanenſia *part. 1. cap. 4. artic. 9.* longius ad hoc tempus determinant, videlicet ad ſummum quatuor ſeptimanarum poſt reditum. Aſt hic articulus nullum terminum praeciſe definit, ſed hac in parte cuilibet Emporio ſuum morem relinquit. Caeterum haec rationum redditio non tantum in conſignatione expenſarum et ſumtuum, ſed et acceptorum, tum et retributione debitorum inde adparentium conſiſtit per *l. 1. §. 4. C. de comm. ſeru. mun.* Si etiam alicui rationum redditio remittatur, non tamen hoc conſequitur, vt ne, quod apud eum ſit, reddat, et lucrifaciat, ſed ne ſcrupuloſa inquiſitio fiat, hoc eſt, vt negligentiae ratio non habeatur, ſed non tantum fraudium *l. 119. ff. de legat. 1. l. 72. §. 3. ff. de cond. et demonſtr.* Diciturque is, qui a rationibus reddendis liber eſt, Vlpiano Aneclogiſtus, ſiue ἀνεκλόγιστος *l. 5. §. 7. ff. de admin. et pericul. tutor.*

Ad

Ad articul. II.

Non haec eſt mens articuli, quaſi naucleris, ne quid in rationes referre obliuiſcantur, ſuggerere velit (perquam enim acuta et tenax hac in parte eorum quandoque ſolet eſſe memoria) ſed vt probationes ſolidas et ſufficientes producant, et quidquid iuſtum aut aequum fuerit, admittant. Statuta Hamburgenſia in primis *part. 2. tit. 14. art. 39.* ſolidas rationes, et quidem non ſummariter, ſed particulariter, ſub iuramento a naucleris exigunt, ita vt ſi captioſae illae fuerint, et falſae, infamiae poenam ſubire, nec in ciuitate tolerari debeant. Quin et ex diſpoſitione eorumdem ſtatutorum *art. ſeq. 40.* omnes naucleri, antequam merces naui inferantur, ad requiſitionem exercitorum et mercatorum corporale iuramentum praeſtare debent, quod circa impoſitas naui merces honeſte, candide et fideliter ſeſe gerere, ac poſt reditum exercitoribus intra tres hebdomadas poſt exonerationem ſufficientem particulariter de omnibus acceptis et expenſis reddere velint rationem, data exercitoribus licentia naucleros redeuntes interrogandi, vtrum rationes exhibitae iuramento ipſorum praeſtito omnimode ſint conformes.

Ad articul. III.

Articulus hic retroſpicit aliqua ex parte *ad tit. praeced. art. 2. et 4.* omnesque clandeſtinas ſurreptiones et machinationes vetat, poena furti conſtituta in naucleros, quicumque aliquid ſubdole reticendo vel ſubducendo, vel etiam per ſpecioſas et artificioſas rationes, ac quacumque ſimili ratione alia interuertere ſtuduerint, id quod pariter *iur. Lubec. l. 6. tit. 1. art. 10. iur. Pruthen. l. 4. tit. 19. art. 1. §. 10.* et *Statut. Hamburg. part. 2. tit. 14. art. 38.* poenaliter inhibetur. Praeter haec, de iure ciuili, etſi nauta mercedem accipiat, non pro cuſtodia, ſed vt traiiciat vectores, cuſtodiae tamen nomine ex locato tenetur, non ſecus atque fullo vel ſarcinator, qui etſi mercedem pro arte, non cuſtodia, accipiunt, nihilominus etiam cuſtodiae nomine ex locato tenentur *l. 5. ff. naut. caup. ſtabul.* vbi Gaius ſub finem addit, quod quaecumque de furto dicta ſunt, eadem etiam de damno debeant intelligi. Non enim dubitari oportet, quin is, qui ſaluum fore recipit; non ſolum a furto, ſed etiam a damno recipere videantur. Et quia neceſſe eſt plerumque fidem nautarum ſequi

Digitized by Google

ſequi, resque cuſtodiae eorum committere; ideo de receptis, niſi reſtituant, praetor in eos iudicium ſe daturum ait *l. 1. eod.* nec id grauiter aduerſus eos conſtitutum eſſe quiſpiam putet, quia in ipſorum arbitrio eſt, ne quem vel quid recipiant *d. l. 1.* Per nautam autem hic intelligitur, qui nauem exercet, et ad quem quaeſtus et reditus praecipui perueniunt, quamuis alias nautae adpellentur omnes, qui nauis nauigandae cauſſa in naue ſint *d. l. 1. §. 2.* Immo eiusmodi exercitor omnium recipit cuſtodiam, quae in nauim illatae ſunt, et factum non ſolum nautarum, ſed et vectorum praeſtare debet *d. l. 1. §. vlt.* Quod ſi etiam tota nauis locata ſit, qui conduxit, ex conducto, de rebus, quae deſunt, agere poteſt. Si vero perferendas res nauta conduxerit, ex locato conuenietur, ſed ſi res gratis ſuſceptae ſint, depoſiti agi poteſt *l. 3. §. 1. eod.* Atque hoc edicto omni modo, qui recipit, tenetur, etſi ſine eius culpa res perierunt, vel damnum datum eſt, niſi quid damno fatali contigerit, naufragio forte, vel per piratas, vel per vim maiorem *d. l. 3. verſ. miratur.* Exercitor quoque omnium nautarum factum praeſtare tenetur, nec immerito, quia ipſos ſuo periculo adhibuit, ſed non alias praeſtat, quam ſi in ipſa naui damnum datum ſit, non ſi extra nauim, neque praeſtat, ſi praedixerit, vt vnusquisque vectorum res ſuas ſeruet, et vectores conſenſerint *l. 7. ff. eod.* Plura ex *tit. digeſt. naut. caup. ſtabul.* et PECKII ac VINNII ad eum commentariis peti poſſunt.

AD TITVLVM XIII.
DE VECTIBILIBVS NAVTARVM MERCIBVS.

Ad artic. I.

Vt alii tanto magis ad nauigationis ſtudium prouocarentur, antiquitus omnibus nautis conceſſum fuit, proprio aere quasdam merces coemere, easque ſine naulo transuehere, quod genus mercimonii dici ſolet, atque hic dicitur: *Führung*, alias *Schifs-Kinder-Gut*, aut contracte *Kinder-Gut* GROT. *introd. in Iuriſpr. Holland. l. 3. part. 20. fol. 146.* Vigore huius antiqui moris tenetur nauclerus ſeu magiſter nauis in loco, vbi nauis oneranda eſt, nautas interrogare, vtrum ſua vectibilia ſeorſiue comparare, an tantumdem in naulo partici-

ticipare velint; Sin hoc, liberum id illis eſt, ſin illud, tum tenebuntur ſibi ipſis de vectibilibus talibus proſpicere, nauimque iis onerare, dummodo per hoc nauim non retardent, et ſi poſtmodum nil talium vectibilium nanciſci queant, nauclero id damnoſum eſſe non debet. Attamen tenetur nauclerus nautis oſtendere locum, et vacuum ſpatium vectibilium capax, licitumque eſt nautis, ſi voluerint, eo collocare vas aqua plenum, quod, ſi ex naui iactum fuerit, loco vini vel aliorum bonorum aeſtimari debet, vigore *iuris Wisbyc. art. 30.* cui proxime accedit *ius marit. Philipp. II. tit. de naut. art. 15.* et GROT. *d. loco.* Caeteroquin vectibilibus hiſce non ſemper indiſtincte nautae frui poſſunt, ſicuti et hoc articulo facultas haec, vbi in Hiſpaniam et Galliam migrauerint, denegatur, atque in reditu demum conceditur. Ordines etiam confoederati Belgii hunc modum vectibilibus ſtatuerunt, quod nemini in abitu illis frui liceat, teſte GROT. *d. loco et ordinat. Stat. confoed. Belgii anno 1597.*

Ad articul. II. et III.

Senſus articuli 2. hic eſt, quod repleta licet et onerata tota naui, nihilominus nauclerus nautis, vectibilibus ſuis, proprio ipſorum aere coemtis, fruendi poteſtatem et locum, ſiue ſpatium in naui dare et adſignare debeat, (per ea, quae *ad art. praeced.* dicta et *iure Danic. c. 12.* ſancita ſunt) non vero illis ad vectibilium coemtionem vllam pecuniam inuitus mutuo dare cogatur. Collato itaque hoc articulo 2. cum ſequenti tertio, multum intereſſe adparet, an nauis plene ſit onerata, an ſecus, vtroque caſu nautae quidem iure vectibilium nauticorum frui poſſunt, ſed diuerſo modo. Nam quoad primum, vectibilia, vti regulariter, ita etiam eo reſpectu, in reditu proprio aere comparare nauique, citra vllam nauli exactionem, licite inferre poſſunt. Quoad alterum vero caſum, nautae, propria pecunia deſtituti, a nauclero eo nomine mutuam pecuniam petere poſſunt, qui viciſſim illam de ipſorum mercede defalcare, neutiquam autem ad rationes exercitorum referre poteſt.

Digitized by Google

Ad articul. IV.

Specialior et reſtrictior adhuc caſus hic ponitur, quod nimirum in nauibus, in Gallia oneratis, nautae ſua vectibilia ſemper aere proprio ſoluere debeant, non quod aere alieno, mutuo accepto, id facere non poſſint, vel etiam in Gallia tantum proprium aes requiratur (regula enim generalis eſt, quod nullibi, niſi proprio aere vectibilia comparari queant) ſed quod alibi extra Galliam nauclerus, praeſertim, quum nauis plene onerata non eſt, (vti ſupra dictum) nautis gratiam hanc et officium, mutuo ſcilicet eisdem dando pecuniam tantam, quantam ex mercede eorum vectibilibusque recipere forte poteſt, denegare non poſſit, in Gallia vero nulla ratione ad hoc obſtrictus ſit, ſed proprio aere, quomodocumque legitime adquiſito, nautam inſtructum eſſe, vectibiliaque ſua emere oporteat.

Ad artic. V.

Vtrumque iuſtum eſſe, et vt bona haec vectibilia nautarum in loco demum, vbi nauis exoneratur, veneant, vt exercitores, ſi adſint, prae aliis illa emendi ius habeant, nemo negabit, tum quod totius, quam partis maior vt plurimum habeatur ratio, et acceſſorium a principali, non vero principale ab acceſſorio dependeat, tum quod exercitoribus id valde damnoſum foret, ſi a nautis hac ratione vilius, per venditionem vectibilium, ipſorum mercibus, quas tam vili pretio vendere aut nolunt, aut ſane damno non poſſunt, pretium conſtitueretur. Atque ita *ius Danic. c. 11.* intelligi debet, quod etiam *cap. 12.* vetat, ne quis ſpatium, vectibilibus in naui adſignatum, inſcio et inuito nauclero, alteri vendat.

Ad articul. VI.

Plebiſcita Gedanen. *part. 1. cap. 4. artic. 13.* ex parte conueniunt, praeterquam quod non tritici, ſed ſiliginis tantum meminerunt, hoc autem ibi additur; quod nautis ſua vectibilia, aere ſuo comparata, naui non inferentibus, exercitores in ſuum vſum, ſpatium illis vehendis deſtinatum, conuertere poſſint, nautae vero hoc nomine nihil exigere queant. Iuxta GROTIVM *l. 3. part. 20. fol. 146.* de bonis ex locis auſtralibus, h. e. Germania et longinquius venientibus, quili-

bet

bet nauclerus et gubernator nauis percipit mediam laſtam ſiliginis aut tritici, et tres nautae coniunctim laſtam earum rerum, quibus potiſſimum nauis eſt onerata; attamen, ne ſub hiſce vectibilibus pretioſas merces, vtpote lanam, ſericum, pannos, vllaque mercimonia, quae per vlnam vel pondus venduntur, eliberent. De omnibus itidem bonis, quae tonnis includuntur, vtpote farina, hordeo, pice, reſina, cineribus, et ſimilibus mercimoniis ex locis auſtralibus venientibus, illi qui operas nauticas praeſtant, pari ratione percipiunt, videlicet, de ſiligine 12. tonnas, in laſtam computando, et ſi nauis aliqua, praeter bona tonnis comprehenſa, ſiliginem ſimul vehat, etiam vectibilia ſua his conformare poſſunt. Si vero nauis meris bonis, tonnis incluſis, onerata ſit, tum ſimiliter non amplius percipiunt, quam pro media laſta ſiliginis aut tritici nouem tonnas, et pro triente laſtae ſex tonnas, ac nihil amplius. Aſt ſi nauis veniat ex partibus occidentalibus, more antiquo, ſal liberum habent, dummodo non vinum, oleum, ſpecies et ſimiles merces ſub illis eliberare velint. De vinis et prunis ex Gallia, vectibilium nomine, nauclerus vnam cupam, quam pipam vocant, ſiue duo vaſa, Oxhoft dicta, et nautarum quilibet vnum vas habere in naui poſſunt. Denique de lignis ex partibus Auſtralibus, vel etiam ex Norvegia venientibus, ſexta pars pecuniae, quae reipublicae pro ſaluo conductu praeſtatur, vectibilium nomine venit: de centum tonnis, octo tonnae, nihilque amplius, quandoque minus; attamen ſi nauis minus, quam viginti tonnas cereuiſiae vehat, nil vectibilium nomine debebitur, et praedictae menſurae quam optime repleri debent, quando bona haec mercatoribus traduntur. Hactenus GROTIVS, cui adſtipulatur ſupradicta *Ordinat. Stat. confoed. Belg.* vt et *ius Dan. cap. 10.*

Ad articul. VII.

Per abuſum introductum fuit, vt praeter vectibilia illa, legibus ordinata et permiſſa, frumentum, ſtoreis ſeu martis impoſitum, a nautis excuteretur, atque ita coaceruaretur, quod autem hic inhibetur, et quidem poena dupli mercatoribus praeſtanda conſtituta, quum iniquum ſit, quod ad alios pertinet, alterum ſibi arrogare velle, *l. vlt. C. vnde vi*, eoque pertinet *ius Danic. marit. c. 66.* Obiter notandum, quod nautae etiam iure vectibilium quandoque culpa ſua excidant;

 exem-

Digitized by Google

exempli gratia; ſi per noctem ex naui abſint, vel etiam cibum naucleri contemnant, vti ex *tit. 3. art. 19. et tit. 14. art. 6. Iuris maritimi Hanſeat. adparet.*

AD TITVLVM XIV.
DE EXTRAORDINARIA REMVNERATIONE FIDELIVM NAVTARVM.

XENOPHON *l. 2. paed. Cyr. c. 49.* inter varios diſcurſus Cyri et praefectorum ſuorum, quemdam praefectum ſcribit de quodam ſuo contubernali memoraſſe, qui plus aliis in omnibus habere vellet praemii, in laboribus vero aequo animo ferret, alium plus habere, qui quidem velit. Lepidus ſane ille, qui virtutem arduam et ſaepe periculoſam poſt habendo, praemia ſequi ſe otioſum, et quod induſtriae debetur, inertiae tribui adfectauit. Rectius Pamphilus ille apud TERENT. *Andr. act. 2. ſcen. 1.*

Ego, Charine, neutiquam officium liberi eſſe hominis puto,
Quum is nihil promereat, poſtulare id gratiae adponi ſibi,

Democritus vtique duos in hoc mundo deos, poenam et beneficium, poſuit PLIN. *l. 2. c. 7.* quoniam alter ſi deſit, claudicat mundus, et quamquam vſu venit, vt vtroque aliquando pede claudicetur, nulla tamen dubitatio eſt, quin deformior ex dextro pede, in quo eſt praemium, claudicatio ſit, quam ex ſiniſtro, in quo poena, iuxta AMIRAT. *diſſ. polit. ad Tacit. l. 2. diſc. 2.* Graue enim eſt, vt fructu laboris ſui fraudetur induſtrius: et cui adhibetur pro ſedulitate conferri praemium, diſpendium patiatur iniuſtum CASSIOD. *2. var. 21.* Et quamuis obſequia quandoque gratuita iure debeantur, ſeruitia tamen per moderata compendia prouocantur *3. var. 19.* Quin et non ſolum in lucrum cedunt, quae bene meritis conferuntur, ſed et virtutibus fama tollitur, ſi earum merita in hominibus neſciantur *4. var. 24.* et *8 var. 31.* Hinc olim Romani nullam virtutem irremuneratam facile tranſire permittebant, atque eo fine poſt coronas militares caſtrenſes, murales, ouales, triumphales, obſidionales, et alias, etiam nauales ſiue roſtratas donare ſolebant, illi nimirum, qui maritimo praelio primus in hoſtium nauem vi armatus tranſiliiſſet, referente GELLIO *l. 5. noct. Attic. 6.* quarum figuras exhibet STEWECH. *comm. in l. 2. Veget. c. 7. pag.*

7. pag. 102. Hiſce rationibus moti conditores iuris maritimi Hanſeatici, etiam de extraordinaria remuneratione fidelium nautarum aliquid certi ſtatuere voluerunt, ne et ab ipſorum parte claudicaret iuſtitia, aut poenis ſolummodo in deſides, infidos et improbos nautas, antecedentibus titulis intenti fuiſſe, praemiorum vero omnino immemores viderentur, neque ipſis illud a nautarum gente, quod olim a Druſo Tiberii filio obiici poſſet: Praemia ſub dominis, poenas ſine arbitrio eſſe, TACIT. *1. annal.*

Ad articul. I.

Clarius et diſtinctius *ius Wisbycenſe artic. 18.* articuli huius ſententiam et mentem explicat, his verbis: Si contingat, nautas ad tempus aliquod operam ſuam cuidam nauclero addicere, ac quidam eorum absque venia naucleri e naui egrediantur, et ad ebrietatem ſe ingurgitent, ita vt eorum aliquis vulneretur; nauclerus non tenetur eos ſumtibus nauis ſanari curare, ſed poteſt, eis ex naui dimiſſis, alios in locum iſtum ſurrogare: Quod ſi vero is plus mercedis poſcat, quam vulneratus habuit, tum vulneratus id ſoluet, nec minus ea, quae praecepit, nauclero reddet. Quod ſi vero eos pro expediendis nauis negotiis ablegauerit, illique, dum his occupantur, verberentur vel vulnerentur; ſumtibus nauis ſanari debent. *Idem artic. 43. d. iur. Wisbycenſ. iur. marit. Philipp. II tit. de naut. artic. 16. iur. Danic. cap. 18.* et *Statut. Hamburg. part. 2. titul. 14. artic. 17.* ſancitur. Atque exinde, quum heredes Ioachimi Ottonis, nautae cuiusdam, contra Ioachimum Vergin Gedani agerent, et mercedem integram, eo quod pro ſalute et vtilitate naucleri in Luſitania ad rixas, deinde ad pugnam veniſſet, et occiſus eſſet, idque liquido probari non poſſet, ſed nauclerus propria nautae culpa omnia eueniſſe adſereret, et ſemiplene probaret, die 31. Auguſti anno 1644. pronunciatum eſt, quod conuentus iurare deberet, interfectum nautam propria ſua culpa, non vero vllis ſeruitiis pro commmodo nauis ſuſceptis, necem ſibi conciliaſſe, hocque iuramento praeſtito, actio euanuit.

Ad articul. II.

Tria haec in morbo grauia ſunt, metus mortis, dolor corporis, et intermiſſio voluptatum: aſt nihil aeque aegrum reficit, atque adiu-

Digitized by Google

adiuuat, quam amicorum adfectus: nihil aeque exſpectationem mortis ac metum ſurripit SENEC. *epiſt. 78.* Hinc etiam nautae, morbo ſontico, nulla ſua culpa contracto, laboranti, merito conditores iurium maritimorum Hanſeaticorum de commodo hoſpitio, candelis nocturnis, perſona curam eius gerente, cibo itidem et potu, pro exigentia rei, hic proſpicere voluerunt. Sed cur non etiam de conuenienti lecto, caro in primis aegrotanti, et moleſta quidem poſſeſſione, ſed tamen neceſſaria, ex mente *Euripidis in Oreſte?* Nimirum, quia qui de diuerſorio commodo prouidet, is in primis etiam lectum ſubintelligit, ſine quo nulla commoditas. Nec minus conuenit, vt vbi talis nauta ſanitati redditur, mercedem ſuam capiat, aut eo mortuo illa ad heredes deuoluatur. *Ius Wisbyc. art. 19. ius marit. Carol. art. 27. Philipp. II. tit. de naut. art. 16. ius Danic. cap. 19. Statut. Hamburg. part. 2. tit. 14. artic. 30.* Excipitur hic morbus, qui ex nauſea marina tantum contrahitur, hac enim hominem nauticum laborare probroſum ſemper iudicatum eſt. Hinc SENEC. *epiſt. 108.* „Non magis mihi poteſt quisquam talis prodeſſe praeceptor, quam „gubernator in tempeſtate nauſeabundus. Tenendum eſt rapiente „fluctu gubernaculum, luctandum cum ipſo mari, eripienda ſunt „vento vela: quid ne poteſt adiuuare rector nauigii attonitus et vo„mitans?„ Ius Lubecenſe *l. 6. tit. 1. art. 11.* tales nauſeantes nautas etiam mercede priuari, illamque inter reliquos nautas diuidi vult, ſine dubio exinde, quia aequum viſum fuit, vt is, qui propter nauſeantem ſocium plus incommodi et laboris ſuſtinuit, etiam plus commodi et mercedis percipiat. Excipitur etiam morbus contagioſus, vtpote Lues Venerea, qua laborantes nauclerus, ſi id binis nautis probare poſſit, ad proximam, quam adpellit, terram exponere, nulla illis data mercede, poteſt. *ius Wisbycen. art. 62.* Carolus V. Imp. et Philip. II. in ſupra allegatis articulis, praeter mercedem etiam vectibilia defuncti nautae attribuunt heredibus, quod tamen indiſtincte intelligendum non eſſe, ex ſubſequentibus articulis, vtpote *Carol. art. 29. Philip. II. tit. de naut. art. 17. et praedicto art. 30. Stat. Hamburg.* patet, vbi haec ſe offert diſtinctio: Aut nauta moritur in abitu ex portu, et tum heredibus eius tantum dari et ſolui debet dimidia pars mercedis, et bonorum vectibilium: Aut moritur in reditu, et tum tota merces omniaque bona vectibilia ipſis debentur, attamen ſub hac conditione,

vt heredes ſumtus funeris neceſſarios refundant, et a defuncto praecepta ſibi defalcari permittant. Hinc etſi in hoc articulo iuris Hanſeatici nulla vectibililium fiat mentio; rationis tamen eſt, iuxta diſtinctionem praeallegatam etiamnum in caſibus ſimillimis procedi, attamen ita, vt ſiue in abitu ſiue reditu moriatur, ſi proprio ſuo, et non a nauclero mutuo accepto aere, vectibilia emerit, ſemper heredibus extradi debeant, nauclerus vero nihil in eisdem iuris habeat. Quaeri hic poſſit, *quid iuris ſit, ſi carabus funibus a naui ſua ruptis, cum nauigantibus in ea nautis pereat?* Ius nauale Rhod. *c. 46.* hoc in caſu quoque vult, vt nauclerus mercedem annuam, vbi annus integer exactus fuerit, nautarum heredibus ſoluat.

Ad articul. III.

Quaerenti Arminio ex fratre Flauio, qui Romanis militabat, et oculum per vulnus amiſerat, vnde ea deformitas oris, quodnam praemium recepiſſet? Flauius, aucta ſtipendia, torquem et coronam, aliaque militaria dona memorat, irridente Arminio vilia ſeruitii pretia TACIT. *2. annal.* Tam abiecte ſentiebat ille de iis praemiis, quae tamen ſemper magni aeſtimarunt illi, quos maior gloriae, quam lucri et quaeſtus gratia tenuit. Sic magna gloria tribunus ille militum in Hiſpania T. Didio imperante, cominus faciem ſuam oſtentabat, aliquot aduerſis cicatricibus et effoſſo oculo; quo ille dehoneſtamento corporis maxime lactabatur, neque illis anxius, quia reliqua glorioſius retinebat. *Salluſt. fragm. hiſt.* Hinc Spurio Caruilio ex vulnere, ob rempublicam accepto, grauiter claudicanti, mater dixit: Quin prodis, mi ſpuri, vt quotiescumque gradum facias, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem, vti habet CICER. *2. de orat.* nec veritus eſt vti tali conſolatione SIDONIVS APOLLIN. *carm. 23. ad Narbonem*:

Sed non hinc videare forte turpis,
Quod te machina crebra perforauit:
Namque in corpore fortium virorum
Laus eſt amplior, amplior cicatrix.
In caſtris Maratboniis morantem
Vulnus non habuiſſe, grande probrum eſt.

Vtut ſit, tumidam quidem, cum *Petronio*, ius agnoſco orationem,

nem, qui clamat: *Haec vulnera pro libertate publica excepi, hunc oculum pro vobis impendi:* ſed tamen etiam, quae ſequitur, miſerabilem: *Date mihi ducem, qui me ducat ad liberos meos, nam ſuccifi poplites membra non ſuſtinent. Petron. Satyr. in Princ.* Quod quum etiam nautis ſaepe eueniat, vt ſcilicet, fortiter contra piratas pugnando, ſeque et naues tutando, membris corporis mutilentur, debilitentur, atque in eum ſtatum redigantur, vt muneri nautico obeundo porro non ſint idonei: Sane non ſatis eſt, ob glorioſe geſta eos coronis inſignire, aut laudibus extollere, ſed et ita eisdem prouideri decet, ne in paupertate ac miſeria viuere, et in anxietate mori teneantur. Hinc eſt, quod etſi corpora libera in aeſtimationem et contributionem non veniant, de iure Ciuili *l. 2. §. 2. ad l. Rhod. de iact.* nihilo minus communiter, de iure maritimo, ſtatuatur, quod ſi quis nautarum in pugna cum hoſtibus vel piratis vulneratus, debilitatus, aut occiſus fuerit, tum id quod intereſt, ſeu damnum ex vulneratione, debilitatione aut nece reſultans, ac porro tota merces, praetenſio, vectibilia et ſepultura defuncti, in groſſam Hauariam, et communem contributionem ex naui et mercibus, pro quarum defenſione tot malorum paſſus eſt, praeſtandam veniat. *ius. marit. Carol. art. 28. Philip. II. tit. de naufrag. art. 2. ius Danic. c. 20.* et *Statut. Hamburg. part. 2. tit. 14. art. 42.* Armamenta tamen nauis et inſtrumenta in conflictu cum piratis deprauata, in Hauariam non veniunt, ſed damnum hoc a nauclero et exercitoribus ſarciendum eſt, vti anno 1603. die 24. Septembris inter Henricum Plaſſenberg et exercitores, contra Paulum Damerau et conſortes Gedani pronunciatum fuit.

AD TITVLVM XV.
DE RIGOROSA EXSEQVVTIONE HVIVS ORDINATIONIS.

Ad articul. I.

Finis et virtus omnium legum conſiſtit in exſequutione, ſine qua omnis lex vmbra eſt ſine ſubſtantia, idea ſine corpore, campana ſine piſtillo, vti ICti loqui amant. Neque enim tantum decenter leges ferre ſummo bono eſt, ſed etiam ſancita accurate cuſtodire, et ad effectum deducere, transgreſſoresque poenis competentibus ſubiicere.

cere. Quae namque legum erit vtilitas, ſi in literis duntaxat conſiſtant, non etiam per ipſa facta atque opera ſubditis vtilitatem de ſe praebeant? *Nouell. 116. in princ.* Nihil equidem tam mali exempli in republica eſſe credo, quam ſi leges nuper latae non obſeruentur, ne ab eo quidem, qui eas tulit, ait MACCHIAV. *l. 1. diſp. de rep. c. 45.* id quod in Anglia infrequens non eſſe, vtpote vbi plures bonae leges ferantur, quam exſequutioni mandentur, ipſemet Angliae rex Iacobus *in ſuo Baſilico Doro* conqueritur. Eodem pertinet monitum ARISTOTEL. *l. 5. de Republ. c. 8.* Ne quid ciues contra leges faciant, praeſertim quum occculte ſerpat, ac ſe inſinuet legum violandarum, atque inſtitutorum ciuitatis negligendorum conſuetudo. Recte itaque conditores iuris maritimi Hanſeatici, variis ſanctionibus et legibus praemiſſis, etiam ad exſequutionem realem ſe obligant, idque exemplo Caroli V. Imp. qui in ſuo iure maritimo *art. 32.* nulli nauclero, magiſtro nauis, exercitori, aut cuipiam alteri permiſſum eſſe vult, contra tenorem praeſcriptorum ſuorum punctorum et articulorum agere, aut cum quopiam contrahere, ſub poena nullitatis et arbitraria correctione.

Ad articul. II.

Socrates apud PLATONEM *politico pag. m. 554.* gubernatorem nauis non ſcriptis, ſed arte, quaſi lege quadam nautas ſeruare ſtatuit, id quod de ipſa gubernandi ſcientia, quae non ſcripto, ſed arte et vſu diſcitur, intelligendum eſt. Sine legibus autem nautas in officio continere velle, idem eſt, quod ferocem equum ſine fraeno conſcendere, et dicto audientem reddere. Aſt dubitari poſſit, an ſatis ſit, vt nautae huic iuri Hanſeatico ſubſcribant, vel etiam iuramento ſe ad obedientiam eidem praeſtandam obligent, niſi prius ſaepius illis, quippe, qui vt plurimum literas in tantum ignorant, vt nec legere, nec ſcribere poſſint, recitatum, et probe inculcatum fuerit? Praeſtaret ſane, vbi in itinere malitia eſt, vel aliud commodum tempus ſe offert, id illis crebro praelegi, neminemque in nautam adhiberi, niſi cui ius hoc maritimum ſiue ex propria lectione, ſiue aliorum recitatione bene ſit notum. Quomodo enim iurabit, ſe huic vel illi legi obſequentem fore, ſi eam neſcit? Aſt vbi nouit, merito iusiurandum

dum exigitur, quia plurimum valet ad metum delinquendi praeſentia religionis vrgeri SYMMACH. *10. epiſt. 54.* quemadmodum etiam *iure maritimo Carol. V. art. 34.* et *Philipp. II. tit. de delict. naut. art. 9.* omnes magiſtri nauis, ſiue naucleri, ad tale iuramentum praeſtandum adiguntur, quod nimirum ordinationibus illis obedire, nautasque, et ſocios nauales, contra eas delinquentes, poſt reditum, patefacere velint, idque ſub poena periurii, ac inſuper iisdem, quas delinquentes promeruerunt. Quibus ſanctionibus, in quantum ius noſtrum Hanſeaticum accedat, ſupra *tit. 2 art. 3.* videre licet. Vereor autem, ne hoc ipſum, quod hoc articulo conſtituitur, iam dudum in deſuetudinem abierit, quum experientia teſtetur, ipſos naucleros, nedum nautas, iurium maritimorum ſaepe ita eſſe rudes, vt qui eas numquam viderunt, vel recitari audiuerunt, ac in nauibus eorumdem plus alearum, fritillorum, et chartarum luſoriarum, quam ſalubrium legum et iurium ſaepe reperiri. Hiſce manum de tabula reuoco, et

Sit iam tempus iter longi cohibere libelli,
Ne tractum ſine ſine ferat faſtidia carmen.

PRVDENT. *l. 2. contra Symmach. in fin.* Vtinam vero, vt cum *Petronio* finiam, lector

Inueniat, quod quisque velit: Non omnibus vnum eſt
Quod placet: hic ſpinas colligit, ille roſas.

REINOLDI KVRICKE

DIATRIBA

DE

ADSECVRATIONIBVS.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

Quandoquidem conditores iuris maritimi Hanſeatici materiam aſſecurationis ſicco plane pede praeterierunt, illa vero maxime ad ius maritimum pertinet, mantiſſae loco quaedam addere, paucisque delineare volui. Vox *adſecurationis* non priſci, ſed recentioris aeui eſt, quo quidam Neotericorum *adſecurare* pro *ſecurum facere*, dicere coeperunt. Nec mirum, veteribus vocem hanc in vſu non fuiſſe, quum res et ipſa, quae voce deſignatur, iisdem ignota fuerit. Nam quod quidam LIVIVM *lib. 23. c. 141.* allegant, vbi qui redemturis auxiſſent patrimonia, h. e. publicani, reipublicae ad tempus praebebant, quae ad exercitum Hiſpanienſem opus eſſent, ſub hac conditione, vt quae in naues impoſuiſſent, ab hoſtium tempeſtatisque vi publico periculo eſſent: illud, etſi vim pacti habeat, longe tamen ab adſecuratione, quae hodie in vſu eſt, diſcrepat, ſiquidem hic reſpublica ſola periculum in ſe recipit, quum tamen ex lege adſecurationum, et adſecurator ad damnum praeſtandum, et adſecuratus ad periculi pretium, quod *praemium* vocant, vtrinque obligati ſint. Multo minus SVETONIVS *in Claud. c. 18.* contra facit, vbi dicitur: Claudium negotiatoribus certa lucra propoſuiſſe, ſuſcepto in ſe damno, ſi cui quid per tempeſtates accidiſſet. Inuitamentum enim hoc fuit negotiatorum, vt ſedula et non intermiſſa cura nauigationem promouerent, atque hoc quaſi praemio eos ad maritimam negotiationem inuitauit imperator, ſicuti et naues, mercaturae cauſſa, fabricantibus, magna commoda conſtituit, vti mox ibidem ſequitur. Bonum itaque publicum hoc ipſo promouere voluit Claudius, quum adſecuratores proprii lucri ſint ſtudioſi, ac ſuſcepto quamuis in ſe periculo, rem ſuam augere intendant. GROTIVS *l. 2. de iur. bell. et pac. c. 12. n. 3.* (quem poſtea alii ſunt ſequuti) adſecurationem, *auerſionem periculi* vocat, eamque *l. 2. introd. in iurispr. Holland. part. 24.* ita definit: *quod ſit conuentio ſiue contractus, quo quis in ſe ſuſcipit incertum periculum, cui alter erat obnoxius, qui e contrario eo nomine illi praemium retribuere tenetur.* Plenius, meo iudicio, adſecuratio definitur, *quod ſit conuentio, qua quis periculum traiiciendarum, vel alio terra marique vehendarum mercium, vel etiam nauis ipſiusmet, et indemnitatis eo nomine praeſtationem in ſe, pro certo periculi pretio, ſiue praemio recipit.*

Digitized by Google

Alia namque et adſecuratio *terreſtris*, quae fit ratione rerum et mercium, quae per terram alio transuehuntur: alia *maritima*, quae concernit merces per mare venientes vel abeuntes; quorum illa rara eſt, haec frequentiſſima, et exinde adſecuratio proprie de nauibus et mercibus mari euntibus vel redeuntibus intelligitur, legesque eo nomine conditae potiſſimum ad hanc reſpiciunt, vti ex *ordinatione Amſtelrodamenſi de adſecurationibus n. 14. et 15.* liquet. Sunt qui maritimam quoque adſecurationem aliam eſſe *puram*, aliam *conditionalem* dicant: *Puram*, quae ſimpliciter conditione aliqua temporis, loci, vel etiam periculi praeſtatur: *Conditionalem*, quae adnexam habet conditionem loci, temporis, periculi, caſuumque certorum in inſtrumento adſecurationis expreſſorum. Sed, vtrum pura adſecuratio detur? dubitare licet, et quum SANTERNA *de adſecur. part. 3. n. 42.* omnem adſecurationem conditionalem eſſe, credere, idque reſpectu habito ad periculi vel caſus euentum, quo non contingente, ſi nihilominus adſecurator id, quod in caſum periculi conuentum erat praeſtet, verius donatio, quam adſecuratio dici meretur.

Hunc autem contractum licitum eſſe, dubium non eſt, quum de re licita, modisque licitis fiat, nec vllibi reperiatur prohibitus, qua de re videri poſſunt *deciſ. 25. Rot. Genuen.* et SCACCIA *de commerc. §. 1. quaeſt. 1. n. 129.* ac infra, vbi de foenore nautico, vtrum licitum ſit, nec ne, diſceptabitur, adferemus quaedam, quae et hic adplicari commode poterunt.

Caeterum qualis ſit hic contractus, inter ICtos diſceptatur, aliis nominatum, aliis innominatum, aliis ſponſionem, aliis fideiusſionem, aliis emtionem et venditionem ſtatuentibus, quibus quaeſtionibus anxie hic inhaerere, noſtri nunc non eſt inſtituti. Remittimus hoc nomine lectorem ad SANTERNAM *de adſecur. part. 1. n. 7. et part. 4. n. 13.* RVTG. ROLAND. *Relat. cum annexa deductione Petri Schneller.* LOCCEN. *de iur. marit. l. 2. c. 5.* et STIPMAN. vel potius eius continuatorem *part. 4. c. 7. n. 21. et ſeqq.*

Aſt quia adſecurator periculum in ſe ſuſcipit, videndum omnino, quid nomine periculi veniat. *Periculi* autem adpellatione continetur, iuxta GROT. *introd. in Iurisp. Holland. l. 3. part. 24.* quidquid fit in mari, a tempeſtate, igne, hoſtibus, praedonibus, arreſtis, ſeu repreſſaliis, vel etiam quidquid nequitia, negligentia nauclero-

clerorum, nautarum, vel aliorum naui, boniſque accidere poteſt, in quantum alii, vel etiam nauclerus ipſemet inde damnum paſſi ſunt, omniaque alia cogitata, vel non cogitata, ſolita vel inſolita. Qui ergo generaliter ad periculum quoduis ſe obligauit, nullam habet exceptionem, et omnes caſus, vtut etiam culpa naucleri, nautarum, vel alterius cuiuſpiam tertii, cauſſam eis dederit, praeſtare tenetur, quum alias non niſi de caſibus fortuitis teneatur, qua de re fuſius conſuli poteſt SANTERNA *de adſecurat. part. 3. n. 75. et ſeqq. et part. 4. n. 1. cum ſeqq.* Sic ex iactu mercium tenetur adſecurator, quia iactus caſibus fortuitis adnumeratur, non vero tenetur, ſi merces vitio proprio corruptae, vel culpa magiſtri nauis non bene reconditae, deprauatae aut non ſeruatae fuerint, quod ex iis, quae ſupra copioſe *ad tit. 8. de iactu* commentati ſumus, abunde videre licet, conſulique poſſunt GROT. *d. l. fol. 154. b. et Ordinat. Ambſter. art. 27.*

Quia vero in antiquis legibus nullae occurrunt, ex quibus quaeſtiones, circa materiam adſecurationum occurentes, determinari queant, recurritur vt plurimum hodie ad conſuetudines Burſae Antwerpienſis, vel etiam Ambſterodamenſis, ordinationesque illas, quas Philippus II. Hiſpaniarum rex ſuis maritimis ordinationibus adnexuit, vt et Ambſterodamenſium hoc nomine condita Plebiſcita, niſi quae ciuitas ſuas ſeorſiuas leges vel conſuetudines vſuales habeat. *Ordin. Philip. II. art. 2. et ordin. Ambſter. art. 1.*

Adſecurationis autem contractum inire poſſunt omnes, qui non expreſſe prohibentur, quales ſunt nauclerus, officiarius nauticus, gubernator nauis, proreta, naupegus et nautae. *Ordin. Philip. II. art. 9. Ambſterod. ordin. art. 11.* Item iudices et commiſſarii, litibus ex adſecuratione ortis definiendis conſtituti eorumque adminiſtri, ſecretarii, ſcribae, teloneatores et proxenetae. Aurigae quoque, curribus praefecti et vehiculatores, currus ſuos, carros aut equos aliter adſecurare non poſſunt, niſi ſub dimidietate pretii eorumdem, mercedem autem nullo modo poſſunt. *Ordin. Ambſter. art. 30.* GROT. *d. l. fol. 152. b.*

Similiter etiam adſecurari poſſunt omnia, quae adſecurari nec de iure nec de conſuetudine, quae vim iuris habet, prohibentur.

Primo autem adſecurari non poſſunt merces vel bona, naui non illata. *Ordin. Phil. art. 1.*

Secundo,

Digitized by Google

Secundo, nulla et irrita eſt adſecuratio nauium, bonorum, mercimoniorum, vel quarumcumque rerum aliarum, nullis exceptis, quae tempore adſecurationis factae in periculo verſantur, quocumque ſub titulo illa fiat, vt et, quae piraticae, furtis, aliisque abuſibus nauclerorum et nautarum non eſt aduerſa. Adſecuratio enim non ad praeteritum, ſed futurum et imminens periculum, ſeu damnum extenditur. *Ordin. Philip. II. art. 4.*

Tertio, nemo nauim ſuam de periculo maris, ignis, hoſtium, piratarum, vel vllo alio modo adſecurari curare debet, pro ſe vel aliis exercitoribus eiusdem nauis, vltra medietatem iſtius nauis, vna cum armamentis et inſtrumentis, ſi tantum ſaburrata, aut minus, quam ex media parte onerata nauiget. Si vero vltra dimidium ſit onerata, tum nauclerus fundum, carinam et aluum nauis, vna cum tormentis, puluere pyrio et globulis adpertinentibus, non vero rudentes, inſtrumenta et armamenta nauis, adſecurari curare poteſt *Ordin. Philip. II. art. 8.* Correcta eſt haec diſpoſitio, et in eius locum introducta illa Ambſterodamenſium ordinatio, *art. 10.* quae etiam apud GROT. *d. l. fol. 153.* reperitur, vigore cuius nauium, tormentorum, rerum bellicarum adſecuratio non admittitur, niſi infra tres trientes iuſti pretii, inhibita plane nauli, inſtrumentorum ſeu armamentorum, pulueris tormentarii, globulorum, commeatus et ſimilium rerum conſumtibilium adſecuratione.

Quarto adſecuratio quidem procurari poteſt bonorum, nauium, mercimoniorumque ſubmerſorum, corruptorum, vel per praedones ablatorum, etiam poſtquam ſubmerſa, corrupta vel ablata fuerint; ſi ſcilicet id ipſum is, qui adſecurari illa curauit, ſiue adſecuratus, naui, mercibusque accidiſſe ignorouerit. Si vero tantum temporis a tempore ſubmerſionis, corruptionis vel depraedationis interceſſerit, vt interim adſecuratus mari vel terra notitiam huius caſus habere potuerit (tria milliaria in horam computando) tum irrita et nulla eſt adſecuratio, et praeſumitur, adſecuratum idipſum tempore adſecurationis factae bene ſciuiſſe, nulla in contrarium probatione admiſſa, niſi forte adſecuratio facta ſit in euentum boni vel mali nuncii, quo in caſu ſi adſecuratus iuramento ſe purgare velit, adſecurator tenetur adſecurationi ſtare, aut adſecuratum notitiam ſupra dicti caſus habuiſſe probare. *Ordinat. Ambſter. art. 20. 21.* GROT. *d. l. fol. 153. et lib. 2. de iur. bell. ac pac. c. 12. num. 23.*

Quinto,

Quinto, adſecurationes in vitam hominis, aut in ſponſiones itinerum, et ſimiles inuentiones inhibitae ſunt. *Ordin. Ambſter. art. 23.* GROT. *d. l.* Hodie tamen nil frequentius fieri ſolet. Formam adſecurationum quod attinet, ea duplex eſt. Externa et interna. Illa ad exſiſtentiam, haec ad eſſentiam pertinet. Requiritur autem ad exſiſtentiam inſtrumentum adſecurationis, quod Itali *Pollicem*, Belgae *Police*, noſtrates corrupte *Polis* vocant, quemadmodum vice verſa id, quod adſecuratori, pro cautione periculi ab adſecurato datur, *praemium* dicitur. Inſtrumentum autem ita confici debet, vt 1. nomen adſecurantis, vnius vel plurium. 2. Nomina naucleri et nauis. 3. Specificationem loci a quo, et ad quem. 4. Mercium quantitatem et qualitatem. 5. Nomen itidem adſecurati, vel adſecuratorum, ſi plures ſint. 6. Tempus, quo adſecuratio et incipere et exſpirare debet, exprimat. 7. Magiſtro etiam nauis in eo libera facultas ad dextram vel ſiniſtram, neceſſitate ita flagitante, nauigandi, quo velit, concedatur. Et 8. non tantum adſecurator ſe de periculo cauiſſe recognoſcat, ſed et vice verſa adſecuratio quantitatem pretii huius periculi, quod praemium dicitur, diſerte contineat. Denique 9. vt adſecuratores vel ipſimet, vel per proxenetas ſuos inſtrumento ſubſcribant. Quemadmodum autem Cambii literae, ſic et talia adſecurationum inſtrumenta, in foro mercatorio tantum pollent, vt, inſtrumenti guarentigiati inſtar, etiam paratam exſequutionem habeant.

Non opus autem eſſe iudicaui, formulas talium inſtrumentorum addere, quum apud alios, *Loccenium*, *Stypmannum* &c exſtent. Ad eſſentiam ſeu formam internam adſecurationum requiritur I. vt is, qui carinam nauis, ſeu aliquid aliud, quod in adſecurationem venit, adſecurare vult, ea omnia ante diſceſſum ſuum per viros, rei huius peritos, aeſtimari curet, quae tamen aeſtimatio in caſu periculi non praeiudicat adſecuratoribus, ſi probare queant, illam factam eſſe ex fauore, ſimulatione, colluſione, aliisque indecentibus modis. Dolus enim ſemper vitiat adſecurationem *Ordin. Phil. II. art. 10. Ordin. Ambſter. art. 1.* GROT. *introd. in Iurisp. Holland. fol. 155.*

II. Bona adſecurata vltra commune pretium et valorem aeſtimari non debent. *Ordin. Philip. II. art. 12. Ordin. Ambſter. art. 2.* GROT. *d. l. fol. 153. b.*

 III. Mer-

Digitized by Google

III. Mercium, quae mille librarum pretium non accedunt, nec tanti emtae ſunt, decima pars adſecurari non debet, nec in rationes referri poſſunt expenſae teloneorum, nauli, lucrum, quod exſpectatur, et ſimilia omnia alia. Si autem merces ſummam 1000. librarum excedant, totum pretium, quo illae emtae ſunt, adſecurari poteſt, dummodo adſecuratus ſine adſecuratione periculum centum librarum in ſe recipiat, vt et expenſas teloneorum, nauli et omnes alias. Et in ſumma generalis hodie in materia adſecurationum eſt regula: Quod ſemper decima pars mercium adſecurationis expers eſſe debeat. *ordin. Phil. II. art. 11.* GROT. *d. l. fol. 153. b.*

IV. Bona nauis et mercimonia clam et tacite in diuerſis locis adſecurari non debent, vt hac ratione bis, ter, et vltra, pretium bonorum adſecuratorum, vel nauis, obtineatur, nec etiam adſecuratio vltra, quam legibus permiſſum eſt, fieri debet; qui ſecus fecerit, praemium adſecurationis petere nequit, ſed id confiſcationi obnoxium eſt, praeter poenam arbitrariam. Adſecuratori tamen, ſi rerum harum ignarus ſit, medietas dari debet, iuxta *ordin. Phil. II. art. 14.*

V. Si tamen contingat bona quaedam diuerſis locis eſſe adſecurata, ſine fraude adſecurati, tum hoc in caſu prima ſolum adſecuratio ſubſiſtit, ſi vniuerſis bonis adſecurandis ſufficiat, ſin minus, reſiduum ex altera adſecuratione praeſtabitur, quae, in quantum reſiduum exceſſerit, attendi non debet, attamen ita, vt adſecurans eo nomine dimidium de centum, iuxta antiquam conſuetudinem, propter codicum ſuorum conſcriptionem et alias cauſſas, retinere poſſit. *Ordin. Phil. II. art. 15.* quod tamen hodie obſoleuit.

VI. Nemo bona, quae naui non infert, nec mittit, nec ipſi mittuntur, neque minus onus, quam naui intulit, adſecurari curare, ſed vbi id fit, pretium adſecurationis repeti poteſt, dummodo adſecuratori relinquatur dimidium de centum. *Oirdn. Phil. II. art. 16. Ordin. Ambſter. art. 32.* GROT. *d. l. fol. 155.*

VII. Adſecuratio non ſubſiſtit, ſi facta ſit, poſtquam nauis aliqua in Europam, Barbariam, et ſimilia loca, tribus, aut ad remotiora loca profecta, ſex menſibus abſit, ita vt de ea nihil compertum ſit, niſi adſecurator, eo nomine monitus, nihilo minus adſecurationem in ſe recipiat, ſine diſcrimine boni vel mali nuncii. *Ordinat. Ambſter. art. 6.* GROT. *d. l. fol. 153. b.*

VIII.

VIII. Adſecuratio etiam fruſtranea eſt, et non praeſtatur, vbi damnum non excedit vnum pro centum. *Ordinat. Ambſter. art. 26.* GROT. *d. l. fol. 154. b.*

IX. Similiter non procedit, ſi quis in praeiudicium alterius iter ſuſceptum, vel minuendo, vel prorogando immutauerit. *Ordin. Phil. II. art. 6. 7. Ordin. Ambſter. art. 7.* GROT. *p. 154.*

X. Eadem quoque eſt ratio, ſi quis periculum certo tempore, videlicet aeſtatis, in ſe recipiat, dominus vero mercium differat nauigationem ad aliud tempus incommodum, videlicet autumni et hyemis, mercesque pereant, tum enim adſecurator non tenetur, iuxta SANTERNAM *de adſecur. part. 3. n. 47.* idque *per l. 13. §. 1. ff. locat.*

XI. Idem obtinet, ſi merces ex vna naui transferantur in aliam, eamque minus idoneam, per *d. l. 13.* qua de re actum eſt ſupra *tit. de Hauaria.*

XII. Pariter adſecuratio non ſubſiſtit, pretiumque periculi, quod dominus mercium adſecuratori dedit, repeti, aut ſi datum ſit, retineri poteſt, ſi nauis mercibus onuſta iter proſequi impediatur, ex cauſſa ſcilicet fatali vel fortuito impedimento. Exempli gratia, ſi nauis iuſſu ſuperiorum in ipſo portu (non vero itinere) detineatur, vel tempeſtate, aeſtu, incendio, latronum aut piratarum inuaſione abducta, aut fulmine tacta et abſumta eſt. Hiſce enim caſibus reſiſti nequit, adeoque cauſſa non ſequuta, merito euaneſcit illud, quod ob cauſſam hanc datum vel promiſſum eſt. Idemque obtinet, ſi vitio ipſiusmet rei, vel ex culpa adſecurati, portoria et telonea non ſoluentis, vel etiam prohibitas merces vehentis, aliaque ſimilia committentis, quid eueniat, qua de re pluribus videri poteſt SANTERNA *de adſecurationibus part. 3. n. 22. et ſeqq.* SCACCIA *de commerciis §. 1. quaeſt. 1. n. 135. et ſeqq.*

XIII. Merces facile corruptibiles, adparatus bellicus, aurum, argentum, ſiue id ſit factum, ſiue adhuc in rudi materia conſiſtat, ſub generali adſecurationis voce non comprehenduntur, niſi clare id fuerit expreſſum. *Ordin. Ambſter. art. 17.* GROT. *fol. 153.* quemadmodum et adſecuratio nauis ad merces non extenditur, niſi ex circumſtantiis et verbis inſtrumenti aliud adpareat. SANTERN. *de adſecur. part. 4. n. 69.* Adſecurator autem, qui generaliter certarum mercium periculum in ſe recepit, ſi poſtea intelligat, illas adſecurati non eſſe

 pro-

proprias, ſed cum aliis ſociis communes, nihilo minus tenetur, quum etiam id, quod commune eſt, noſtrum eſſe dici queat, per *l. 5. §. 1. ff. de legat. 1. l. 25. ff. de V. S.*

XIV. Tenentur etiam adſecurati adſecuratoribus, quotquot in loco adſecurationis praeſentes fuerint, omnia infortunia, caſus, arreſta, damnaque nauibus aut mercibus illata, quam primum illa ad notitiam eorum deuenerint, per proxenetas vel alias publicas perſonas notificare *Ordin. Ambſter. art. 28.* GROT. *fol. 154. b.*

XV. In primis autem hodie praemia ſemper parata pecunia ſolui debent adſecuratoribus ab adſecuratis, alioquin, damno ſequuto, adſecuratores non teneutur, idque noua ordinatione ab Ambſterodamenſibus anno 1620. ſancitum eſt. WILKEVR *pag. 197.* et iuri congruere prolixe ſupra allegati ROLANDVS, vna cum PETRO SCHNELLERO peculiaribus tractatibus deduxerunt. Antea enim ſi praemia ſeptem de centum excederent, et ad quatuordecim incluſiue accederent, vna medietas praemii praeſenti pecunia, altera poſt ſex menſes ſoluebatur, cum intereſſe duodecim in centum, ab exſpiratione praedictorum ſex menſium, vsque ad effectualem ſolutionem. GROT. *fol. 155.*

XVI. Habet etiam omnis adſecuratio hoc peculiare, vt in ea non ſit prius, nec poſterius, quantum ad effectum et validitatem contractus, ſed vltimus adſecurator tantumdem participat in damno et lucro, ex adſecuratione prouenienti, quantum prior. *Ordin. Ambſter. art. 20.* GROT. *fol. 155.*

Sequitur; vt et tempus adſecurationis, quando nimirum incipiat, et deſinat? item quando realiter praeſtanda ſit, videamus. Incipit adſecuratio ab eo tempore, quo merces adſecuratae ad naualia, aut ſcaphas, vnde et per quas naui inferri debent, adductae ſunt, et durat eo vsque, donec mercimonia in portum deuenerint, vt ex naui liberae, integrae et illaeſae, erutae et depromtae fuerint. *Ordin. Ambſterod. art. 4.* Mercimonia autem iſta, vbi ad locum deſtinatum deuenerint, quam primum, et ad ſummum intra dies 15. a mercatore exonerari oportet, niſi notabile obſtaculum (quod tamen probandum venit) interueniat, GROT. *fol. 154.* Si vero adſecuratio facta ſit de portu in portum, nulla mentione facta de bonis in terram exponendis; tum adſecuratio illa incipit, cum bona naui adſecuratae ſunt illata, et finitur, quando illa nauis ad portum deſtinatum deuenit, ibidemque

ſalua

ſalua per 24. horas conſtitit. *Ordin. Phil. II. art. 13.* Aſt quando intra annum et diem, a die ſubſcriptionis literarum adſecurationis, de adſecuratis mercibus et naui nil conſtat, adſecurans tenetur ſummam pecuniae in inſtrumento nominatam ſoluere, aut probare, quod omnia adhuc ſalua ſint. *Ordin. Philip. II. art. 5. Ambſter. art. 5.* GROT. *fol. 154.* Tenentur etiam adſecuratores, vbi damni computatio facta fuerit, in continenti id refundere, aut, ſi id facere neglexerint, adſecuratis 12. in centum, ab eo tempore, quo damni aeſtimatio facta eſt, vsque ad effectualem ſolutionem pecuniae, quam debent, computando ſoluere. WILK. *Ambſter. p. 197.* GROT. *fol. 155.*

Tempus autem adſecurato datum, adſecurationem petendi, eſt trium menſium, poſtquam nimirum legitimam certificationem, aut atteſtationem periculi et interitus nauis merciumque, vna cum ſpecificatione bonorum, quae perierunt, produxerit. *Ordin. Phil. II. art. 18. Ordin. Ambſter. art. 5.* Si vero naues pretioſis mercibus oneratae in locis exteris arreſto detineantur; dominus mercium et nauis per ſex menſes, aſt ſi in remotioribus locis, per annum a tempore notitiae exſpectabit, antequam nauis illa pro deperdita aut confiſcata haberi queat: poteſt tamen adſecurator interea temporis ad cautionem praeſtandam compelli, quemadmodum etiam licitum eſt mercatoribus, intra praedictum ſpatium ſex menſium aut anni mercimonia alteri naui, pro continuando itinere, inferre, quod etiam adſecuratori, ſi forte mercator, aut dominus mercium id facere neglexerit, licet. Si vero res acreſtatae ſint fungibiles, et vſu conſumtibiles, tempus praedictum exſpectari opus non eſt, ſed adſecuratus actionem ſuam proſequi poteſt, dummodo conditionem iſtorum bonorum maiori adſecurantium parti teſtatam fecerit. *Ord. Ambſt. art. 8. et 9.* GROT. *fol. 154.*

Denique quod attinet fatalia, ſiue tempus inſtituendae actionis, ratione adſecurationis factae, ex *ordinatione Philip. II. Hiſpaniarum regis art. 17.* is, qui aliquid ex inſtrumento adſecurationis petere volebat, tenebatur id iudicialiter facere intra quadriennium a die ſubſcriptionis eiusdem, ac hoc tempore elapſo nihil amplius petere poterat. Ex ordinatione vero Ambſterodamenſi, quae hodie in vſu eſt, actionem per adſecuratum ad ſummum intra ſesquiannum, ſiue intra

annum et dimidium, a tempore damni, in Europa ſcilicet et Barbaria percepti, inſtitui oportet; ſi vero alibi in mari contigerit, ad triennium id extenditur, niſi in terra, aut fluminibus dulcibus damnum datum ſit, tum enim intra annum adſecuratus, quidquid ex contractu adſecurationis ipſi competit, petere tenetur. *Ordin. Ambſter. art. 13.* GROT. *fol. 155.* Quod ſi etiam adſecuratum interea mori contingat, nihilo minus heredibus actio contra adſecuratores competit, etiamſi nulla eorum in inſtrumento fiat mentio, id quod late oſtenditur *deciſ. Rot. Gen. 102.* Atque haec de materia adſecurationum paucis diſſeruiſſe, ſufficiat.

REINOLDI KVRICKE

RESOLVTIO QVAESTIONVM ILLVSTRIVM

AD

IVS MARITIMVM

PERTINENTIVM.

Digitized by Google

LECTORI S.

Quum praeter materiam adſecurationum quaedam quaeſtiones ad ius maritimum maxime pertinentes occurrant, quae in commentario noſtro commode pertractari non potuerunt; placuit ſeorſim etiam eas, etſi non omnes, ſaltem ſelectiores in ſcenam adferre, et reſoluere, atque ita nil intermittere, quod et delectare et informare, pro cuiusque genio et captu, lectorem poſſit.

SYLLABVS

QVAESTIONVM ILLVSTRIVM RESOLVTARVM.

QVAESTIO I.

An nauigatio maritima omni iure ſit licita?

II. *An iter maritimum terreſtri praeſtet?*

III. *Vtrum nauis refecta eadem ſit dicenda nauis, quae ante refectionem.*

IV. *Cuius ſit nauis, ex tabulis alienis aedificata, vel refecta, num aedificantis, an domini tabularum?*

V. *An Artemon et Scapha ſint partes nauis?*

VI. *An naue emta ſingulae tabulae emtae intelligantur, ideoque euictionis nomine venditor, quaſi euicta parte, obligetur?*

VII. *Quis proprie in re nautica dicatur locator vel conductor?*

VIII. *Num veteribus Pyxis nautica fuerit cognita? quis inuentor? et quantus illius in nauigatione vſus?*

IX. *An nauis ſit res immobilis, et retractui obnoxia?*

X. *Nauta an cogi poſſit ad vecturam?*

XI. *An magiſter nauis in mercibus, naui illatis, ratione nauli, contributionis et aliarum expenſarum iure hypothecae gaudeat?*

XII. *An nautae pro miniſterio praeſtito in ipſa naui, tacitam habeant hypothecam?*

XIII. *An qui pecuniam mutuam dedit in nauis vſum, vel etiam refectionem, tacitam hypothecam habeat?*

XIV. *An ſi quis ſibi cauerit ſyluam pignoris loco eſſe, etiam nauis ex ea ſylua facta ſit pignori?*

XV. *An magiſter nauis alium ſubſtituere poſſit?*

XVI. *An qui nauem a ſe fabricandam promiſit, ſi ſpecialiter hoc actum ſit, vt ſuis operis id perficiat, non conſentiente ſtipulatore, per aliud id faciendo liberetur?*

XVII. *An ſi nauclerus neceſſitate compulſus in deuium portum feratur, ibidem vectigalia ſoluere teneatur?*

XVIII. *An omnes indiſtincte merces nauibus exportare licitum ſit?*

XIX. *An ob magiſtri nauis culpam, quam in fraudando vectigali commiſit, dominus mercium, an exercitor teneatur?*

XX. *Si plures nauem exerceant, vtrum ſinguli in ſolidum teneantur, an quilibet pro parte?*

Digitized by Google

XXI. *Conductor nauis an aliis porro nauem locare queat?*
XXII. *An nauigio duobus commodato, vterque in ſolidum teneatur?*
XXIII. *An et quatenus nauigans teneatur de re commodata perdita amiſſa?*
XXIV. *An foenus nauticum iure ſit licitum?*
XXV. *Si plures ſint foeneris nautici literae, quaenam potiores, primae an vltimae?*
XXVI. *De interpretatione l. periculi l. 5. ff. de foenore nautico.*
XXVII. *Naues et nautae vtrum arreſtari poſſint?*
XXVIII. *Si nauis angariata a praedonibus diripiatur, aut deterioretur, vtrum damnum a principe vel republica ſarciri oporteat?*
XXIX. *An magiſter nauis, vel nautae, contra piratas pugnantes, igne in puluerem tormentarium coniecto, nauem et ſeipſos ſimul cum hoſtibus perdere, quam ſe et nauem hoſtibus dedere debeant?*
XXX. *Vtrum in certo periculo naufragii, vel extremae famis, pro ſeruanda maxima nauigantium parte, licitum ſit, quosdam in mare abiicere?*
XXXI. *Vtrum iactus ille triplex, in itinere maritimo D. Pauli Apoſtoli, Romam per mare abducti, factus, ita fuerit ordinatus, vt primo merces, deinde armamenta nauis, denique cibaria iacta fuerint?*
XXXII. *Si ex naui merces, leuandae nauis cauſſa, abiectae fuerint, nemo vero id viderit, vtrum ſolis proiicientibus de numero, qualitate, aeſtimationeque fides haberi debeat?*
XXXIII. *Si in nauem aliquam plures locatores commune frumentum contulerint et confuderint, nauclerus autem vni ex his frumentum reddiderit, ex communi, deinde nauis cum reliquo onere perierit, num nauclerus etiam aliis teneatur, illique pro ſua parte frumenti, oneris auerſi agere poſſint?*
XXXIV. *Si quis vecturam, ſiue naulum, vel ante coeptum iter, vel ſub itineris initio dederit, poſtea amiſſa naufragio naui, repetere poſſit?*
XXXV. *Si quis ratem debitoris ſui, qui ad diem pecuniam non ſoluit, in flumine detineat, illaque flumine abripiatur, et pereat, cuius id periculo ſiat?*
XXXVI. *Duobus vel pluribus ſimul naufragio pereuntibus, vter eorum praeſumatur prior deceſſiſſe?*
XXXVII. *Qua proceſſus forma res maritimae ſint iudicandae et finiendae?*

QVAE-

QVAESTIO I.
AN NAVIGATIO MARITIMA OMNI IVRE SIT LICITA?

Nullus, quod ſciam, ex haereticis, qua priſcis, qua recentioribus fuit, qui omnem nauigationem abſolute damnauerit. CONRADVS SCHLÜSSELBVRGIVS quidem praefatione libelli ſui, qui inſcribitur, *fluctus et luctus marini*, *Germanice*, *ein Seebüchlein*, Anabaptiſtis id tribuit, quod in colloquiis, cum eisdem Antwerpiae anno 1581. et 1582. habitis, omnem penitus mercaturam, curas et pericula eo nomine ſuſcepta, damnauerint, ſed experientia eidem refragatur. Hodie enim vix quisquam magis ſedulus circa mercaturam occupatur, omnesque fere Batauorum nautae ſectae huic ſunt addicti, inter quos ſaepe etiam reperias ipſosmet Theologiae Anabaptiſticae antiſtites. Inter philoſophos autem veteres non minus, quam poetas nauigatio res temeraria olim habita fuit. Hinc Anacharſis interrogatus, quae tutiora eſſent nauigia, rotunda an longa? reſpondit, quae in terram deducta eſſent. ATHEN. *lib. 8.* et inter alia, quae Catonem feciſſe poenituit, hoc fuit, ſi eo nauigaſſet, quo pedeſtri itinere venire licuiſſet. PLVTARCH. *Cat. Mai.* SENECA quoque nauigationem omnium bellorum cauſſam eſſe cenſet, dum *l. 5. nat. quaeſt. c. 18.* Magna pars, inquit, erat pacis humanae maria concludi. Et cui nota non ſunt illa HORATII *1. Odar. 3:*

Illi robur et aes triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commiſit pelago ratem
Primus.

Cum quo conuenit SENECA *Med. act. 2.*

Audax nimium, qui freta primus
Rate tam fragili perfida rupit,
Terras ſuas poſt terga videns
Animam leuibus credit vndis.

Cui itidem non ſunt lecta illa IVVENALIS *ſatyr. 12.*

I nunc et ventis animam committe, dolato
Confiſus ligno, digitis a morte remotus
Quatuor aut ſeptem, ſi ſit latiſſima taeda.

Secundus philoſophus in *ſententiis* nauigium definit: quod ſit *res fluctuans,*

ſtuans, domus ſine fundamento, ſepulcrum paratum, tabula quadrata, ventorum peregrinatio, volitans carcer, mors natitans, equus marinus, muſcipula aperta, fluctiuagum iter. Hinc PALINVRVS, quum, vt ſe quieti daret, moneretur, reſpondit:

Mene ſalis vultum, fluctusque quietos
Ignorare iubes? mene huic confidere monſtro?

VIRGIL. *5. Aeneid.* Denique, vt plura alia praeteream, Poſidippus comicus apud ATHENAEVM *lib. 4.*

Qui non nauigauit, nihil vidit, inquit, mali,
Miſeriores nos quidem ſumus gladiatoribus

Deliria haec philoſophica et poetarum ſomnia eſſe dixeris, ecquid et diuorum patrum ſententias eodem loco habebis? Audi TERTVLLIANVM *de pallio c. 2.* „Mari fides, inquit, infamis, dum et flabris aeque mu„tantibus, de tranquillo probum, de fluſtris temperatum, et ex tem„plo de decumanis inquietat. Lege HIERON. *epiſt. 1. ad Heliod.* Licet „in modum ſtagni falſum aequor arrideat, licet vix ſumma iacentis „elementi ſpiritu terga criſpentur, magnos hic campus montes habet, „intus incluſum eſt periculum, intus eſt hoſtis. Et *praefat. comm. ad* „*cap. 45. Eſaiae.* Multi caſus opprimunt nauigantes. Si vehemen„tior flauerit ventus, tempeſtas formidini eſt. Si aura moderatior „ſumma iacentis elementi terga criſpauerit, piratarum inſidias perti„meſcunt. Atque ita fit, vt fragili animae ligno creditae, aut me„tuant periculum, aut ſuſtineant: quorum vtrumque altero grauius „eſt, vel mortem timere perpetuo, vel quam timueris, ſuſtinere. „SYNESIVS omnium maxime in nauigationem inuehitur, quando *lib. 2.* „*de prouidentia* ait: Statim vt nauigia operoſioris ad vitae vſum inue„cta ſunt, adeo ſe iuſtitia ex hominum ſocietate ſubduxit, vt vix ac „ne vix quidem ſerena nocte proſpici poſſit. Et TATIANVS *orat. contr.* „*Graec.* poſtquam ſe ſcortationem et alia vitia odiſſe conteſtatus eſſet, „etiam haec verba addit. Nauigare per auaritiam non cupis. Quidquid vero ſit, haec et ſimilia alia nauigationem illicitam non reddunt, ſed moleſtam, immo nec temerariam, ſed periculoſam. An non vero tota haec vita humana moleſtiarum et periculorum plena? Et quam facile eſt ſupra dictis philoſophis et poetis aliorum prudentiorum ſancita et placita opponere? „Mare, inquit PLVTARCHVS *tract. Aqua an* „*ign. ſit. vtil.* comparatione aquae et ignis, vtilitate inferius non eſt; cum

„cum alias ob res, tum ob commercia: Abſque mare fuiſſet, animal „fuiſſet homo omnium animalium feriſſimum et impudentiſſimum. Et „idem ſupra allegatus *Secundus Philoſophus*, etſi Oceanum falſum no-„minet vinculum, tamen etiam mundi vocat amplexum, coronam „maritimam, cingulum atlanticum, totius naturae ambitum, orbis „faſciam. Inſpiciantur patrum ſcripta, et reperies varia nauigationis „elogia. CYPRIANVS *de baptism. Chriſti c. 3.* Mare, inquit, ſeculi „huius neceſſarios habet huiusmodi transuectores, alioquin ceſſabunt „commercia, nec ex transmarinorum copia aliorum inopia habebit „ſubſidium, nec occurrent ſibi ſolatia regionum, ſi vehicula tollantur „de inuio, et pelagus immeabile relinquatur. AMBROSII encomium „*lib. 3. Hexaemeron. tom. 4. c. 5.* longe exſuperat, quando ita: Bonum „mare tamquam hoſpitium fluuiorum, inuectio commeatuum, quo „ſibi diſtantes populi copulantur, praeliorum remouentur pericula, „ſubſidium in neceſſitatibus, refugium in periculis, gratia in volupta-„tibus, ſeparatorum coniunctio, itineris compendium, transfugium „laborantium, ſubſidium vectigalium, ſterilitatis alimentum. *Et paulo* „*poſt:* Mare eſt ſecretum temperantiae, exercitium continentiae, gra-„uitatis ſeceſſus, portus ſecuritatis, tranquillitas ſeculi, mundi huius „ſobrietas, cum fidelibus viris atque deuotis incentiuum deuotionis. „Et quid opus eſt auctoritatibus humanis agere, quum et ſacrae literae „non damnent, ſed mirentur nauigationem? Illud (nauigare ſcil.) cu-„piditas adquirendi excogitauit et artifex ſapientia fabricauit ſua: Tua „autem, pater, prouidentia gubernat: quoniam dediſti et in mari „viam, et inter fluctus ſemitam firmiſſimam, oſtendens, quod potes omnino ſaluare, etiamſi ſine rate aliquis adeat mare. *Sapient. 14. v. 2. 3. 4.* Pſalmiſta inter maxima Dei opera refert, quod naues per mare vadant *Pſalm. 104. v. 26.* et Salomo inter inperſcrutabilia viam nauis in mari refert *Prouerb. 30. v. 18.* Quod ſi etiam nauigaſſe iuri diuino aduerſum foret, Salomon rex omnium prudentiſſimus non aedificaſſet naues, nec Ioſaphat *1. Reg. 9. v. 26. et c. 22. v. 49.* Chriſtus non nauigaſſet *Matth. 9. v. 1. cap. 14. v. 13. et 15. verſ. vlt.* nec Paullus, nec Barnabas, nec Marcus, nec Lucas, de quorum itineribus maritimis plena eſt hiſtoria ſacra *Act. 13. v. 4. et 13. c. 14. v. 26. cap. 15. v. 39. cap. 18. v. 18. et 19.* nec non *cap. 20. v. 6. 13. 14. 15 16.* Iuri itaque diuino non aduerſatur nauigatio, praeſertim quum arca Noae, cuius menſura et tota fa-

brica Deum primum habet auctorem et promotorem, omnium nauigiorum fuerit primum, ac ad eius exemplum et ideam reliquae poſtea naues a diuerſis gentibus fabricatae ſunt. Tantum quoque abeſt, vt nauigatio naturae aduerſetur, vt vel ex ipſa natura deſumta videatur. Primi namque mortalium quum iuuentae nondum naues eſſent, auem forte fortuna e coelo delapſam viderunt, quae aquis innataret: aut aliquid e naui delapſum, quod in ſummis fluctibus ſubſideret: aut arborem, quae e fluuio in profundum ferretur, ita paullatim et per gradus nauigandi peritiam experientia (a natura rerum aliarum deſumta) collegit, teſte MAX. TYRIO *diſſ. 40.* SENECA *epiſt. 90.* exemplum nauigiorum a piſcibus tractum eſſe vult, qui cauda reguntur, et leui eius in vtrumque momento velocitatem ſuam flectunt. Hinc ad imitationem piſcium, a dorſo piſcis carinam, a cauda puppim, a capite proram, a pinnis remos fabricare didicerunt. Eo etiam alludere volunt ſimilitudinem, quae inter duas haſce voces, *auis* et *nauis* reperitur, variaque ſunt etiamnum in re nauali retenta vocabula ab auibus deſumta, dum naues volare, tranare, alas item habere dicuntur. Miluos artem gubernandi nauem docuiſſe, caudae flexibus in coelo, monſtrante natura, quid in profundo opus eſſet, PLINIVS teſtis eſt *l. 10. c. 10.* De nautilo piſce, quem alii Pompilum vocant, vel ouum Pompyli cum ARISTOT. *l. 4. hiſt. anim. c. 1.* qualiter cum hominibus arte nauigandi in mari quaſi certet, lectu digni ex veteribus ſunt PLIN. *l. 9. c. 29.* AELIAN. *l. 2. c. 15.* OPPIAN. *l. 1. Halieut. v. 186.* ARISTOT. *l. 9. hiſtor. animal. c. 37.* ATHENAEVS *l. 7.* qui ſacrum eum piſcem, et ex homine in piſcem conuerſum ſcribit. Ex recentioribus GREGOR. GIRALD. *de nauig. c. 3. et 5.* RITTERSH. *comm. in Oppian. pag. 85. et 194.* (qui nautilum a Pompilo diuerſum facit) ALSTED. *Encyclop. tom. 6. pag. 1928.* IONSTON. *l. 3. de exang. aquat. tit. 3. c. 1. art. 1. pag. 39.* De iure humano denique dubium non eſt, quin nauigatio maxime ſit licita, teſtantibus id tot legibus, ſancitis, plebiſcitis et ordinationibus tot impp. regum, principum et ciuitatum, quibus aliquid ſuperaddere ſuperuacaneum.

QVAESTIO II.
AN ITER MARITIMVM TERRESTRI PRAESTET?

Qui maritimum iter terreſtri praeferunt, duplici potiſſimum nituntur ratione 1. quod ſit minus ſumtuoſum. 2. quod ſit expe-

ditius

Digitized by Google

ditius et celerius conficiatur. Hoc quamuis conceſſo, terreſtre tamen praetulerim, tum quia vt plurimum tutius, tum quia commodius, tum denique quia iucundius.

Periculoſius enim mare eſſe terra, vel ex eis, quae quaeſtione antecedente dicta ſunt, liquet; terram ſane tanto mari deſiderabiliorem dixit olim ANTIPHILVS *Antholog. l. 1. c. 56.* quanto mater nouerca eſt deſiderabilior.

Ὅσσον μητρυιῆς γλυκερωτέρη ἔπλετο μήτηρ
Τόσσον ἁλὸς πολιῆς γαῖα ποθεινοτέρη.

hoc eſt

Dulcior vt mater longe eſt quacumque nouerca,
Sic terra eſt vaſto dulcior Oceano.

Quin et mortalium genus aureum futurum eſſe adſeruit, ſi pontum a littore tantum, tamquam infernum adſpiceret. Eodem reſpicit PLAVTVS *Menaechm. act. 2. ſcen. 1.*

Nulla eſt voluptas nauitis
Maior, meo animo, quam quando ex alto procul
Terram conſpiciunt. Et *Rudent. act. 2. ſcen. 6.*
Qui homo ſe miſerum et mendicum velit,
Neptuno credat ſeſe, atque aetatem ſuam.

Vnde et Theuropidem, ex nauigatione reducem, ita loquentem introducit MOSTELL. *act. 2. ſcen. 2.*

Habeo, Neptune, magnam gratiam tibi,
Quom me amiſiſti vix a te viuum modo.
Verum ſi poſthac me pedem latum modo
Scies impoſuiſſe in vndam, haud cauſſa eſt, illico
Quod nunc voluiſti facere, quin facias mihi.
Apage, apage te a me: nunc iam poſt hunc diem
Quod crediturus tibi fui, omne credidi.

MVSLADINVS SADVS, cuius Roſarium politicum GEORGIVS GENTIVS nuper ex idiomate Arabico in Latinum translatum, orbi literario communicauit, inter alia argute et acute dicta, etiam haec de mari perhibet *c. 1. pag. 89:*

In mari bona quaedam ſunt infinita,
Sed tu ſalutem ſi deſideraueris, eam in littore quaeras.

Et *cap. 5. pag. 363:*

Quae-

Digitized by Google

Quaeſtus maris eſſet quidem egregius, modo non eſſet fluctuum diſcrimen; Conſortium roſae ſuaue quidem foret, modo non eſſet horridus ſpinae aculeus. Vnde idem ille *Secundus Philoſophus*, cuius praecedenti quaeſtione mentio facta eſt, in ſententiis nautam deſcribit, quod ſit veredarius maris, ventorum comes, orbis hoſpes, terrae deſertor, tempeſtatum aduerſarius, maritimus gladiator, perueſtigator ventorum, ſalutis incertus, mortis vicinus, maris amator. Et in *Dialogo* ADRIANI *cum Epicteto*, qui in editione Wolſiana reperitur, interroganti Hadriano: Quid eſt nauta? reſpondet EPICTETVS, amator pelagi, firmi deſertor, contemtor vitae mortiſque, vndae cliens. Et quamuis terra omnis periculi expers non ſit, quum non minus ibi latrones, quam in mari piratae graſſentur et ſaeuiant, illud tamen periculum non eſt innatum et congenitum terrae, vti tempeſtas mari, quae ideo euitari nullis artibus poteſt; quum e contrario vis vi repelli, vel etiam latrocinia multis aliis ſubſidiis et remediis compeſci, praecaueri et tolli queant. Hoc eſt, quod olim MAXIMVS TYRIVS *diſſert. 31.* dicebat: Ego nec mari credo, quamuis venti ſileant, quamuis ſit tranquillum. Suſpectum enim hoc eſt ſilentium. Quippe ſi ſerenitati me velis confidere, in aliquod, quod mutationem non recipit, mare, me ducas neceſſe eſt,

Quod neque tempeſtas inſana, aut humidus vnquam
Imber agit.
- - - ſemperque innubilus aether
Cingit, et hinc illinc lux circum candida currit.

De hiſce marinis periculis, ac miſera nautarum conditione, vt et quorumdam marium ſeorſiuis adfectionibus plura qui cupit, legat praeter OLAVM MAGNVM, PALINVRVM LVCIANI et DIODOR. SICVL. *l. 3. hiſt. c. 40.*

Si cum SENECA *epiſt. 49.* dixeris, errare me, quod in nauigatione tantum exiſtimem minimum eſſe, quo a morte vita deducitur, quum in omni loco aeque tenue interuallum ſit; vel etiam cum PETRONIO: ſi quis calculum bene ponat, naufragium vbique eſſe, non ſane hoc negauerim. Neque enim in mari tantum homines mori, aut morti propinquos eſſe dixi, ſed quum nos mors vndique circumſtet, quocumque eamus, ambulemus, nauigemus, facilius tamen corripit hos, qui temerarie illam laceſſunt. Et ſicut is, qui frugaliter viuit, in

in longius quidem, vt plurimum, vitam producit, quam qui luxurioſe, et qui peſtis tempore contagioſa loca vitat, eo, qui temere omnia infeſta loca, nulla legitima de cauſſa perreptat, ſecurior eſt a contagio, vtut quandoque ſecus eueniat: ita vbi de ſecuritate itinerum diſceptatur, non quid quandoque, diſponente ita diuino numine, vel occulto eiusdem iudicio, ſed quid vt plurimum et probabiliſſime ex cauſſis ſecundis fiat, et fieri poſſit, attendendum venit. Quod ipſum HESIODVS *lib. 2. oper. et dier.* bene intelligens, quamuis aptum tempus nauigationis praeſcribat, dies quinquaginta poſt verſionem ſolis, eamque tempeſtiuam mortalibus nauigationem eſſe dicat, nihilo minus in genere nauigationem hinc inde periculoſam vocat, atque ita concludit:

Δεινὸν δ' ἐςὶ θανεῖν μετὰ κύμασιν

Horribile eſt falſo ſubmergi gurgite ponti.

Et idcirco multi ex antiquis, in aqua interire, praeſertim Heroes, formidabant. Animam enim quia ignem eſſe credebant, aqua exſtingui, et ſic cum corpore interire ſibi perſuadebant. Hoc veritus Achilles, quum in fluuio laboraret, exclamabat:

- - - vtinamque ſuperbi
Hectoris enſe cadam, quo non praeſtantior alter
Dicitur hic habitare locis, cauſſa aequior eſſet,
Si fortis fortem interimat; nam mortis honeſtae
Impia fata adimunt ſolatia. Scilicet iſthoc
Obruar in fluuio, ceu natus patre ſubulco,
Quem torrentis hyems ignota condat arena.

HOMER. *Iliad. 21.* quo nomine pluribus videri poſſunt DAVSQ. *in Sil. Ital. l. 4. pag. 194. et* IOSEPH. ANTON. GONS. DE SALAS. *comm. in Petron. pag. 301.*

Numquid ergo nauigatio omittenda? Non dico, ſed non temere, vbi terra poſſis, capeſſenda. Vbi neceſſitas poſtulat, vbi dilectio proximi, et officii ratio, vtique vade, quo Deus te vocat, etiam per maria et periculoſa itinera; hoc namque periculum, vti non eſt temeritatis et audaciae, ſed officii et vocationis (vti KECKERMANNVS *part. 1. probl. naut. 2.* diſtinguit) te vndique excuſatum reddet, ac tum diuinae prouidentiae te ſedulo commendando, vel hoc meminiſſe iuuabit, quod SENECA *l. 6. nat. quaeſt. c. 2.* ſcribit: Quam ſtulte eſt

mare horrere, quum ſcias ſtillicidio perire te poſſe? Nullum eſt maius ſolatium mortalitatis, quam ipſa mortalitas. Verum itaque eſt id, quod dixi, mari proficiſci periculoſius eſſe, quam terra, D. AMBROSIVS *lib. de Helia et ieiun. c. 18. tom. 4.* „idem agnoſcit, dum ita: Mercaturis ac negotiatoribus periculoſa transfretatio maris, lucella quaerentes, ſollicita hominum vita, inquieta conuerſatio, et quodam „ſemper in turbine, ventis ipſis mobilior, quibus voluitur, huc „atque illuc ſaepe iactatur. Et vtique accuſatus crebra naufragia, „quis vos nauigare compellit? Quaſi non inuidia opum et terras faciatis intutas, et ad latrocinium plurimos excitetis. Mare non ad „nauigandum fecit Deus, ſed propter elementi pulchritudinem. Latius pelagi fudit aequora, certe vt freto includeret terras, ne longius tu vagus et exul errares. Sed tempeſtate iactatur mare. Temere ergo non vſurpare debetis. Elementum innocens nihil delinquit, temeritas humana ſibi eſt diſcrimini. Denique qui non nauigat, neſcit timere naufragium. Piſcibus dedit Deus, non hominibus perambulare ſemitas maris.„ Ad eſcam tibi mare datum eſt, non ad periculum; cibo, non mercatu vtere. Quisquis autem temerarius eſſe nauigator voluerit, temporis ſimul et legum certum tempus nauigationi determinantium rationem habeat, atque tunc nauiget, quando mare adhuc iuſtis curſibus patet, et nondum in hyemem praecipitat autumnus, vti loquitur SYMMACHVS *4. epiſt. 54.* Tempore enim hyemis nauigatio eſt periculoſa, et ideo inhibita *l. 6. C. de offic. rect. prouinc.* et lux minima, noxque prolixa, nubium denſitas, aeris obſcuritas, ventorum imbri vel niuibus geminata ſaeuitia, non ſolum claſſes a pelago, ſed et commeantes a terreſtri itinere deturbant. VEGET. *l. 4. de re mil. c. 39.* Hinc Lubecenſes anno 1478. ſtatutum condiderunt, ne qua nauis poſt Idus Nouembris ex Traueno portu cum mercibus in Liuoniam ſolueret, quod tamen ſtatutum hodie non obſeruatur. HERMAN. BONN. *chron. Lubec. l. 2. p. 69.* Tantum de ſecuritate.

Commoditas maior etiam terra, quam mari peregrinantibus, vtut enim in dies aſcendendis et deſcendendis, onerandis et exonerandis curribus et carrucis, conquirendis hoſpitiis et diuerſoriis (quae tamen etiam per famulos peragi poſſunt) occupari hi neceſſe non habeant, perſtandum tamen illis eſt in mari infeſto, ſiue illud turbidum

ſit,

ſit, ſiue pacatum, immorandum naui, idonea illa ſit nec ne, foetor, nauſea, nautarum impudentia patienter ſuſtinenda, caputque pelagi erroribus circumactum, vix ſopori componere licet, ſed ſemper coecis erratur in vndis: Si imprudentia aurigae currus in itinere terreſtri forte euertatur, et viatores excutiantur, facile eſt iterum omnia corrigere, currum conſcendere, et iter continuare; Vbi nauis, ſiue culpa nautae, ſiue vi ventorum in ſyrtes, ſcopuloſque impegerit, vel etiam fluctibus obruta fuerit, actum eſt de vita, nec arte corrigi hoc malum poteſt. Imber, fulmina, tonitrua, tempeſtates, in terra ſi immineant, potes aliquo te recipere et continere, quoad illa praeterierint; Non ita in mari, vbi ſuſtinenda haec omnia, nauiſque non ſemper, quando lubet, in portum ſubduci poteſt; immo et quandoque reflantibus ventis reiiciuntur, qui ſe iam in portu nauigare putant. Vtut autem quandoque etiam itinere terreſtri ſubita ingruat tempeſtas et pluuia, vtut Solis aeſtus, vel etiam frigus hyemale, membra itinerantium ſaepe adurant, vbi tamen circa noctem in diuerſorium deuentum eſt, remedium omnibus diurnis malis facile reperitur, et dulcis perpeſſorum redditur memoria. Non ita in mari; Neptunus enim balneator eſt frigidus, nec thermopolium vllum vlli inſtituit, ſalſamque praebet potionem et frigidam, vti PLAVTVS loquitur *Rud. act. 2. ſcen. 6.* In ſumma, mala itineris terreſtris facile ſunt corrigibilia, maritima vix vnquam. Quis itaque cum Antiphane non malit eſſe pauper terra, quam diues mari? quis non cum eodem dicat:

Miſeri qui in Pelago vitam viuunt: ſi tamen
Quis nauigantium viuit: Centum ſtadia
Terra proficiſci ſatius, quam iuger mari.

STOBAEVS *Floril. tit. 59. iuxt. emend. Grotii.*

Quae autem, quaeſo, poteſt eſſe iucunditas in maritimo itinere?

Quippe vbi nil aliud, niſi aquam coelumque tuentur.

LVCRET. *l. 4.* et vbi

Tollimur in coelum curuato gurgite, et iidem
Subducta ad manes imos deſcendimus vnda.

VIRGIL. 3. *Aeneid.* Quum e contrario campos virenti gramine laetos, florum varietate veſtitos, ſegetibus onuſtos, hortos arboribus fructiferis conſitos, ſyluas, lucos, nemora opaciſſima, fontes perlucidos,

flumina dulciter murmurantia, regiones, vrbes ſplendidas, auiumque ſuauiſſimos concentus, magna cum delectatione, indies, viatores terreſtres oculis et auribus vſurpare queant. Quae ſi recte trutinentur, quis non videt, vel hoc ſolo abunde compenſari poſſe, ſi forte plus ſumtuum et temporis, (quod tamen non ſemper fieri ſolet) in iter terreſtre, quam maritimum impendatur? Vtique enim etiam hic illud obtinet, ſat cito, ſi ſat bene, nec vlli ſumtus nimii cenſentur, quibus vita hominis ſecurior redditur. Hoc tamen conceſſerim, quod mercatura maritima terreſtri, facilitate et celeritate, tum et foecunditate ac vtilitate, vbi feliciter ſuccedit, praeſtet, non tamen propterea extra mercaturae exercitium, vbi commode poſſit, iter maritimum occipiendi auctor ſim.

QVAESTIO III.

VTRVM NAVIS REFECTA EADEM SIT DICENDA NAVIS, QVAE FVIT ANTE REFECTIONEM?

De naui Theſei, qua is in Cretam delatus fuit, memorat PLVTARCHVS *in Theſeo*, quod vsque ad Demetrii Phalerei tempora, Athenis, lignis antiquioribus detractis, nouisque coaptatis, ſeruata, philoſophis materiam praebuerit, nauis illa an eadem eſſet, an altera? diſceptandi. TERTVLLIANVS *de reſurr. carn. c. 60.* Se nauem procella diſſipatam, vel carie diſſolutam, *redactis* (vel potius, iuxta B. RHENANVM, *repactis*) et recuratis omnibus membris eamdem ſaepe conſpexiſſe titulo reſtitutionis gloriantem, adſerit. Qua in parte ipſi bene conuenit cum Alpheno ICto, qui *l. 76. ff. de iudic.* Iudicibus datis, et omnibus quamuis poſtea mutatis, idem iudicium, quod ante fuiſſet, permanere: et legionem eamdem haberi, ex qua multi deceſſiſſent, quorum in locum alii ſuffecti eſſent, et populum eumdem, qui abhinc centum annis fuiſſet, quum ex illis nemo nunc viueret; itemque nauem, ſi adeo ſaepe refecta eſſet, vt nulla tabula eadem permaneret, quae non noua fuiſſet, nihilo minus eamdem nauem eſſe exiſtimari, perhibet: addita in fine hac regula: Cuius rei ſpecies eadem conſiſteret, rem quoque eamdem exiſtimari, idque exinde, quia ſi quis partibus communitatis aliam rem fieri putaret, fore, vt ex eius ratione nos ipſi non iidem eſſemus, qui abhinc anno fuiſſemus, propterea, quod, vt philoſophi dicunt, ex quibus particulis minimis conſiſteremus,

remus,

remus, hae quotidie ex noſtro corpore decederent, aliaeque extrinſecus in earum locum accederent. Adſtipulatur Pomponius, dum *l. 24. §. fin. de legat. 1.* nauem legatam, et per partes totam refectam, carina eadem manente, recte a legatario vindicari, ſcribit. Vnde et Paulus ICtus, ſi nauem, quam quis ſpopondit, dominus diſſoluat, et iisdem tabulis compingat, quia eadem nauis eſt, incipere obligari, ait. Hiſce non obſtantibus *Hermolaus Barbarus*, referente ALEXANDRO AB ALEX. *l. 3. genial. dier. c. 1.* contrarium, nimirum, vbi materia non eadem ſubeſt, quae prius erat, etſi loco illius altera ſuffecta ſit, minime eamdem rem dici debere, ac perinde nauim, veteri materia demta, ex noua coaptata materia factam, propter materiae immutationem, eamdem, quae olim fuit, dici non poſſe, ſtatuit. Aſt facilis eſt harum opinionum, ſpecie tantum inter ſe diſſidentium conciliatio; cuius et idem ALEXANDER AB ALEX. ibidem ex ore Hermolai Barbari meminit. Phyſica enim et naturaliter conſiderata talis immutata nauis propter formae et ſubſtantiae diuerſitatem, non eſt eadem: conſtitutione vero iuris et aequitatis (vel verius, iuris fictione, quae tantum operatur in caſu ficto, quantum veritas in caſu vero) eſt eadem, quum in eo hoc leges praecipue ſpectent, ne teſtatorum voluntas, et de naui aliqua, vel ſimilibus rebus diſpoſitio in vanum abeat, et inanis ſit, legatariusque propter accidentalem quamdam immutationem, re legata, eiusque vſu et commodo penitus excidat. Duplex autem hic occurrit regulae huius limitatio 1. vt refectio illa ſeu immutatio fiat tantum per partes. 2. vt carina eadem maneat. Itaque ſi nauis ſpecialiter ſit legata, et per partes poſtmodum tota refecta, carina manente eadem, a legatariis recte vindicabitur *l. 24. §. fin. de legat. 1.* naue vero diſſoluta (ſcil. tota) qui iſtius vſumfructum habet, licet iisdem tabulis, nulla praeterea adiecta, reſtaurata ſit, ipſam perdit *l. 10. §. 7. quib. mod. vſusfr. amitt.* ſicut et ea legata ac diſſoluta, nec materia, nec nauis debetur *l. 88. de legat. 3.* nec ſingulae tabulae peti poſſunt *l. 27. §. 4. de pact.* Plura vide apud CVIACIVM *tract. 5. ad African. et Comment. ad l. 83. de V. O.* DVAREN. *ad l. 24. §. ſi nauem de legat. 1.* STRACCH. *part. 2. tract. de naut. pag. 420.* GROT. *de iure bell. ac pac. l. 2. c. 9. et annot. ibidem* MARQ. FREHER. *lib. 2. parerg. c. 21.* STYPM. *de iure marit. part. 4. c. 1. num. 112. et ſeqq.*

QVAESTIO IV.

CVIVS SIT NAVIS EX TABVLIS ALIENIS AEDIFICATA VEL REFECTA, NVM AEDIFICANTIS, AN DOMINI TABVLARVM.

De naui refecta res eſt liquida ex *l. 61. ff. de R. V.* quod is, qu nauem ex aliena materia refecerit, nihilominus eiusdem nauis dominus maneat. Ratio legis ex eis, quae praecedenti capite adlata ſunt, dependet, quia nimirum nauis per partes refecta, licet tota ex alienis tabulis conſtet, eadem tamen nauis eſt, quae antea, eo quod priſtinam formam et ſpeciem ſemper retinuerit. Cuius vero rei eadem ſpecies et forma remanet, eademque quoque res eſſe intelligitur *l. 67. ff. de indic. in fin.*. Aſt quamuis materia haec a vero domino vindicari nequeat, actio tamen ad exhibendum ei contra aedificantem competit *l. 7. ſ. 4. ad exbib.* Alia ratio eſt nauis ex alienis tabulis, vel materia aliena aedificatae *d. l. 61.* ac magna olim inter Sabinianos ſeu Caſſianos (a ſucceſſore Sabini Caſſio ita dictos) et Proculianos ſiue Proculeios (a Proculo ICto nominatos) fuit controuerſia, ad quem nauis taliter aedificata pertineret? His, eum, qui ex aliena materia ſpeciem aliquam ſuo nomine feciſſet, quoniam quod factum, antea nullius fuerat, dominum eſſe contendentibus: Illis vero magis naturalem rationem efficere putantibus, vt, qui materiae dominus fuerit, idem eius quoque, quod ex eadem materia factum ſit, habeatur, quia ſine materia nulla ſpecies effici poſſit. Poſt multam autem horum ICtorum ambiguitatem imperatori Iuſtiniano media ſententia, exiſtimantium, ſi ſpecies ad priorem et rudem materiam reuerti non poſſit, verius eſſe, quod Sabinus et Caſſius ſenſerunt; ſi non poſſit reuerti, verius eſſe, quod Nerua et Proculus voluerunt, placuit *ſ. quum ex aliena materia 25. Inſtit. de R. D. et l. 7. §. 7. ff. de adqui. rer. domin.* Hinc ſequitur, ſi quis ex alienis tabulis nauem fecerit, nauim eius eſſe, qui fecit, quia nauis in tabulas reſolui non poteſt, tum et ex ea ratione, quam habet *d. l. 61. de R. V.* quia proprietas nauis carinae cauſſam ſequitur, hoc eſt, quoniam carina veluti ſolum nauis eſt, cui ſuperficies cedit, ſicuti aedificium ſolo cedit, quia neque aedificium ſine area, neque nauis ſine carina ſubſiſtere

poteſt

poteſt, vti habet BRONCHORST. *cent. 3. ἐναντιοφάνων adſert. 79.* quod ſi autem nauis partim ex propriis, partim ex alienis tabulis compaginata fuerit, dubitandum non eſt, hoc caſu dominum fieri eum, qui fecerit, quum non ſolum operam ſuam dederit, ſed et partem materiae ſuae praeſtiterit *d. §. quum ex aliena materia.* Caeterum *ius Culmenſe lib. 3. tit. 1. c. 4.* etſi non plane hiſce contrarium, diuerſum tamen ſtatuit, nimirum, quod ſi quis ex alienis tabulis nauem vel quid aliud fabricauerit, corpus ex iis tabulis confectum, eius eſſe, cuius erant tabulae, niſi alter iuramento ſuo comprobauerit, non ſecus ſibi conſcium fuiſſe, quam quod ſuae eſſent tabulae, ideoque ſe per inſcitiam ex aliena materia ſpeciem feciſſe: Quod ſi ita iurauerit, tabularum pretium domino reſtituet, vel alioquin illi ſatisfaciet, vel alias ſaltem tabulas illarum loco reponet. Pluribus id pertractant inter alios DONELL. *4. comment. c. 12.* CONNAN. *l. 4. comm. iur. c. 6.* STRACCHA *de Naut. pag. 420. n. 10.* HOTTOMAN. *et* ANTON. MATTH. *ad §. quum ex aliena materia. Inſt. de R. D. et diſp. colleg. 5. theſ. 21. 22.* NICOLAVS DE PASSERIBVS *concil. leg. pag. 541. et ſeqq.* BACCHOV. *ad d. §. quum ex aliena.* STYPM. *de iure marit. part. 1. c. 1.*

QVAESTIO V.
AN ARTEMON ET SCAPHA SINT PARTES NAVIS?

De gubernaculo, malo, antennis, veliſque certum eſt ea et membra nauis eſſe, et inſtrumenta *l. 44. de euictión.* de artemone et ſcapha non itidem *d. l. et l. 242. de V. S.* quae quid proprie ſint, principio diſpiciendum, quum non omnes in eo conueniant. Gloſſa definit artemonem, quod ſit arbor, quae retro ponitur, ad gubernandam nauim. Aſt hac ratione ſpecies eſſet mali, et per conſequens membrum, ſeu pars nauis. ISIDORVS *l. 19. origin. c. 3.* velum eſſe dirigendae potius nauis cauſſa commendatum, quam celeritatis, definit. HADRIANVS IVNIVS *in Nomenclatura*, PASOR *et* MARTINVS *in Lexic.* Velum nauis maius eſſe ſcribunt; quibus GAEDDAEVS *ad l. 242. de V. S.* Alciatum perperam adnumerat, qui ad *d. l. 242.* pro velo addititio dirigendae nauis cauſſa, vel etiam trochlea, quam Graeci ἐπάγοντα vocant, et qua ingentis oneris lapides attolluntur, artemonem habet,

Digitized by Google

bet, idque poſterius ex VITRVVIO *l. 10. Archit. c. 5.* hauſit. GAEDDAEVS *d. l. Vitruuii* ſententiam ſequitur, artemonem nimirum a Iauoleno pro trochlea, ſiue tali inſtrumento, quod ſubleuandis et demittendis oneribus aptum eſt, accipi, quam ſententiam etiam ALEXANDER AB ALEXANDRO *l. 1. gen. dier. 25.* amplectitur. Verius tamen eſt, artemonem denotare velum illud, ſeu partem illam, quae imis velis adfigi ſolet, dictam ita, *ἀπὸ τῦ ἀρτᾶσθαι*, ab adſuendo, ſuſpendendo, iuxta ERASMVM et GROT. *adnotat. ad cap. 27. Actor. v. 40.* et VOSSIVM *Etymol.* Hunc ergo adiectamentum, non partem nauis eſſe IAVOLENVS *d. l. 242.* ſtatuit. Inſtrumentum tamen nauis eſt, et ſi quis nauem inſtructam emerit, etiam artemonem praeſtare tenetur *per l. vlt. de inſtr. et inſtr. legat.* niſi aliter conuentum fuerit.

De ſcapha, vt videamus, quid ſit, ſequitur. Deſinit autem BAYFIVS *de re nau. pag. 104.* et ex eo PECKIVS *l. 4. ad l. Rhod. de iact.* ſcapham (a qua Germanicum *Schiff* ortum habet) non ſolum nauiculam, ſed quidquid concauum in nauiculae fluuiatilis formam factum eſt. quod Germani *ein Both* vocant. Eam vero, naue cum inſtrumento emta, etiam praeſtari debere, Labeo cenſuit, Paullus contra, non eſſe inſtrumentum nauis, eo quod non genere, ſed quantitate ab ea differat, ſanciuit *l. vlt. de inſtr. et inſtr. legat.* HARMENOP. *prompt. l. 2. tit. II. §. 9.* BASIL. *iur. lib. 53. tit. 2. §. 29.* et ALFENVS *l. 44. de euict.* nec partem nauis, nec quidquam coniunctum cum ea habere cenſent, quia per ſe parua nauicula eſt; quae ſane ratio male quadrat, quum non omnia, quae a naui ſeparari poſſunt, propterea partes eſſe nauis deſinant, nam et armamenta ſeparari poſſunt, et tamen ſunt neceſſariae partes nauis, vti bene monet LOCCENIVS *l. 1. de iur. marit. c. 3. §. 10.* qui etiam ſcapham, quatenus neceſſarium naui vſum praebet, et nauigatio ſine ea commode perfici nequit, partem nauis dici poſſe ſtatuit, non ſane ſubſtantialem, et ad eſſe, ſed ad bene eſſe, et commoditatem valde facientam, vti FORNERIVS *ad l. 242. de V. S.* diſtinguit, atque hac ratione leges inter ſe contrarias conciliari poſſe exiſtimat. Conſequens hiſce eſt, tum quod naue emta vel legata, etiam cum inſtrumento, ſcapha ſub emtione et legato non comprehendatur, niſi expreſſa eius circa emtionem et legatum facta fuerit mentio *d. l. 44. et vlt.* tum, quod publicata ſeu proſcripta naui, ſcapha, tamquam ſeparatum quid non intelligatur,

pro-

proſcripta, vti STRACCHA, ex Baldi auctoritate, *tract. de nauib. part. 2. num. 12.* cenſet, quod tamen hodie non attenditur.

QVAESTIO VI.

AN NAVE EMTA SINGVLAE TABVLAE EMTAE INTELLIGANTVR, IDEOQVE EVICTIONIS NOMINE VENDITOR, QVASI EVICTA PARTE, OBLIGETVR?

Omne hoc a POMPONIO in *l. 36. ff. de euict.* negatur, idemque in domo obtinere ſtatuitur, quod videlicet illa emta, ſingula coementa emta non intelligantur. Hiſce tamen contrariari videtur illa a ICtis ex *l. 76. in princ. de R. V. l. 82. in fin. de adq. hered.* item *ſ. 8. Inſt. de fideic.* eruta regula: Quod idem iuris ſit in toto, quoad totum, et in parte, quoad partem, quippe ex qua concludi poſſit, quum tabulae nauis partes extra dubium ſint, vtique eiusdem quoque iuris cum naue eſſe. Aſt regulam hanc limitatione non carere, ac tum demum procedere, ſcribit EVERHARD. *in Topic.* quum totius et partis eadem eſt ratio, neque aliud quid in parte, aliud in toto diſpoſitum reperitur, vti hic et aliis legibus fit. Alii ad *l. 1. l. 39. §. 2. et l. 56. §. 2. ff. de euict.* quae inter ſe pugnare videntur, cum PACIO *cent. 5. leg. concil. c. 34.* diſtinguunt inter partes homogeneas, quae eiusdem nominis ſunt cum toto, vt caro, aqua, ſanguis et ſimilia, vbi quaeque particula vel gutta caro eſt, aqua et ſanguis, quo etiam pars fundi pertinet, quippe quae fundus expreſſe adpellatur *l. 34. in fin. ff. de leg. 1.* et inter partes heterogeneas, quae diuerſi nominis ſunt a toto, vt manus, pes, brachium, et reliquae partes hominis, quarum nulla homo adpellatur, vel etiam partes nauis, quarum nulla nauis eſt, nec dicitur. Euictis itaque partibus homogeneis, exempli gratia, fundi, competit actio, quia fundus eſt euictus; Euictis vero partibus heterogeneis, exempli gratia, nauis tabulis, non competit actio, quia nauis non eſt euicta, nec euicta parte hominis recte agitur, quia homo non eſt euictus.

QVAESTIO VII.

QVIS PROPRIE IN RE NAVTICA DICATVR LOCATOR VEL CONDVCTOR?

Veteres non tantum in emtione et venditione, ſed et in locatione et conductione adpellationibus promiſcue vſos eſſe, CAIVS ICtus *l. 19. et 20. ff. de act. emt. et vend.* perhibet, non quod vna adpellatione, videlicet emtionis pro venditione, aut locationis pro conductione, et ſic vice verſa vſi fuerint, ſed quod ſola adpellatione emtionis vel locationis totum contractum ex natura relationis indigitauerint: Vti bene VINNIVS *ad Peck. comment. in tit. de exercit. action. pag. 174.* monet. Hoc vti extra dubium poſitum eſt, attamen quis proprie locator, quis conductor ſit, non adeo liquet. Communiter locator in re nautica definitur, qui merces vehendas, et exinde mercedem accipit, vel quia operam ad exportandas merces locat, vel quia nauium vſum praeſtat; conductor vero, qui pecunias vehendarum mercium cauſſa dat. STRACCHA *de naut. part. 3. n. 1.* Vnde ſequitur, eum eſſe proprie locatorem, qui accipit mercedem, et aliquid dat vtendum vel faciendum; conductorem vero, qui dat mercedem, et accipit aliquid vtendum vel faciendum. Aſt, vtut communis haec ſit DD. definitio, per ea tamen, quae CVIACIVS *2. obſeru. 28. et 3. obſeru. 2.* adduxit, ſubſiſtere in vniuerſum non poteſt. Nauis enim magiſter, ſi nauem det vtendam, locator eſt: vtroque tamen caſu mercedem accepit. Dominus vero mercium priore caſu conductor, poſteriori locator eſt, et vtroque tamen caſu ipſe dat mercedem nauis magiſtro. Vnde perpetuam hanc inter locare et conducere conſtituit differentiam, quod nihil ſit aliud locare, quam vtendum vel faciendum aliquid dare; conducere, accipere. Quis hinc non videat promiſcuam etiam eſſe adpellationem locatoris et conductoris, et, teſte MOZZIO *de contract. tit. de locat. n. 10.* alterum cum altero confundi: Vnde WESEMBECIVS *parat. tit. de locat. cond. num. 2.* ſtatim poſt definitionem locatoris et conductoris, iuxta vulgatam opinionem adductam, recte addit; In locatione operis faciendi contra ſe habere. In quibus verbis conciliatio harum diuerſarum opinionum conſiſtit, ac a BACHOVIO *in not. ad Weſemb. d. l.* fuſius explanata eſt; cui tamen volupe fuit, tam eximio ICto, et qui ſuis paratitlis, omnibus, qui iuris ſtudio colunt, plus profuit,

profuit, quam Bacchouius omnibus ſuis ſubtilibus magis, quam vtilibus diſputationibus, animaduerſionibus et notis, hic iterum, ſine vllo eius merito inſultare, quod non ceperit, nec conſiderauerit, artificem alio reſpectu eſſe conductorem, alio locatorem, quum tamen nullam ille artificis mentionem faciat, Bacchouius vero diſtinctione inter res et perſonas, quaſi ex proprio ſuo ingenio introducta, vitula Weſembecii arauerit, eamque ex eiusdem ſupra dicta limitatione hauſerit. Cum WESEMBECIO igitur, OLDENDORPIO *claſſ. 4. art. 9.* et qui eos ſequuntur, diuerſitatem conſtitui, neceſſe eſt, et diſtinctionem inter locationem rerum, et locationem factorum ſeu operarum.* In locatione rerum ſemper perſonae conductoris et locatoris ſunt diſtinctae. In locatione vero factorum ſeu operarum (quae etiam perſonae dicitur) vterque contrahentium diuerſo reſpectu modo locator, modo conductor dicitur, idque ſupra adducto, per Cuiacium, exemplo magiſtri nauis illuſtrari poteſt. Ac exinde eſt, quod idem nunc ex locato, nunc ex conducto locato agere dicatur *l. vlt. §. 1. de leg. Rhod.* Quod praeterea Bacchouius allegato loco ſcribit, non omnia facta, pro quibus certo pecunia promiſſa eſt, venire in locationem, adeoque interea, quae in locationem veniunt, et non veniunt, diſtinguit, ſuo loco relinquitur, ad praeſentem etiam materiam nauticam non pertinet. Videantur pluribus VINNIVS *not. in Peck. comment. ad rem naut. pag. 175.* STYPM. *de iur. marit. par. 1. c. 10. n. 6. et ſeqq.* BOCER. *cent. concl. contr. theſ. 50.*

QVAESTIO VIII.

NVM VETERIBVS PIXIS NAVTICA FVERIT COGNITA? QVIS INVENTOR? ET QVANTVS ILLIVS IN NAVIGATIONE VSVS?

Quid pixis nautica ſit, nemo eſt hodie, qui neſciat. Hanc vero LEVINVS LEMNIVS *l. 3. de nat. mirac. c. 4.* ita deſcribit: Subeſt „huic pixideculae rotula quaedam verſatilis papyracea, plana, circi„natae rotunditatis, tenui ab bipartito ferramento ſuffulta, in cuius „centro ſeu medio turricula aenea acuminata adfixa eſt, quae ſtylo aut „cuſpidi acutiſſimae inſiſtit, eoque hinc inde in aequilibrio voluitur, „atque vbi conquieſcit, pars illa, quae lilii imagine inſcripta eſt, et „in quam ferramentum magnete confricatum deſinit, ſtabiliter ſepten-

 trioni

„trioni obuertitur, polumque arcticum reſpectat, quocumque etiam „contorto clauo nauis impellitur. Producuntur autem in huius rotu- „lae circulo a centro ad circumferentiam aequali diſtantia duae et tri- „ginta lineae, quae et ventos et coeli cardines deſignant, terraeque „ac maris ſpatia portubus diſtincta commonſtrant, ac numeratis reuo- „lutis clepſydris, aut vt nunc vſus eſt, defluente arena, clepſammis, „quantum itineris emenſum ſit, et quid emetiendum, quantoque in- „teruallo a loco, quo properant, abſint, exactiſſime dinumerant ac „metiuntur. Aliam pixidis nauticae deſcriptionem videre licet apud „OSORIVM *de reb. Eman. Luſit. reg. lib. 1. pag. 25. b.* Quod vero regit „acus eſt, ſeu lingula tacta a magnete, qui eam virtute occulta diri- „git ad polum arcticum. Proſpiciendum tamen magna induſtria, vt „index cynoſurae vel lingula ſit ſatis adfricata magneti, ne virtus „difflata ſit, cui vitio lapidis magnetis admotio remedium adfert, „quem ideo prouidus nauita ſemper ſecum ferre debet. Cauendum „etiam, ne mucro vel haſtula lingulam ferens tortuoſa ſit, acieque ob- „tuſa, tum et ne pixis admittat aerem, rimisue ſcateat, ne vis magne- „tis exhaletur, denique ne alliocepisue proximetur, quum haec magne- tis vim cohibeant. PETR. GREG. THOL. *ſyntag. art. mirab. l. 26. c. 10.* Veteribus autem pixidem nauticam fuiſſe cognitam, noſtro vero tem- pore tantum interpolatam, fruſtra euincere nititur Lemnius. Nam quod PLAVTO pixidem nauticam *verſoriam* dici putat *Mercat. act. 5. ſcen. 2.*

Huc ſecundus ventus nunc eſt, cape modo verſoriam.

Sane longe fallitur, quum PLAVTVS ibi, vt et TRINVM. *act. 4. ſcen. 3.* in verbis, cape *verſoriam*, recipe te ad herum, per *verſoriam* intelli- gat funem, quo velum vertitur, quem et pedem vocabant. Vnde *pedem tenere* dicebatur, qui praeerat tendendis, proferendis, verten- disque velis, et *facere pedem*, idem eſt, quod nauigare, vti fuſius id oſtenduut TVRN. *l. 20. adu. c. 4.* et SALM. PLAVT. *exerc. pag. 157. et 158.* Capere itaque verſoriam, Plauto idem eſt, quod VIRGILIO *3. Aeneid.* dare lintea retro; non vero inde Lemnius, quod vult, euincere pot- eſt, ſed ignota fuit veteribus omnino pixis nautica, quippe qui ſtel- lam polarem aliasque in nauigationibus reſpiciebant, littoraque tan- tum legebant, nec alto mari ſe facile committebant, quin et obſcuro coelo, vbi verſarentur, ignorabant. Hinc VIRGIL. *3. Aeneid.*

Ipſe

Ipſe diem noctemque negat diſcernere coelo,
Nec meminiſſe viae media Palinurus in vnda.
Tres adeo incertos coeca caligine Solis
Erramus Pelago, totidem ſine ſidere noctes.

Quod vero de incolis inſulae Taprobane SOLINVS *c. 66.* et PLIN. *lib. 2. c. 22.* ſcribunt, nullam illis in nauigando ſiderum eſſe obſeruationem, nec Septentriones illic conſpici, nec Virgilias adparere, ac ideo obſeruatione nauigandi nulla ſuppetente, illos alites vehere, quarum meatus terram petentium regendi curſus magiſtros habent; id a commentatoribus non tam rei veritati, quam obtuſo gentis huius regionis ingenio adſcribitur. IOAN. CAMERS *in Solin. pag. 318.* Inuenta autem eſt Pixis haec nautica ante annos circiter trecentos in regno Neapolitano a quodam Flauio Melphitano, vel vt alii perhibent, a Ioanne Goia Amalphenſi (Amalphis autem ciuitas maritima, hodie Melfi dicitur) quamuis apud Sinenſes iam anno 1260. acus magneticae vſum obtinuiſſe quidam praetendant, ac Goropius Cimbrorum artem eſſe tradat. Videatur ANTON. KIRCHER. *de Magnete l. 1. part. 1. c. 3.* VOS. *de ſcient. Mathemat. c. 47. §. 5.* PANCIR. *rer. inuent. tit. 11. et ibi* SALMVTH. BALTH. BONIFAC. *hiſtor. iudicr. l. 2. c. 2.* GOROP. VENET. *et* HYPERB. *l. 9. pag. 1044.* Quia autem noui orbis repertores experti ſunt, trans aequatorem, magnetem noſtrum a Septemtrione et Polo Arctico, ad Polum Antarcticum verſus meridiem deflectere, inuenta eſt a Dante Aligero alia pixis, aliusque magnes Auſtralis, meridiem ſpectans, teſte praedicto BALTH. BONIFAC. *ibid. c. 27.* De eius vero vſu in nauigatione multis agere opus non eſt, quum vel ex praedictis abunde id pateat. Certe quum maiores noſtri ſeſe alueo mediterraneo continere ſoliti fuerint, noſtri quotannis, beneficio huius inuenti, terrarum orbem crebris nauigationibus obeunt, et in alium orbem, vt ita dicam, colonias deducunt, iam et intimos Indiarum receſſus apertos habemus, ex quibus non modo mercatura (quae antea ſordida, vel non ſatis erat cognita) abundans et quaeſtuoſa euaſit, verum etiam omnes homines ſecum ipſi, et cum republica mundana, velut in vna eademque ciuitate, mirabiliter conſpirant, vti loquitur BODINVS *method. hiſtor. c. 7.*

Digitized by Google

QVAESTIO IX.

AN NAVIS SIT RES IMMOBILIS, ET RETRACTVI OBNOXIA?

Ex conſtitutione Friderici imperatoris de iure retractus, in verbis, *dominum vel vineam*, vel *rem immobilem*, ſequitur, retractum in rebus mobilibus proprie locum non habere, cauſſa namque finalis rerum in familia conſeruandarum, in rebus mobilibus, quarum poſſeſſio fluxa, et cuſtodia neglecta eſt *l. 47. ff. de adq. vel amitt. poſſ.* ceſſat. Naues vero non immobilibus, ſed mobilibus accenſeri ex *l. 1. ſ. 6. et 7. ff. de vi armat.* palam eſt, vbi primo ſtatuitur, inter dictum vnde vi, ad res mobiles non pertinere, et ſtatim additur, ſi quis de naui vi deiectus eſt, huic interdicto locum non eſſe; vnde per neceſſariam conſequentiam ſequitur, nauim rerum immobilium adpellatione non venire, nec iisdem in iure adnumerari. Facile etiam inde colligi poteſt, neque retractum in nauibus locum habere, quae etiam communis eſt doctorum opinio, vti oſtendunt prae aliis TIRAQ. *de retr. gl. 7. n. 88.* REINK. *de retract. quaeſt. 3. n. 105.* et alii. Nec obſtat, quod quandoque in iure nauis domui aequipararetur, et de vtroque idem ius ſtatuatur *l. 36. ff. de euict. l. 3. §. vlt. ff. ad l. Iul. de vi publ.* inde enim non ſequitur, quod in omnibus conueniant, et eidem iuri ſubiaceant; quin potius ſaepius a ſe inuicem diſtinguuntur, et ſeorſiuum ac diſtinctum ius habent *l. qui res ſuos 98. §. 8. ff. de ſolut. et l. 83. §. de V. O.* Plebiſcita tamen Gedanenſia *part. 1. c. 4. art. 3.* videntur nauium retractum admittere, dum volunt, quod ſi nauis a peregrino alteri peregrino vendatur, ciui liberum eſſe debeat, intra octiduum nauim retrahere (*einen Einſpruch zu thun*) ſed non puto hanc Plebiſciti eſſe mentem, quod retractus etiam nauium admittendus ſit, aut naues immobilibus accenſeri debeant, ſed tantum quod ciues prae peregrinis ad emtionem nauis iure ſint potiores, adeoque vocabulum retractus hic abuſiue ponatur, quemadmodum alias etiam inter ciues conſtitutum eſt, vt certis temporibus in re aliqua alter prae altero ius emendi habeat. Idque non iure retractus, ſed ob ſpecialem cauſſam et rationem. Sic piſtoribus ſolis in hac vrbe, ad certum tempus permittitur, frumenta, et pannificibus lanam emere, vel etiam emtam, aſt nec dum traditam, nec in dominium ac poſſeſ-

ſionem

ſionem emtoris deductam, ſoluto tamen eodem, quod ab aliis emtoribus pactum eſt, pretio, ſibi quaſi vindicare, emtionique anteriori ſe interponere, quod Germanis dicitur, *in eines andern recht treten*; aliis vero ciuibus, vtut mercatoribus, interdicitur; Et iuxta *tit. 13. art. 5. iuris marit. Hanſeatici* exercitores ad emtionem vectibilium prae aliis admitti debent, non quod familiae iure hoc ipſis prae aliis competat, ſed quod aequitatis ratio id ſuadeat. Si vero quis *d. tit. 3. art. 14. iuris marit. Hanſeat.* opponere velit, vbi dicitur, quod ſi nauclerus nauem vendiderit, exercitor huic emtioni ſe interponere poſſit, idque ipſi competat; facilis eſt ex ſupra dictis reſponſio. Non id fieri iure retractus, ſed interuentionis, vbi ſe emtioni tali ingerit et interuenit, non offert ſtatim pretium emtionis, nec id quod pactum eſt inter alios praeſtat, (quod in retractibus omnino fieri neceſſe eſt) ſed iuſtum tantum pretium, iuxta arbitrium bonorum virorum, ſoluit, atque hac ratione impedit, ne quis exercitor praeter ſuam voluntatem ſibi adſocietur, malitiaque naucleri compeſcatur. Atque pro negatiua quaeſtionis anno 1665. inter Ioannem Schultke et Ioannem Gellentin hic pronunciatum eſt.

QVAESTIO X.

NAVTA AN COGI POSSIT AD VECTVRAM?

Caupones, ſtabularios, et hoſpitia publica habentes, non poſſe viatoribus peregreque euntibus hoſpitium denegare, communis eſt DD. opinio, idque VLPIANVS *l. vnic. §. vlt. ff. furt. adu. naut. caup. ſtabul.* confirmare videtur. An autem idem etiam in nautis et nauigantibus obtineat? quaeritur. Adfirmatiuam veram eſſe inde adparet, quod nautae cauponibus et ſtabulariis in iure adſocientur, et ſub vno titulo comprehendantur, *tot. tit. naut. caup. ſtab. et Furt. adu. naut. caup. ſtab.* Id vero tum potiſſimum obtinet, quum auctoritate publica nautae ad transuehendos viatores ſunt ordinati, vt fit in Belgio, vbi aurigae et nautae ſtatis certisque temporibus, certo aliquo naulo et pretio ſtatuto, de loco alio in alium proficiſci tenentur et, inuiti licet, hora abitus adueniente, iter occipere coguntur. Hinceſt, quod VLPIAN. *l. 12. §. 1. ff. de vſufr.* ſtatuat, nauim, vſufructu legato, nauigatum mittendam eſſe, licet naufragii periculum immineat; addita ratione, quod nauis ad hoc paretur, vt nauiget. Deinde

Deinde etiam eo in caſu omnino nauta cogi poteſt ad nauigandum, ſi ad hoc conductus ſit; quod quum nemo ſit, qui neget, multis deducere non opus eſt. Videatur STRACCHA *de naut. part. 5. pag. 415.*

QVAESTIO XI.

AN MAGISTER NAVIS IN MERCIBVS, NAVI ILLATIS, RATIONE NAVLI, CONTRIBVTIONIS ET ALIARVM EXPENSARVM IVRE HYPOTHECAE GAVDEAT?

Quod magiſter nauis in nauem illata, pro naulo retinere poſſit, extra controuerſiam eſt, et diſerte in *iure Wisbycen. art. 37. ac. 57.* item *Philip. II. tit. de naut. art. 19.* et *Statut. Hamburg. part. 2. tit. 15. art. 2.* ſancitur, ac per bonam conſequentiam ex *l. 5. ff. ad exhibendum* elicitur. Numquid enim vilior haberi poteſt nautarum, quam cauponum, vel etiam ſartorum conditio, qui pro hoſpitatione, et opera, hoſpitum bona, veſteſque communiter retinent? Ipſa vtique iuris diſpoſitione emtor in re vendita, commodatarius in re commodata, donec vel pretium ſoluatur, vel expenſae in rem commodatam factae refundantur, ius retentionis habet *l. 13. §. offerri ff. de act. emt. et vend. l. 15. §. vlt. ff. de furt.* Vtut autem iure retentionis magiſter nauis in ſupra dictis caſibus vti poſſit, ius hypothecae tamen proprie illi non competit, nec in iure conſtitutum eſt; quod autem expenſa lege non inducitur, pignoris adpellationem non ſortitur. Retentio tamen iſta quaſi pignoris loco eſt, et in ſupra dictis legibus expreſſe ſtatuitur, quod venditor rem venditam quaſi pignus poſſidere poſſit, et res commodata quaſi pignoris loco fuerit. Conſequens praedictis hiſce eſt, quod nauclerus, vbi ad locum deſtinatum venerit, fideiuſſores a domino mercium, aut vt in ſolutum a bonis transuectis recedat, petere poſſit, atque taliter anno 1616. die 15. Aprilis Gedani inter *Petrum Friderich et exercitores nauis, regis Dauidis nomen habentis*, contra *Ioannem Riccium Mandatarium Laurentii Scampen Neopolitanum* hic iudicatum eſt. Vide NEGVZANT. *de pign. et hypothec. membr. 4. c. 2. num. 140.* STRACCHAM *de nau. part. 3. n. 39.* PECK. *comment. ad leg. naut. 231. et ſeqq.* et LOCCEN. *de iur. marit. pag. 220.*

QVAE-

QVAESTIO XII.

AN NAVTAE PRO MINISTERIO PRAESTITO IN IPSA NAVI TACITAM HABEANT HYPOTHECAM?

Nautas et magiſtros nauis, et non tantum qui ex locato conducto operam illis ſociam in nauibus praeſtant, adpellari iam ſupra diximus. Hic vero non in lata, ſed ſtrictiori ſignificatione, vox haec accipitur, et ad quaeſtionem ipſam reſpondetur negatiue, idque ex hac ratione, quod nemo, niſi id iure expreſſe conſtitutum fuerit, tacitam hypothecam ſibi conſtituere poſſit. Nec obſtat, ſi quis exinde, quod qui in rem conſeruandam quid praeſtiterit, ius pignoris habere dicatur *l. 3. qui potior. in pign. hab.* contra argumentari velit: id enim tum demum obtinet, ſi quis impenſas in rem aliquam fecerit, non ſi operam tantum praeſtiterit, et ſicut regula ſupra adlegata ſolummodo tum locum habet, ſi ſpeciatim et nominatim pecunia fuerit data ad refectionem vel conſeruationem rei, teſte BERLICH. *part. 1. concl. 65. n. 133.* ſic in hoc caſu, vbi nauta conductus ad conſeruandam nauim ſeſe ſpecialiter non addixit, nec ius pignoris habere poteſt. Par etenim eſt nautarum ratio atque fabrorum lignariorum et ferrariorum, qui etſi domum aliquam ſua opera et miniſterio compaginauerint et exſtruxerint, aut etiam ligna et ferramenta ad hoc contulerint, non tamen inde ſibi ius pignoris in domo exſtructa arrogare poſſunt, quamuis promiſcue omnibus, ſi de certa mercede conuentum ſit, actio locati, ſin minus, in factum competat. Plura vid. apud STRACCH. *de naut. part. 5. pag. 416. et quaeſt. ſeqq.*

QVAESTIO XIII.

AN QVI PECVNIAM MVTVAM DEDIT IN NAVIS VSVM VEL ETIAM REFECTIONEM, TACITAM HYPOTHECAM HABEAT?

Extra omnem controuerſiam eſt, eum, qui in nauis vſum, vel etiam refectionem pecuniam mutuo dedit, priuilegium perſonale et praelationis habere. Ita enim diſerte VLPIANVS *l. 5. ff. qui pot. in pign. hab.* ſtatuit. Interdum poſterior potior eſt priori, vt puta, ſi in rem iſtam conſeruandam impenſum eſt, quod ſequens credidit, veluti ſi nauis fuit obligata, et ad armandam eam vel reficiendam ego

Digitized by Google

credidero. „Et Iuſtinianus Imp. *Nouell. 97. c. 3.* Nouimus, inquit, „et antiquioribus creditoribus aliquas hypothecas praeponere iunio„res exiſtentes, ex priuilegiis a legibus datis, quale eſt, quando ali„quis propriis pecuniis procurauerit nauem comparare, aut fabri„care, aut reparare, aut domum forſan aedificare, aut etiam emi „agrum, aut aliquid horum: in his enim omnibus priores exiſtunt „poſteriores creditores, quorum pecuniis emta aut renouata res eſt „iis, qui etiam multo antiquiores ſunt.„ Et inde eſt, quod exercitor nauis, ſi magiſter nauis, ab exercitore propoſitus, pecuniam in refectionem nauis accepit, conueniri queat, dummodo nominatim mutuet ad refectionem, resque etiam in ea cauſſa ſit, vt neceſſario refici debeat, nec multo maior pecunia, quam ad refectionem nauis neceſſaria, credita fuerit *l. 7. ff. de exercit. act.* et ibi *Gothofredus.* Vtrum autem, qui ad modum ſupra dictum in nauis vſum, ſtructuram, vel refectionem pecuniam crediderit, tacitam hypothecam in naui habeat, non adeo videtur eſſe expeditum, aliis id adfirmantibus, aliis negantibus. Communior tamen et verior eſt adfirmantium ſententia, vtpote praedictis legibus adeo fulta, vt quae in contrarium adferuntur, punctum non ferant. Vtut enim in *d. l. 5. ff. qui pot. in pign. hab.* taciti pignoris vel hypothecae mentio non fiat, in effectu tamen ex mente verborum, Vlpianum id ſenſiſſe, facile liquet, praeſertim quum ſequenti *l. 6.* haec adferatur ratio, quod creditor hic (nim. qui ad armandam reficiendamue nauim credidit) ſaluam eam fecerit. Et quum vigore eiusdem *l. 6.* is, qui in cibaria nautarum credidit, eo quod ſine iis nauis ſalua peruenire non poterat, tacitam hypothecam habet; quanto magis, qui in vſum, refectionem et conſeruationem nauis pecuniam dedit, ſine qua non exſiſtere, nec ſalua eſſe potuit. Errant ergo, qui *d. l. 5.* non de hypothecae tacitae inductione, ſed perſonali iure et praelatione creditorum agere putant, quum vel ſolus titulus illis refutandis ſatis ſit, quippe ex quo conſtet, in eodem agi, tum de illis, qui in priorum creditorum locum ſuccedunt. Nec minus, ſi non grauius, errant, qui in *nouell. 97.* non de tacita hypotheca, ſed perſonali praelationis iure tractari volunt. Expreſſe namque per imperatorem hic hypothecae fit mentio, et hypothecam in talibus caſibus ſubſiſtere agnoſcitur. Et *in l. 1. ff. in quib. cauſſ. pign. vel. hypothec. tacite contrah.* tacitum pignus conſtitui-

ſtituitur iis, qui ad refectionem aedificii crediderunt. Quidni ergo et iis, qui ad refectionem nauis? Sunt quidem, qui diſparitatem oſtendere nituntur, nec ab aedificiis ad naues argumentationem admittunt, eo quod in reficiendis aedibus publica verſetur vtilitas, ne ſcil. ruinis aedium deformetur adſpectus vrbis *l. 2. C. de aedif. priuat.* refectarum autem nauium alia ſit ratio. Sed, pace illorum, ieiuna haec videtur diſtinctio, quum non minus vtilitas publica poſtulet, naues fabricari, fabricatasque refici et conſeruari, maiorque inde reipublicae exſurgat vtilitas, quam ſi vna atque alia domus a ruina ſeruetur. Nec quoque contra facit *l. quod quis nauis ff. de reb. auctor. iud. poſſid.* vbi illi, qui nauis armandae vel iuſtruendae cauſſa quid crediderit, priuilegium poſt fiſcum conſtituitur, cui tamen omnes hypothecarii creditores, qui tempore ſunt priores, praeferuntur. Hic enim tantum de priuilegio perſonali agitur, cuius reſpectu fiſcus potior eſt, non de tacita hypotheca, cuius intuitu reficiens nauim, eamque conſeruans fiſco praefertur. Concludo itaque, eum, qui ad refectionem et conſeruationem nauis pecuniam credidit, omnibus anterioribus creditoribus, etiam hypothecariis expreſſis praeferendum eſſe, dummodo nominatim ad conſeruationem et refectionem nauis pecunia data, eademque nauis exſtructa, conſeruata et reparata fuerit. Hinc et Bodmeriae literis, licet anterioribus, inſtrumentum pecuniae creditae in nauim exſtruendam, quod vulgo *Bilbrief* vocatur, praefertur. Pluribus hanc quaeſtionem tractant COVARR. *l. 1. var. reſol. c. 7. n. 3.* CONNAN. *l. 4. comm. iur. Ciuil. c. 17. num. 13. 14.* VANDERAN. *de priuil. cred. c. 8.* GAIL. *1. obſeru. 12. num. 4.* MYNSING. *cent. 1. obſeru. 60.* CARPZOV. *Iurisp. for. part. 1. conſtit. 28. definit. 105. et 106.* RAVCHB. *part. 1. quaeſt. 5.* BACCHOV. *de pignor. l. 1. c. 12.* BRONCH. *cent. 1. adſert. 76.* PECKIVS *pag. 95. et 99.* et ibi VINNIVS, vt et *pag. 233.* LOCCEN. *de iur. marit. l. 2. c. 2. n. 2. et 6. et l. 3. c. 2. n. 2.* STYPM *part. 4. c. 5. n. 20. 150.* et alii innumeri.

QVAESTIO XIV.

AN, SI QVIS SIBI CAVERIT SYLVAM PIGNORIS LOCO ESSE, ETIAM NAVIS EX EA SYLVA FACTA SIT PIGNORI?

Propoſuit hanc quaeſtionem Paulus ICtus in *l. 18. §. 3. ff. de pignoralit. act.* et ad illam negatiue ex auctoritate Caſſii reſpondet,

 addi-

Digitized by Google

addita hac ratione, quod aliud ſit materia, aliud nauis, attamen ſub hac exceptione, niſi nominatim in dando pignore adiectum fuerit, *quae ex ſylua facta nataue fuerint.* Similiter legata lana, veſtimentum poſtea ex ea lana factum, non debetur; et materia legata, nauis, armariumue ex ea factum non vindicatur. Naue autem legata diſſoluta, neque materia, neque nauis debetur *l. 88. §. 1. et 2. ff. de legat. 3.* nimirum, quia materia a materiato longe diſtat, et forma eſt, quae dat eſſe rei, et qua mutata, prope interimitur ſubſtantia rei, teſte VLPIAN. *l. 9. §. 3. ff. ad exhib.* et quod in ſua ſpecie non permanet, exſtinctum quodammodo videtur. Sunt tamen, qui cum Bartolo diſtinguendum putent hiſce in caſibus, vtrum res, quae tranſit in aliam formam, reducibilis ſit ad primam ſuam materiam, nec ne, vt priore caſu duret ius idem, quod prius competebat, poſteriore vero exſtinguatur; verum id ad hanc pignoris materiam non quadrare, cum ANTONIO FABRO *rational. ad l. 18. §. 3. de pignor. act.* puto Idemque exhinc differentiam bene facit inter dominium rei, et pignus. Dominium enim, quod ſemel meum fuit, meum remanet etiam poſt rei mutationem, quia nihilominus, quod ex re mea ſupereſt, meum eſt; eiusque vindicandi ius habeo *l. 49. §. 1. ff. de rei. vind.* adeo vt ſola formae mutatio dominium meum non tollat, niſi mutatio facta ſit eius materiae, quae redigi in ſua initia non poſſit, per *l. 78. §. illud ff. de legat. 3.* In pignore autem longe ſecus ſe res habet propter illam materiae in materiatum commutationem, et ſubſtantiae totius interitum, quum nemo ſit, qui non fateatur, aliud eſſe ſyluam, aliud nauim. Reſultat ex ſupradictis etiam illa quaeſtio: *An creditor poſſit prohibere debitorem, ne ex ſylua nauim faciat?* Communiter vero reſpondetur, quod, quum creditor teneatur vti re oppignorata, tamquam bonus paterfamilias, *l. 14. de pign. act.* ideo diſtinguendum ſit, et perſpiciendum, an ſylua caedua ſit, nec ne? Sin illud, debitorque ſecundum conſuetum modum caedere velit, per creditorem prohiberi nequeat. Sin hoc, prohiberi poſſit, per ſupradicta. Vide plura apud ANTON. FABR. *ration. d. l.* BARTH. CAEPOLLA *de ſeruit. ruſt. praediorum c. 22. n. 8.* et alios.

QVAE-

QVAESTIO XV.

AN MAGISTER NAVIS ALIVM SVBSTITVERE POSSIT?

Fuit aliquando quaeſitum; an profeſſor academiae per ſubſtitutum docere poſſit, quam quaeſtionem tractat QVIRINVS KVBACH. *decur. 4. cent. 3. quaeſt. 1.* quidni ergo liceat quaerere, an magiſter nauis alium ſubſtituere poſſit? Poſſe autem dubium non eſt, quum magiſter nauis dicatur, non ſolum, quem exercitor, ſed et quem magiſter nauis, etiamſi ignoranti et inuito exercitore, praepoſuit. Omnia autem, facta magiſtri praeſtare debet, qui eum praepoſuit, et quamuis alias, vbi induſtria perſonae electa eſt, alius ſubſtitui non poſſit, vtilitate tamen publica ſuadente, iure quodam ſingulari in exercitoria aliud quid conſtitutum eſſe videtur, quia ſaepe de conditione naucleri ſubſtituti inquirere nec locus, nec tempus conceditur *l. 1. §. 5. de exercit. action.* Si tamen damni quid ob hanc cauſſam exercitor patiatur, habet eo nomine cum primo magiſtro actionem ex locato vel mandato per *d. l. 1. §. 18.* Saepe etiam tales caſus accedunt, vt alium ſubſtitui omnino neceſſe ſit, veluti ſi prior magiſter nauis publice retentus, nauigare prohibitus fuerit, vel morbo impeditus, nauigare non poſſit, et ſi quae ſunt alia impedimenta *l. 10. §. 1. ad l. Rhod. de iact.* vbi ſane nautae ſubſtituto huic non minus, quam ipſi magiſtro nauis parere tenentur. *Ordinat. Carol. V. art. 20. et Philip. II. tit. de naut. art. 11.* Vide etiam, quae ſupra notaui ad *tit. 3. art. 2.*

QVAESTIO XVI.

AN QVI NAVEM A SE FABRICANDAM PROMISIT, SI SPECIALITER HOC ACTVM SIT, VT SVIS OPERIS ID PERFICIAT, NON CONSENTIENTE STIPVLATORE, PER ALIVD ID FACIENS LIBERETVR?

VLPIANVS *l. 31. ff. de ſolut.* diſertis verbis id negat, addita hac ratione, quod inter artifices, longa ſit differentia et ingenii, et naturae, et doctrinae, et inſtitutionis. Contra adlegari ſolet *c. 72. de R. I. in 6.* Qui facit per alium, perinde eſt, ac ſi faciat per ſeipſum. Aſt haec regula in mandatis, delictis, et ſimilibus caſibus tantum locum

habet

habet vti videre licet apud PECK. *et* DYN. ad hanc regulam, non vbi ingenium, vel ingenioſa opera, et doctrina requiritur, tum enim nec alius, nec aliud, renuente ſtipulatore, ſubſtitui poteſt. Hinc ſi quis opus facere iuſſus, pecuniam reipublicae dare paratus ſit, vt ipſa faciat, quum teſtator per ipſum id fieri voluerit, non eſt audiendus. *l. 11. in fin. ff. de legat. 3.* Similiter ſi ſeruus operas extraneo dare iuſſus eſſet, nullus nomine ſerui ſuas operas dando, liberare ſeruum poteſt, quod in pecunia aliter obſeruatur, vtpote quum extraneus, pro eo ſeruo dando pecuniam, ſeruum liberaret *l. 39. § vlt. ff. de ſtatu lib.*

QVAESTIO XVII.

AN, SI NAVCLERVS, NECESSITATE COMPVLSVS, IN DEVIVM PORTVM FERATVR, IBIDEM VECTIGALIA SOLVERE TENEATVR?

De vectigalibus etſi hic diſſerendi locus non ſit, obiter tamen hanc quaeſtionem attingere volui, eo quod ad ius maritimum quodammodo pertineat. Vectigalia vero vt plurimum ex eo defenduntur, quod exigantur et pendantur eam ob cauſſam, vt ſecuritas tranſitus et ſtationis, nauigationisque vigor iisdem conſeruetur et maneat. Quod ſi in hac quaeſtione reſpiciatur, non videtur, quomodo talis nauis, quae neceſſitate aliqua in portum aliquem compellitur, a ſolutione vectigalis excuſari poſſit. Aequitas tamen poſtulat, vt eiusmodi nauis ab hoc onere, ſi non in totum, ſaltem in tantum libera ſit, quum etiam de iure, ſi propter neceſſitatem aduerſae tempeſtatis in loco prohibito onus expoſitum fuerit, id in commiſſum vindicari Impp. nolint. *l. fin. §. 8. ff. de public.* Vnde DD. communiter inferunt, non teneri nauem, vi ventorum et tempeſtatis, vel etiam hoſtium, aut piratarum timore, ad alium, quam quo tendebat, portum delatam, portorium ſoluere. STRACCH. *de nauib. part. 2. n. 26.* Hodie vero ita vſu venit, vt ſi nauis talis in loco deuio partem oneris expoſuerit, vel vendiderit, ad ſolutionem vectigalium omnino teneatur; ſecus, ſi toto onere retento iterum ex portu iſto diſcedat. Cui conſonum eſt, quod in Ciuitatis Gedanenſis plebiſcitis ſancitur, vt ſi qua nauis vi tempeſtatis, aliaque neceſſitate compulſa portum intrauerit, et non exonerata naui (*mit vngebrochener Laſt*) ite-

iterum recedere cupiat, iuſtis eo nomine in camera portorii praeſtitis, libera ſit: Similiter ſi quis alias ad hunc portum curſum ſuum ſtudioſe direxerit, eumque intrauerit, aſt rebus exploratis nauem exonerare, mercesque venum exponere nolit, is ſoluto prius portorio, pleno et non imminuto onere abire poteſt: Si autem onus exoneratum et expoſitum fuerit, porro id hic venum exponi, mercesque ciuibus vendi debent. Qui contra fecerit, et propugnaculum portus ſine literis paſſus, expanſis velis, praeternauigauerit, is poenam ordinatam confiſcationis nauis et bonorum incurrit. *Plebiſc. Gedanen. part. 1. c. 4. art. 23.* His poſtmodum alia quoque ſtatuta acceſſerunt, et etiamnum in camera portorii obſeruantur, videlicet: Si nauis, alibi onerata, tempeſtate vel qua alia neceſſitate compulſa, portum intrauerit, mercibusque non diuenditis hic iterum diſcedat; tum non teneatur pro naui et mercibus bis, pro introitu nempe et exitu, ſed ſemel tantum exſoluere. Idem obſeruatur circa naues huc ſponte venientes, mercesque non diſtrahentes, ſed eisdem iterum hinc nauigare volentes. Aſt ſi nauclerus, vna cum naui, hic loci merces venum exponat, ac quasdam earum vendat, tum pro omnibus mercibus, in naui contentis, vt et pro naui, tam introeundo, quam exeundo, idque propter partialem nauis exonerationem, portorium ſoluere tenetur; hoc tamen caſu excepto, ſi nauclerus pro reparatione nauis et commeatu nautico, bona ad hoc neceſſaria diuendat, id enim pro partiali exoneratione non habetur. Quod ſi etiam nauclerus nauem ſuam reſtaurare, bonaque ſcaphis et aliis nauigiis e naui inferre cogatur; is naue reſtaurata, bonisque in nauem receptis, ſimplex tantum portorium exſoluit. Similiter, ſi naues hic oneratae, portorio prius ſoluto, tempeſtate vel alia neceſſitate coactae iterum e mari in portum regrediantur, ac reparata naui, bonisque receptis iterum abire velint, portorium denuo non ſoluunt, niſi alias, praeter priores, merces naui intulerint, pro quibus illud ſoluere tenentur. Si vero nauis priora bona in nauem non receperit, ſed ea alteri naui illata, vel abalienata fuerint; tum et pro naui et pro bonis denuo portorium exſolui oportet. Quod ſi etiam contingat, in ſtatione ſiue Rheida quasdam merces ex naui, in portum, vendendas, vel alicubi reponendas, mitti; portorium pro hiſce mercibus pendi debet, reliquae autem in naui permanentes, nihil pendunt,

prae-

Digitized by Google

praeterquam quod nauclerus pro naui duplex portorium ſoluere teneatur. Idem quoque obſeruatur, quando nauis ex mari in ſtationem venit, et pro implendo onere aliquid ex vrbe adduci curat, tum enim merces hae abductae, non vero, quae antea in naui fuerunt, portorium pendunt, pro naui autem, perinde vt antea, duplex portorium praeſtatur. Denique, ſi quis naue tantum ſaburrata hinc diſcedere conſtituerit, ac pro naui portorium ſoluerit, literas autem paſſus, vti moris eſt, in propugnaculo portus nondum inſinuauerit, nec e portu egreſſus fuerit, ſed animum mutauerit, et naue ad vrbem reuerſus eamdem elocauerit, denuo pro naui portorium ſoluere non tenetur. Inter Angliae regem et confoederatos Belgas anno 1662. Londini ita conuentum eſt, vt ſi quae nauis tempeſtate aliqua, vel violentia piratarum, aut alia neceſſitate inducta portum alterutrius intrauerit, nec vectigal, nec quid aliud pendere debeat, dummodo quis onus nauis ex parte aliqua non onerauerit, nec mercium quid vendiderit, vti ex *artic. 17. tractatuum* liquet. Videatur DIARIVM EVROP. *contin. 8. pag. 300.*

QVAESTIO XVIII.

AN OMNES INDISTINCTE MERCES NAVIBVS INFERRE, VEL EXPORTARE, LICITVM SIT?

Numquam indiſtincte quaſcumque merces nauibus vehere exportare vel importare licuit. De iure quippe ciuili ad gentes Barbaras transferendi vini, olei, liquaminis, nemo facultatem habuit, nec guſtus quidem cauſſa, aut vſus commerciorum *l. 1. C. quae res export. non debent.* Similiter nemo alienigenis Barbaris, cuiuscumque gentis, ſub legationis ſpecie, vel quocumque alio colore venientibus, aut in diuerſis aliis ciuitatibus et locis, loricas, ſcuta, arcus, ſagittas, ſpathas et gladios, vel alterius cuiuscumque generis arma venundare, nullaque prorſus tela, et nihil penitus ferri, vel facti iam, vel infecti, diſtrahere potuit, ſub poena confiſcationis et capitis. *l. 2. C. eod.* ſub hac tamen diſtinctione, vt ſi dominus nauis illicite aliquid naui, vel ipſe, vel vectores impoſuerint, nauis fiſco vindicetur: ſi abſente domino, a magiſtro, vel gubernatore, aut proreta nautaue aliquo id factum ſit, ipſi quidem capite puniantur. commiſſis mercibus, nauis autem domino reſtituatur *l. 11. ff. de public.*

Refe-

Referuntur etiam inter illicitas merces eos, ferro ſubigendo neceſſaria, frumentum et ſal *d. l. 11.* aurum, et quidem in tantum, vt non tantum Barbaris minime praeberi debeat, ſed et, ſi apud eos inuentum fuerit, ſubtili ingenio auferri licuerit *l. 2. C. de comm. et mercat.* item purpura *l. fin. C. de veſtit. holoſcr.* et id genus alia. Si noſtra tempora reſpiciantur, diſtinguendum cum GROTIO *l. 3. de iur. belli ac pac. c. 1. n. 5.* inter ea, quae in bello tantum vſum habent, et inter ea, quae nullum in bello vſum habent, et denique, quae et in bello, et extra bellum vſum habent. Ad primum genus referuntur arma, ad alterum ea, quae voluptati ſeruiunt, ad tertium, pecuniae, commeatus, naues, et quae nauibus adſunt. In primo genere illud Amalaſuinthae ad Iuſtinianum apud PROCOPIVM *l. 1. Goth.* obtinet: In hoſtium eſſe partibus, qui ad bellum neceſſaria hoſti adminiſtrat. Alterum genus ſicut querelam non habet, ita in tertio genere diſcernendum, an quis ſe, niſi ea, quae mittuntur, intercipiat, tueri non poſſit, et tum neceſſitas ius facit, attamen ſub onere reſtitutionis, niſi alia cauſſa accedat; an vero iuris mei exſequutio per rerum harum inuectionem impediatur, idque is, qui aduexit, ſciat, vt ſi oppidum, portusque a me obſideatur, tenebitur talis de damno dato, et in vim compenſationis damni res eius capi et retineri poſſunt, per ea, quae fuſius ex GROTIO *d. l.* peti poſſunt. Si quis in ſpecie merces, transuehi hodie vetitas, noſſe cupiat, conſulat prae caeteris LEONIS AB AIZMA *tract. Hiſpanico-Belgicos, in hiſtor. pac. Belg. pag. 710.* vt et DIARIVM EVROP. *contin. 6. in adpend. tractatus Galliae regis cum ciuitatibus Hanſeaticis Anno 1655. die 10. Maii Lutetiae Pariſiorum initi*, item *Continuat. VII. art. 27. pag. 368. Foedus Galliarum regis et confoederati Belgii*, vt et *adpend. contin. 7. art. 11. pag. 364. inſtrumentum foederis inter reges Britanniae et Succiae anno 1661. die 1. Octobr. Londini concluſi*, ac ibidem recenſeri videbit, omnia arma ignita, eorumque adparatus, qualia ſunt, tormenta, bombardae, mortaria, petardae, bombi, granatae, fauſſiſae, circuli picati, tormentorum ſuſtencula, furcae, balthei, puluis tormentarius, reſtes iguiariae, ſal nitrum, globi, haſtae, gladii, galeae, caſſides, loricae, bipennes, ſpicula, ad hoc, milites, equi, catapultarum thecae, et alia inſtrumenta bellica; Item: frumentum, triticum, legumina, ſal, vinum, oleum, vela, reſtes, ephippia, ſi videlicet ad

loca obſeſſa vehantur, alioquin a numero harum talia excluduntur. Diſputatum autem quondam fuit, *an et vaginae* enſibus condendis deſtinatae, armis deferri prohibitis, *prohibitae eſſe cenſeantur?* Quidquid aliis videatur, quum non minus atque furcillae, balthei, ac catapultarum thecae armis accenſeantur, eorumque neceſſaria ſint adiuncta, cur non eadem ratione eo referri debeant, nulla ratio idonea adferri poterit, vnde in ſupradicto inſtrumento confoederationis regis Galliarum cum ordinibus Belgii confoederati anno 1662. concluſae, *art. 27.* etiam vaginae expreſſe nominantur. Quaeſitum etiam eſt aliquando de *Tabaco, vtrum illum ad hoſtes transferre liceat?* haecque lis inter Hiſpanos et Anglos agitata fuit, Hiſpanis illum inter victualia referentibus, eumque eo iure, quo ſal, quia victualia a putredine ſeruat, confiſcari poſſe cenſentibus: Anglis vero contra, Tabacum non nutrire, nec mercium vetitarum nomine venire contendentibus, in tantum, vt quum ſententia in tribunali maritimo Hiſpanico pro ſubditis Hiſpaniarum regis lata eſſet, Angli literas repreſſaliarum ad ſarcienda damna haec conceſſerint, vti refert AVCTOR IVRIS *et* IVDICII FECIAL. *part. 2. ſect. 8. n. 12.*

QVAESTIO XIX.

AN OB MAGISTRI NAVIS CVLPAM, QVAM IN FRAVDANDO VECTIGALI COMMISIT, DOMINVS MERCIVM, AN EXERCITOR ACTIONE EXERCITORIA TENEATVR?

Defraudati vectigalis poena eſt mercium non intimatarum confiſcatio *l. 11. §. dominus ff. de public.* et pro naui magiſtro nauis, pro mercibus domino mercium vectigal ſoluere incumbit, *per l. 60. §. vehiculum ff. locat.* vbi mulionem pro vehiculo, quod locauit, portorium praeſtare debere ſtatuitur. Vnde, ſi quam culpam magiſter nauis in fraudando vectigali commiſit, dominum mercium, non exercitorem teneri, ſequitur. Quamuis enim exercitor omnia facta magiſtri, quem praepoſuit, praeſtare debeat *l. 1. §. 5. de exercit. action.* limitatio tamen huius regulae paullo poſt §. 7. haec ponitur: Si in eam rem, ob quam quid factum eſt, praepoſitus ſit. Non enim ex omni cauſſa praetor dat in exercitorem actionem, ſed eius rei nomine, cuius ibi praepoſitus fuerit, id eſt, ſi in eam rem praepoſitus ſit, vt

puta

puta, ſi ad onus vehendum locatum ſit, aut aliquas res emerit vtiles nauiganti, vel ſi quid reficiendae nauis cauſſa contractum, vel impenſum eſt, vel ſi quid nautae operarum nomine petunt. Quocirca quum ſolutio vectigalis non ſit pars vecturae, magiſter vero nauis vecturam tantum debeat, non poterit, ob praepoſitionem eius exercitor, vectura rite peracta, propter vectigalis defraudationem teneri. Praepoſitio namque certam legem contrahentibus, atque ideo ſi eum praepoſuit naui ad hoc ſolum, vt vecturas exigat, non vt locet, quod forte ipſe locauerat; non tenebitur exercitor, ſi magiſter locauerit, vel ſi ad locandum tantum, non ad exigendum, idem erit dicendum, aut ſi ad hoc vt vectoribus locet, non vt mercibus nauem praeſtet, vel contra: modum egreſſus, non obligabit exercitorem *d. l. 1. igitur ff. de exercit. action.* Hanc tamen exceptionem regula habet, niſi ſpecialiter et expreſſe ita inter dominum mercium et magiſtrum nauis, vel exercitorem conuentum fuerit, vt magiſter nauis merces in portoriis rite profiteretur, earumque nomine vectigal penderet, dum enim damnum, culpa magiſtri nauis datum, ab exercitore repeti poſſe, dubium non eſt, per *d. l. 1. §. 5. et l. vlt. C. de inſt. et exerc. action.* Vid. BESOLD. *de iur. maieſt. c. 7. n. 2.* Caeterum hodie ita vſu venit, vt ſi naucleri merces non plene intimauerint, aut vectigal rite non ſoluerint, ſed telonea defraudare voluerint, nauis vel etiam merces confiſcentur. *Ius Danic. c. 72.* ſalua manente interim controuerſia, inter magiſtrum nauis, dominum mercium, vel exercitorem, cuius iuſſu vel culpa id factum ſit, illudque ab eo repetendi facultate.

QVAESTIO XX.

SI PLVRES NAVEM EXERCEANT, VTRVM SINGVLI IN SOLIDVM TENEANTVR, AN QVILIBET PRO PARTE?

Non videtur ſibi in hac quaeſtione Vlpianus conſtare, dum in *l. fin. §. 5. ff. naut. caup. ſtab.* ita habet: Si plures nauem exerceant, vnusquiſque pro parte, qua nauim exercet, conuenitur. Aſt *in l. 1. §. fin. ff. de exercitor. action.* contrarium ſtatuit his verbis: Si „plures nauim exerceant, cum quolibet eorum in ſolidum agi poteſt, „ne in plures aduerſarios diſtinguatur, qui cum vno contraxerit. Ego

 qui,

qui, etſi non vsque adeo ſim ſuperſtitioſus, vt veteres ICtos, vna cum Iuſtiniano errare, ſibique contradicere non potuiſſe non credam, attamen nec adeo ſum rigidus, vt omnes conciliationes, quas ICti paſſim congerunt, tetrico vultu reiiciam et damnem. Operoſus autem eſſe nolo in adducendis variis ad hos textus conciliationibus, Accurſii tamen ad *d. l. fin. de exercit. actione*, adducam, qui diſtinguit; vtrum quis nauim exerceat per ſe, an per alium, videlicet communem nauis magiſtrum, eamque diſtinctionem ex verbis *l. 4. de exerc. act. Si tamen plures* PER SE *nauem exerceant*, eruit, ac *l. fin. §. 5. ff. naut. caup. ſtabul.* de priori, alteram de hoc caſu loqui ſtatuit. Vtrum vero rem acu tetigerit, alii viderint. Praeualet reſponſio IVLII PACII *Cent. 4. ἐναντιοφάνων 52.* quod videlicet diſtinguendum ſit inter actionem exercitoriam, et actionem in factum, de illa *d. l. 1.* de hac *d. l. fin.* loqui, idque ideo, quia haec in duplum eſt, ex quaſi delicto exercitoris, cui imputatur, cur malorum hominum opera in naui vtatur; illa vero eſt ex contractu magiſtri, quem exercitor naui praepoſuit. Vnde quilibet exercitor ex ſuo quaſi delicto tenetur pro ſua parte, ex contractu autem magiſtri in ſolidum, ne is, qui cum vero magiſtro contraxit, actionem ſuam in multos diuiſim dirigere cogatur, ac ſic multis iudiciis vexetur *l. 2. de exercit. act.* GROTIVS *lib. 2. de iure belli ac pac. c. 11. n. 13.* hinc liquere, ſcribit, inſtitoriam et exercitoriam non tam actiones eſſe, quam qualitates actionum, easque naturali iure niti, maleque Romanis legibus introductum eſſe, vt ex facto magiſtri exercitores in ſolidum ſinguli teneantur; id quod naturali aequitati non conueniat, quae ſatis habeat, ſi pro ſuis ſinguli partibus conueniantur, nec publice vtile ſit, quum homines hoc ipſo ab exercendis nauibus abſterreantur, dum nimirum metuere ipſos neceſſe eſt, ne ex facto magiſtri in infinitum teneantur. Addit denique, apud Hollandos Romanam hanc legem non obſeruari, immo contra conſtitutum eſſe, ne exercitoria etiam vniuerſi amplius teneantur, quam ad aeſtimationem nauis, et eorum, qui in naui ſunt.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO XXI.
CONDVCTOR NAVIS AN ALIIS PORRO NAVEM LOCARE QVEAT?

Facilis eſt ad hanc quaeſtionem reſponſio *l. 6. C. de locat. cond.* Nemo prohibetur rem, quam conduxit, fruendam alii locare, ſi nihil aliud conuenit. Quidni et nauem? Certe de *iure Wisbycenſi art. 10. Lubec. lib. 6. tit. 4. art. 2. Prutbenic. l. 4. tit. 19. art. 4. §. 1.* licitum eſt, nauem ad certum tempus conductam alteri viciſſim ad idem conſtitutum tempus locare, non vero oppignorare, id quod iuri ciuili omnino congruum eſt, vigore cuius rem alienam, qualis eſt res conducta, inuito domino directo obligare non licet *l. 6. C. ſi aliena res pign. dat. ſit*, quin et is, qui nauem pro ſuo beneplacito vtendam conduxerit, eamdem pariter eodem modo aliis locare poteſt, attamen ſi nauis ſine culpa aliqua conductorum pereat, damnum pro media parte ſarcire tenetur. *Ius Wisbyc. art. 11.* GROT. *introd. ad Iurisp Holland. lib. 3. part. 20. pag. 144.*

QVAESTIO XXII.
AN NAVIGIO DVOBVS COMMODATO VTERQVE IN SOLIDVM TENEATVR?

Si duobus vehiculum commodatum ſit, vel locatum, vtrinque in ſolidum conueniri poſſe, nec alterum ratam ſuam ſoluendo liberari, ſed duos quodammodo reos haberi, diſerte ſtatuit VLPIANVS *l. 5. §. vlt. ff. commod.* attamen ita, vt ſi alteruter conuentus praeſtiterit, vnius ſolutione reliqui liberentur. Id quo minus in naui commodata locum habeat, nulla diuerſitatis ratio adparet. Commodans ſiquidem quilibet regulariter amborum fidem ſequitur, per *l. 9. in princ. de duobus reis:* correorum autem debendi haec eſt natura, quod ſinguli in ſolidum obligentur. Nec quidquam facere poteſt *l. 12. §. 1. ff. commodati*; vigore cuius actio commodati datur contra duos, pro cuiusque parte. Ibi enim commodans non ſingulorum, ſed amborum fidem ſimul ſequutus fuerat. Si quis vero ita argumentari velit, quod nauigium commodatum in ſolidum ad omnes peruenire nequeat, atque hinc ſinguli non niſi pro parte teneantur, is CARPZOVIVM *deciſ. for. part. 2. conſtit. 26. defin. 14.* conſulat, qui Bar-

 tolum

Digitized by Google

tolum ſequutus inter obligationem primitiuam, quae ex ipſo commodato contrahitur, ad rei reſtitutionem, et inter ſecundariam, quae contrahitur ratione doli vel culpae, diſtinguit, ita vt quoad illam quilibet pro parte tantum, quoad hanc quiuis in ſolidum teneatur. Dubito autem, an haec diſtinctio nodum ſoluat, quum commodatarius non minus ex obligatione primitiua ad reſtitutionem rei commodatae in ſolidum teneatur, quam ex ſecundaria, ita dicta, obligatione, ratione doli et culpae. Conuenientior itaque videtur haec ſolutio, quod etſi commodatarii plures in ſolidum rem commodatam non poſſideant, vſum tamen communem totius nauis habeant, atque propterea vel ex ſpeciali legum diſpoſitione, vt commodatae rei (praeſertim quum commodatum ſua natura ſit gratuitum) tanto maiorem curam gerant; ita ſancitum, vt quiuis in ſolidum, et ad reſtitutionem, et ad praeſtationem doli et culpae teneatur, niſi forte aliter expreſſe inter partes conuenerit, id quod fieri poſſe ex *l. 9. §. 1. de duob. reis* liquido conſtat.

QVAESTIO XXIII.

AN, ET QVATENVS NAVIGANS TENEATVR DE RE COMMODATA, PERDITA VEL AMISSA?

In hac quaeſtione diſtinguendum eſt, vtrum res aliqua nauiganti ita ſit commodata, vt naui eam ſecum ferre poſſit: an vero alio fine ei vtenda data fuerit. Sin illud, et res taliter commodata caſu fortuito, videlicet incendio, ruina, naufragio, aut inſidiis piratarum perierit, fatale id damnum eſſe cenſetur, quod quia a commodatario praeuideri nequit, ideo nec eidem imputari poteſt *l. 5. §. 4. et l. 18. ff. commod. l. 23. ff. de R. I.* Sin hoc, quia culpam committit, qui extra modum realiter vtitur, quam commodans voluit, propter culpam interuenientem omnino tenetur. Exempli gratia: ſi cui argentum ideo commodaueris, quod is amicos ad coenam ſe inuitaturum diceret, et id peregre ſecum portauerit, incurſu vero hoſtium, praedonumue, vel naufragio amiſerit, dubium non eſt, quin ad reſtituendum teneatur *§. 2. inſtit. quib. mod. re contract. oblig. l. 18. in prin. ff. commodat.*

QVAE-

QVAESTIO XXIV.

AN FOENVS NAVTICVM IVRE SIT LICITVM?

De vſura & foenore varie inter ſe diſceptant ICti, aliis omne foenus & vſuram cum Canoniſtis damnantibus, et iure diuino in primis, cum ANTONIO MATTHAEO *diſp. de foen. in rep. non toleranda*, aduerſari, aliis vero eam omni iure, etiam diuino, licitam, vel etiam cum SALMASIO *lib. 3. de foen. trapezit. pag. 558.* foenerationem legitimum nauigationis genus eſſe defendentibus, et *cap. 18. de vſur. pag. 530.* foeneratorem ſutori vel ſartori praeferentibus. Vtut ſit, rem in medio relinquo, & tantummodo de foenore nautico, vtrum inter illicita referri debeat, paucis inquiram. De iure ciuili illud licitum eſſe, non opus eſt multis deducere, quum id *tot. tit. ff. et C. de naut. foenor.* et quotquot in eos titulos ſunt commentati, ſtatuant. Et quamuis de Catone PLVTARCHVS *in vit. Caton.* ſcribat, eum foenore, maxime improbato, nautico vſum eſſe, et in Menippo LAERTIVS taxet, quod nautica vſura foenerari ſolitus fuerit, vt pecunias complures cogeret; hoc ipſo tamen foenus neuter iudicauit per ſe eſſe illicitum, ſed tantum reſpectu vtentis vel indecorum vel etiam inhoneſtum, ſiquidem non omne, quod licet, honeſtum eſt *l. 144. ff. de R. I.* nec propterea res quaeuis, etſi per ſe licita, etiam per quaſcumque perſonas exerceri poteſt, ſed alia priuatos, alia magiſtratum, alia plebeios, alia philoſophos facere decet. Hinc Plutarchus non ſimpliciter omnem foenoris rationem, in traiectitia pecunia conſiſtentem, in Catone improbauit, ſed tantum eam, qua non vni, ſed pluribus mercatoribus ſociis, in pluribus nauibus ſimul nauigantibus, pecuniam credidit, vt vel vna ſalua ſuum ei foenus et pecunia ſalua eſſent, et non de toto periculum ſubiret, ſed tantum de exigua portione, grandi cum lucro, id quod in fraudem legis nauticae fieri, talique viro indignum eſſe, praeſertim, quod ſeuerus eſſet exactor, et pignoribus captis, ad ſolutionem debitores cogeret, Plutarcho viſum eſt, qua de re videri poteſt SALMAS. *de modo vſur. c. 9. pag. 379. et ſeqq.* In Menippo quoque Laertius nimium vſurae et foenerandi ſtudium, diurnum ſiue diarium inprimis, illud foenus nauticum, per quod pecunias cogere poſſet, (vtpote in philoſopho, pecuniarum et diuitiarum contemtore, non ferendum) non vero in genere omne foenus nauticum improbauit. Si ius

Canoni-

Digitized by Google

Canonicum reſpiciatur, Gregorius IX. illud licitum eſſe negat *c. nauiganti 19. extr. de vſur.* dum ait: Nauiganti vel eunti ad nundinas certam mutuans pecuniae quantitatem, eo quod ſuſcepit in ſe periculum, recepturus aliquid vltra ſortem, vſurarius eſt cenſendus. Miſere vero tam canoniſtae, quam alii legum conciliatores circa hoc capitulum ſe torquent. Alii cum FACHINAEO *lib. 2. controu. c. 48.* interpolandam eſſe vocem NON, et legendum, *vſurarius non eſt cenſendus*, idque ex eo probare volunt, quod in eodem capitulo ſtatuatur, eum, qui decem ſolidos dat, vt alio tempore totidem recipiat, licet tunc plus valeant, non reputari vſurarium, ac per conſequens multo magis hoc, in creditore, etiam ſortis periculum in ſe recipiente, obtinere cenſent. Alii de vano periculo, quod praetexitur tantum, vbi vel nullum, vel vbi lucrum ipſo periculo maius eſt, cum COVARRVV. *var. reſolut. lib. 3. tom. 2. cap. 2.* capitulum hoc intelligi volunt. Alii denique non de nauigatione maritima, ſed quae in fluuio ſine periculo peragitur, vel etiam de ſimulato aliquo contractu verba capituli intelligi volunt. Non autem operae pretium eſſe iudico, multis circa explicationem huius capituli deſudare, quum vel experientia conſtet, moribus omnium gentium, quin et in ipſis eccleſiae Romanae terris capitulum hoc omnino repudiatum eſſe, vti monet PAVLVS BVSIVS *comm. in tit. ff. de naut. foen.*

QVAESTIO XXV.

SI PLVRES SINT FOENORIS NAVTICI SEV BODMERIAE LITERAE, QVAENAM EARVM SINT POTIORES, PRIMAE AN VLTIMAE?

Inſtrumentum pecuniae creditae in nauem exſtruendam vel inſtruendam, quod Germani et Belgae Bylbrieff adpellant, omnibus literis Bodmeriae ſiue foenoris nautici praeferri iam ſupra dictum eſt, quod autem nouiſſimum pecuniae nauticae inſtrumentum, ſi illa in locis peregrinis in nauis et mercium conſeruationem mutuo data et accepta, et nec collybo alias parari potuerit, nec merces vendendae exſtiterint; omnibus reliquis foenoris nautici inſtrumentis, licet anterioribus, praeferatur, quoniam per illam poſteriorem pecuniam factum eſt, vt nauis ex portu abierit, id quidem cum VINNIO *ad Peckium pag. 95.* alios itidem de re maritima ſcriptores adferere video, aſt probaſſe

baſſe non inuenio. Etſi enim ius maritimum Hanſeaticum *tit. 6. art. 2.* in locis exteris pro conſeruatione nauis et mercium pecuniam traiectitiam mutuo accipiendi poteſtatem nauclero tribuat, nihil tamen nec ibi, nec alibi, niſi hoc ſancitur, quod ab omnibus exercitoribus pecunia haec ſolui debeat. Statuta Hamburgenſia idem *part. 2. tit. 18. art. 2.* diſponunt; Si nauclerus ab exercitoribus, iuxta articulum praecedentem (vigore cuius tantum partem ſuam nauis foenori exponere poteſt) vel etiam alias in locis peregrinis pecuniam traiectitiam mutuo acceperit, tum ſemper is, qui anterius hypothecae inſtrumentum habet, praeferri debet. Et quis neſcit regulam illam iuris? Qui prior tempore, potior iure, inter hypothecarios creditores potiſſimum locum habere, vti late deducit BACCHOVIVS *de pign. et hypoth. l. 4. c. 1. et ſeqq.* Quidni ergo et hic regula illa circa pecuniam nauticam, pro qua carina nauis eſt hypothecata et obligata, locum habeat? Otioſa etiam videri poſſit quaeſtio propterea, quia ſi qui alii occurrunt creditores, qui extra talem neceſſitatis caſum, pecuniam nauticam, etſi confecto eo nomine inſtrumento, in loco, vbi exercitores praeſentes ſunt, contra diſpoſitionem iuris maritimi, mutuo dederunt, non proprie aliis poſtponuntur, ſed omnino repelluntur, eo quod in leges nauticas deliquerint, ipſorumque creditum pro nullo plane habeatur, quoad obligationem nauis, et quoad obligationem perſonae naucleri, vel etiam partis eius, quam in naui habet, conſiſtat. Fruſtra itaque de potioritate tali diſceptatur, vbi caſus dabilis, vti ICti practici loquuntur, non occurrit, nec occurrere poteſt, aut ſi occurrat, hoc eſt, ſi duo vel plures creditores in carinam nauis, ad ſupra dictum licitum modum, pecuniam nauticam mutuo dederunt, anteriorem etiam iure priorem eſſe oporteat, quoniam per ipſius non minus quam poſterioris pecuniam nauticam factum eſt, vt nauis ex portu abire, nauigationemque perficere potuerit, adeoque eadem hic ratio militat, ob quam ICti communiter poſteriorem priori anteferre nituntur. Caeterum ſi diuerſi creditores mercatori ſub obligatione mercium naui illatarum pecuniam nauticam dederint, nullum inter eos eſſe praelationis ius, ratione temporis, ſed omnes pares haberi, ac ſimul concurrere, communis eſt ICtorum opinio, quam etiam in foro mercatorio ita in vſu eſſe, ex relatione fide digna quorumdam celebrium mercatorum compertum habeo, quorum fidem ſequor.

Digitized by Google

QVAESTIO XXVI.
DE INTERPRETATIONE L. PERICVLI 5. ff. DE FOENORE NAVTICO.

Circa hanc legem rite enodandam ICti valde deſudarunt, quorum ego forulos expilare nolo, ſed quum prae caeteris illa D. Antonii Matthaei, praeceptoris quondam mei, viri non minus pii, quam eruditi, interpretatio mihi placuerit, operae pretium iudicaui, illam, olim calamo meo ex ore profitentis exceptam, et huc vsque a me ſeruatam, aſt, quod ſciam, numquam typis publicatam, hiſce quaeſtionibus nauticis, ne minima quidem iota interpolatam intertexere.

Tollit ex hac lege FRANCISCVS HOTOMANNVS vndecim menda 5. *obſeruat. 12.* Primo pro *periculi pretium eſt*, legit, *periculi pretium non eſt.* Secundo tollit coniunctionem ET in verbis: *Et ſi conditione.* Tertio pro *quamuis* legit *quauis.* Quarto tollit negationem in verbis *non exiſtente.* Quinto verſiculum: *ſi modo in aleae ſpeciem non cadat*, includit ſigno parentheſeos. Sexto, pro *conditiones* legit *condictiones*, quomodo et CVIACIVS cenſet legendum eſſe, *9. obſeruat. 28.* ex Baſilicis. Septimo pro *ſi manu mittas*, auctoritate Graecorum legit: *Si non manumittas.* Similiter CVIACIVS *allegat. obſeru.* Octauo, pro *nec dubitabis* legit, *at nec dubitabis.* Nono pro *erogaturo*, legit *erogaro.* Decimo, tollit verba, *plurimum pecuniae dederim.* Denique in ſine legis, *in his autem*, tollit *autem.* Eſt vero huius legis quaeſtio, an ſicuti nautica pecunia grauiſſimam vſuram admittit, quia creditor huius pecuniae periculum in ſe ſuſcipit: ſic etiam non nauticae pecuniae periculum in ſe creditor ſuſcipere, itaque vſuram maximam ſibi paciſci poſſit? Scaeuola adfirmat, et illuſtrat id aliquot exemplis. Vt ſi quis piſcaturo dederit in adparatum, vt ſi ceperit, eam reddat cum vſuris, ſi nihil ceperit, nihil reddat: Vel athletae, vnde ſe exhibeat, exerceatque, vt ſi viciſſet, redderet, ſi non viciſſet, nil redderet; vel omnino, vt ſeruum manumittat, et nil reddat, ſi manumiſerit: ſi non manumiſerit, reddat cum vſuris: vel medico, vt ſi huius cura conualuerit, nil reddat, ſi non conualuerit, cum vſuris reddat. Vbi enim eadem ratio, ius quoque idem militare debet *l. illud quaeſitum ad l. Aquil.* Quod in nautica pecunia vſuras paciſci licet, et quidem maximas, cauſſa eſt, quod creditor illius

lius periculum in ſe recipit. Ergo etiam, ſi non nauticae pecuniae periculum creditor in ſe recipiat, vſuram maximam paſciſci illi licebit.

Periculi pretium eſt. Periculi merces eſt. Quod videlicet periculum in me recipio, haec quaſi merces mea eſt, vt poſſim pecuniae vſuras paciſci, easque grauiſſimas et centeſimis olim maiores. *Hotomannus legit, periculi pretium non eſt*, ad quid enim, inquit, in ſe periculum recipitis, qui domino decem dat, vt Stichum manumittat, et niſi manumiſerit, quindecim ſtipulatur? Sed reſpondet huic argumento Cuiacius: Periculum in ſe recipit amittendae pecuniae is, qui dedit ea lege, vt ſi, qui accepit, manumitteret ſeruum, aut Romam iret, aut aegrum reſtitueret, nihil ipſe reciperet. Periculum, inquam, hoc eſt, quod vni pecuniam dat, eam amittat, ſi, qui accepit, manumittat, Romam eat, filiam ſuam filio dantis deſpondeat, aegrotum ſanitati reſtituat. Obiicitur. His demum periculum ineſt, quae ex caſu pendent, et poteſtatiua non ſunt, vt loquitur *Imp. in l. vnic. §. 7. C. de cad. toll.* Superioris autem conditionis, ſi ſeruum manumittas, ſi Romam eas, ſi me ſanes, et caeterae ex caſu non pendent, ſed poteſtatiua ſunt. Ergo iis periculum non ineſt. Reſp. periculum quidem proprie non eſt, eſt tamen quaſi periculum in ipſius ſortis amiſſione conſiſtens. Et haec fuit dubitandi cauſſa, an periculi pretium dici poſſit, quod ex caſu non pendet.

Et ſi conditione. Non ſolum traiectitiae pecuniae vſuras, easque centeſimis maiores paciſci licet, verum etiam non traiectitiae, ſi velis pecuniae periculum in te ſuſcipere, quemadmodum in traiectitia pecunia fieri ſolet.

Quamuis poenali. Haec verba velim includi ſigno parentheſeos, vt locus ſit planior. Cur autem dicatur conditio poenalis, ex exemplis intellectu facile eſt. Paciſcor ſortem cum vſuris reddi, ſi non manumiſeris ſeruum tuum, ſi non conualuero cura tua, ſi filiam tuam filio meo non deſponderis. Non imples conditionem initio dandae pecuniae adpoſitam, eius poenam tunc luis, vt de ſorte et vſuris tenearis, a quo liber fuiſſes et immunis, ſi conditio impleta fuiſſet.

Non exiſtente. Negationem, vt dixi, Hotomannus tollit. Idem facit BARO *in manual. ſuis hoc tit.* Nam exemplo nautici foenoris res ita agitur, vt exiſtente conditione recipiam *l. 8. de naut. foen.*

Ttttt 2 Cui

Digitized by Google

Cui conueniunt duo illa exempla de piſcatore et athleta, a Scaeuola adducta. Si piſcatori dedero, vt ſi cepiſſet, redderet, ſi non cepiſſet, non redderet. Exiſtente conditione, recipio cum vſuris, quod dedi, non exiſtente, nil recipio. Tollenda itaque videtur negatio. Verum reſpondet Cuiacius, negationem referendam eſſe ad exempla proxime ſubiecta, ſi non manumittas, ſi illud non facias, ſi tua ope et cura non conualuero, non etiam, quae poſtea de piſcatore et athleta ſubiiciuntur. Reſpectu priorum exemplorum negationi locus eſt, reſpectu poſteriorum non eſt. Quum nempe ſeruum tuum non manumittis, filiam tuam filio meo non deſpondes, Romam non is, nec curas me, conditio non exiſtere dicitur. Sed quod fateor valde improprie, nam proprie exiſtit. Conuenit enim, vt ſeruum manumittas, et ſi non manumiſeris, ſortem cum vſuris reddas. Haec conditio exiſtit, non enim manumiſiſti, non iuiſti Romam, non curaſti me &c. Nec profecto res aliter ſe habere poteſt: de poenali ſtipulatione eſt quaeſtio, quae vt committatur, itaque poena debeatur, exiſtere conditionem oportet, hoc eſt, factum non eſſe oportet id, quod fieri conueuerat. *l. 115. ff. de V. O. Si modo in aleae ſpeciem non cadat.* Quod Hotomannus hunc verſiculum parentheſi includit, perplacet. Nullum enim ſubiectorum exemplorum in aleae ſpeciem cadit, ſed omnes illae conditiones: ſi non manumiſeris, ſi morbum non curaueris &c. poteſtatiuae ſunt, nihil omnino aleatorium in illis eſt. Verum hoc diſplicet, quod periculi pretium tantum ſtatuit in his, quae aleae ſpeciem redolent, hoc eſt, quae fortuna et caſu poſita ſunt: quod tantum abeſt, vt defendi poſſit, vt Scaeuola e diametro contrarium reſpondeat, nempe periculi pretium in his conditionibus non eſſe, quae in aleae ſpeciem cadunt. Cur autem hoc? Ratio, quam Cuiacius reddit: Etiamſi periculum adeant aleatores, quum ita rem gerunt, data poſitiue pecunia, vt cui euenerit iactus ſecundus, is ſuam et colluſoris pecuniam recipiat, cui infelix, ſuam perdat; tamen ex hoc negotio in victum non eſt actio condictitia, quia illicitum eſt negotium, vel obſtat exceptio, ſi in alea geſtum fuerit *l. vlt. §. 1. quar. rer. actio non detur. l. 19. §. vlt. ff. de probat.* Tantum non infames ſunt aleatores *l. vlt. de aleator. l. 26. de iniur. l. 225. de V. S.* Itaque Lenticulam aleae condemnatum, quaſi infamem *Cicero* notat, teſſerarios ſe adpellari malunt, inter quos tamen, vt Marcellinus ſcribit,

tantum intereſt, quantum inter fures et latrones. Caeterum vbi condictio non naſcitur, ibi nec periculi pretium eſſe poteſt. *h. l. periculi pretium.*

Conditiones naſci ſolent. Legendum eſt ex Baſilicis *condictiones*, vt in *l. 6. de donat. inter vir. et vxor.* condictio naſcitur, conditio non naſcitur.

Si manumittas. Legendum, ſi non manumittas, auctoritate Graecorum librorum.

Quod ſi cuipiam haec non ſatisfecerint, legat ZINZERLINGH *diſp. Baſil. volum. 1.* accurate omnia enucleantem.

QVAESTIO XXVII.

NAVES ET NAVTAE VTRVM ARRESTARI POSSINT?

Arreſta duorum ſunt generum: Alia priuatorum, alia principum et magiſtratuum, ſuperiorem non recognoſcentium. Priuatorum, quando priuatus aliquis alium priuatum, arreſto apud magiſtratum impetrato, detinet et conſtringit: Principum et magiſtratuum, quando priuatus a principe vel ſummo magiſtratu ad praeſtandas operas detinetur et compellitur. Et hoc poſterius arreſtum iterum eſt vel *perſonarum* vel *rerum*. Perſonarum, quando alicuius perſonae opera requiritur, et ad eam praeſtandam arreſtatur. Rerum, quando vel cum perſona, vel ſine illa, iumenta, vehicula et naues, res publicas transuehendi gratia detinentur, diciturque angariatio, vti ſupra ad *tit. 4. art. 23.* notauimus. Quod ad arreſtum priuatorum attinet, etſi naues et nautae ab onere arreſti, etiam ex cauſſa debiti, exemtionem non habeant, non tamen facile talia arreſta admittenda ſunt, iuraque maritima pleraque eo tendunt, quod nemo nautam itineri accinctum arreſtare, nauique exire iubere debeat, propter perſonale debitum, ſed ſi bona in naui habeat, ea inde promere, aut mercedem eius apud nauclerum arreſto innodare, is etiam pro eo fideiubere poſſit: Si vero bona et merces ad ſoluendum debitum non ſufficiant, nec nauclerus fideiubeat, tum demum nautam naui excedere teneri, alio tamen reperibili ſtatim in locum ſuum ſuffecto. *Philip. II. Hiſp. rex Ordin. marit. tit. de naut. art. 20. ius Danic. c. 35.*

 ius

ius Wisbyc. art. 6. ius Lubecen. l. 6. tit. 1. art. 6. ius Pruthen. l. 4. tit. 19. art. 1. §. 6. A talibus autem arreſtis liberi ſunt illi naucleri vel nautae, qui ſpecies annonarias (hoc eſt fruges, ceu vinum, oleum, frumentum, legumina *l. vlt. §. 3. de mun. et honor.*) transuehunt *l. 3. C. de nauic. ſeu naucl. publ. ſpec. transueh.* Eodemque PECKIVS *comm. ad d. l. p. 377.* refert non tantum omnes, qui annonam vel aromata ad rem publicam pertinentia praefectorum iuſſu in alias transuehunt regiones, ſed etiam omnes, qui quiduis ad rempublicam pertinens principis iuſſu trans mare vehunt, ſeu ad exercitum annonam ferendam ſuſcipiunt *l. locatio vectigalium 9. §. 7. ff. de public.* ſiue arma, ſiue ducis iuſſu milites catalogo adſcriptos, ſiue principem ipſum, ſiue legatos ad principem miſſos reducant. Angaria principum vel eorum, qui ius illud habent, et detentione iumentorum, vehiculorum, nauiumque, vti nihil eſt frequentius, ita per neceſſitatem et vtilitatem defendi poteſt. Omnes enim in commune, ſi neceſſitas exegerit, conuenit vtilitatibus publicis obedire, et ſubiectionem ſine dignitatis priuilegio celebrare *l. 1. C. de nau. non excuſ.* et iuxta VALER. MAX. *l. 7. c. 6. in princ.* Abominandae neceſſitatis amariſſimae leges, et truculentiſſima imperia, multa non intellectum tantum, ſed etiam auditu grauia perpeti coegerunt. Et ab hoc quidem onere nulla nauis immunis eſt, in tantum, vt nec diuerſorum nominum titulo, nec praerogatiua perſonae, nec priuilegio dignitatis aut beneficii quiſpiam ſe ab hoc onere excuſare poſſit *l. 10. et 11. C. de SS. eccleſ. l. 1. et 2. C. de nau. non excuſ. l. 4. §. 1. ff. de veteran. l. vnic. C. de naut. Tyber.* immo nec peregrinorum naues libertatem habent, quo minus pro congrua mercede ſeruiant per *l. vlt. §. 22. ff. de mun. et honor.* Haec vero publicarum ſpecierum vel annonae transuectio, aut frumenti illatio, vocatur felix Embola *l. 10. C. de SS. eccleſ. et l. 2. C. de nau. non excuſ.* atque ita hanc vocem ipſemet Iuſtinianus *edict. 13. c. 4. et 5.* explicat. Quod etſi PANCIROLLO *l. 1. variar. lect. c. 77.* non placeat, idem tamen ſibimet contrarius alio loco, nimirum *l. 2. c. 164.* eodem modo vim huius vocabuli exponit.

QVAE-

Qvaestio XXVIII.

SI NAVIS ANGARIATA A PRAEDONIBVS DIRIPIATVR AVT DETERIORETVR, VTRVM DAMNVM A PRINCIPE VEL REPVBLICA SARCIRI OPORTEAT?

Etſi non deſint, qui adfirmatiuam teneant, eamque aliquot ratiunculis defendere nitantur, negatiuam tamen veriorem eſſe palam eſt, vel ex hac ſola ratione, quod etiam eo in caſu, vbi locatio nauium facta eſt, conductor de talibus caſibus et damnis, quae praedonum et hoſtium incurſu, vel etiam tempeſtate inferuntur, non teneatur, ſed omne hoc caſibus fortuitis accenſeatur, quos conductor non praeſtat *l. 23. de R. I. l. 34. locat.* Quidni ergo etiam hoc in caſu, vbi a principe vel republica, promiſſa certa aliqua mercede nauis angariatur, vſibusque publicis adhibetur, quum idipſum locationem et conductionem ſapiat? Immo, quamuis nulla merces interueniat, idem tamen iuris eſſe cenſeo, quia ſicut ſuum cuique factum nocere, ita nemo ordinarie ex facto alieno obligari debet *l. 155. ff. de R. I.* et quia nulla locatio proprie dicta hic interceſſit, neque actio locati contra principem et rempublicam competit, dominusque nauis angariatae, dum vſibus publicis nauem ſuam ſiue volens, ſiue nolens, vtendam dedit, non locaſſe eam, ſed obligationi ab ipſa lege ſibi impoſitae paruiſſe videtur. Accedit, quod angaria nauium onus ſit patrimoniale, a quo nemo excuſatur, et quod ſumtibus patrimonii et damno adminiſtrantis expeditur, *l. vlt. §. 18. et 21. ff. de mun. et honor.* Quibus non obſtat, quod *l. 1. §. 1. et l. vlt. §. 4. ff. eodem.* angariarum praebitio perſonale munus eſſe dicatur; ibi enim ICtus non loquitur de ipſa angariatarum nauium, vel etiam aliarum ſimilium angariarum praeſtatione, ſed de cura et ſollicitudine exigendi et exhibendi angarias et compellendi homines, vt eas de poſſeſſionibus et patrimoniis ſuis praeſtent, quo munere qui olim fungebatur, curator ad cogendas angarias vocabatur *l. 1. C. quem ciu. mun. indic.* Cura ergo exigendae angariae eſt perſonalis, praeſtatio realis. GOTHOFR. *ad l. 2. C. de praepoſit. ſacr. cubic.* Sunt qui cum PECKIO et aliis diſtinguunt, vtrum onus nautam, an vero vniuerſitatem reſpiciat, et hoc poſteriori caſu aequum eſſe putant, per eam ſuccurri. Sed ſicut diſtin-

Digitized by Google

diſtinctio haec obſcuritate non caret, ita rationem diuerſitatis me non capere ingenue profiteor. Alii diſtinguunt, vtrum angariae poſtulentur ad neceſſariam expeditionem, an ad aliam cauſſam pro beneplacito. Priori caſu, ne ipſas quidem eccleſias excuſari, praeſertim ſi calculus ad hoc ordinariorum principis redituum non ſufficiat; poſteriori vero caſu, ſi neceſſitas deficiat, vti in caſu vltramarinae transfretationis, adquiſitionis noui territorii &c. ad talia onera ſubditos inuitos cogi non poſſe, et vbi id fit, omnia damna reſtituenda eſſe cenſent. Videri poteſt de hac materia copioſius SIXTIN. DE REGAL. *l. 2. c. 13.* LOCCEN. *l. 1. c. 15. §. 9.* TABOR. *armament.* IVSTIN. *c. 1. n. 16.*

QVAESTIO XXIX.

AN MAGISTER NAVIS, VEL ETIAM NAVTAE CONTRA PIRATAS PVGNANTES IGNE IN PVLVEREM TORMENTARIVM CONIECTO, NAVEM ET SEIPSOS SIMVL CVM HOSTIBVS PERDERE POTIVS, QVAM SALVAM NAVEM ET CORPORA SVA HOSTIVM ARBITRIO DEDERE DEBEANT?

Tam naucleros, quam nautas obligatos eſſe nauem aduerſus piratas, omni conatu, extreme tueri *ex tit. 3. art. 12. et tit. 4. art. 18. iuris marit. Hanſeat.* liquet; an vero obligatio haec eousque etiam extendenda ſit, vt puluere tormentario accenſo nauim potius et ſeipſos perdere, quam piratis ſe dedere debeant? quaeſtionis eſt. Etſi autem prima facie glorioſum eſſe facinus, et ex forti pectore promanare videatur, ſi quis cum hoſte ſimul perire, quam poteſtati eius ſe dedere malit, circumcellionibus tamen (qui ſunt ex Donatiſtis) quam proxime tales accedunt, qui per mortes varias, maxime praecipitiorum, vel aquarum et ignium ſeipſos necare conſueuerunt, aliquando, vt occidantur ab aliis, niſi mortem fecerint, comminantes, teſte AVG. *catal. haeret. c. 69. tom. 6.* Aſt hiſce ex Ioſepho *l. 3. de bell. iud. c. 14. et* HEGESIPP. *l. 3. c. 16. et 17.* optimo iure reſponderi poteſt: Non viri fortis ſed ignauiſſimi eſſe, ſeipſum occidere, propriaque manu perire, et a communi omnium animalium natura diſcrepare, ac eo modo in Deum, creatorem rerum, ſummum ſcelus admitti: Vtrumque ingrati eſſe, et citius deſcendere, quam velit, et diutius viuere, quam voluerit

voluerit ille, qui vitam donauit. Quiſquis igitur taliter vitam ſuam prodigit, is auctoritati Dei, qui ſolus vitae noſtrae arbiter eſt, obluctatur, bonitatem Dei, tanti beneficii auctoris, comtemnit, ordinem prouidentiae Dei turbare conatur, ac contra omnem iuſtitiam, communem naturae inclinationem, ac ipſam naturae legem, peccat. Quod ſi etiam eo ſceleratior eſt, quam quilibet homicida, qui non tantum hominem, verum etiam propinquum necat, et in ipſis parricidis quanto propinquiorum quiſque peremerit, tanto iudicatur immanior; ſine dubio peior eſt, qui ſe occidit, quia nemo eſt homini ſeipſo propinquior, vti ſcribit AVGVST. *de patient. c. 13. tom. 4.* Hinc Fannium MARTIALIS *l. 2. epigram.* perſtringit hiſce verbis:

Hoſtem quum fugeret, ſe Fannius ipſe peremit,
Hic, rogo, non furor eſt, ne moriare, mori?

Adſtipulatur LACTANTIVS *l. 3. c. 18.* Si homicida eſt nefarius, qui hominis exſtinctor eſt, eidem ſceleri obſtrictus eſt, qui ſe necat, immo vero maius eſſe id facinus exiſtimandum eſt, cuius vltio Deo ſoli ſubiacet. Nam ſicut in hanc vitam non noſtra ſponte venimus, ita rurſus ex hoc domicilio corporis, quod tuendum nobis adſignatum eſt, eiusdem iuſſu nobis recedendum eſt, qui nos in hoc corpus induxit, tam diu habituros, donec iubeat emitti. Si quis regerat, ob leuem aliquam moleſtiam quidem ad *αὐτοχειρίαν* non eſſe deueniendum, ſed in caſu, de quo hic agitur, vbi maius periculum ſit, male viuendi, quam cito moriendi, ſtultum eſſe eum, qui non exigui temporis mercede magnae rei aleam redimat, vti loquitur SENECA *epiſt. 58.* is hoc ſibi reſponſum habeat, ex eodem SENECA *epiſt. 70.* Stultitia eſt, timore mortis mori. Venit, qui occidat, exſpecta, quid occupas? quare ſuſcipis alienae crudelitatis procurationem? Vtrum inuides carnifici tuo, an parcis? Vel etiam ex IOSEPHO et HEGESIPPO ſupra dictis locis: Latrocinium meum eſt, ſi mihi ipſi intulero manum: Si hoſtes, beneficium. Hinc de iure ciuili etiam in proprium corpus ſaeuire non licet, nemoque membrorum ſuorum dominus eſſe cenſetur *l. 13. ad l. Aquiliam.* quanto minus vitae? Fruſtra etiam ſunt, qui tales naucleros, vel nautas hoc facinore non directe ſui, ſed hoſtis excidium et interitum intendere volunt. Nam praeterquam, quod ex facto ipſo et qualitate

Digitized by Google

eiusdem, non vero ex ſola intentione agentis, quemcumque actum aeſtimari conueniat, non ſemper hoſtium interitus ſimul ſequitur, et licet quandoque id caſu eueniat, non tamen ſemper. Et ſi recte omnia conſiderentur, ſui interitum, non hoſtium, quaerunt, ſcilicet, quia ſibi metuunt, ne, ſi in hoſtium poteſtatem deueniant, crudelius mortis genus eos maneat, aut in duram ſeruitutem pertrahantur, adeoque hac deſperata ſaeuitia a tantis malis ſe liberare principaliter intendunt. Sunt qui exemplo Simſonis *Iudic. 16. verſ. 30.* facinus hoc excuſare nituntur; quibus reſpondeo, ſanam rationem exemplis ante ponendam AVG. *l. 1. de Ciuit. Dei c. 18.* legibusque, non exemplis, iudicandum *l. 13. C. de ſent. et interl. omn. Iud.* Samſonis quoque exemplum ſingulare eſſe, heroicum et extraordinarium, ex quo regula formari nequeat, neque enim aliter excuſari, quod ſeipſum vna cum hoſtibus ruina domus oppreſſit, niſi quia ſpiritus latenter hoc iuſſerat, qui per illum miracula faciebat, vti loquitur AVGVSTIN. *l. 1. de Ciuit. Dei c. 21.* Omnino enim iuxta eumdem AVGVSTIN. *d. l. c. 26.* credendum, eum hoc feciſſe non humanitus deceptum, ſed diuinitus iuſſum: Interea occultorum iudicium vſurpare non decet; nemo ſcit, quid agatur in homine, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt. Eadem reſponſio reponi poteſt ad eorum obiectionem, qui ex hiſtoria ſacra, Iuſtino Martyre, Clemente Alexandrino, Ambroſio et aliis, quarumdam ſacrarum virginum, ob ſeruandum pudorem in flumen ſe praecipitantium, exempla recenſent, quas tamen eccleſia in Martyrum cenſum retulit. De *Rhazi*, Hieroſolymitano ſenatore, cuius *l. 2. Maccab. c. 14.* fit mentio, qui gladio ſe ferire, et nobiliter mori potius, quam in manus hoſtium venire maluit, idem iudicium; quamuis fides facti, ex libro mere apocrypho, etiam in dubium vocari queat. Neque enim e vita fugere, ſed exire decet, factumque hoc relatum, non laudatum reperimus. Satius eſt, vt, vbi quis in neceſſitatem talem incidit, diuinae prouidentiae, exemplo Zedekiae, iudaeorum regis, ſe committat et ſponte hoſti dedat, quam ad *αὐτοφονίαν* prolabatur. Ieremias etiam propheta, niſi hoc mortis genus improbaſſet, vtique praedicto regi auctor fuiſſet, vt ſeipſum potius vita priuaret, quam iugo regis Nebuchadnezar turpiter ſubiiceret. *Ierem. 27. et 38.* Videri poſſunt de hac quaeſtione CONSIL. DEDEK. *vol. 2. ſect. 7. num. 7. pag. 162.* MARTIN. SCHOCK. *imper mar. p. 118.* LOCCEN. *p. 3. de iur. marit. c. 9.* et alii.

QVAE-

Qvaestio XXX.

VTRVM IN CERTO PERICVLO NAVFRAGII, VEL EXTREMA FAMIS, PRO SERVANDA MAXIMA NAVIGANTIVM PARTE, LICITVM SIT QVOSDAM IN MARE ABIICERE?

Leuandae nauis vel etiam mercium, quamtumuis pretioſiſſimarum, ſeruandarum cauſſa, vel tenuiſſimum homuncionem in mare abiicere non licere, etiam illi ipſi Ionae nautae, licet gentiles, agnouiſſe videntur. Hi enim poſteaquam per ſortem imploraſſent, cuius noxa tanta tempeſtate vrgerentur, et ſors ſuper Ionam cecidiſſet, ipſe etiam ſe cauſſam tempeſtatis eſſe faſſus eſſet, ac, ſi tempeſtatem deſaeuire vellent, ſe in mare abiici iuſſiſſet; non tamen ſtatim ſorti et conſilio Ionae parere voluerunt, ſed prius omni conatu ad littus remigare ſtuduerunt, et poſtea demum, vbi propter ſaeuitiam tempeſtatis id parum procederet, oratione ad Deum et proteſtatione praemiſſa, ne perirent in anima iſtius viri, et ne daret ſuper eos ſanguinem innocentem, Ionam tulerunt, et in mare miſerunt, vti ex Prophetia *Ionae c. 1. v. 7. 12. 13. 14. 15.* videre licet. Cuius verba ita ex Hieronymo REMIGIVS ALTISSIODOR. *Epiſ. cap. 1. in Ionam tom. 1. Biblioth. Patr. pag. 678.* interpretatur: Tulerunt, id eſt, quaſi quodam cum obſequio et honore portantes, non praecipitantes, miſerunt in mare. Quum ergo in hoc caſu, vbi ſorte miſſa voluntas Dei non leuiter adparuit, iuſſio etiam et praedictio ipſiusmet Ionae acceſſit, tam difficulter ad iactum hunc nautae ſint inducti; quanto minus decebit Chriſtianos nautas, leuandae nauis et ſeruandarum mercium cauſſa, alium Chriſtianum hominem in mare praecipitem dare? Hinc etiam, ſine dubio, factum, quod etſi in nauigio, quo Paullus Apoſtolus Romam abductus eſt, ducenti ſeptuaginta fuerint homines. *Actor. 27. v. 37.* iidemque crebris maris tempeſtatibus compulſi ter iactum fecerint, *Ibid. v. 18. 19. 38.* merces tamen tantum, armamenta nauis et frumentum, non vero vllum hominem eiecerint, quin potius, quum quidam nautarum e nauigio fugere quaererent, abſciſſo ſcaphae fune, eos in naui manere coegerunt. *Ibid. v. 30. 31. 32.* Quia vero neceſſitas, perhibente CVRTIO *l. 7. c. 7.* extra rationem eſt, et

- - - *ſuprema pericula ſemper*
Dant veniam culpae. CLAVD. 2. *in Eutrop.*

Multo melius ac iuſtius eſt, vnum pro multis, quam pro vno multos interire, quod olim Otto imper. pro concione dicebat, teſte DIONE vel potius XIPHILINO *l. 64. hiſt. Roman.* cum quo illud Caiphae dictum: Expedit vobis, vt vnus moriatur pro populo, et non tota gens pereat, *Iohan. 11. v. 50.* (vtut bonum quid, non bona mente, dixerit) conuenit: Exinde etiam, ſi in certo periculo communis naufragii, vbi ſpes ſubeſt, potiſſimam nauigantium partem ſeruari poſſe, ſi qui ex iis in mare vltro proſiliant, vel etiam praeuia ſorte eiiciantur, ad hoc vltimum remedium peruenire licebit. Satius interim eſſe iudico, vbi talis caſus emergit, vt ſorte ducta quis ſe a reliquis nauigantibus in mare abiici patiatur, quam vt volens et vltro in mare proſiliat, quemadmodum et Ionas, etſi tempeſtatem a Deo propter ſe immiſſam eſſe noſſet, non tamen ſeipſum in mare praecipitem dedit, ſed ab aliis proiici voluit. Non eſt enim noſtrum, mortem arripere, ſed illatam ab aliis libenter excipere, vti ad Ionam Hieronymus commentatur, et fieri diuino aliquo eoque iuſto, etſi incognito, iudicio poteſt, vt ſorte damnatus, dum diuino iudicio non minus ſe ſubmittit, quam protectioni diuinae in mediis fluctibus committit, eo quod vel in ipſa naui morti ſit propinquus, ſed periculum periculo tantum commutet, vel ex tabula aliqua incolumis euadat, quod eis, qui ſeipſos praecipites dederunt, eueniſſe vix reperies. Talis etiam ſortitio ne quidem theologis improbatur in tantum, vt et AVGVSTINVS *epiſt. 80.* perſequntionis tempore, quis ex ſacerdotibus periculum ſubire et manere debeat, ſorte dirimendum exiſtimet. Hinc Flauius Ioſephus in lacu, cum aliis deprehenſus, illisque mortem voluntariam eligendam eſſe cenſentibus, prolixa oratione auctor fuit, ne tantum ſcelus committerent, et vbi parum proficeret, illique in ſua ſententia perſtarent; committamus, inquit, ſorti moriendi ordinem, vt ſe nemo ſubtrahat, quum ſors conueniat vniuerſis: Iſtiusmodi conditio ſit ſortis, vt is, qui per ſortem exierit, ab eo, qui ſequitur, interimatur. Itaque fore vt ſors vnumquemque non propria voluntas morti adiudicet, vti pluribus memorat HEGESIP. *lib. 3. de excid. vrb. Hieroſ. c. 18.* praeeunte ipſomet IOSEPHO *l. 3. de bell. Iud. c. 14.* Factum exinde, vt interemtis reliquis, ſolus ipſe cum

altero

Digitized by Google

altero ſuperſtes maneret, conſulto, vt ipſemet de ſe ſcribit, proſpiciens, ne vel ſorte grauaretur; vel ſi nouiſſimus receſſiſſet gentilis caede pollueretur. Sunt qui arte quadam ſingulari et prudentia Ioſephum ſortis periculum euaſiſſe exiſtimant, eamque ab Abrahamo Abben-Eſra poſtea publicatam ſcribunt, vigore cuius, collocatione apta et commoda illi, quos prae caeteris ſeruari expedit, ſeruari poſſunt, quam artem et collocationem tradit DANIEL SCHVENTERVS *in deliciis Phyſico-Mathemat. l. 1. quaeſt. 46.*

QVAESTIO XXXI.

VTRVM IACTVS ILLE TRIPLEX, IN ITINERE MARITIMO D. PAVLLI APOSTOLI, ROMAM PER MARE ABDVCTI, FACTVS ITA FVERIT ORDINATVS, VT PRIMO MERCES, DEINDE ARMAMENTA NAVIS, DENIQVE CIBARIA IACTA FVERINT?

Viſum id eſt HVGONI GROTIO *adnot. ad cap. 27. Actor. p. 154.* dum eum ordinem circa hunc iactum ſeruatum eſſe ſcribit, qui alias ſeruari ſolet, vt ſcilicet primo merces, deinde armamenta, tertio cibaria proiiciantur. Aſt, quod pace tanti viri dictum velim, de tali ſtricto ordine, in iure maritimo praeſcripto, vix quidquam reperire licet, atque exinde apud *Ionam c. 1. v. 5.* tempeſtate iugruente (alio plane ordine) ſtatim inſtrumenta nauis proiecta eſſe dicuntur, ſecundum *Tremellium, Pagninum, Vatablum et Lutherum*, cuius verba ſunt: *Sie wurffen das Geræthe, das im Schif war, ins Meer:* niſi quis Biblia vulgata ſequi velit, vbi ita legitur: *Miſerunt vaſa, quae erant in naui, in mare*, vbi vaſorum nomine res quaeuis mobiles, teſte GROTIO *adnot. ad Ionam,* intelliguntur. Deinde vtut talis aliquis ordo praeſcriptus exſtet, non tamen poſſibile eſt, vt tempeſtuoſo tempore, vbi ſumma conſternatio, anxietas et ſtupor nauigantibus non tantum calculos turbare, ſed et mentem adimere ſolet, eius ſtrictam rationem haberi poſſe. Quod ſi etiam textus ipſe *Actor. 27. v. 18. 19. 20. 28.* inſpiciatur, inde liquet, iter hoc D. Pauli Romam verſus et diuturnum et periculoſum fuiſſe, idque propter crebras easque vehementes tempeſtates, quae vti omnem nauigantibus ſalutis ſpem abſcindebant

bant, ita ter eos iactum facere adigebant. Qualium vero rerum primus iactus fuerit, non exprimitur, ac proinde mirum, quod *Tremellius* vaſa ſua nauigantes in mare abieciſſe,[1] in ſua verſione ſcribat. Altero vero iactu, idque tertio a priori die, proiecerunt τὴν σκευὴν τῦ πλόιυ, ſeu, vti *Biblia vulgata*, aliique communiter interpretantur, armamenta nauis, *Lutherus*, *die Bereitſchafft des Schiffs*. Tertio iactu eiecerunt τὸν σῖτον, h. e. frumentum, vel ſecundum *Biblia vulgata*, *Vatablum*, *Tremellium* et alios, in ſynecdochica ſignificatione, triticum. Interim, quod ad priorem iactum attinet, non repugno, merces et ſarcinas primitus, et quidem grauiores iactas fuiſſe; ſiquidem id non minus praeſcripto iuris maritimi, quam ſanae rationi conuenit, vti fuſius ex eis, quae ad *tit. 8. iur. marit. Hanſeat.* notata ſunt, cerni poteſt. An vero ſecundo iactu more inſolito armamenta nauis, et qualia iacta fuerint, id vero valde dubito. Sunt enim armamenta nauis, remi, vela, rudentes, anchorae et praecipue clauus ſeu gubernaculum; quibus omnibus abiectis, non magis nauis nauigare poteſt, quam homo demto capite viuere et intelligere. Rudentes etiam et anchoras, poſt hunc iactum, in naui remanſiſſe, exinde apte conſtat, quod *v. 29. et 30.* quatuor earum e puppi iactae fuerint, nautaeque, fugam e naui quaerentes, ſe alias adhuc a prora dimerſuros obtenderint. Ecce hic rudentes! ecce anchoras ſaluas, non abiectas! Immo et remorum ac gubernaculorum nulla iactura, quoniam anchoris ſublatis et laxatis gubernaculorum iuncturis (idque poſt tertium iactum) ſublatoque artemone, ad littus tetenderunt, *v. 40.* Quanto ſatius etiam fuiſſet, neceſſitate id exigente, frumentum, vel etiam communem rem cibariam in mare iactare, quum illi ipſi nauigantes ad decimum quartum diem, nullo cibo ſumto ieiunare potuerint, tam diu autem ſine armamentis in mari procelloſo nauem ſaluam manere poſſe inauditum hucusque fuerit. Quocirca ſicut omnino mihi perſuadeo, priori iactu in mare proiectas eſſe indiſtincte merces et ſarcinas, quae ad manum, et in ſuperiori nauis contignatione forte collocatae erant; ita etiam exiſtimo, poſteriori iactu non inſtrumenta omnia, ſed tantummodo malum nauis, qui κατ᾽ ἐξοχὴν dicitur σκεῦος, ſeu inſtrumentum et membrum nauis, poſt clauum, primarium, quum antea *v. 17.* vna cum antennis ac velis demiſſus eſſet, poſtmodum plane vel caeſum, vel e naui erutum et abiectum fuiſſe, id quod etiam clariſſimis

viris,

Digitized by Google

viris, GROTIO *ad v. 17. cap. 27. Actor. et* HEINSIO *exerc. ad h. l.* ex parte placere video. Supereſt tertius iactus, de quo quod dicam non habeo, niſi quod per *τὸν σῖτον* ibi non rem cibariam, ſed frumentum, quo nauis onerata erat, eiectum eſſe putem. Nam ſicut nec armamenta, ſic nec cibaria iactari ſolent, quum ſine illis nec nauis, nec nauigantes ſeruari poſſint; nec frumentum proprie, niſi poſtquam panis inde praeparatus eſt, res cibaria dici poteſt. Facile etiam liquet, frumentum hoc non eo fine naui illatum fuiſſe, vt in victum et alimentationem nauigantium conſumeretur, ſed vt annonae publicae Romae accederet, eoque deueheretur, et dum *v. 38.* dicitur, quod ſatiati cibo nauim alleuauerint, vtique id de onere aliquo nauis, quale eſt frumentum, non de re cibaria, quae naui numquam oneroſa eſt, intelligi debet. Quod autem vltimo demum frumenti iactura fuerit, ratio alia reddi non poteſt, quam quod in fundo nauis repoſitum iacuit, et prima ſtatim vice, propter ſarcinas in ſuperiori nauis parte collocatas, iactari non potuerit, tum etiam, quod circa canonem frumentarium omnemque annonam Romam transportandam, nauticos valde ſedulos eſſe oportuit, ne quid inde decederet, vel corrumperetur, adeoque credibile ſit, non facile eos annonam, niſi extrema id poſtularet neceſſitas iacere ſolitos, id quod *tit. 21. 22. et ſeqq. cod. lib. 11.* et aliis confirmatur. Sufficiant haec, et ſi cuius palato non arrideant, meliora proferat, certus, ſe gratiam a me, non odium, relaturum.

QVAESTIO XXXII.

SI EX NAVI MERCES LEVANDAE NAVIS CAVSSA ABIECTAE FVERINT, NEMO VERO ID VIDERIT, VTRVM SOLIS PROIICIENTIBVS DE NVMERO, QVALITATE, AESTIMATIONEQVE FIDES HABERI DEBEAT?

Tractat hanc quaeſtionem PECK. *com. in tit. ad l. Rhod. pag. 222.* prolixe quidem, ſed valde obſcure, meliusque quaeſtio haec (id quod etiam VINNIVS *ad dict. locum Peckii* monet) ex iuribus maritimis hodie vſitatis decidi poteſt. Oſtendimus enim ſupra ad *tit. 8. iur. marit. Hanſeat.* non licere nauclero, quantumuis laborante naue, iactum mercium facere, malumue, aut quod aliud inſtrumentum nauis caedere,

dere, niſi re prius cum domino mercium, aut eius inſtitore, communicata, eorumque, dummodo in naui ſint, ſententia prius explorata. His vero vel abſentibus, vel renunciantibus, poſſe quidem nauclerum iactum facere, aſt non niſi de conſilio maioris partis vectorum, qui domum feliciter reuerſi, vna cum nauis magiſtro iactum, vrgente neceſſitate, et ex communi conſilio, factum eſſe iuratorie adſerere poſſint. Liquet hinc, quod eo in caſu, vbi de veritate iactus diſceptatio orta fuerit, iureiurando magiſtri nauis, et reliquorum vectorum ſtandum ſit, ac talis caſus vix interueniat, vbi ex ſolo conſilio, auctoritate et voluntate naucleri, vel vnius et alterius vectorum merces proiiciantur. Pariter facile conſtare poteſt, quot et quales merces naui ſint illatae, idque vel literae nauticae, certa partie dictae, vel etiam intimationes et profeſſiones earum in portoriis vſitatae oſtendunt. Si quis vero vectorum in ciſtis nummos, aurum, argentum, gemmas, ſimilesque res pretioſas habuerit, is ante iactum omnia haec magiſtro nauis indicare tenetur, niſi ciſtarum talium et ſarcinarum extrinſecam tantum, qualiter nimirum extrinſece adparebant, rationem in contributione haberi velit, vti dicto titulo, ſupra fuſius legi poteſt. Denique quoad aeſtimationem mercium, qua ratione ea ſit peragenda, abunde in iuribus maritimis prouiſum eſt, ita, vt ſi quaeſtionem hanc cum eis, quae *ad tit. 8.* ſupra ſunt adlata, conferat, facile ad eam reſpondere queat, quod nimirum, vbi de iactu quaeritur, an factus, vel etiam neceſſarius fuerit, naucleri et vectorum iuramento ſtandum ſit, numerus vero vel qualitas mercium ex inſtrumentis literisque nauticis, merciumque profeſſionibus facile probetur, atque ratione aeſtimationis, iuxta diſpoſitionem iurium maritimorum Hanſeaticorum in ciuitatibus Hanſeaticis, alibi vero, iuxta loci cuiusque leges et procedi et diſponi oporteat.

QVAESTIO XXXIII.

SI IN NAVEM ALIQVAM PLVRES LOCATORES COMMVNE FRVMENTVM CONTVLERINT, ET CONFVDERINT, NAVCLERVS AVTEM VNI EX HIS FRVMEN-

Digitized by Google

MENTVM REDDIDERIT EX COMMVNI, DEINDE NAVIS CVM RELIQVO ONERE PERIERIT, NVM NAVCLERVS ETIAM ALIIS TENEATVR, ILLIQVE PRO SVA PARTE FRVMENTI ONERIS AVERSI AGERE POSSINT?

Tractatur quaeſtio haec in *l. in nauem Saufei. 31. ff. locat.* quam qui recte intelligere cupit, quid ſit actio oneris auerſi, neceſſe eſt probe vt ſciat. CVIACIVS *7. obſeru. 39.* et cum eo GOTHOFREDVS ad hanc legem, onus auertere idem eſſe ſtatuunt, quod diſtrahere et permutare; PANCIROLLVS vero *theſ. var. lect. lib. 2. c. 43.* idque auctoritate TERTVLLIANI *l. 5. adu. Marcion. c. 1.* Auertere, dicit, eſſe rem temere perdere, vel male interuertere. Aſt ſi quis quid in iure ſit *Auerſio* penitus inſpiciat, reperiet vocem hanc vt plurimum omne rei periculum ſignificare. Sic per auerſionem conducere nihil aliud eſt, quam ſuo vel damno vel lucro, adeoque periculo conducere *l. 1. §. 15. de exercit. action.* et opus auerſione locare, idem quod onere et periculo conductoris *l. 36. ff. locat.* Actio itaque oneris auerſi eſt, quae olim dabatur locatori aduerſus conductorem, qui omne periculum per conuentionem in ſe recepiſſet, quum alioqui ex conducto, non niſi de dolo et culpa teneretur, dictaque eſt, oneris auerſi, ex eo, quod omnium damnorum, quolibet modo incidentium, onus ad alterum pertinere, ac a ſe interim auertere pactus ſit conductor vel locator. Abolita autem hodie eſt oneris auerſi nomenclatura, non actio ipſa, ſed nomen eius in actionem locati transfuſum, ad eum fere modum, quo rei vxoriae actio in actionem de dote eſt transfuſa, vti monet OLLENDORP. *claſ. 4. action. 10.* et exinde titulum iſti actioni hunc praefixit, *de veteri actione oneris auerſi.* Vtut autem de ſignificatione vocis varie inter ſe DD. ſentiant, iuxta ea, quae ſupra ad *tit. 3. art. 2.* adduxi, hic tamen per auertere nihil aliud quam interuertere, vel a vero domino auertendo aliquid diſtrahere, alterique conferre, denotat, qua ſignificatione etiam *l. 7. C. de nauicul.* eum, qui fiſcales ſpecies auertendo diſtraxerit, capitali poena plecti debere dicitur. Sic in *l. 7. §. 3.* mercem auertere, et in *l. 21. de pecul. in princ.* auertere peculium inuenias. His praemiſſis ad quaeſtionem ipſam cum Alfeno ICto ex ſupra dicta *l. 31. ff. locat.* reſpondendum eſt; Rerum locatarum duo eſſe genera: Aut enim res, quae locata erat, eadem ſpecie reddi debuit,

vt in veſtimento locato, vel domo: Aut alia eiusdem generis, vt frumentum, oleum, vinum, pro frumento, oleo, vino. Si illud, dominium non mutatur, ſed res domini manet; ſin hoc, in creditum itur, id eſt, mutuum quodammodo contrahitur, et dominium transfertur in conductorem. Hac generali reſponſione praeuia diſpiciendum eſt: vtrum locatores frumentum naui impoſitum ſeparatim tabulis aut heronibus (id eſt, iuxta TVRNEB. *24. aduerſ. 2.* textis quibusdam ſtoriarum et tegetum more, in quibus interdum pauperes dormiebant et fruges reponebantur, quos aerones ſcribi et dici vult SALMAS. *exercit. Plin. pag. 817.* diſtinxerit, aut in alia cupa clauſum vniuscuiusque frumentum fuerit, ita vt internoſci poſſit, quid cuiusque eſſet: vel vtrum confuderint. Sin illud, et nauta ſiue nauclerus vni ex locatoribus frumentum ſuum taliter ſeparatum et diſtinctum reddiderit, recte facit, onerisue auerſi actione non tenetur; ſed ſi alienum reddiderit, domino contra poſſeſſorem vindicatio iſtius frumenti competit, et praeterea actio oneris auerſi, aut furti contra nautam: Sin hoc, nauclerus confuſione plurium quantitatum dominium adquirit, et ideo, vni dando pro ſua parte, onus non auertere, ſed recte dare videtur, neque omnino culpa eſt, quod vni reddiderit ex frumento, quoniam alicui primum reddere eum neceſſe fuit, tametſi meliorem eius conditionem faceret, quam caeterorum.

QVAESTIO XXXIV.

SI QVIS VECTVRAM SIVE NAVLVM VEL ANTE COEPTVM ITER VEL SVB IPSO ITINERIS INITIO DEDERIT, AN POSTEA AMISSA NAVFRAGIO NAVI, EAM REPETERE POSSIT?

Qui taliter naucleris vecturam ſoluunt, vel in anteceſſum dant, dicuntur eam prorogare, quaſi ante diem erogare, talesque ſumtus prorogare, hoc eſt, ante diem offerre, litiganti honeſtum eſt VLPIANVS *l. 53. ff. de pact.* perhibet. Idem VLPIANVS *l. 15. ſ. item cum quidam ff. locat.* vecturam taliter acceptam, pro mutua acceptam vocat, eo quod quaſi mutuum detur, quodcumque prorogatur, atque ita vectura prorogata praecipiatur, pro mutua. Harmenopulus *lib. 2. tit. 11. §. 21.* hoc ipſum, ἐν προχειρίᾳ, hoc eſt, ex interpre-

terpretatione Merceri, *ad manum* praecipere vocat. Rectius forte cum CVIACIO *5. obſeru. 1.* Prae manu, auctoritate TERENTII *Adelph. act. 5. ſcen. 9.*

Atque huic aliquid paululum prae manu dederis, vnde vtatur.

Praenumerare hodie vulgo dicimus, non tam eleganter, quam ex communi vſu. Sed de his loquendi formulis legi poteſt pluribus CVIAC. dicto loco. Ad quaeſtionem ipſam ex praedicta *l. 15. §. it. cum quidam ff. locat.* negatiue reſpondetur; Verba legis haec ſunt: „Iterum „quum quidam, naue amiſſa, vecturam, quam pro mutua acceperat, „repeteretur, reſcriptum eſt ab Antonio Auguſto, non immerito pro„curatorem Caeſaris ab eo vecturam repetere, quum munere vehendi „functus non ſit, quod in omnibus perſonis ſimiliter obſeruandum eſt. Et HARMENOPVLVS allegato loco: Naufragio facto nauclerus nau„la reſtituit, quae ad manum pracceperat, vt qui non traiecerit. Habet tamen regula ſuas limitationes: Si enim culpa vel dolo domini, qui merces vehendas naui impoſuit, naufragium fiat, totam vecturam deberi, dubium non eſt, idque per *l. pen. §. vlt. ff. locat.* vbi is, qui nauem conduxit, vt de Prouincia Cyrenenſi Aquileiam nauigaret, olei metretis tribus millibus impoſitis, et frumenti modiis octo millibus, certa mercede, ſi eueniat, vt onerata nauis in ipſa Prouincia nouem menſibus retineatur, et onus impoſitum commiſſo tollatur (puta quia merces vetitae erant, vti GOTHOFREDVS ibidem notat) vecturam, quae conuenit, a conductore ſecundum locationem exigi poſſe, Scaeuola reſpondet. Si quis etiam nauem conduxit, certamque mercium quantitatem illi inferre promiſit, poſtea autem poenitere velit, vel alium conductorem in locum ſuum ſurrogare nequeat, totam vecturam, ſiue naulum conuentum ſoluere tenetur, vti diſerte *ius marit. Hanſeat. tit. 5. art. 5.* ſtatuit. De quo et ſimilibus caſibus ſupra plura in commentariis ad titulos huius iuris maritimi Hanſeatici paſſim, ſpeciatim ad *tit. 9. art. 1.* legi poſſunt.

QVAESTIO XXXV.

SI QVIS RATEM DEBITORIS SVI, QVI AD DIEM PECVNIAM NON SOLVIT, IN FLVMINE DETINEAT, ILLAQVE FLVMINE ABRIPIATVR ET PEREAT, CVIVS ID PERICVLO FIAT?

 Vt

Digitized by Google

Vt breuiter ad hanc quaeſtionem reſpondeatur, introſpiciendae ſunt aliquot leges ciuiles, vtpote *l. 30. ff. de pignor. act. l. pen. C. eod. l. 3. C. de pignor.* et inde diſtinctio haec eruenda, vtrum videlicet ratis haec propria auctoritate creditoris, inſcio et inuito debitore, citra conuentionem, vel praeſidalem iuſſionem fuerit detenta, an vero debitore id concedente, ex conuentionis lege id fiat. Priori caſu periculum omnino eſt creditoris, quia et ſi aliqua hic culpa debitoris, ad diem, quum non omnis culpa periculum in ſuum auctorem transferat, ſed ea demum, quae, vti ICti loquuntur, ordinata eſt ad caſum, culpa vero debitoris, quod ad diem non ſoluerit, ordinata non ſit ad caſum ablatae per flumen ratis, qui poſtea contigit, omnis culpa potius eſt creditoris, qui auctoritate propria, nulla conuentione aut iuſſione praeſidis praecedente, ratem retinuit, adeoque cauſſa proxima caſus ſuperuenientis fuit; quum ſi illam non retinuiſſet, vtique nec periiſſet. Immo hoc ipſo vim feciſſe dicendus eſt (quia vis eſt, quoties quis per ſe facit, quod per iudicem facere deberet *l. pen. et vlt. ff. de vi priu.*) atque adeo non minus atque ad omnem alium violentum poſſeſſorem periculum ad eum, tamquam qui vim fecit, pertinet. Poſteriori caſu voluntate debitoris creditor excuſatur. Volenti namque nulla fit iniuria, et in culpa eſt debitor, qui creditori ſuo hoc promiſit, quum debuerit proſpicere, talem cauſſam interuenire poſſe *l. 9. in princ. ff. locat.* Immo et iuſſio iudicis eum a periculo abſoluit, quia iudicis iuſſum ſemper iuſtum eſſe praeſumitur, per *l. ſeruo §. cum praetor. ff. ad Trebell.* Interea licet vim maiorem fluminis talis creditor praeſtare non teneatur, ſi quam tamen culpam commiſit, eam omnino praeſtare debet *d. l. 30. ff. de pign. act.*

QVAESTIO XXXVI.
DVOBVS VEL PLVRIBVS SIMVL NAVFRAGIO PEREVNTIBVS VTER EORVM PRAESVMATVR PRIOR DECESSISSE?

Prae caeteris quaeſtionem hanc tractant ALCIAT. *de praeſumt. reg. 1. praeſumt. 49.* DIDAC. COVARRVV. *l. 2. reſolut. tom. 2. c. 7.* et ex eo MENOCH. *de praeſumt. l. 6. praeſumt. 50.* aſt omnes ſatis obſcure. Tota autem res meris atque incertis, aut de iure fictis praeſumtionibus nititur, non quod ita ſe reuera res habeat; ſed quod ita ſe

eam

eam habere reipublicae, cuius intereſt, ne dominia in incerto ſint, conducat. Hinc ſi pater et filius (quod ſane ex paritate rationis etiam ad filiam extendi poteſt) naufragio ſimul pereant, et explorari nequeat, vter prius ſit exſtinctus, in dubio filius diutius vixiſſe praeſumitur *l. 9. §. 1. et 4. ff. de reb. dub.* id quod etiam in matre obtinet *l. 22. d. tit.* Ordo quippe naturae eſt, vt pater moriatur ante filium, et ſi ſecus fiat, ordo naturae turbari dicitur *l. 15. ff. de vſufr.* neque ſic parentibus liberorum, vt liberis parentum debetur hereditas; quum parentes ad bona liberorum ratio miſerationis admittat, liberos vero naturae ſimul et parentum commune votum *l. 7. vnde liber.* Limitanda tamen eſt regula ex coniecturis, videlicet, ſi pater fuerit intrepidus et robuſtus, filius contra trepidus et debilis; tum enim magis veriſimile eſt, patrem ſuperuixiſſe. Deinde etiam diſtinguendum inter filium puberem et impuberem. Impubere pereunte creditur pater ſuperuixiſſe *l. 9. §. vltim. et l. 22. de reb. dub.* nimirum, quia aetas impuberis repentino caſui magis videtur ſubiecta. Pubere vero cum patre pereunte intelligitur filius patri ſuperuixiſſe *d. l. 9. §. vltim.* et *l. 23. ff. eod.* quia, vt ait GOTHOFREDVS *in not. ibid.* adſcendens prius mortuus intelligitur, quam deſcendens. Sed quid ſi maritus et vxor ſimul nauigent, ac naufragio intereant? Certe de iure ciuili vxor, vti debilior et timidior prior periiſſe cenſetur *d. l. 9. §. 3. l. 32. in fin. de relig.* Sequitur ex praedictis, tali caſu debiliorem omnem, ſiue natura, ſiue ſexu, vti mulierem, ſiue infirmitate corporis, vti aegrotum, ſiue aetatis, vti impuberem, reliquis, vti marito, ſano, pubere, prius mortuos eſſe praeſumi, niſi ſcilicet contrarium ex aliis coniecturis et indiciis adpareat.

QVAESTIO XXXVII.

QVA PROCESSVS FORMA RES MARITIMAE IVDICANDAE ET FINIENDAE?

De ſubmerſis nauibus, adeoque bonis naufragis Impp. Honorius et Theodoſius olim decreuerunt, vt leuato velo cognoſcantur *l. 5. C. de naufrag.* Leuato autem velo cognoſcere eſt, ſummarie ſiue ſummario proceſſu, et de plano in cauſſa aliqua iudicare; quod ſi autem ordinarie cauſſa decidi debeat, quoad de ferenda ſententia conſultabatur, velum, ne iudices viderentur, obduci ſolebat. PANCIROLL. *2. variar. lect. 247.* Hinc colligi poteſt in aliis etiam rebus maritimis

Digitized by Google

breuiter et ſummariter procedi debere. Exigit hoc hominum nauticorum conditio, vt qui tot periculis ſunt expoſiti, celerius expediantur, et qui quandoque vel vno momento fortunis ſuis et facultatibus excidunt, citra prolixitatem audiantur, iudicentur, et ſi quid iure ipſis competit, ſine mora conſequantur. Hinc eſt, quod etiam de iure noſtro maritimo Hanſeatico adpellationes denegentur, et controuerſiae nauticae ad arbitros vtplurimum reiiciantur, quin et iuxta *d. l. artic. 3.* naucleri conducti inter alia mediante iuramento promittere debeant, ſe in ſententia ſenatus cuiuslibet loci, absque vlla adpellatione et reductione totaliter adquieſcere velle, nimirum vt absque iuris ſtrepitu, minimo temporis et ſumtuum diſpendio lites tales finiantur. In pleriſque maritimis ciuitatibus peculiaria etiam collegia et iudicia maritima, vtpote Lubecae, Hamburgi, Amſterodami, et aliis in locis, vbi controuerſiae maritimae ſummariter ventilantur et examinantur. Gedani, etſi collegium tale non ſit, ius tamen de rebus maritimis abſolute, nulla vlteriori adpellatione admiſſa, iudicandi, ſoli ſenatui competit, vbi omnes iſtae lites finaliter terminantur, quandoque etiam, etſi litigantium, non magiſtratus, culpa, multis diuerticulis, exceptionibus, replicationibus, duplicationibusque (vltra quas tamen progredi non licet) tum et longe petitis probationibus, dilationibus, aliisque procraſtinationibus et effugiis plus aequo protrahuntur. Quibus protelatonibus remedium quaerere, malitia litigantium, temporumque praeſentium iniquitas, non admittunt, quin potius cum PLINIO *6. epiſt. 2.* licet dicere: *Temerarium exiſtimo diuinare, quam ſpacioſa ſit cauſſa inaudita, tempusque negotio finire, cuius modum ignores: praeſertim quum primum religioni ſuae iudex patientiam debeat, qua pars magna iuſtitiae eſt.* Sed de his ſatis, quum iam ſupra ad *tit. 2. art. 3.* hac de re quaedam adlata ſint, ac nunc vix aliud reſtet, quam vt

- - - extremo ſub fine laborum
Vela traham, et terris feſtinem aduertere proram.

VIRGIL. *2. Georg. 54.* Quocirca dum terram iam proſpecto de pelago, repono remum, nauimque meam in puluinarium, vti PLAVTVS *Caſin act. 3. ſcen. 2.* loquitur, ſubduco. Si quae vero ſunt alia, quae commode adduci potuerint, vel etiam debuerint, ſecundis curis reſeruo, vel etiam, poſteaquam labore hoc, toties interrupto, tandem defungi licuit, lubens

Praetereo, atque aliis poſt commemoranda relinquo.

VIRG. *4. Georg. 147.* Vti enim in magna ſylua boni venatoris eſt indaganter feras quam plurimas capere, nec cuiquam culpae fuit, non omnes cepiſſe: ita et nobis ſatis abundeque eſt, tam diffuſae materiae, quam ſuſcepimus, maximam partem tradidiſſe. COLVMELLA *lib. 5. de re ruſt. c. 1.*

IOANNIS LOCCENII, IC.

DE

IVRE MARITIMO ET NAVALI

LIBRI TRES.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX CAPITVM.

LIBER I.

CAP. I. De origine et cauſſis nauigationis.
II. De fabricatione et inſtructione nauium.
III. De iure nauigandi.
IV. De imperio maris.
V. De angariis vel praeſtationibus nauium.
VI. De iure fluminum, littorum et riparum.
VII. De naufragio.
VIII. De iure portus, portorii et vectigalis.
IX. De iure piſcandi.
X. De iure ſtapulae.

LIB. II.

CAP. I. De nauigationis ſecuritate.
II. De ſocietate nauali bellica, vel admiralitate, vt alias vocant.
III. De piratis.
IV. De iure poſtliminii nauium.
V. De auerſione periculi, vulgo adſecuratione.
VI. De foenore nautico.
VII. De iactu.
VIII. De contributione.

LIB. III.

CAP. I. De donatione mortis cauſſa, teſtamento et legato nautico.
II. De contractibus nauticis, qui re fiunt.
III. De pignore nauis, et rerum in naui.
IV. De repreſſaliis, vt vocant, et arreſtationibus nauium.
V. De contractibus nauticis, qui conſenſu fiunt.
VI. De ſocietate nauali pacata.
VII. De exercitoria actione.
VIII. De delictis in naui.
IX. Num magiſter, aut praefectus nauis bona cum conſcientia poſſit, igne in puluerem tormentarium inicčto, nauem vna cum ſe ipſo et ſuis et ſimul hoſtibus nauem occupantibus perdere potius, quam ſaluam nauem, ſe et ſuos hoſtium arbitrio permittere?
X. De foro et proceſſu iuris nauigantium.

Digitized by Google

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

DE ORIGINE ET CAVSSIS NAVIGATIONIS.

I. *Scopus et ordo operis.*
II. *Rudimenta nauigationis in recens condito mundo.*
III. *Aucto genere humano incrementa eius ex occaſione commerciorum.*
IV. *Ex adquirendi cupiditate et quaeſtu.*
V. *Ex patriae tutela maritima, aliisque cauſſis.*

I. Quum materia de iure maritimo et nauali cuiuis reipublicae, quae negotiationes transmarinas exercet, vel in mari claſſem habet, ſcitu neceſſaria vſuque quotidiana ſit; operae pretium eſſe exiſtimaui, quae ſparſim in codicibus legum aliisque de hoc argumento ſcriptis, quotquot videre contigit, exſtant atque plurium gentium conſenſu obſeruantur, in ordinem cogere, explicare atque in vſum publicum promere. Quod vt commode fiat, primum vt fabricatae et inſtructae claſſi mare velut aperiri et iure nauigari, deinde tutum praeſtari, et tandem eius beneficio ſollemnes modi rei adquirendae, et maritimi nauticique contractus celebrari poſſint, explanabo cum aliis, quae illis connexa ſunt.

II. In primaeuo mundi ſtatu iam in vſu coepiſſe nauigia, non eſt quod dubitemus. Id ſatis colligere eſt ex illis GENES. *cap. I. v. 28.* verbis: *Dominamini in piſces maris.* Illud enim dominium et piſcationis priuilegium humano generi diuinitus conceſſum absque ratibus, cymbis et lembis haud potuiſſe commode vſurpari, conſentaneum eſt. Niſi quod, vt omnium artium incunabula quaedam ſunt et progreſſus, prima aetas rudimenta quaedam nauigiorum, et, vti veriſimile ſit, ſchedias quasdam vſurpauit, vel nudas arbores, ramis amputatis. Quibus veluti nauigiis VSOVM *primum auſum mare ingredi*: tradit SANCHVNIATHON apud EVSEBIVM praepar. Euangel. I, 10. Hunc VSOVM fuiſſe ESAVM ex vocis cognatione, ex eius habitatione, quod eſſet accola rubri maris, eruditi colligunt. Poſtea arbores cauatas, denique ex tabulis et trabibus connexis nauigia antiquitas excogitauit et fabricauit. LVCRETIVS circa finem lib. V.

Nauigia atque agri culturas, moenia, leges
Vſus ex impigrae ſimul experientia mentis

Paula-

Paullatim docuit pedetentim progredientis.

VIRGILIVS *1. Georg.*

Vt varias vſus meditando extunderet artes
Paullatim &c.
Tunc alnos primum fluuii ſenſere cauatas.

Caeterum arca Noae ſingulari artificio, ex ipſius Dei praeſcripto iusſuque, vt ſcimus, exſtructa eſt.

III. Primis tamen temporibus quum domi nata paucis et frugalibus hominibus ſufficerent, cunctisque communia eſſent, non adeo opus erat transmarinis commerciis: et ad exteros nauigatione. TIBVLLVS *lib. 1. et 3.* vbi de aureo ſeculo agit:

Nondum caeruleas pinus contemſerat vndas.
Effuſum ventis praebueratque ſinum;
Nec vagus ignotus repetens compendia terris,
Preſſerat externa nauita merce ratem.

Et GERMANICVS *in Arat: Phaenom.*

Ignotique maris curſus priuataque tellus
Grata ſatis, neque per dubios auidiſſima ventos
Spes procul amotas fabricata naue petebat.

Sed poſtquam creſcente humano genere vrbes condi et dominia rerum diſtingui coeperunt, negotiationes terra marique et nauigationes inſtitutae ſunt: quarum beneficio quod vni ſocietati, ſiue ad neceſſitatem ſiue delicias deeſſet, ab altera peteretur.

IV. Mox acceſſit ſtudium habendi, quod commoda maris et nauigationis intenderunt auxeruntque. IACOBI PATRIARCHAE vaticinium de Zebulone filio tale exſtat Geneſ. cap. XLIX. v. 13. *Zebulon ad portum marinum habitabit, ipſe, inquam, ad portum marium, latusque eius verſus Sydonem erit.* Hoc MOSES in vltima ſua benedictione repetit, et clarioribus verbis exprimit Deuteronom: Cap. XXXIII. v. 19. *Zebulon et Iſaſchar adfluentiam marium ſugent, et occulta, theſauros arenae.* SALOM. Prouerb. cap. XXXI. v. 14. foeminam laborioſam et adquirendi ſtudioſam *nauibus negotiatoriis* comparat. Auctor ſapientiae: *Nauigium cupiditas quaeſtuum excogitauit* cap. XIV. v. 2. HOMER. *Odyſſ. lib. 17. ventris gratia (γαςέρος ἕνεκεν) naues in indomitum mare armari dixit.* HESIOD. *lib. II. Oper. et Dier.* vbi nauigationis incommoda deſcribit, hunc etiam verſum addit:

χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι
Pecunia anima eſt miſeris mortalibus.

V. Praeter mercaturae vſum naues rei militari, et tutandae in mari contra externam vim reipublicae inſeruire coeperunt. ARISTOTELES VII. Pol. VI. *Mare et claſſem in bello eſſe tutelam reipublicae* ait. TACITVS V. Hiſtor. claſſes *imperii munimenta* vocat. Athenienſium LEGATI apud Thucydidem *Lib. I. Hiſtor. in Orat.* ad Lacedaemonios, fortunas Graeciae in *nauium praeſidio* ſitas fuiſſe praedicant. Eius rei muri lignei Themiſtoclis abundefecerunt. Idem experientia ſatis hodie loquitur. Inde Coſmo Medices familiare fuit dictum: *Non habendum potentem, qui potentiae terreſtri non ſimul etiam naualem haberet coniunctam.* Et Hiſpanorum eſt adagium: *Regnum ſine portu, eſſe ſicut furnum abſque igne.* Praeterquam quod nauigationes cultui vitae et artium, traductioni coloniarum, valetudini et voluptati ſeruiunt; de quibus plura Ioannes Schefferus, gener meus, in accurato opere de militia nauali *lib. 1. cap. 1.*

CAPVT II.

DE FABRICATIONE ET INSTRVCTIONE NAVIVM.

I. *Priuilegia principum fabricantibus naues conceſſa. Cur negata ſenatoribus et praeſidibus prouinciarum*
II. *Credentium pecuniam in nauim fabricandam et inſtruendam praerogatiua.*
III. *Poena docentium barbaros artem exſtruendi naues, quae tamen hodie non paſſim in vſu ſunt.*
IV. *Qui eligendi ad fabricandam nauem, et num alii illis ſubſtitui poſſint. Ad quid obligentur.*
V. *Nauis ex aliena materia facta cuius ſit, an facientis, an materiae domini?*
VI. *Nauis corpus eſt ex compoſitis, nec admittit proprie diuiſionem. Quod exemplis declaratur.*
VII. *Naue legata vel vſufructu eius, quid et quantum debeatur, ex occaſione disquiritur*
VIII. *Item in pacto de naue non petenda.*
IX. *Quae ſit inſtructa nauis.*
X. *Num ſcapha etiam nomine inſtrumenti contineatur.*

I. Originem et cauſſas nauigationis proximo loco excipit fabricatio et inſtructio nauium. Non autem huius loci noſtrique inſtituti eſt, oſtendere, quomodo nauis ex apta materia, conuenienti

tempore

Digitized by Google

tempore caeſa, quomodo iuſta proportione ac magnitudine ſint exſtruendae: de quibus ipſi artifices rectius iudicabunt. Nobis propoſitum eſt, iſthaec ſolum enucleare, quae potiſſimum ex iure de hac materia, quatenus huc facit, obſeruanda ſunt. Quantum autem fabricatio et inſtructio nauium ad mercaturae cultum, et maris portusque tutelam habeat momentum, ſatis perpendentes imperatores ac principes, architectos et negotiatores etiam praemiis atque beneficiis ad haec opera vrgenda iuuandaque allectare voluerunt: nec minus edictis poenisque abſterrere, ad quos ea res non pertineret: vel haec impedire conantes, aut hoſti hanc artem tradentes. Claudius imp. naues mercaturae cauſſa fabricantibus magna commoda conſtituit, vt teſtatur SVETONIVS in vita Claudii cap. XIIX. Et SCAEVOLA IC. *in lib. 5. de vac. et excuſ. mun.* muneris publici vacationem praeſtari notat illis, qui (praeter annonam adiutam) fabricarint naues marinas certorum modiorum. Senatoribus hanc vacationem datam negat: quod illis ex lege Iulia repetundarum nauem habere non liceret. *d. l. 3. in fin.* Sed et praeſides prouinciarum in ea prouincia, in qua adminiſtrabant, nauem aedificare prohibebantur *l. 46. ſ. 2. de iure fiſci:* ne adquirendi et negotiandi promiſcua libertate ſtudioque quaeſtus a publica adminiſtratione auocarentur, aut commoda mercatorum interciperent.

II. Alias credentes pecuniam in nauim fabricandam, inſtruendam aut reficiendam, in iure R. aliis creditoribus poſt fiſcum ſunt potiores *l. 26. l. 34. D. de priuil. cred. l. 5. 6. D. qui pot. in pign. nou. 97. cap. 3.* quod in primis vtilitati publicae datum, quae ex nauium fabricatione, numero, robore, et vſu capitur. vid. ZOES. *in digeſta, tit. de priuil. cred. n. 11.* Poſt vtilitatem publ. tale creditum quoque ſaluam facit totius pignoris cauſſam. *vid. inf. lib. 3. cap. 3. §. 1. in fin.* Ex conſuetudine Belgarum inſtrumentum pecuniae in nauem exſtruendam vel inſtruendam creditae praefertur inſtrumento foenoris nautici. Vnde vſu venire obſeruat cl. VINNIVS *ad Peckii commentar. in LL. nautic. pag. 95.* vt credentes pecuniam in foenus nauticum ſaepe incidant in damnum, praeſente nimirum inſtrumento crediti in nauem fabricandam aut inſtruendam: quod creditorem tempore creditae in foenus nauticum pecuniae latebat. Itaque diligentiori inquiſitione hic opus erit.

Digitized by Google

III. Capitalis poena lege R. in illos decreta eſt, qui docent barbaros artem fabricandi naues, ante illis incognitam *l. 25. cod. de poenis.* Per *barbaros* hic intelligi alienigenas, qui imperio R. non parent, nec eis amici ſunt, colligere eſt ex *l. 2. cod. quae res export. non deb.* Anno Chriſti MDLXIII. communi conuentus Lubecae habiti, et ciuitatum Hanſeaticarum decreto interdictum fuit, ne commercio Chriſtianorum barbari, et in primis illius temporis tyrannus Moſchorum, Ioannes Baſilides, rariores artes ipſis ignotas, et quae ad rem *naualem*, militarem et tormentariam pertinent, edocerentur. Sic enim exiſtimabant, vbi claſſis poteſtas fieret, non ſolum in Liuoniam, ſed etiam in Germiam effuſo exercitu penetraturos; vt notat THVANVS *lib. XXXVI. hiſtor.* Ita memoria noſtra, inquit idem, Turcos Genuenſium lucri cupiditate illectorum frequentatione rem naualem edoctos, Helleſpontum transmiſiſſe; et inde graecis transfugis et piratis adiutoribus claſſe inſtructa Conſtantinopolin, imperii orientalis caput, et mox Macedoniam, Illyricum et vniuerſam Peloponneſum in poteſtatem redegiſſe conſtat. Quamuis autem huiusmodi poenae et edicta prudenti et reipublicae Chriſtianae vtili conſilio ſint conſtituta, ne ſubditi ſuis ingeniis et arte contra ſe arment et inſtruant vires barbarorum; tamen ſerum eſſe videtur, hodie tale quid prohibere. cum haec ars omnibus ferme populis nunc cognita ſit, aut peritorum induſtria pecuniae ſtudio allecta paſſim tradatur. Hoc tamen nonnullorum populorum ſtatutis adhuc cautum eſt, ne peregrinis apud ſe exſtruere nauem liceat, niſi cum conſenſu ſenatus, et tot nummorum ſumma ſoluta, quot amphorarum nauis eſſe debet. Ita ſtatut. DANTISC. *part. 1. cap. 4. artic 3.* ſancitum eſt. Ratio in promtu eſt, vt huius commodi magis domeſtici et ciues, quam exteri participes reddantur.

IV. Idoneos et peritos architectos ad fabricandam nauem adſciſci, ratio ipſa facile docet; praepoſitis, vbi vſus exigit, curatoribus et inſpectoribus, qui opus promoueant et exigant; de quibus *l. 18. §. 10 D. de mun. et honor.* Vbi vero nauem a ſe fabricandam quis promiſit, et hoc ſpecialiter actum eſt, vt ſuis operis perficiat, alius ipſi ſubſtitui nequit; niſi aliter conuenerit. *l. 31. D. de ſolut. arg. l. 12. §. 6. D. de vſu et hab.* aut niſi per imperitiam, qui peritiam profeſſus eſt, perdat opus, tunc enim ex damno tenetur; aut ſi inopia laboret, arbitraria animaduerſione. *l. 132. D. de reg. iur. l. 12. §. 8. C. de aedif. priu.* Domino autem

hic

hic integrum erit, alium eligere *Statut.* GEDAN. *p. 1. c. 4. n. 8.* Si nauis exſtructio auerſione locata ſit, i. e. totius pro diuiſo vna mercede, periculo conductoris, donec adprobetur, locatio facta. *l. 36. D. loc. cond.* Operis faciendi debitor, niſi conſummationem operi addiderit, non liberatur: Sed aut conſummabit, aut ex diſpendio, quod dominus inde ſenſit, tenebitur *d. l. 12. §. 8. de aedif. pr.* facti enim obligatio eſt indiuidua, ita, vt corpus ex opere locato perficiatur *l. 5. §. 1. D. de verb. ſignif. l. 80. §. 1. D. ad leg. Falcid.* HAG. *de vſur. c. X. n. 82. 83.* Si vero certa ac definita forma nauis exſtruenda ſit locata, ſatis erit, ſecundum praeſcriptum modum ac conuentam formam opus eſſe conſummatum. Ex conuentionis enim forma finem ſuum quoque conſequutum eſt opus: et ipſa conuentio actionem format in bonae fidei iudiciis *l. 7. §. 5. de pact.* quale eſt locatio conductio. §. *28. Inſt. de action.* Conf. GOED. *ad l. 5. de V. S. n. 13.* Si nauem fieri ſtipulatus ſim, atque, ſi non feceris ad dictum tempus, centum; huiusmodi poenali ſtipulatione quaſi nouatio prioris obligationis fit. *l. 44. §. 6. D. de obligat. et act.* ita vt poſt moram centum praeſtentur. *vid.* BRONCHORST *cent. 4. aſſert. 61.* Res autem et poena ſimul exigi nequit, niſi nominatim de vtroque praeſtando cautum ſit. *arg. l. 115. in fin. de verb. oblig.* HOTOMAN. *ill. quaeſt. 10. fuſe.*

V. Si nauis aedificetur ex alienis tabulis, diſceptatur inter iuris conſultos, num aedificantis ſit, an vero domini tabularum. Nonnulli hic ita diſtinguunt, ſi aut vetus nauis reficiatur, aut plane noua fiat. Si nauis ex aliena materia refecta ſit, eam manere reficientis, volunt, per *l. 61. D. de rei vindic.* (ſalua tamen aeſtimatione tabularum) quia hic non fit noua ſpecies, ſed manet vetus: vt neque aedes per partes refectae aliae ſunt. Si vero nauis ex alienis tabulis noua facta ſit, non facientis, ſed materiae domini eſſe volunt, ſaluis impenſis exſtructionis: quia proprietas totius nauis carinae (i. e. compagis nauis, vt hic carinam accipi volunt, vel exſpectatae qualitatis, quae ei indita eſt a materiae domino) cauſſam ſequitur. *d. l. 61. de rei vindic. l. 26. de adq. rer. dom.* LYCKLAMA *lib. 7.* MEMBRAN. *ecl. 3.* Alii tamen ſecundum naturalem aequitatem hic locum communioni, pro rata eius, quanti vnum quodque eſt, relinquendum iudicant. GROT. *lib. 2. de iure bell. et pacis c. 8. §. 19.*

VI. Quan-

VI. Quando nauis eſt aedificata, corpus quoddam ex compoſitis eſſe dicitur. Graecis *συνημμένον*. PLVTARCH. *in praec. connub.* POMPONIVS *IC. in l. 30. D. de vſurp.* Sicut aedium vnum corpus eſt ex cohaerentibus lapidibus, lignis et tecto *§. 18. Inſt. de Legat.* Itaque ſine diſſolutione totius et diminutione vel priuatione veri vſus non poteſt dici diuidi nauis. Huc facit locus CASSELLI IC. apud Macrobium 1. *Saturnal. c. 6.* qui mercatori, quomodo cum ſocio nauem diuidere oporteret, conſulenti reſpondit: *Nauim ſi diuidis, nec tu nec ſocius habebis*, vel vt eſt apud FABIVM *lib. 5. Orat. Inſt. c. 4. Nauem diuidere volo, perdes, inquit.* Q. FABIVS LABEO LEGATVS ROM. dolo egit, dum in foedere cum Antiocho rege, quo conuentum erat, vt captarum nauium partem dimidiam reciperet, medias omnes ſecuit, vt eum tota claſſe priuaret. VAL. MAX. *7. 3. 4.* Pars enim dimidia nauium integrarum in diuiſione ipſi praeſtanda erat, non ſectarum. Proinde ſi pluribus ſociis aut heredibus vna nauis communis ſit, quae commode non recipit diuiſionem; praeſtat in ſoluenda ſocietate aut diuidenda haereditate integram vni adiudicari, et alterum in aeſtimationem ſuae portionis aequam pecuniae ſummam alteri praeſtare. *l. 192. D. de reg. iur. ſtat. Lub. 3. 13.* Caeterum ſi nauis hac mente reſoluta ſit, vt in alium vſum tabulae deſtinentur, licet mutato conſilio perficiatur, tamen et peremta prior nauis et haec alia dicenda eſt. Sed ſi reficiendae nauis cauſſa omnes tabulae refixae ſint, nondum intercidiſſe nauis videtur, et compoſitis rurſus eadem eſſe incipit. Sicuti de aedibus depoſita tigna ea mente, vt reponantur, aedium ſunt, ſed ſi vsque ad aream depoſita ſit, licet eadem materia reſtituatur, alia erit. *l. 83. §. 5. D. de verb. oblig.*

VII. Item naue legata, quae poſtea diſſoluta eſt, neque nauis neque materia debetur. *l. 88. §. 2. de Legat. 3.* quia velut eſſe deſiit. GLOSS. *hic.* et ſeparatione ac diſſolutione compoſitorum, ex quibus nauis conſtat, ipſum corpus intelligi nequit, Idem in vſufructu nauis diſſolutae legato ſtatuit SABINVS IC. *in l. 10. §. 7. D. quib. mod. vſufruct. v. u. a.* Teſtator enim ipſo facto hic mutaſſe voluntatem ſuam praeſumitur. Si vero manente eadem carina, nauis alicuius ſpecialiter legata, aut promiſſa, et per partes tota reſoluta et refecta ſit; nihilominus nauis recte vendicabitur. *l. 24. §. 4. de legat. 1. l. 7. D. de iudic. vbi vid.* GOTHOFRED. *de theſes naue. l. 8. §. 8. D. de ſolut. d. l. 83. §. 5.* de

de V. O. quia nauis hic cedit carinae, tamquam principali ſubiecto et fundamento ſuo. Plautus eo alludit *in Mil. glor. a. III. ſcen. III.* vbi *fundatam et conſtitutam carinam* velut principale ponit. Verba eius haec ſunt:

Vbi probus eſt architectus,
Bene lineatam ſi ſemel carinam collocauit,
Facile eſſe nauem facere, vbi fundata et conſtituta eſt.
Nunc haec carina ſatis probe fundata et bene ſtatuta eſt.

Vt quidam ibi legendum putant. Sed et corpus idem eſſe non deſinit, manente ſpecie, etiamſi partibus mutatis. *vid.* GROT. *de iur. b. et p. II. IX. III. et ib. in not. et de verit. relig. Chriſt. p. 112. 340. et* ZAS. *ad d. l. 24. §. 4. de Legat. I.*

VIII. Si quis pactus ſit, ne nauem peteret, hac diſſoluta ſingulas tabulas petere nequit: ſed pacti conuenti exceptione ſubmouebitur, niſi ſpecialiter aliud actum ſit. *l. 27. §. 8. ff. de pact.* Totum enim compoſitum pactus eſt, ne peteret, tabulae autem ſunt pars compoſiti: quo diſſoluto, totum eſſe non intelligitur.

IX. Nauis aedificata etiam, praeter commeatum, inſtruenda eſt, vt ſcimus, gubernaculo, malo, antenna, velis, anchoris, et aliis neceſſariis partibus: quae membra nauis in *l. 44. D. de euict. inſtrumenta in l. 29. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* armamenta in *l. 6. de leg. Rhod. l. 3. §. 1. de rei vindic. l. 5. qui pot. in pign. et Caeſari lib. I. et III. belli ciuil.* dicuntur, vt Graecis ὅπλα, quae nauis gratia parantur. *l. 2. §. 1. D. ad leg. Rhod. de iactu*, et nauis iis vtilis ad nauigandum redditur. *l. 242. D. de verb. ſign.* Licet autem IAVOLENVS et LABEO *in d. l. de V. S.* artemonem negent partem eſſe nauis, quum magis ſit pro adiectamento; tamen non dubitandum eſt, quin ſit inſtrumentum nauis. ALCIAD. *ad l. CCXLII. de V.S.* quo nauis quoque vtilis ad nauigandum redditur. Quippe rei acceſſiones et inſtrumenta, ſi non eſſentialem principis rei partem, vtique aptam et vſui accommodatam conſtituunt, vt artemon, claui, remi, ſcapha caeteraque, quibus armatur et inſtruitur nauis. FORNER *ad l. malum nauis.* Si quis ergo nauem cum inſtrumentis, vel perfectam et inſtructam emerit, omnes hae partes a venditore praeſtandae erunt.

X. Sed maioris dubitationis eſt, an, ſi quis nauem cum inſtrumento legauerit aut emerit, praeſtanda ſit ſcapha nauis? LABEO

 qui-

quidem ita ſtatuebat in *l. vlt. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* Sed PAVLLVS, POMPONIVS, ALFENVS et VLPIANVS negabant in *d. l. et l. 44. D. de euict.* et quidem his argumentis: quod ſcapha non eſſet coniuncta naui, vt alia membra nauis; ſed per ſe parua nauicula, ſeparata a naui: nec eiusdem generis cum inſtrumento nauis. Verum ad hoc regeri poteſt: Etiam armamenta ſeparari a naui queunt *arg. l. 3. §. 1. ff. de rei vindic.* et tamen neceſſariae partes nauis ſunt *d. l. 44. D. de euict.* Et licet ſcapha non ſit eiusdem generis cum inſtrumento nauis, tamen genere conuenit cum ipſa naui, nec ab ea niſi quantitate differt; vt ipſe PAVLLVS fatetur in *l. 29. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.* Sed quidquid ſit, LABEONIS ſententia ſtare poteſt in caſu legatae aut venditae nauis plene inſtructae, et cum omni acceſſione, ſequela et partibus eius. Vt enim partes aedium dicuntur, quae perpetui vſus cauſſa parata ſunt *l. 242. §. 4. de verb. ſignif.* et quibus aedes perficiuntur *l. 245. de V. S.* ita ſcapha poteſt dici pars nauis, quatenus neceſſarium vſum naui praebet, et nauigatio ſine ea commode perfici nequit. Vide quoque Vinnium ad PECK. *in tit. de exerc. act. pag. 80.* vbi poſt alia probat Baldi et Starchae ſententiam, ſcribentium, publicata naui ſcapham, tamquam ſeparatum quid non intelligi publicatam; quod et alias poenae reſtringi ſolent.

CAP. III.
DE IVRE NAVIGANDI.

I. *Finis et vſus nauis.*
II. *Quid ſit ius nauigandi.*
III. *Illud eſſe commune, probatur ex iure naturae gentium, diuino et ciuili.*
IV. *Ius aut ſeruitus nauigandi per lacum alterius.*

I. Quando nauis fabricata et inſtructa eſt, ad hunc finem et vſum paratur, vt nauiget, veluti VLPIANVS ait *in l. 12. §. 1. D. de vſufr.* et res ipſa hoc ſatis indicat. Vt autem conſtet, iuſtam eſſe nauigationem, de eius iure nonnulla obſeruabimus.

II. Ius nauigandi eſt innoxia facultas transfretandi ad vicinos aut remotos populos, a iure naturae, gentium, diuino et ciuili permiſſa, aut foederis, amicitiae, ſocietatis contemplatione ob communionem commerciorum libera; aut iure ſeruitutis in lacu perpetuo debita.

III. Si

III. Si enim eſt libera negotiandi facultas, vtique etiam id, ſine quo illa commode exerceri nequit, liberum erit, nimirum ius nauigandi, aut traiiciendi mare: ſiue id expreſſo pacto, ſiue tacito conſenſu fiat. Hoc primo iuri naturae conuenit. Quum enim non omnia apud omnes hominum vſui neceſſaria proueniant, ex noto poetae dicto:

Nec vero terrae ferre omnes omnia poſſunt:

Ideo Deus per naturam velut fidam humanae neceſſitatis miniſtram ſic ordinauit, vt vſibus hominum per nauigationes et commercia ſuccurreretur, et ſocietatis humanae vinculum conſeruaretur. TVLLIVS *1. Offic. ſeruanda eſt in ſocietate communitas omnium rerum, quas ad communem hominum vſum natura genuit.* Idem ibid. *Quidquid ſine detrimento accommodari poteſt, id tribuatur vel ignoto. Ex quo ſunt illa communia, non prohibere aqua profluente, pati ab igne ignem capere.* Hinc etiam *mare* dicitur *natura omnibus patere in l. 13. D. comm. praed. et ex iure gentium commercia eſſe inſtituta in l. 5. D. de iuſt. et iur.* quod ita communi conſenſu gentes cultiores ſemper obſeruarunt; niſi iuſta cuipiam denegandi cauſſa ſubeſſet. Quo praeterea fine Deus vſum maris et fluminum omnibus hominibus communem feciſſet tam ante, quam poſt diluuium *Gen. 1. v. 28. Gen. 9. v. 2.* niſi omnibus cum effectu patere etiam in nauigandi commoditate voluiſſet? SENECA *l. 4. de beneſ. cap. 28. Deus quaedam in vniuerſum humano generi dedit, a quibus excluditur nemo; nec enim poterat fieri, vt ventus bonis viris ſecundus eſſet, contrarius malis. Commune autem bonum erat, petere commercium maris, et regnum humani generis relaxari.* Hiſce conſentit ius ciuile, quod mare et littora maris vult eſſe communia ipſo iure naturae *§. 1. Inſt. de rer. diu. l. 3. §. 1. Ne quid in loco publ.* et fluminum et publicorum dicitur communis vſus, ſicut viarum publicarum et littorum, in *l. 24. de damn. inf. vid. et Tit. Dig. vt. in flum. pub. nauigare licet.* Et in iure vetatur aliquid fieri in mari, quo nauigationis vſus impediatur. Aduerſus eum, qui molem in mare proiecit, vtile edictum competit illi, cui haec resconcitura eſt. *l. 2. §. 8. D. Ne quid in loco pub.* aut ſi quid in mari fiat, quo ſtatio aut iter nauigiis deterius fiat. *l. 1. §. 17. D. de flum. ne quid in flum. pub. ripaue eius fiat, quo peius nauigetur, et toto hoc tit. item tit. ſeq. Ne quid in flum. pub.* Inuitarunt inſuper veteres imperatores ac principes

cipes nauigantes immunitatibus, collegiorum iure, ſucceſſionis commodo, et aliis emolumentis ad nauigandi induſtriam: vti videre eſt ex *l. 5. §. 3. ſeqq. de iure imm. l. 9. §. 1. de decur. l. 5. de mun. et hon. l. 1. quod cuiusque vn. nom. l. 1. C. de haer. decur. l. 24. C. de excuſ. tut.* aliisque legibus diuerſorum principum ac rerumpublicarum. Si igitur innoxius tranſitus ac nauigatio per mare prohibeatur, prohibens iniuriarum actione conueniri poteſt. *l. 1. §. 9. ne quid in loc. pub. l. 13. §. 7. de iniur.* et qui alterum in eo, quod eſt iuris communis, absque iuſta cauſſa impedit, ad omnis damni reſtitutionem bonorum virorum arbitrio tenetur. Si autem iuris via, vel arbitrorum iudicium ſpernatur, viſque fiat, iniuſta vis iuſte et auctoritate publica repelli poteſt. Sed de his prolixius et accuratius egerunt GROTIVS in toto libello de mari libero, in primis in capite. I. VIII. et XIII. et VASQVIVS *illuſtr. Quaeſt. l. 1. cap. LXXXIX.* aliique.

IV. Sed et nauigandi ius per lacum alterius perpetuum, vel nauigandi ſeruitus imponi poteſt, vt per iſtum lacum perueniatur ad fundum vicinum. Atque ſi ſeruitus ſit ruſtica, debetur praedio ruſtico. *l. 23. §. 1. D. de ſeruit. praed. ruſt.* vrbana, ſi debeatur praedio vrbano, immo et perſonalis, ſi homini id ius conſtitutum ſit. ZOESIVS *ad d. tit. n. 10.*

CAP. IV.
DE IMPERIO MARIS.

I. *Libertatem nauigandi dominio maris videri reſtringi.*
II. *Vnde ſit illud dominium.*
III. *Quotuplex ſit. Quid et quale hic intelligatur. Tentata conciliatio hic diſſidentium.*
IV. *Modus et finis imperii maris.*
V. *Num protectio et iurisdictio maris dominium adferat.*
VI. *Quousque ſe extendat iurisdictio in mari; delinquentes in mari cuius loci forum ſortiantur.*
VII. *Determinationem certae nauigationis non tollere omnem nauigandi libertatem.*
VIII. *Peregrini quatenus admittantur.*
IX. *Quid liceat in eos, qui hoſtibus res ſubuehunt. Nec illud impedire ius commerciorum, ceſſante bello aut prohibitionis cauſſa.*
X. *Velorum demiſſionem in occurſu aut conſpectu regiarum nauium, non ſemper imperium maris arguere, ſed honoris argumentum eſſe: nec nauigationis libertatem diminuere.*

I. At

Digitized by Google

I. At praecedenti capite dictis obſtare videtur imperium vel dominium maris, quo nauigationis vſus ad iuris proprii vel commodi publici rationem referri, aliisque ex arbitrio vel vſu reipubl. concedi aut ſufflaminari queat.

II. Certum quidem eſt, primaeuo iure naturae et conditione hominum, maris vſum et proprietatem omnibus fuiſſe communem, ſed reges, principes et reſpublicae liberae eius dominium vi imperii in terras et vndas illis coniunctas paullatim ad ſe traxerunt. AMBROSIVS *lib. V.* HEXAEMER. *cap. XXX. Principes ſpatia maris ſibi vendicant iure mancipii. Iſte*, inquit, *ſinus maris meus eſt*, *ille alterius. Diuidunt ſibi elementa potentes. Vid. et l. IX. D. de lege Rhod. de iactu*, *et quae in eam notauit nobiliſſ. IC.* IAC. GOTHOFREDVS *cap. VII. de imperio maris.* Idem firmat vetus formula deditionis (collatinorum, apud LIVIVM *lib. I.* in qua non ſolum vrbes, agri et alia; ſed et *aqua* in deditionem venire dicitur. Non tamen principes aut liberi populi imperium habent in vniuerſum mare; nec nauigandi libertatem iure naturae communem tollere poſſunt, aut temere impedire.

III. Quae de hac materia iam a viris clariſſimis, GROTIO in mari libero et in libris de iure belli ac pacis, SELDENO in mari clauſo, RIVIO in hiſtor. nauali, PONTANO in diſcuſſionibus hiſtoricis, et ab aliis eruditis, prolixeque ſunt obſeruata, et ingenioſe vtrinque diſceptata, multis hic non repetam, ne actum agam. Nec illorum controuerſias nunc fere quieſcentes reſuſcitabo: praeſertim quum eorum ſententiae in ſpeciem diſſidentes, ſi recte acceptentur, commode conciliari poſſe videantur. Si nimirum diſcrimen inter *imperium maris vniuerſale*, *et particulare eiusque modum* rite attendatur. Dominium maris vniuerſum et ſummum nulli hominum, ſed ſoli domino dominorum competere, liquet ex *Pſalm. VIII. v. 9. Pſalm. LXXII. v. 8. Pſalm. LXXXIX. v. 10. Zachar. IX. v. 10.* quod Deus etiam inſignibus miraculis V. et N. Teſtamenti ſatis manifeſtum fecit. Et nonne quotidiani inſtar miraculi eſt, (quamuis aqua cum terra vnum conſtituat globum, et Deus naturam per media regat) diuinique imperii in vniuerſum mare fructus, ac beneficium erga mortales prorſus eximium, quod vaſtum illum oceanum intra terminos ſuos Deus coercet, ne terram impetu ſuo, violento aeſtu, ac exundatione, vt interdum minari videtur, (nec abſ-

Digitized by Google

abſque damno accolarum maris, ſi ſuis hoc delictis meriti ſint) obruat ac ſubmergat? de quo *Hiob. c. 38. v. 10. 11. Ier. 5. 22.* quod fluctibus et ventis, quoties ipſi placet, quietem et ſilentium verbo aut nutu imperat. Quod tot homines in tot maritimis et tam periculoſis itineribus ſeruat. Caeterum quod PROCOPIVS *l. 1.* de aedific. orbem in manu ſtatuae imperatoris poſitum fuiſſe tradit, ὅτι γῆτε ἀυτῷ καὶ θάλασσα δεδούλωται πᾶσα, quia terra ipſi et omne mare ſeruierit, hoc ad orbem Romanum, qualis tunc erat latitudine quadam oeconomica, per ſynecdochen integri referendum eſſe, recte notauit IAC. GOTHOFRED. *V. CL. cap. VIII. ad l. deprecatio leg. Rhod. de iactu.* Ita MARO de Romanis. *1. Aeneid.*

Qui mare, qui terram omni ditione tenerent.

Sed mare particulare, vt vocant, vel ſingulare imperio regis, principis aut reipubl. ſubeſſe poteſt, quatenus eſt in eius ditione, ita tamen, vt vſus nauigationis et innoxius per id mare tranſitus etiam aliis eius iuriſdictioni non ſubiectis iure gentium et humanitatis lege pateat. Hoc diſcrimen ipſi auctores modo laudati, ſi penitius inſpicias, agnoſcunt, vtut in aliis nonnullis diſſentiant. Illud paucis ſignare placet. SELDENVS *lib. 1. mar. clauſ. cap. VI. Quidquid*, inquit, *adquirant homines, reſtat ſemper Deo O. M. vt naturae vniuerſalis parenti, dominium illud ſupremum tam hominum quam rerum prorſus omnium: quod nemo ſanus negarit. Sed de dominio humano controuerſia eſt; eo ſcilicet, quod vſumfructum et proprietatem qualemcumque, integro ſemper numinis, quod nequit minui, dominio, complectitur.* Et cap. XX. *Humanitatis quidem officia exigunt, vt hoſpitio excipiantur peregrini, etiam vt innoxius non negetur tranſitus.* Quem tamen negat imperio maris priuato derogare, eumdem a territorii dominis temperari ſolere, ait, pro commodi publ. ratione. Vid. et cap. XXIII. et paſſim alibi. Simile quid RIVIVS *l. 3. hiſtor. naual. med. cap. XXXVIII. Mare* (alicuius territorio ſubiectum) *amicis, hoſpitibus, foederatis, ſociis denique noſtris patere; hoſtibus vero et alienis non item, niſi noſtra id voluntate et permiſſione fiat.* Ab hac ſententia non prorſus abit GROTIVS, vt ipſe SELDENVS fatetur *lib. 1. mar. clauſ. cap. XXVI. pag. 218. 219. In libris*, inquit, *de iure belli ac pacis* (*lib. 2. §. 2. et 3.*) *Grotius poſita quidem originis priuati dominii ratione, in eo quod eſt, loca priuatim adſignata vniuerſorum commodis non ſufficere, propter maris magnitudinem et abundantiam*

Digitized by Google

dantiam inexhauſtam, quae ſufficiat omnibus, in proprium id ius abire non poſſe concludit. Alia item adiicit de interminata maris natura; de quibus vtrisque ſatis eſt dictum ſuperius. Sed tandem receptis populorum ſe moribus dedit, et de maris proprietate, ſeu dominio priuato, vt re extra controuerſiam interdum concedenda, non ſemel loquitur. Nimirum *d. cap.* §. *13. et cap. 3.* §. *7. 8. lib. 2.* quae apud ipſum in dicto libro, qui in omnibus fere manibus eſt, inſpici poſſunt. Idem GROTIVS *in d. cap. 3.* §. *12.* ait: *Illud certum eſt, etiam qui mare occupauerit, nauigationem impedire non poſſe inermem et innoxiam, quando nec per leges talis tranſitus prohiberi poteſt, qui et minus ſolet eſſe neceſſarius et magis noxius.* Et §. 13. *Vt autem ſolum imperium in maris partem ſine alia proprietate occupetur, facilius potuit procedere: neque arbitror ius gentium obſtare.* Idem *in cap. V. mar. lib. p. m. 44. Si quid earum rerum per naturam occupari poſſit, id eatenus occupantis fiat, quatenus ea occupatione vſus ille promiſcuus non laeditur.* Et *pag. 63. ibid. Omnes, qui mare volunt imperio alicuius ſubiici poſſe, id ei attribuunt, qui proximos portus et circumiacentia littora in ditione habet.* Et mox: *Deinde vero etiam qui mari imperaret, nihil tamen poſſet ex vſu communi deminuere, ſicut populus Rom. arcere neminem potuit, quominus in littore imperii Romani cuncta faceret, quae iure gentium permittebantur.* PONTANI denique *lib. II. diſcuſſionem hiſtoric. cap. II.* haec ſunt verba: *Mare, ſi eius vaſtitatem videamus, eſſe numinis ac Dei omnipotentis, ex Pſalmo CXV. conſtat. Nam de partibus ſingulis, deque maribus particularibus nemo negauerit, alicuius eſſe ea dominii poſſe.* Ibid. *quod ſub finem eiusdem capitis ſubiicitur, mare non minus ac tellurem dominii priuati capax eſſe, lubenter concedimus, ſi de mari ſingulari id capiatur, nequaquam, ſi de vniuerſali.* Caetera breuitatis cauſſa praetereo, quae apud ipſum legi poſſunt.

Si vero noſtrum non eſt inter illos tantas contemnere lites;

Audiant Reginam Angliae Eliſabetham arbitram, quae ſic per ſenatum reſpondit Hiſpanico in Anglia legato apud Camdenum ad an. 1580. *Rei alienae donationem et imaginariam proprietatem, et praeſcriptionem, quam obtendat rex Hiſpaniae, nihil obſtare, quo minus caeteri principes commercia in indicis regionibus exerceant, et colonias, vbi Hiſpani non incolunt, iure gentium nequaquam violato, deducant; nec non oceanum illum vaſtum libere nauigent: quum maris et aeris*

ris vſus omnibus ſit communis. Nec ius in oceanum populo aut priuato cuipiam poſſit competere, quum nec naturae, nec vſus publ. ratio occupationem permittat. Item ad annum 1602. *Principes non habere iurisdictionem niſi in mari territoriis ſuis propius adiacente; idque vt nauigationes ſint tutae a piratis et hoſtibus.* Hic modus et finis iſtius Imperii ſingularis in mare ſimul indicatur: vt nimirum hoc imperium ita vſurpetur, vt tamen nauigantibus iuſtus maris vſus integer relinquatur et vt mare purgetur a praedonibus et hoſtibus. Hunc finem etiam ſpectauit STRABO *lib. 14. Geogr.* vbi de imperio maritimo Rhodi loquitur, *ἐθαλασσοκράτησε πολὺν χρόνον ad longum tempus imperium maris habuit*, ſtatim addit: *καὶ τὰ λῃστήρια καθεῖλε et piraticam ſuſtulit.* Idem DIODORVS *Sicul. lib. XX.* adfirmat: *Rhodios in commodum Graecorum aliorumque tranſeuntium mare praedonibus purgaſſe.* Auguſti inſcriptio Ancyrae reperta:

MARE. PACAVI. A. PRAEDONIBVS.

V. Occaſione huius non abs re diſquiritur, num protectio maris eiusque purgatio a piratis, et animaduerſio in eos confeſtim det dominium maris? quod non temere exiſtimandum. Quamuis enim facile demus, eos, qui imperium particulare maris habent, nauibus praeſidiariis in illo diſpoſitis poſſe et debere mare tueri, praedonibus purgare, atque eos, vt decet, plectere, tutamque tranſeuntibus nauigationem praeſtare: (conf. *l. vn. C. de claſſic.* quo nomine etiam vectigal pendi non iniquum eſt; hoc tamen non reciprocum, vt, qui mare aut flumen protegit, piratas tollit, ſtatim habeat maris aut fluminis dominium. Quippe protectio non dat dominium. *c. recepimus in fin. ext. de priuil* GAIL. *2. obſ. 54.* Et piratae, tamquam communes generis humani hoſtes, etiam a priuatis capi ſupplicioque tradi poſſunt; qua de re fuſius infra in peculiari capite de piratis. Accedit, quod protectio et iurisdictio, quae etiam temporaria eſſe poteſt, a proprietate maris diſtinguenda eſt. Poteſt item hoſtis claſſe potentior, et victor, imperium maris tenere; ſed idem fortuna vertente amittere, vel pace facta priori domino reſtituere. Quod obuia paſſim exempla docent. Dominium autem ex ſua natura perpetuum eſt. Sed et claſſes praeſidio nauigantium diſponere atque piratas punire, non ex proprio ſed communi iure deſcendit, quod etiam aliae liberae gentes habere poſſunt. Sic Hollandi aliquando purgarunt mare

Digitized by Google

mare praedonibus, cuius rei ſignum ſcopae malo impoſito praeferebant. Non tamen inde ſibi proprietatem maris vindicarunt. Illud interim largiendum eſt, inter gentes vicinas ita conuenire poſſe, vt capti in maris hac vel illa parte, huius aut illius reipubl. iudicio ſiſtantur, atque ad commoditatem diſtinguendae iurisdictionis fines deſcribantur. Quod ipſos quidem, hanc ſibi legem dicentes, non alios obligat: neque locum alicuius proprium facit, ſed ius in perſonas contrahentium conſtituit. GROT. *c. V. maris lib.*

VI. Iurisdictionem autem habens in territorio vel diſtrictu mari cohaerenti, habere exiſtimatur in mari iurisdictionem vsque ad duorum dierum iter, vt Dd. volunt. *Vid.* HIERON. *de monte Brixiano in tract. de fin. reg. cap. 7. n. 12. 13.* BODINVS *l. 1. de rep. c. vlt.* iure quodammodo principum omnium maris accolarum communi receptum eſſe teſtatur, vt ſexaginta milliaribus a littore princeps legem ad littus accedentibus dicere poſſit. In cuius rei fidem citat BALDVM, *in rub. de rer. diu. col. 2. et in l. quum proponas de naut. foen.* Per ſexaginta autem milliaria procul dubio ex mente Baldi Italica milliaria intelligit. Atque ita iudicatum in cauſſa ducis Allobrogum, ibid. notat. Licet non deſint, qui principibus ſuis ius ad iurisdictionem in mari longius metari velint. Communiter tamen delictum in mari perpetratum in illa ciuitate ſeu republ. puniri ſolet, ad cuius iurisdictionem mare ſpectat, cuiusque portui locus ille maris propinquior eſt. ZVAR. *de vſu mar. conſil 1. n. 3.* Sed ſi crimen in mari inter duas vrbes aequaliter diſtantes commiſſum ſit, eius cognitio ad vtramque per concurſum iurisdictionis pertinebit: quia delictum commiſſum eſt in confinio, quod eſt commune vtriusque ciuitatis. Si vero eadem pars maris ad plures pertineat, illi omnes poterunt cognoſcere; ita tamen, vt ſit praeuentioni locus. Praeuenire autem dicitur, qui delinquentem cepit in mari, licet alius iudex prius eum citarit. Ita ſtatuit HIERONYMVS *de mont. Brix. d. loc. n. 9. 10. 11. et c. 25. n. 8.*

VII. Praeterea pactis quibusdam certi termini nauigationis definiri poſſunt a victore, vel ab illo, qui mari dominatur: quod exemplis et moribus gentium probant GROT. *lib. 2. de iur. bel. et pac. cap. 3. § 15.* PONTAN. *diſcuſſ. hiſtor. l. 1. c. 21.* illa tamen definitio imperium maris non abſolutum reddit; ita vt aliorum populorum, ad quos illa pacta

nihil pertinent, libertatem nauigandi plane tollat, aut eos obliget. GROT. *d. loc.*

VIII. Sed nec domini in ſuas terras ad quosuis mercatores et peregrinos ſuſpiciendos inuiti iure gentium cogi poſſunt; ſed id facient bona cum gratia, vel ex indultu, commerciorum foedere, vel communi humanitatis lege. Modo peregrini ad licitos portus accedant, ibique quod debent vectigal ſoluant, nec ſe indignos humana conſuetudine et iuſtis amicisque commerciis reddant; nec vetita aut illicita inferant, aut ob iuſtum metum detineantur. SELDEN. *l. 1. mar. clauſ. 21.* RIV. *l. 3. nau. hiſt. med. c. 38.*

IX. Incidit hic illa nobilis quaeſtio, num liceat, vigore imperii in mare, durante bello prohibere certarum mercium ſubuectionem hoſti ſubminiſtrandam ab illis, qui neutrarum ſunt partium, vel ab aliis? Quamuis pro varietate temporum et ſtatus hoc a nonnullis populis non eodem modo ſemper obſeruatum ſit, tamen quid communiter et plerarumque gentium iure hic obtineat, ſcire ſatis erit. Hoc autem in confeſſo eſt, ſi libera transeundi facultas per alieni territorii mare negata ſit illis, qui merces hoſtibus aduehebant, eam non tam intuitu dominii maris, quam ne hoſtem commeatu contra publicum interdictum iuuarent, denegatam eſſe. Hoc ipſe SELDENVS, qui etiam ex hac cauſſa dominium maris adſertum it, inficias ire nequit. Quippe *l. II. mar. clauſ. c. XX.* ſcribit, quibusdam principibus et rebusp. ab Eliſabetha petentibus, vt flagrante inter eam et Hiſpanum bello, liber ipſis eſſet per mare Anglicanum tranſitus cum annona in Hiſpaniam, eam licentiam eſſe denegatam, *non ſolum dominii maris cauſſa, ſed inprimis, ne hoſtibus commeatus adferrentur.* Ibid: refert, quum naues Hanſeaticorum frumento onuſtae a claſſiariis Anglicanis in ipſis Vliſſiponis faucibus extra territorium Angliae marinum captae eſſent, quae per mare Scoticum et occiduum in Luſitaniam tendebant, clamitaſſe inde Hanſeaticos, iura gentium, commerciorum, foederum violata eſſe; *nauibus ab Anglia ita eo ſolum nomine, quod ad hoſtem commeatus deferrent, captis* in territorio, cuius ſe dominam ne obtendebat quidem Anglia. Plura, ſi lubet, vide apud SELDENVM dicto capite, et PONTANVM *lib. I. Diſcuſſ. hiſtor. cap. XIII.* Si vero imperii maritimi ius hic forte quis obtendat, tamen frequentius ex dicta cauſſa, quam iure imperii maritimi, edictis publ. prohibitam eſſe et prohiberi conſtat

earum

Digitized by Google

earum rerum, quibus hoſtis vires iuuarentur, non vero ita aliarum innoxiarum mercium tranſuectionem, idque quodam naturae gentium aut belli iure. Velut proteſtantes reſponderunt Luſitanis, quum eorum XXV. naues ſpoliaſſent, quae in portu haerentes deſtinauerant frumentum Hiſpano tunc hoſti ſubuehere. *Iure belli licere tales ſpoliare naues: quippe rem edictis et conſtitutionibus regiis prohibitam eſſe*, apud THVANVM *hiſt. l. LXIV.* Quamuis autem non ſemper ab extraneis huiusmodi edictorum ratio habeatur, ſed interdum diſtinguant tempora, cauſſas, loca; tamen hoc facere eos ſuo periculo par eſt, praeſertim ſi praemoniti ſint, vt ſibi ſuoque damno caueant. Hic locum habet illud Amalaſuenthae ad Iuſtinianum: *In hoſtium eſſe partibus, qui bello neceſſaria hoſti adminiſtrat.* apud PROCOP. *l. Goth.* Nec eſt, quod quis commercandi libertatem neutrarum partium titulo excuſet. Sic enim ſuum commodum quaeret, ne aliis hoc ſit fraudi et incommodo. Quum vrbes Hanſeaticae anno MDLXXXIX. graues inſtituerent querelas ad Reginam Angliae, de interceptis ab Anglis ſexaginta nauibus, in Hiſpaniam cum frumento et adparatu nautico tendentibus, quaſi priuilegia antiqua violata eſſent, reſpondit Regina: *ſe praemonuiſſe, ne apparatum bellicum ad hoſtes regni Angliae ſubueherent: ſubuehentes licite intercepiſſe, nec aliter potuiſſe, niſi perniciem ſibi et ſuo populo ſponte attrahere maluiſſet. Priuilegia, quae ſunt leges priuatae, contra publicam ſalutem, quae lex ſuprema, non adſerenda. Immo illo priuilegio regis Eduuardi primi, Hanſeaticis indulto, diſerte caueri, ne merces in terras manifeſtorum et notoriorum hoſtium regni Angliae deueherent &c. Neutralitatis iure ita vtendum eſſe, vt dum alterum iuuemus, alterum non laedamus.* Et apud ALBVM GENTILEM *de iur. bell. l. 2. c. 22:* Regina Eliſabetha Hanſeaticis ciuitatibus conquerentibus, naues ſuas a claſſe ſpoliatas Anglica contra foedus, quo cauetur, vt illae ciuitates tutae poſſent eſſe amicae etiam hoſtibus Angliae, et cum iis habere commercia, *Non eſſe hoc colere cum vtriusque amicitiam, ſi alteros laedas, iuues alteros: vt immo hoc eſſe auxiliari hoſtibus, et cum hoſtibus aduerſus alios facere.* Idem eſt AMBROSII effatum *III. de offic. c. IX. Si non poteſt alteri ſubueniri, niſi alter laedatur, commodius eſt, neutrum iuuari, quam grauari alterum.* De illo tamen Hanſeaticarum facto vide quoque THVAN. *hiſt. l. XCVI. p. m. 470. 471.* Si vero ſubditi foueant hoſtis vires commeatu, aut aliis

Digitized by Google

mercibus illicitis, non ſolum poenae publicationis et confiſcationis aduectorum, ſed etiam capitis ſe obnoxios faciunt; vt eſt in iure *R. l. II. D. de publican. l. 2. C. quae res exp. l. vn. C. de littore et itin. cuſtod.* quin ſi euidentiſſima ſit hoſtis noſtri in nos iniuſtitia, et exteri eum in bello iniquiſſimo confirment, non tantum ciuiliter de damno, ſed et criminaliter teneri, vt is, qui iudici imminenti reum manifeſtum eximit, et in eos ſtatui poſſe, quod delicto conuenit, ita vt intra eum modum etiam ſpoliari poſſint, cenſet GROTIVS *de iure belli et pacis 3. 1. 5.* Sed ſi alterius hoſtis noſter ſit amicus aut confoederatus, vel cuius cauſſam iuſtiorem eſſe ſciamus, nonne ſine offenſione foederis pro eo niti, et plura amicitiae officia ipſi praeſtare licet: Quamuis coniunctio et neceſſitudo arctior hoc ſuadere videatur; tamen hic reges ac principes, contra quos ſubſidia hoſti mittuntur, magis, quid ſibi ſuoque regno, quam quid hoſti eiusque amicis expediat, curare eaque intercipere ſolent. Vt in oratione ſua Regina Angliae legato Poloniae, qui nomine ſui regis expoſtulabat, ius gentium eſſe violatum in commerciis, cum Hiſpano affine ſuo prohibitis, reſpondit apud CAMDENVM ad annum 1597. *Quod ius gentium toties in oratione vſurpas, ſcire debes, exorto inter reges bello licere, vni parti auxilia vel ſubſidia ad alteram miſſa intercipere, et prouidere, ne damni quidquam inde ſibi exiſtat. Hoc nos dicimus naturae ac gentium iuri eſſe conſentaneum, et non a nobis ſolum. ſed etiam a Poloniae Sueciaeque regibus factitatum in bellis, quae cum Muſcouitis geſſerunt.* Verum ne nimis excurram, de his conſulatur GROTIVS *d. l. III. de iur. bel. ac. pac. c. 1. n. 5. et ib. in notis fuſe, et lib. III. cap. XVII. n. 3.* Hoc tantum breuiter addam: quod bello durante ita, vt dictum eſt, prohibetur, ſuſpendit tantum ad tempus et quidem in certo loco, non tollit commerciorum libertatem, quae tota redit ceſſante bello. ALB. GENTILIS *l. 1. de iur. belli cap. XXI. Tolerent id mali ad tempus. Id nec eſt impediri commercium, vt neque quum niſi ad loca aliqua impeditur.* Num vero, ſi priuati mercatores aduehant hoſti commeatum aut puluerem tormentarium, id luet respublica? de hac quaeſtione plura dicentur *in lib. III. cap. 4. §. 6.*

X. Quamuis mos vetus ſit in occurſu regiarum nauium vela dimittere, de cuius antiquitate LIPSIVS *l. 1. elect. c. XXIII.* et tormentorum exploſione, ſecundum loci conſuetudinem, naues tales obuias ſalu-

ſalutare; tamen haud ſemper et per ſe in recognitionem dominii maris ſed honoris cauſſa plerumque fit, etiam illis in locis, vbi vel non alterutri vel neutri maris eſt dominium. Cuius rei ſingulare notauit exemplum SLEIDANVS *lib. XXII. hiſtor. De nauibus interceptis, edito ſcripto Caeſariani ferunt, quum nihil minus quam bellum Caeſar exſpectaret, ac ſuis, vt eſſent pacati, mandaſſet, Gallicum ducem Polinum in has incidiſſe, et quaſi Reginam Scotiae veherent, nunciaſſe illis, vt honoris cauſſa pro more antiquo atque recepto ponerent antennas, vela dimitterent, eamque tormentorum ſonitu ſalutarent. Id quum feciſſent, inermes fuiſſe per fraudem circumuentos et abductos.* Quid circa hanc rem anno MDCXLVI. contigerit in occurſu nauis Suedicae praetoriae regiae tunc in Galliam legati Illuſtriſſ. Comitis magni de la Gardie, et Britannicae, adhuc in recenti eſt memoria. Si de hac velorum demiſſione inter reges conuenire non ſatis poſſit, ſub certo pacti modo definiri ſolet, quod etiam factum eſt in pactis pacis regum Suediae et Daniae anno MDCXLV. artic. V. XIV. XV. Nec tamen illa velorum demiſſio nauigandi libertatem iure gentium receptam minuit.

CAP. V.

DE ANGARIIS VEL PRAESTATIONIBVS.

I. *Angarias nauium non praiiudicare libertati nauigandi et commercandi.*
II. *Vnde dicantur Angariae*
III. *Quae ſint Angariae nauium.*
IV. *Quo iure imponantur.*
V. *Ab illis neminem immunem eſſe*
VI. *Cauſſa huius oneris*
VII. *Poena doloſe hic agentis, recuſantis aut retardantis*
VIII. *Fide et ſecuritate publica munitos eſſe angarias nauium praeſtantes.*
IX. *Num ex damno talibus nauibus dato princeps loci teneatur.*

I. Quamuis Angariae nauium ſint onus aliquod, quo ſeruire naues tenentur, tamen et hoc non praeiudicat libertati naturali commerciorum ac nauigationis: quum ſolum ſit temporarium, et publicae neceſſitatis, vt poſtea oſtendetur; qua ceſſante ceſſat.

II. Eſt autem Angariarum vox Perſica vt HERODOTVS *lib. VIII.* HESYCHIVS et SVIDAS, et ex illis BRISSONIVS *lib. I.* de regio Perſarum principatu *p. m. 147.* notant; quae vox, ex quo Perſarum potentia orientem inuaſit, ad Hebraeos tranſiit, vt obſeruat GROTIVS in cap. V.

Matthaei, et ab illis ad Graecos. Eadem occurrit Math. cap. V. 21. cap. XXVII. 31. et alibi. *Alluſio vocis Graecae ἄγγω et Latinae Ange adprime congruit*, inquit TABOR in erudito commentario iuris Metatorii. *p. 2. c. 3. n. 4.* Congrue quoque videtur Suedicum verbum *Aenger*, et germ. *änger*, *Angſt.* Sed haec aliorum curioſitati relinquo. Alias ἀγγαρεία veteribus Graecis ipſa fuit δουλεία, ſeruitium vel opera, quae ab inuito praeſtatur; recentioribus, tranſitus et euectio per viam publicam, vt obſeruat CL. SALMASIVS *in lib. de foenore* TRAPEZIT. *pag. 276. In pari ſenſu iuriſconſulti vocem Angariarum et angariari naues in l. 4. §. 1. D. de priuil. veteran, l. 7. Cod. de Fabricens. acceperunt.* Quod etiam *ſeruire naues* quidam dicebant. Inſcriptio veteris lapidis apud GRVTERVM pag. DCXLII. licet alia in re:

SVB. L. ARRVNITO.
STELLA. NAVIS HARE.
NARIA. QVAE. SER.
VIT. IN. AEMILIANIS.

Sic noſtri Suedi praeſtationem nauium, *Ticna* ſeruire adpellant, Germani et Belgae *Preſſen*, quaſi *premere* aut *exprimere*. Sed de adpellationibus ſatis.

III. Angariae nauium ſunt praeſtationes earum in transuehendo comitatu regio, vel liberae reipubl. aut militari inſtrumento, commeatu, armis, equis, exercitu, tempore expeditionis.

IV. Has angarias imponere poſſunt nauibus illi principes et reſpublicae, quae iura maieſtatis habent. Inter regalia enim referuntur quoque *nauium praeſtationes*, *in c. vn.* quae ſint regalia *lib. 2. feud. tit. 56.* Vnde vt aliorum regnorum ac rerumpubl. ita et Sueciae moribus ad dictum onus adſtringuntur naues: quo fine illis ſignum vnius vel trium coronarum, quod eſt regni inſigne, inſcribi ſolet: quo obligantur ad ſeruiendum coronae in dicto caſu.

V. Ab hoc onere nullius nauis immunis eſt. Ideo nec diuerſorum hominum titulo, nec praerogatiua perſonae, nec priuilegio dignitatis aut beneficii hic ſe quiſquam tueri, vel ab hoc onere excuſare poteſt. *priuil. nobil. Sued. art. 18. 19. priuil. Holm. 25. l. 4. §. 1. D. de priu. veteran. l. 18. §. 24. D. de mun. et hon. l. 10. 11. C. de SS. Eccl. l. 1. 2.* C. *de nau. non exuſ. l. vn. C. de naut. Tyb. tit. Cod. de naui-cular. ſ. n. p. 5. t.* Ne ipſorum quidem peregrinorum naues hic immuni-

munitatem habent. *l. vlt. §. 22. D. de mun. et hon.* SIXTIN. *de Regal. lib. 2. c. 13. n. 22.* ſed pro congrua mercede ſeruire tenentur; nihil remorante, etiamſi mercatori ſub certa poena promiſerint, alio merces deuehere, qua de re plenius *inf. l. 3. c. 5. §. 7.*

VI. Cauſſa huius oneris eſt neceſſitas et vtilitas publica in expeditione principali aut liberae reipublicae. Omnes enim in commune, ſi neceſſitas exegerit, conuenit vtilitatibus publ. obedire *l. Multi C. de nau. non excuſ.* Et aduerſus ius publ. ceſſant omnia priuilegia. TABOR. *d. loc. n. 9.*

VII. Si quid in fraudem huius iuris attentatum fuerit; publicatione nauis plectitur *l. 10. C. de SS. Eccleſ. l. 1. C. de nau. non exc.* Si vero naucleri negligentia remorentur obſequium aut alii impendant transuectionem; detineri poſſunt cum nauibus, donec pareant, aut ex merito luant, ſecundum poenam *l. vlt. C. de Fabricens.* expreſſam aut arbitrariam in diuerſis locis. Si quis recta nauigatione contemta, littora deuia ſectatus, annonam publicam aut alia, quae deportanda ſuſcepit, auerterit et vendiderit, iure R. vltimo ſupplicio adficitur. *l. 3. 4. C. quae res venire l. 7. de Nauicular.* Eidem poenae obnoxios eſſe emtores talium rerum quidam volunt, alii vero, poena extraordinaria adfici. PECK. *et* VINN. *in d. l. 7. pag. 381. 382. 383.*

VIII. Qui angarias nauium praeſtant, aut ſpecies annonarias reipubl. transferunt, fide publica et ſecuritate venientes, et remeantes frui, nec concuſſiones aut aliquod genus incommodi perpeti debent; decem librarum auri mulcta his iure R. propoſita, qui eos inquietare tentauerint. *l. 3. Cod. de Nauicul.*

IX. Si naues in praeſtatione angariarum deripiantur a praedonibus vel hoſtibus, aut deteriores reddantur, num a principe, cui iſtae angariae debentur, hoc damnum erit reſarciendum? Non videtur: quod ſubditi non cenſeantur naues ſuas locaſſe principi, ſed obligationi ab ipſa lege ſibi impoſitae ſatisfeciſſe. PECK. *in tit. Cod. de nau. non excuſ. p. m. 389.* Praeterquam quod nemo ordinarie ex alieno facto obligetur, ſed ſuum cuique factum noceat. *l. 155. D. de reg. iur.* Immo etiamſi locatio exterarum nauium facta ſit, tamen conductorem teneri negant: quum damnum praedonum vel hoſtium incurſu datum caſibus fortuitis annumeretur, nec a conductore praeſtetur, quia absque culpa eius accidit. *l. 23. de R. I.* Excipiendum tamen vo-

Digitized by Google

volunt, ſi onus non nautam ſed vniuerſitatem reſpiciat; tunc aequum eſt, per eam ſuccurri PECK. *d. loc.* aut ſi princeps ex ſingulari fauore damnum ipſi refundere velit: aut niſi princeps ipſe vel per ſuos damnum intulerit, quia proprium factum interuenit, ad ſatisfactionem tenetur. SIXTIN. *de Regal. 2. 13. 77. et ſeqq. late.* Qui vero per ſe in tales naucleros praedas egerunt, ordinaria raptorum aut piratarum poena deprehenſi plectuntur. *l. 5. Cod. de Nauicular.*

CAP. V.

DE IVRE FLVMINVM.

I. *Flumina publica et priuata. Flumina publ. nauigabilia inter regalia referri, nec ſimpliciter poſſe illorum, qui ſuperiorem recognoſcunt, fieri.*
II. *Vſum fluminum iure gentium communem eſſe, non obſtante alterius dominio, aut iurisdictione.*
III. *Fluuialia incrementa quibus cedant etiam in vaſallo. De inundatione ibid.*
IV. *Num molendinum in flumine publ. aedificare liceat; num in priuato poſt alium.*
V. *Tutorem non poſſe alienare molendina pupilli absque decreto iudicis.*
VI. *Vi fluminis in alienum fundum delata quomodo vindicanda ſint.*
VII. *Num damnum vi fluminis ex ruina aedium, aut in coloni fundo datum in aeſtimationem veniat.*
VIII. *Si via aut fines vi fluminis confuſi ſint, quid iuris.*
IX. *Littorum vſum communem eſſe, quatenus in illis aedificare liceat.*
X. *In littore inuenta num fiant occupantis.*
XI. *Vſum riparum eſſe publicum. Quantum in illis facere liceat.*
XII. *Ripatica quatenus ad regalia referantur.*

I. Supereſt, vt poſt maris ius de iure fluminum, et quae iis adhaerent, tamquam cognata materia, breuiter agamus. Flumina vel ſunt publica vel priuata. Publica ſunt perennia, vel quae ſemper fluunt. *l. 1. §. 2. 3. l. 3. D. de flum.* etiamſi aliqua aeſtate exaruerint *d. l. 1. §. 2.* et quae ſunt communis vſus. Priuata, quae ſunt torrentia, et quae ſolum hyeme fluunt, ſuntque priuati vſus. Quo ſenſu Marcianus IC. dixit: flumina *pene* omnia et portus publica ſunt. *l. 4. §. 1. D. de diuiſ.* rerum. Flumina publ. nauigabilia vel nauigationi apta, inter regalia hodie referuntur *c. vn. quae ſint regalia.* Nec ſunt eorum, qui ſuperiorem recognoſcunt, niſi ex peculiari conceſſione, et inueſtitura ſuperioris, vel conſuetudine et praeſcriptione immemoriali, quae vim legis habet, illis acceſſerint. SIXTIN. *de regal. 2. 3. 31.*

MEV.

MEV. *in ius Lub. 3. 4. 6. §. 13. 14. ſeq.* Generali vero regalium facta mentione flumina conceſſa non cenſentur, niſi diſerte et ſpeciatim eorum mentio fiat. SIXTIN. *de loc. n. 22.* ſaluis tamen ſupremo magiſtratui ſeruatis, quae a maieſtate diuelli nequeunt. Inter quae eſt ius vectigalis, quod in flumine exigi nequit, niſi a ſuprema poteſtate ordinumque conſenſu ſpecialiter conceſſum ſit. MEV. *de loc. n. 17. 18.* Flumen tamen, qua tale, proprium eſt eius, intra cuius territorium fluit, vel eius, cuius in ditione eſt populus GROT. *de iur. bell. et pac. c. II. 12.*

II. Licet autem princeps vel liber populus dominium et iuriſdictionem habeat in flumine publico, quod intra eius fines fluit, et fructus vectigalium, piſcationum et aliorum redituum inde percipiat, omneque impedimentum tollat; vſum tamen fluminis et tranſitum, qui proſit transeuntibus, et non noceat dominii auctoribus, denegare nequit: quippe qui iure humanae ſocietatis patere ſolet. AVGVSTIN. *ad c. 10. Num. l. vn. §. 1. D. vt in flum. publ. nauig. lic.* GROT. *de iur. bell. et pac. c. II. 13.* SENEC. *lib. 4. de beneſic. cap. 5. Flumina illa praebitura commerciis viam, vaſto et nauigabili curſu vadentia.* Inde flumen *publicum* eſſe dicitur actiue et paſſiue. *Actiue*, ratione imperii in flumen, quod principi aut libero populo competit. *Paſſiue*, ratione liberi vſus, quod nauigantibus in eo conceſſum eſt, modo ſine aliorum iniuria et fluminis detrimento fiat. GRAEF. *iur. publ. 26.*

III. Naturaliter inſula in flumine nata et alueus exſiccatus aut derelictus eius eſt, cuius eſt flumen, ſiue patrimonii publici, ſiue priuatorum. Idem de alluuionibus ſtatuendum, vt ſint principis aut populi, ſi flumen ſit publicum. Princeps tamen aut liber populus proxima praedia poſſidentibus concedere poteſt, ſi agri eorum non alium finem ex ea parte, quam naturalem, id eſt, flumen ipſum habeant. Si princeps vaſallo cum definito in flumen imperio certi territorii agros dederit, ſaluo eo, quod priuatis competit; hic vaſallus idem ius in flumine habebit, quod principis aut populi fuit. Cui vero flumen ipſum datum eſt, inſulas ſiue limo aggeſtas, ſiue factas ex alueo, quem amnis circumluit, ſuas facit. Si neutrum horum in inueſtitura ſit expreſſum, mos regionis, aut longa praeſcriptio hic locum habebit. Si non imperium in flumine, ſed ager in feudum datus ſit, alluuio feudo comprehenſa cenſebitur in agro arcifinio, pro

Digitized by Google

eius qualitate. Ager autem arcifinius dicitur, qui fines hoſtibus arcendis idoneos ac naturales habet, quales ſunt flumina et montes: GROT. *l. 2. de iur. bell. ac pac. cap. 8. 9. 11. 12. 15.* Inundatio vero naturaliter agri dominium non tollit, ſi ſit temporaria: quia ſubſtantiam agri non mutat. Si verò ſit perpetua et grauiſſima inundatio, quae mutata re contingat, praeſumitur animus derelinquendi; niſi circumſtantiae boni viri arbitrio aeſtimandae aliud ſuadeant. *Id. ib. n. 10.* LYKLAMA *lib. VII. membr. ecl. 47. conſ. quae notaui in ſynopſ. iur. diſſ. 5. §. 37. 38. ſeqq.* Si flumen curſum mutauerit, an ſimul imperii terminus mutetur; et quae flumen adiecit, an eis cedant, quibus adiecta ſunt, de hac quaeſtione fuſe differentes vide GROTIVM *lib. 2. de iur. bell. et pac. c. 3. §. 16. 17. 18. et* HEIGIVM *lib. 2. quaeſt. iur. c. 40.* vt et de tota alluuionis ac inſularum materia Aymum, Gryphiandrum et alios.

IV. Trita quidem eſt quaeſtio, num molendinum in flumine publ. abſque magiſtratus conceſſione aedificare liceat; attamen quia de iure fluminum ſermo eſt, ex occaſione eam paucis diſcutiemus. Conſtans autem iurisconſultorum adſertio, tale quid non licere: ne per id vſus fluminis impediatur aut deterior reddatur: *toto tit. dig. ne quid in flum. publ.* Verum in locis et aquis priuatis hoc licet: quum hic quisque iure ſuo vtatur *l. 24. §. 12. de damn. inf.* Si non fiat in fraudem alterius, nec commodum aquae naturale cum eius iniuria intercipiatur. *l. 6. 7. cod. de ſeruit. et ag. l. 17. D. de ſeruit. praed. ruſt. et iniur. Sued. c. 33. 34. Bygn. LL. priuil. nobil. art. 28.* Num autem in priuato flumine liceat exſtruere molendinum, ſi ante quis in eiusdem fluuii alueo aedificarit, et vectigal eius hoc modo forte deminuatur? maioris eſt disquiſitionis. SCHNEIDEWINVS *ad tit. Inſt. de R. D. §. flumina,* hanc eſſe communem Dd. ſententiam obſeruat, hoc alicui licere, ſi faciat, ſibi vt proſit; etiamſi alteri noceat, per *l. 24. §. vlt. l. 25. D. de damn. inf.* Sed nonne hoc repugnat naturali aequitati? Sic enim ſibi quisque prodeſſe debet, ne alii noceat. *l. 1. §. 11. D. de aq. et aq. pl. et dictis loc. iur. Suitic.* Verum ad hoc reponunt, ſi non faciat in prauam aemulationem alterius, nec principaliter vt alii noceat, ſed ſuam conditionem meliorem reddat, admitti poſſe. Et quamuis commodum naturale aquae non poſſit alteri auferri; tamen commodum concurſus molentium, quod eſt merae facultatis et voluntatis eorum, auferri poſſe putant. Bona enim fortunae omnibus patere aiunt.

COP-

Digitized by Google

COPPEN. *obſ. pract. LXVIII. n. 15.* Limita tamen, niſi tale ius ex priuilegio et conſuetudine iam ſit praeſcriptum. CARPZOV. *iuriſpr. for. 2. 4. 9. 11.* SIXTIN. *de regal. lib. 2 cap. 3. n. 65. et ſeqq.*

V. Occaſione priorum illud quoque hic addemus, quamuis molendina vel alia bona pupilli, quae aquarum periculis obnoxia ſunt, tutorem abſque decreto iudicis vendere poſſe, quidam velint; rectius tamen ſtatuitur, illud tutorem non poſſe. *arg. l. 13. ff. de reb. eor.* FORSTER. *de ſucceſſ. 7. 21. 34. et arg. c. 10. de iur. praed. LL. Sucd. ciuit. ne forte ſit fraudi puſillo.*

VI. Res alienae vi fluminis in agrum alicuius delatae condici quidem poſſunt. *l. 4. ſ. 2. D. de reb. cred.* non tamen aliter tolli, quam ſi de praeterito et futuro damno caueatur. *l. 5. §. 4. D. ad exhib. l. 9. ſ 3. de damn. inf. l. 8. de inc. ruin. naufr.* Si autem culpa hominis concurrat, ex lege Aquilia de damno poteſt agi *l. 29. §. 2. et ſeqq. D. ad leg. Aquil.* SCHOTAN. *exam. iur. p. m. 307.*

VII. Damnum vicino ex ruina aedium vi fluminis aut maris datum, velut fatale non praeſtatur. Quod enim aedificium tam firmum eſt, vt fluminis, maris aut tempeſtatis vim ſuſtinere poſſit? *l. 24. §. 4. D. de damn. inf.* aliud vero dicendum, ſi aedificii vitio id acciderit. *d. l.* Sed et ob damnum coloni fundo per incurſum fluminis datum, remiſſio penſionis fit. *l. 15. §. 2. D. loc. conduct.* quia hoc quoque per vim maiorem accidit.

VIII. Si via publica (quae etiam flumine interueniente conſtitui poteſt, ſi aut vado tranſiri poſſit, aut pontem habeat *l. 38. D. de ſeru. praed. ruſt.*) fluminis impetu ſit amiſſa, vicinus proximus viam praeſtare debet. *l. 14. §. 1. D. quemadm. ſeruit. amitt.* ſed impenſa publica, vt gloſſae volunt; licet hoc non ſemper obſeruetur. Quod autem viam publicam negant intercedere alluuioni, rationem naturalem nullam habet; niſi ager priuatus ſit, qui viam debeat. GROT. *d. libr. 2. 8. 17.* Si vero irruptione fluminis fines agri confuſi ſint, et dominus agri vſurparit loca, in quibus ius non habet, magiſtratus loci alieno eum abſtinere, et domino ſuum reſtitui, terminosque per menſorem declarari iubebit. *l. 8. D. fin. reg.*

IX. Velut maris, ita littorum vſus publicus eſt, per quae ad mare ſit acceſſus; licet forte ſint in imperio populi aut principis. *l. 3. D. ne quid in loc. pub.* GROT. *de iur. bell. et. pac. II. 3. 9.* Liberum eſt

Digitized by Google

ergo, ibi exonerare merces, explicare et ſiccare retia §. 5. *de inſt. rer. diu. l. 5. D. eod. l. 14. D. de adq. rer. dom.* Et quod in littore quis aedificat, licet in ſuo non aedificet, iure tamen gentium ſuum facit. Si quis igitur velit ibi aedificantem prohibere, nullo iure prohibet, neque opus nouum nuntiare niſi ex vna cauſſa poteſt, ſi forte damni infecti velit ſibi caueri. *l. 1. §. 18. D. de nou. op. nunc.* In eo praeſertim littore iure gentium aedificare licet, quod in nullius populi dominium peruenit, *arg. d. l. 14. D. de adq. rer. dom.* Vt autem in littore publico vel quod populi eſt, et in parte maris littori vicina exſtruere liceat permanens aedificium, id a magiſtratu loci impetrare oportet. *l. 50. de adq. rer. dom.* Nullo vero iure quis prohiberi poteſt caſam in littore ponere, in quam ſe recipiat. *§. 5. Inſt. de R. D.* aliaque, quae non prohibita ſunt, facere; niſi cum alterius damno coniuncta ſint, aut vſum publicum impediant, aut deteriorem ſtationem et nauigationem faciant: quod non debent. *l. 2. l. 4. D. ne quid in loc. publ. l. 1. §. 12. 15. 19. 21. D. de flum. art. 28. priuil. nobil. Sued. Hinc caute legati Aeneae ad Latinum VII.* AENEIDOS.

Littusque rogamus

INNOCVVM.

X. In littore inuenta, velut lapilli et gemmae, iure naturali quidem inuentoris fiunt: quia ſunt communia, vt littus, et nullius, et in medio poſita omnibus. *§. 18. inſt. de rer. diu. l. 3. D. eod. l. 1. §. 1. de adq. vel amit. poſſ.* Attamen illud hodie vix in vſu eſt: dum hoc quoque ius vi imperii in littora eorum ditioni ſubiecta a principibus reſtringitur. Niſi vbi conſuetudo benignius cum inuentoribus agit, nec omnia fiſco tribuit. HEIG. *ad d. §. 10. Inſt.* SCHVLZ. *in ſynopſ. inſt. tit. de R. D. l. 1.* Collectio tamen ſuccini et gemmarum in littore certo modo interdicta ſubditis non efficit totius iuris gentium euerſionem, nec abrogat omnem fluminum aut littorum vſum. HEIG. *lib. 2. quaeſt. iur. c. 4. n.* 148.

XI. Vſus riparum etiam iure gentium publicus eſt, vt fluminis, ad quod patet aditus per ripam. Vnde naues ad eas adpellere, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere, retia ſiccare, pecus per ripam ad flumen adpellere licet. *§. 4. Inſt. de R. D. l. 5. D. eod. l. 1. §. vlt. D. vt in flum. publ.* Qui vero in ripa aedificat, ſuum non facit. *l. 15. D. de adq. rer. dom.* quia in alieno fundo aedi-

Digitized by Google

aedificat; quum riparum proprietas ſit eorum, quorum praediis haerent. *d. §. 4. Inſt. et l. 5. D. de R. D.* Munire quidem ripam aut reficere littus licet aduerſus rapidi amnis impetum; ita tamen, vt hoc nauigationi non ſit impedimento, aut fraudi *l. vn. §. 2. D. de rip. mun. l. 2. §. 8. ne quid in loc. publ. toto tit. D. de flum. et tit. Ne quid in flum. pub. l. 1. C. de alluu. §. 1. et 7. Inſt. de interd.*

XII. Ripatica quoque inter regalia referri, conſtat *ex. c. vn. Quae ſint regal.* contemplatione iuris, prouentuum et commodorum ex ripis, de quibus prolixe SIXTIN. *de regal. 2. 5. 8. et ſeqq.* et GRAEF. *iur. publ. cap. 36. n. 11.*

CAP. VII.

DE NAVFRAGIO.

I. *An iure littoris res naufragae ad dominum littoris pertineant?*
II. *Naufragium ex caſu fortuito eſt fatale, et extra culpam.*
III. *Quomodo culpa naucleri naufragium accidat?*
IV. *Quomodo culpa vectorum in naui. Vbi et de commodato.*
V. *Quomodo culpa ductoris?*
VI. *Eiecta naui et naufraga bona non confeſtim noſtra eſſe deſinere, nec vſucapi poſſe.*
VII. *Negatur omni iure gentium ad littoris dominum pertinere bona naufraga, vel eiecta.*
VIII. *Gentium aliquot enumeratio, quae bona naufraga fiſco adplicuerunt.*
IX. *Probatur, illud iniuſte factum eſſe et fieri, nec inde iuris dominium ſtabiliri aut iuſto titulo defendi poſſe.*
X. *Derelicta tamen bona naufraga ex maiori parte iure fiſco inferri.*
XI. *An poſſeſſor teneatur principi ex miſſa annona, quae naufragio periit.*
XII. *De hominibus naufragio pereuntibus.*
XIII. *De his ſuccedendi modo et probatione.*
XIV. *Num ſi nauis legata naufragio perierit, inde fructus legatario debeantur.*
XV. *De depoſito naufragii cauſſa.*
XVI. *De poena rapti aut ſuppreſſi naufragii.*
XVII. *Naufragorum calamitati quomodo ſubueniendum?*

I. Vt materiam de iure littorum pertexamus, in diſceptationem porro vocandum erit, num recte ſtatuant, qui iure littoris aut regali res naufragas ad dominum, qui littori imperat, pertinere volunt. Sed hoc ab humanitate alienum eſſe, mox oſtendemus,

Digitized by Google

ſi de cauſſis naufragii quaedam praemiſerimus; et quatenus inde au-ctores obligentur.

II. Naufragium vel caſu fortuito et vi maiore, vel culpa nautarum, vectorum aut ductoris accidere poteſt. Si caſu fortuito, nemo inde tenetur *l. 3. §. 1. de naut. caup. ſtab. l. 1. §. 4. D. de obl. et act. l. 26. §. 6. D. mand.* Quia vis maior prouidentiam et induſtriam humanam ſuperat, niſi culpa caſum praeceſſerit.

III. Si nauclerus ex conuento, aut debito nauem armentis bene inſtructam non habuerit: ſi non conſtituto tempore, aut ſi alieno tempore nauigarit, vel neglexerit commode nauigandi tempus. *l. 16. §. 1. l. 36. §. 1. D. de rei vendic.* ſi minus idoneis hominibus nauem commiſerit, *d. l. 16. §. 1.* ſi per intuta loca ſciens nauigauerit; ſi per imperitiam vel incuriam vadis aut ſcopulis illiſerit; ſi lumine piſcatorum deceptus in vada inciderit, portum eſſe credens. *l. 10. D. de inc. ruin. naufr.* ſi nauem plus iuſto onerarit. *l. vn. C. ne quid in. publ. i. et ibi* GOTHOFR. et quocumque modo occaſionem naufragio ſua culpa dederit, inde tenetur. *vid. cap. 9. §. 1. LL. Suetic. de iur. nautic. et cap. 14. eod.* Qui enim occaſionem praeſtat, damnum feciſſe. *c. 10. 11. leg. naut.* RHODIOR. *l. 30. §. 3. D. ad leg. Aquil.* BENEV. STRACCHA *p. 3. de naut. 1. vid. et inf. lib. III. cap. 8. §. 8. et ſeqq.*

IV. Qui in naui vehuntur, et domini mercium, quoque ſunt in culpa, ſi vel ſoli vel vna cum nauclero in horum, quae iam dicta ſunt, quippiam conſenſerint. Aut ſi ſecum peregre vel per mare portarint, et naufragio amiſerint ea, quorum vſus illis domi conceſſus erat, eorum aeſtimationem praeſtabunt: quia hic culpa vtentium caſum praeceſſit. *§. 2. inſt. quib. mod. re. contrah. oblig. l. 1. §. 4. D. de obl. et act.* Alias in commodato naufragium, velut damnum fatale, non praeſtatur. *l. 18. D. commod.* niſi, cum poſſet res commodatas ſaluas facere, ſuas praetulerit. *l. 5. §. 4. D. eod.* Sed hac de re plura *inf. lib. 3. c. 2. §. 6. et 7.*

V. Si ductor nauis ſe obligarit ad nauim abſque omni damno in portum deducendam, ille vero nauem impegerit vado aut latenti ſaxo; inde tenebitur *art. 38. iur. marit.* WISBYENS. *iure Sued.* etiam ad poenam capitis hoc factum aliquando extendi poteſt, pro grauitate damni dati, atque ſi dolo hoc fecerit *c. 14. de iur. naut.*. Ipſe tamen nauclerus non erit extra culpam, ſi ſciuerit, ductorem minus eſſe ido-

neum,

Digitized by Google

neum, et nihilominus nauem ducendam ei commiſerit. *l. vtique §. culpa D. de rei vindic.* Ex procellae tamen periculo ductor non tenetur *d. c. 14.* quia hic eſt caſus fortuitus, ab eo non praeſtandus. *l. 23. de R. I.* niſi ad vim maiorem aut tempeſtatis periculum ſe expreſſe aut generaliter obligarit. *arg. l. 9. ſſ. 2. D. loc. cond. l. 78. §. 3. D. de contr. emt.*

VI. In ipſo naufragio vel naufragii metu leuandae nauis gratia eiecta, non ſtatim noſtra eſſe deſinunt: quia non ſunt in derelicto, ſed in deperdito *l. 44. D. de adq. rer. dom. l. 13. l. 21. §. 1. D. de adq. vel amitt. poſſ.* nec enim eo animo eiiciuntur: quaſi quis ea habere nolit, ſed quo magis cum ipſa maris periculum effugiat. *ſſ. 48. inſt. de rer. diu. l. 9. §. 8. D. de adq. rer. dom.* ARIST. *3. Eth. 1. vid. et inf. l. 2. cap. 7. §. 5. de iur. marit.* atque ſi ſuſpicatus fuerit, in quem locum eiecta ſint, poſtea requirat; velut qui onere preſſus, in viam rem abiicit, vt mox reuerſurus eamdem auferat. *l. 8. D. ad leg. Rhod. de iactu.* Itaque res naufragae et eiectae non poſſunt vſucapi *l. 21. §. 12. D. de adq. vel amitt. poſſ. l. 7. D. pro derelicto;* niſi derelinquendi animo expulſae vel iactae ſint, quod ſciat iaciens perituras *l. 43. §. 11. D. de furt.* Coniectura etiam de animo derelinquendi poteſt capi, vt notat ZASIVS *ad l. 21. de adq. vel amitt. poſſ.* ſi quis merces compoſitas in ſacculum religet, et expoſitas in mare proiiciat. Quod tamen magis ex euentu rerum derelictarum, quam propoſito deperdendi iudicandum erit: quum in eiiciente res, nauis leuandae cauſſa, ſemper praeſumatur animus retinendi, quamdiu ſupereſt ſpes recuperandi, *conf.* ZOES. *in Pandect. ad leg. Rhod. de iactu n. 10. 11. 12.*

VII. Quod autem apud BODINVM *l. 1. de republ. c. vlt.* legato Caeſaris coram Henrico 2. Francorum rege conquerenti duas naues ad littus eiectas, et ab Iordane Vrſino captas eſſe, eaſque reſtitui poſtulanti reſpondit Annas Mommorancius magiſter equitum: Ea, quae ad littus fuiſſent eiecta, *gentium omnium iure* ad principes, qui littoribus imperant, pertinere, in eo magis argumento quam vero ſeruiuit. Verum quidem eſt, aliquot gentium inſtituto ſic obſeruandum fuiſſe, non autem ab omnibus, *vt mox ſſ. 8. et inf. §. 10. probabitur.*

VIII. Nonnulli quidem eruditi *ex. l. 9. D. ad leg. Rhod. de iactu* colligunt, publicanos apud Rhodios olim legem ſeu morem, bona naufraga fiſco adplicandi, habuiſſe; eoſdem in partem illorum veniſſe pro

cuſtodia

cuſtodia vel cura eorum; qua de re fuſius *inf. h. cap.* §. *10.* Quidam etiam huc referunt illud SYRIANI RHETORIS: Νόμος τὰ ναυάγια τῶν τελωνῶν εἶναι; *et illud* CVRII FORTVNATIANI: *Naufragia ad publicanos pertinere.* Hunc morem, vt bona naufraga apublicanis aut fiſco vendicarentur, etiam viguiſſe apud Gallos, Anglos, Neapolitanos, Siculos et alios nonnullos, notant BODINVS *lib. 1. de rep. c. vlt.* SELDEN. *l. 1. Mar. clauſ. c. 25. et alii.*

IX. Caeterum, vt bona miſerorum naufragorum in fiſcum trahantur, licet a nonnullis gentibus more receptum fuerit, ab ipſa tamen humanitate et aequitate naturali abhorret. Nonne enim inhumanum et iniquum eſt, calamitoſos abſque ſuo facto re ſua priuari, et fiſcum ex alieno diſpendio ſuum quaerere compendium? vnde qui cum humanitate aliquod commercium habent, hunc morem vt plane Barbarorum atque iniuſtum paſſim damnant. *vid.* GROT. *de iur. b. et p. 2. 7. 1.* Immo contra Chriſtianam prorſus charitatem eſt, cuius adflicta fortuna noſtra ope eſſet erigenda, eum vlterius deprimere et ad incitas redigere. *vide* AMESIVM *apud. Dunth. in caſib. conſc. 1049.* Sed quidquid hic inhumanum iniuſtumque habetur, de priuatis, proprio inſtinctu abſque auctoritate publ. res naufragas rapientibus, accipiendum eſſe, principum adulatores aiunt; non de ipſis principibus ac liberis rebuspubl. quibus bona naufragio eiecta et in littus eorum expulſa, quaſi ipſa natura attribuente, in ſinum ipſorum et fiſcum cadant. Id quoque eſſe partem dominii maris, id iure portus et littoris fiſco deberi. Verum non eſt, quod hinc maris dominium ſtabilire veline: quum ſit iniuſtus adquirendi titulus, occupare quod aliorum eſt, non ſponte, ſed neceſſitate, eiectum. SELDENVS *l. 1. Mar. clauſ. c. 18. p. 148. Diuiſio illa rerum e pelago extractarum, ſimpliciter conſiderata, non magis adſerit dominium vllum in ipſo mari, quam praedae cuiuscumque maritimae ab hoſtibus ereptae decima.* Aut ſi quis dominium in littus vel mare ſibi arroget, portusque iſtic habeat; non tamen maiorem facultatem habet res naufragas capiendi et ſibi retinendi, quam quilibet alius. Dominium enim littoris, portus, aut maris nulli dat ius, alicui ſuum abſque iuſta cauſſa auferendi. *Non concupiſcere alienum et ſuum cuique tribuere*, eſt generalis lex Dei et naturae, quae omnes obligat. Si vero bona naufraga in littus eiiciantur, hoc eſt ſingulare Dei et naturae Deo, famulantis, beneficium,

ſicium, non permittentium ea ſpolium maris aut aliorum fieri, ſed repetentibus dominis vt ſolatium amiſſorum aduerſaeque fortunae cedere. BODINVS *lib, 1. de republ. Barbarum, inquit, et antiquis inuſitatum eſt, vt cuius opes ac fortunae naufragio miſere perierint, et quem noſtris opibus ſubleuare debeamus; eius reliquias, quas ad littus eiectas bona fide reſtitui oportebat, turpiter diripi patiamur. Sic tamen viuitur, vt qui portus habent* (loquitur de quorumdam populorum, non omnium moribus) *cum crudelitatem tum in ciues tum peregrinos exſequantur. Ius quaeris? error ius facit. At ſi non peccatur errore, ſed ſcientia; ſcelus eſt, quod erroris ſpecie praetenditur.* GROTIVS hic memoria lapſus videtur, quando in notis *ad lib. 2. de iur. b. et p. c. 7. §. 1.* ait: *Quid in mentem venit Bodino, vt talia defenderet:* Non defendit haec Bodinus, vt videmus, ſed acriter carpit. Nec eſt, quod patroni huius maris ſe tueantur illo IVVENALIS:

Res fiſci eſt, quodcumque natat;

hoc enim habet auctores Palpharium, et Armillatum, delatores et adſentatores Domitiani; velut poſtea in cap. de iure piſcandi fuſius probabo. Quanto iuſtius Impp. Hadrianus et Antoninus decernunt, licere vnicuique naufragium ſuum impune colligere *l. 7. l. vlt. D. de inc. ruin. naufr.* Et ANTONINVS *in l. 2. C. de naufrag. Si quando, inquit, naufragio nauis expulſa ad littus, vel ſi quando aliquam terram attigerit, ad dominos pertineat; fiſcus meus ſeſe non interponat.* QVOD ENIM IVS HABET FISCVS IN ALIENA CALAMITATE, VT DE RE TAM LVCTVOSA COMPENDIVM SECTETVR? Ex hoc aequitatis fundamento rex Poloniae Sigismundus anno MDXCVIII. decidit, vt res ex naufragio receptae domino illarum reſtituerentur, vt notat LIPSKY *obſ. Pract. t. 2. c. 44. n. 2. et* GAIL. *lib. 1. obſ. Pract. c. 18. n. 6:* teſtatur, mandata ſine clauſula contra conſuetudines de bonis naufragis, iure littoris fixo addicendis in camera imperiali non ſemel decreta fuiſſe.

X. Derelicta tamen bona naufraga, quorum certo tempore non adparet dominus, pro maiori parte fiſco inferre, minorem partem iuuentori pro cura et cuſtodia eorum adſignare, aequitati et iuri gentium conſentaneum videtur. Ius Suedorum hac de re in *c. 36. de furt. LL. prou. et c. 14. eod. LL. municip.* ita conſtituit: Inuentor rei naufragae in littus eiectae publice ſignificabit rem inuentam, cuius dominus ſi intra annum et diem compareat, et rem ſuam legitimis indiciis

diciis probet, duas partes recipiet dominus, vnum retinebit inuentor, (ſed dimidium inuentae rei in fundo maris, *c. 15. d. LL.*) Poſſunt etiam quidam priuilegio legi eximi, vt ſuum recipiant pro aequa adſeruationis mercede. Quod olim hic Lubecenſibus et Stralſundenſibus indultum eſt; et Suedis apud eosdem, ſi intra annum et diem non aduenerit ad ſuum vendicandum, duas partes capiet fiſcus regius, tertiam inuentor, quod ab aequitatis norma non videtur alienum. Qui enim in tempore indicat rem inuentam, eo ipſo teſtatum facit, ſe lucrandi aut retinendi animum non habere, nec in aliena calamitate compendium adfectare, ſed vero domino ſuum bona fide reſtituturum; qui ſi intra praeſcriptum tempus, quo commode potuit, ſe non ſiſtat et ſuum repetat, pro derelicto habere praeſumitur, *arg. l. 43. §. 5. u. D. de furt. l. 1. 2. D. pro derelicto.* et ſic tamquam bonum vacans, quod poſſeſſorem non habet, aut qui ius ſuum omiſit, fiſco cedit; portioque attribuitur inuentori, vt induſtriae et curae merces. Quod ius etiam aliarum gentium moribus receptum eſt. Speciatim de bonis naufragis ita conſtitutum eſt in iure Iutico *l. 3. c. 61. 63.* Scanico *l. 8. c. 3.* in iure maritimo Danico *art. 49. 73.* in iure Norwegico *c. 26. de iure mercandi.* In pactis pacis inter Magnum, regem Suediae, et Waldemarum, regem Daniae, anno Chriſti MCCCXLIII. *In aliquo regnorum noſtrorum ſeu dominiis paſſi naufragia, res amiſſas libere, absque impeditione quorumlibet, recolligant et recuperent, quamdiu non pro derelicto habuerint res amiſſas.* Simile quid in iure Boruſſico *lib. 4. tit. 19. art. 5. §. 5.* in edicto Belgarum anno 1447. publicato: in pacto inter Henricum VII. regem Angliae, et Philippum, Archiducem Auſtriae, anno 1495. inito. Quamuis etiam eruditi quidam velint, vt *ſup. §. 8.* tangebatur, lege Rhodiorum ſimpliciter bona naufraga fiſco fuiſſe addicta, idque colligant ex *l. Ἀξίωσις D. ad leg. Rhod. de iactu.* tamen olim in lege Rhodia conſtitutum fuiſſe, veriſimilius eſt, vt domino intra praefixum a lege tempus non adparente, praeter partes fiſco debitas, partem ſibi ſumerent pro naufragorum bonorum cura et cuſtodia publicani. Ita quidem GROTIVS in florum ſparſione ad ius Iuſtiniani legem Rhodiam explicat: *Solebant*, inquit, *publicani bona, quorum non adparebat dominus, in cuſtodiam ſuam ſumere; et pro ea cuſtodia partem ſibi aliquam vindicare. Ea pars quae eſſet, definitum erat lege Rhodia nauali, quae pro iure gentium in illo mari vigebat: ſicut*

cut apud Galliam leges Oleronis: apud omnes transrhenanos populos leges Wiſbycenſes. IAC. GOTHOFREDVS in erudito commentario *ad l. deprecatio IX. leg. Rhod. de iactu cap. XI.* hac de re ita iudicat: Potuiſſe lege Rhod. inſulanis aut maritimis ciuitatibus id competere, vt in partem aliquam naufragii venirent, vel ob ſumtus in faſces ignesque flagrantes pro ſecuritate nauigantium, vel ob operam in colligendis et adſeruandis naufragiis impenſam, vel loco portorii aut vectigalis pro mari a latronibus purgato: vt iam non eſſet praedae ſpecies ex mente Eudaemonis, ſed remuneratio quaedam impenſarum et operae, adeoque mos ſeu lex maris ex inſtituto Rhodiorum. Sed ne modum excederet, Antoninum temperari voluiſſe ſecundum imperatorum conſtitutiones. Idem Gothofredus, quomodo dicta lex nona *ad leg. Rhod. de iactu* ſit emendanda, *c. 7.* laudati commentarii oſtendit. Eiusdem legis emendationem aggreſſi ſunt alii viri, doctrina eximii, GROTIVS, PETITVS, SELDENVS et nuper SALMASIVS: quorum obſeruationes compendio contraxit CL. VINNIVS *ad dictam legem pag. 276.* et quae emendationes menti legis ipſi conuenientiores videbantur, obſeruauit, vti apud ipſum legere eſt. Ei quoque non ſit veriſimile, lege Rhodia naufragia omnia ſtatim et ſine dilatione fiſco vendicata fuiſſe, quo nihil poſſit excogitari crudelius. Quum contra lex Rhodia, vt legum nauticarum vetuſtiſſima, tantopere commendetur ob aequitatem a Strabone et aliis auctoribus.

XI. Si ſubditi vel alii certam quantitatem mercium aut annonae principi mittere iuſſi ſunt, miſſaeque naufragio absque poſſeſſorum culpa perierint; ad alia horum vice mittenda minime obligantur *l. 4. C. de naufrag. et ibi* PECK. quia ſemel munere ſuo functi ſunt, et de naufragio caſu facto non tenentur; niſi culpa eorum interuenerit. Ita iudicatum a ſupremo ſenatu Mechlinienſi, tum et Brabantino, teſtatur CHRISTINAEVS *deciſ. 66. n. 2. et* VINN. *ad d. l. pag. 401.*

XII. Si quis funem anchorarium, data praeciderit opera, quo alligata erat nauis, quae vi maris aut fluctuum abrepta in naufragii malum inciderit, et aliquis hominum naufragio perierit, damni dati et capitis poenae obnoxius erit auctor, *ſecundum ius Sued. cap. 5. et 9. de iur. naut.* quia cauſſam mortis praebuit. *l. 15. D. ad leg. Corn. de Sicar.*

Digitized by Google

XIII. Si coniuges et liberi naufragio, caſu quodam fatali perierint, et incertum ſit, quis eorum prior exſtinctus ſit; viri heredes viro, vxoris vxori ſuccedent in bona. *iur. Sued. de hered.* maſculi tamen, vt fortiores, diutius vixiſſe praeſumuntur. conf. *l. 9. l. 16. 17. l. 8. l. 22. 23. de reb. dub. l. 17. §. 7. ad ſc. Treb. l. 26. de pact. dotal.* CARPZOV. *iur. for. 3. 17. 10.* FINKELTHAVS. *obſ. pract. 52.*

XIV. Quod naufragio perit, heredi non legatario perit, ſi modo legatarius culpa careat. *l. 30. ad leg. falcid.* ſi tamen heres certum corpus legatario dare obligatus ſit, nec fecerit, quo minus ibi, vbi id eſſet, traderet, ſi id poſtea ſine culpa heredis caſu quodam perierit, deterior vt legatarii conditio. *l. 26. ſ. 1. de legat. 1.* Si vero nauis vſusfructus legatus ſit alicui, quae poſtea naufragio deperdita ſit; nihilominus praeteriti temporis fructus a die legati debentur legatario *arg. l. 12. §. 1. D. de vſufr. et arg. l. 62. D. de rei vindic.* Sed ſi ſub conditione, *ſi nauis ſalua redierit*, vſusfructus legatus ſit, exiſtente conditione exiſtet, deficiente conditione deficiet legatum. *arg. l. 21. D. de vſu et vſufr.*

XV. In depoſito naufragii cauſſa, quod interpretes depoſitum miſerabile et neceſſarium adpellant, ſi fides violata ſit, actio in duplum datur contra illum, apud quem res depoſita eſt, aut heredem eius. *l. 1. §. 1. D. depoſiti, §. 17. 23. inſt. de act.* Sed hac de re plura *l. 3. c. 2.*

XVI. Procurrere ad praedam ex naufragio rapiendam, Petronio crudelitas dicitur in *Satyric. in l. 3. D. de fer.* atrox *iniuria* adpellatur. *in l. 44. de adq. rer. dom. et in l. 43. de furt.* non ſolum *rapinae et furti*, ſed in *l. 7. D. de inc. ruin. naufr.* expreſſe *latrocinii ſpecies habetur.* Hinc etiam poenam furti vel quadrupli *in iure R. d. l. 44. D. de adq. rer. d. l. 1. 3. D. d. inc. ruin. nauf. Nou. Leon. 64. et in LL* WISIGOTHOR. *7. 2. 18.* vel bonorum publicationem. *l. 18. Cod. de furt.* aliamue poenam extraordinariam aut grauiorem pro perſonarum et rerum conditione meretur *l. 3. 4. 7. D. de inc. ruin. naufr. l. 1. §. 1. 2. ad leg. Iul. de vi priu.* immo vltimum ſupplicium *l. 3. §. 4. de Sicar.* et nonnullorum populorum ſtatutis poenam ſuſpendii. Hic autem non ſolum de dictorum ſeueritate, ſed etiam ſeria exſequutione opus eſt. Qua de re memoria dignum exſtat factum et conſtitutio Andronici Comneni Imp. (apud Nicetam Choniatem *l. 11. Annal.*) ad quem

quum

quum querelae de impunita naufragorum direptione delatae eſſent, et aulae proceres hoc malum pro deplorato haberent, quod vetuſtate corroboratum medicinam reſpueret, ille reſpondit: *Nihil eſt, quin ab imperatoribus emendari queat; nec vllum peccatum eſt, quod eorum vires ſuperet. Superiores autem imperatores aut rem ſtulte ſunt aggreſſi, aut ſe dolere iniuriis ſimularunt; non enim inutilibus litteris ſed enſe coercere hoc malum debuiſſent: quod prauos mores non corrigendo confirmarunt.* Et cum dicto ſeueram poenam in naufragorum ſpoliatores ſtatuit, addito etiam ſupplicii fulmine in negligentes exſequutionem eius.

XVII. Pium autem et humanum eſt, vere naufragorum, qui res ſuas amiſerunt, et qui non culpa ſua in hanc calamitatem inciderunt, nec eam mentiuntur, rationem habere *arg. l. 37. §. 1. D. de neg. geſt.* eorumque ſubleuare fortunas vel ex publico, vt fecit Theodoricus rex Gothorum, apud CASSIODORVM *var. ep. 4. 7.* et remiſſione vectigalis GRAEF. *iur. publ. 30. 11.* vel dilatione moratoria debiti, de qua CARPZOV. *iur. for. 4. 30. 46.* vel ex communi ſodalitatum arca, qualis olim apud Graecos erat. CASAVB. *in Charact. Ethic.* THEOPHRASTI *p. m. 199. ſeqq.* GROT. *in Luc. c. 6. p. m. 683.* et hodie in bene conſtitutis Rep. eſſe ſolet. Si vero maior quaedam ſumma ab amicis corrogata eis ſuppeditetur, vel debiti remiſſio a creditoribus fiat; aequum eſt, ipſos reſtituere, quum ad meliorem fortunam redierint; niſi animo donandi, nec repetendi facta ſit *l. 53. D. de reg. iur.*

CAP. VIII.
DE IVRE PORTVS, PORTORII ET VECTIGALIS.

I. *Portus deſcriptio.*
II. *Ad portus inſtaurationem conferendae operae communes.*
III *Portum eſſe publicum, et inter regalia referri.*
IV. *Fines, vſus et priuilegia portus.*
V. *Inquiſitio nauium. Literae conductus maritimi. Deſignatio mercium. Principalis praelationis ius.*
VI. *Portorium. Vectigal, quis illud inſtituere et quomodo poſſit.*
VII. *Poena commiſſi Ea quoque heredes teneri.*
VIII. *Quae naues ſint immunes.*

 IX. *Er-*

Digitized by Google

IX. *Errore viae, vi aut tempeſtate in alienum portum acti, tutum ibi receptum et egreſſum iure gentium habent.*

X. *Niſi ſint hoſtes aut piratae; quos ibi certo modo perſequi licet etiam alieni territorii hominibus.*

I. Poſt fluminum et littorum iura nunc ius portus illis coniuncti ſe offert. Portus eſt concluſus locus, quo importantur merces et exportantur. *l. 59. de verb. ſign.* Alias ſtatio, quod ibi tuto naues ſtare poſſint. *l. 1. §. 13. D. de flum.*

II. Ad portus inſtaurationem, quia publicae vtilitatis gratia fit, omnes ſubditi loci conferre operas debent. *l. 7. C. de oper. publ.*

III. Portus intuitu fluminis quo ambitur, et vectigalis, quod ex nauium ſtatione penditur, eſt publicus, et hodie regalibus accenſetur. §. *2. Inſt. de rer. diu. l. 4. §. 1. D. eod. c. vn. quae ſint regalia.*

IV. Portus, qua publicus, non ſolum mercibus exonerandis inſeruit, ſed vt naues ibi tutum receptaculum habeant, et iure debito ac ſecuritate fruantur nauigantes, quatenus innocuum iter et ſtationem quaerunt. Hinc portus et naualia priuilegio pacis publicae gaudent. *arg. l. 1. §. ſtationem D. de flum. cap. 2. iur. nautic. Sued. c. 1. de viol. iur. Reg. c. 14. de homic. viol.* Et prohiberi nemo libero ingreſſu aut egreſſu portus iure gentium poteſt; niſi quem iſtius loci dominus pro hoſte habeat, aut metuat, vt hoſtium partibus ſtudentem. Megarenſium querela quondam iuſta viſa fuit, quod contra ius gentium et libertatem Graeciae portu Athenienſium excluderentur. DIODOR. SICVL. *l. 12.* PLVTARCH. *in pericl.* CVN. *in cauſſa poſtliminii p. 262.* Nihil etiam in littore aut ponte portui proximo fiet, quo portus aut ſtationis vſus impediatur *l. 1. D. de flum. arg. c. 19. de iur. naut. Sued.* Quaecumque naues ex quolibet portu dimiſſae, nullam concuſſionem vel damnum ſuſtinebunt *l. vn. cod. de lit. et itin. cuſtod.*

V. Hoc tamen iuri debetur portus, et principis loci iuriſdictioni, vt praefectus portus inquirat, quae nauis et vnde venerit, quid vehat. *d. l.* vn. CVNAEVS *in cauſ. poſtl. p. 279.* Hoc eſt conſentaneum ei iuri, quod portubus et rei maritimae paſſim apud alias nationes impoſitum eſt. Sic Aenea cum claſſe ſua in Euandri portum delato, Pallas apud MARONEM 8. Aeneid:

Quo tenditis? inquit:
Qui genus? vnde domo? pacemne huc fertis an arma?

Vt

Vt magiſter nauis a ſui loci magiſtratu literis commeatus ex more hodierno maritimo aut paſſus maritimi, vt vocant, epiſtolaque adſertoria, vulgo *certificationem* appellant, inſtructus ſit: vel inuentario ac deſignatione mercium omnium naui impoſitarum in inſtrumento contractus nautici rite confecta (Gall. *lettres de charte partie*) ac profesſione ſpeciali, quae ex viſitatione et excuſſione nauis recta deprehendatur, et ſolutione iuſti vectigalis impleatur. Cauſſa eſt, ne magiſter nauis aliud pro alio, aut ſub alieno titulo profiteatur: ne quid illicitum inuehat euehatue: ne quid occultet et ſupprimat: ne quid alienum, quod vectigal debet, ſuo, quod forte immune eſt, admiſceat: atque vt euitetur longa detentio, poena publicationis bonorum aut commiſſi. Quod pactis et iuri diuerſorum populorum atque ſpecialibus vectigalis ordinationibus congruum eſt. Naues tamen immunes, et tam mercium ratione, quam proprio iure ac priuilegio exemtae, non neceſſe habent iſtam mercium profeſſionem apud publicanos, inquiſitionem et viſitationem ſubire, quam aliae naues vectigali oneratae ſubeunt. PECK. *in tit. cod. de nauicular. et* VINN. *ib. pag. 378.* niſi quod quorumdam populorum pactis generalem certificationem publicano oſtendunt, quomodo hoc cautum ſit legibus pacis inter regna Suediae et Daniae. *vid. art. 5. 6. et ſeqq. Pacific. Sueo-Dan.* Nonnullis quoque populorum inſtitutis ius praelationis princeps loci in mercibus inuectis vi regalium in portum habet, vt, quod ipſi placet ex mercibus, pro iuſto pretio emat eligatque prae aliis, velut in iure Sued. *c. 1. de iur. naut. c. 33. de iur. merc.* cautum eſt. Huc reſpexit CHYTRAEVS *in chron. Saxon. part. 2. p. m.* 211. vbi de Guſtauo I. et Lubec. agit. *Naues ac merces inuectas ac euehendas primum regis miniſtris inſpiciendas praebere; ac ſi quid regi ex mercibus emere aut retinere libeat, ius προτιμήσεως ipſi concedere cogit.* Id. veteri iure Norveg. *c. 9. de iur. merc.* conſtitutum fuit.

VI. A portu dicitur portorium, pecunia, quae fiſco vel reipubl. penditur ex mercibus aut venalitiis, quae huic oneri ſubiacent. CVIAC. *ad tit. cod. de vectig. et comm. vectigal* autem adpellatur a vectura, vel inuectione et euectione mercium, quod ſolui debet non ſolum pro nudo tranſitu, ſed etiam pro fide et ſecuritate publica et onere tuendae nauigationis aduerſus vim et piratas, et inuandae per ignes nocturnos ac breuium ſigna, pro expoſitione et venditione mercium?

PREM.

Digitized by Google

PREM. *init. tract. de ſecurit. promiſſ. et fid. pub. p. m.*14. GROT. *de iur. bell. et pac.* 2. 3. 14. CAMDEN. *Hiſt. Angl. p.* 842. (Huc etiam referas, quam vocant, *palorum pecuniam*, de qua *in priuil. Amſt. p.* 28. 29. et in *Statut. Dantiſc. p.* 1. *art.* 22,) Vectigal autem inſtituere eſt ſummi imperii *l.* 10. *D. de publican. l.* 2. 3. *C. vectig. nou.* 1. aut quibus hoc concedit ſuprema poteſtas; aut quibus tempore memoriam hominum excedente adquiſitum eſt. Hoc non priuatae, ſed publicae, non alienae ſed ſuae poteſtatis ac moderationis pro ſtatus publ. conditione principes eſſe volunt CAMDENVS. *p.* 3. *hiſt. Eliſab. pag.* 351. *Principes vectigalia, quae ſemel intenderunt, vix vnquam relaxant; qui huiusmodi regalia (vt vocant) ad cuiusqre regni ius et libertatem ſpectare, nec externae moderationi ſubiacere indicant.* Extra neceſſitatem tamen et vtilitatem publ non augeri, reſpectumque ad merces habere, leges pacti et modum cauſſae non excedere fas eſt. *l.* 7. 8. 13. *C. de vectig.* GROT. *de iur. bell. et pac.* 2. 2. 14. SIXTIN. *de regal.* 2. 6. 45. *et* 47. *ſeqq.* Sed nec illicite ac per vim extorqueri debet. *l.* 6. §. 5. *D. de public. et vect.*

VII. Si quis non profeſſus fuerit omnes merces, pro quibus vectigal debetur, in commiſſum cadunt aut fiſco cedunt occultatae vel *inſcriptae*, vt veteres loquebantur: id eſt non ſcriptae. LVCILLIVS *lib. XXVII. Satyr. apud Nonium: facit idem quod illi, qui inſcriptum e portu exportant clanculum, ne portorium dent.* Item ſi vetitae merces aduehantur, vel cum illis ad hoſtile ſolum nauigetur, eaedem in commiſſum cadunt *l.* 2. *cod. quae res exp. non deb.* Poena vero commiſſi etiam heredes defraudantis tenet, ſi modo viuo eo, qui deliquit, quaeſtio mota ſit, et ſententia declaratoria ſubſequuta, qua declaratur, illud crimen fuiſſe commiſſum. *l.* 8. *l.* 14. *l.* 16. *ſſ.* 13. *de publican.* SIXTIN. *de loc. n.* 171,

VIII. Naues tamen a vectigali immunes hic excipiuntur. Quae immunitas mutuis inter vicinos aut confoederatos pactis inſtitui, vel pro rerum et temporum ratione tolli poteſt. *vid. art.* 1. 2. *ſeqq. et art.* 18. *pacif. Sueo-Danic. de anno MDCXLV.* Sed et errore viae, vi tempeſtatis, metu piratarum aut aliorum hoſtium probabili, aut reparationis cauſſa naues ex neceſſitate in portum actae vel relatae, pro non ſoluto vectigali, commiſſo non vindicantur *l.* 15. *l.* 16. *ſſ.* 8. *D. de publican.* niſi quod quarumdam gentium inſtituto pecuniae aliquid pro tuta ſtatione praeſtari ſolet, quam vulgo vocant *pecuniam ancborariam*

vid.

Digitized by Google

vid. art. 12. Pacific. Sueo-Dan. Merces quoque, quas ſemel in iſto portu exonerare coeperunt, ibidem vendere quorumdam populorum moribus neceſſe habent.

IX. Alias iactatae naues mari et expulſae errore itineris, vi aut tempeſtate in alienum portum velut ad alienum praeſidium confugientes, ibi ex communi gentium iure fidam ſtationem habere libereque decedere ſolent. Hoc ius gentium intuetur VIRGILIVS IV. Georg.

Deprenſis olim ſtatio tutiſſima nautis.

Et Latinus apud eumdem VII. Aeneid. ſic inuitat ſocios Aeneae:

Siue errore viae, ſeu tempeſtatibus acti,
Qualia multa mari nautae patiantur in alto,
Fluminis intraſtis ripas, portuque ſedetis.
Ne fugite hoſpitium.

In foedere pacis et commerciorum inter Henr. VII. Reg. Angl. et Philippum ducem Burgund. etiam hoc pactum eſt percuſſum, vt naues vi aut tempeſtate in alterius portum depulſae tutum ibi receptum liberumque inde egreſſum haberent. *c. 21. dicti foed.* Libertatem ſane commerciorum et nauigationis tollit, et ingentia naturae munera in iniuriam vertit, qui publicam ſecuritatem in portu denegat his, quos illuc longae nauigationis languor, aut tempeſtatum vis ex alto adpulit. Quum hos in alienam fidem confugere, et ei ſe ac ſua committere neceſſitas extrema et miſerabilis caſus adigit, prope eſt, vt hi in eadem cauſſa eſſe videantur, qui periculi vitandi cauſſa, hoc eſt, naufragii, ruinae, tumultus gratia res ſuas apud aliquem deponunt; vti CVNAEVS *in cauſſa poſtlim. p. m. 262. 263. erudite diſſerit. vid. et inf. l. 2. c. 4. n. 6. et ſeqq.*

X. Si vero ſint hoſtiles vel piraticae naues, aut pro iis habeantur, illis acceſſum denegari nihil eſt mirum, vnde ſocii Aeneae pelago iactati, tutumque acceſſum a Didone petentes, aiunt apud MARONEM I. Aen.

Non nos aut ferro Lybicos populare penates
Venimus, aut raptas ad littora vertere praedas.
Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem,
Et ſiluis aptare trabes, et ſtringere remos.

Lesbios vnice laudat Pompeius, quod vxori ſibique, licet iam a Caeſa-

re victo et profugo liberum tamen acceſſum et receſſum dederint, apud LVCANVM *lib. VII. v. 144. et ſqq.* cum hoc voto:

> *Da ſimiles Lesbo populos, qui Marte ſubactum,*
> *Non intrare ſuos infeſto Caeſare portus,*
> *Non exire vetent.*

Quin et hoſtilium nauium continuam perſequutionem et in eas excurſionem in alieno freto vel portu excuſandam putant, ſi periculum ſit in mora. Fit enim hoc, vim hoſtis nobis imminentem a finibus noſtris propulſandi, non alieni aut vicini territorii fines violandi, animo. Et ius ac neceſſitas defenſionis nullum limitem ſeu terminum agnoſcere omnique iniuria carere videtur. BESOLD. *de iur. territ. c. 3. n. 4.* Sic TRVMPIVS claſſis Holl. praefectus anno MDCXXXIX. feliciter occurrit claſſi hoſtili Hiſpanorum in portu Duinenſi Britannorum, licet illis contradicentibus et prohibentibus; quod poteſt quisque in ſuo territorio.

CAP. IX.

DE IVRE PISCANDI.

I. *Ius piſcandi omnibus commune eſſe primaeuo iure naturae, gentium et diuino.*
II. *Quod poſtea inter regalia relatum, vna cum fructibus eius.*
III. *Iure regalium et legibus piſcationum non poſſe tolli omnem piſcandi libertatem*
IV. *Libertatem piſcandi in alieno mari aut freto exteris quoque certo modo concedi poſſe, ab illo, qui imperium in illud habet.*
V. *Ius piſcandi ſubditis et priuatis quatenus competat.*
VI. *Quatenus heredibus competat*
VII *Per piſcationem non impediendum eſſe nauigationis vſum.*

I. Sed et hoc portus beneficium eſt, vt ius piſcandi in eo ſit commune; nec in portu ſolum, ſed etiam in fluminibus publicis et mari: quia portus et flumina publica ſunt, mare autem commune eſt. Idque primaeuo iure naturae et gentium *ſ. 2. Inſt. de rer. diu. l. 5. §. 1. D. eod.* quod in iure diuino fundatum eſt *Gen. I. v. 28. Gen. IX. 2.*

II. Verum hoc non ſimpliciter eſt naturale, ſed in mari nullius ditioni ſubiecto; atque ſi in certis locis non aliter lege aut moribus cautum ſit: quos obſeruari debere ius ipſum naturae dictat. Lex enim

enim ciuilis, etſi nihil poteſt contra ius naturae permittere aut prohibere, poteſt tamen libertatem naturalem circumſcribere, et vetare, quod naturaliter licebat. GROT. *de iure belli et pac. lib. 2. c. 2. §. 5. et c. 3. §. 8. 9. ſeqq. et c. 8. §. 5.* Et CVIACIVS *lib. 4. obſ. c. 2.* ait: *Mores vbique ius gentium paſſim ſubegerunt, adeo vt ne in flumine quidem publico piſcari liceat.* Ex quo enim principes imperium in aquas ipſorum territorio ſubiectas ſibi vindicant, promiſcuae piſcandi libertati fibulam quamdam lege ſua impoſuerunt. Inde factum eſt, vt piſcationes in mari aut flumine publico tandem inter regalia referrentur. *c. vn. Quae ſint regal.* Quae longa conſuetudine ex tacita ciuium conuentione firmata ſunt: ita vt hodie non amplius de iure quaerendo, ſed quaeſito tuendo diſceptetur. GRAEF. *iur. publ. c. 40. n. 3.* Hinc lacus piſcatorii in cenſum domini deferri dicuntur in *l. 4. §. 6. D. de cenſib.* Et ius piſcandi cum feudo a ſuperioribus conferri. SIXTIN. *de regal. 2. 18. 30.* vel aliis ex venia concedi *c. 29. §. 1. de iur. aedif. LL. prou. Sued.* aut alio iuſto titulo in alium transferri, vel piſcatio publice locari pro certis reditibus aut exactionibus fiſco inferendis poteſt. Exceptis tamen, quae hamo capiuntur. Hamorum enim vſus in quacumque ciuitate receptus, in aquis publicis ab omni exactione liber eſt. GRAEF. *d. loc. n. 3.* Sic iure regalium Succiae reges habent ſuas decimas ex piſcationibus publicis, aut alios prouentus ex locatione vel conceſſione piſcationum in mari aut fluminibus publ. huius regni, ſuosque peculiares tractus aut ductus piſcationum, quos *Alucos regios* aut *Venas regias* ſua lingua vocant. *vid. Receſſ. Holm. de anno 1643. art. vlt.* Sic regibus Luſitaniae praeter alios maritimos reditus cedunt quoque balaenae eiectae. GEORG. *de* CABEDO *deciſ. Luſit. part. 2. dec. 48.*

III. Eodem iure regalium princeps certum piſcandi modum praeſcribere ſuis ſubditis ex vſu publico et conſenſu poteſt. Ad conſeruationem enim eorum, quae iuris quidem gentium ſunt, absque gentium tamen laeſione reip. bono conducunt, princeps leges propoſito ſuo conuenientes ferre poteſt, vti in halecum captura ordines Hollandiae fecerunt, *notante* GRAEFIO *dicto cap. n. 4.* et alii principes ac respubl. in aliorum piſcium captura poſſunt. Iſtae tamen leges omnem piſcandi libertatem ſubditis penitus adimere, omniaque fiſco vindicare non poſſunt, certe non debent. Quod Domitianus et miniſtri eius tentabant. Quo nomine Iuuenalis eos vrbano ſale tangit ſat. IV.

Digitized by Google

vbi de rhombo, in mari Hadriatico capto, et a piſcatore principi deſtinato loquitur:

Quis enim proponere talem
Aut emere auderet? cum plena et littora multo
Delatore forent: diſperſi protinus algae
Inquiſitores agerent cum remige nudo,
Non dubitaturi fugitiuum dicere piſcem,
Depaſtumque diu viuaria Caeſaris, inde
Elapſum, veterem ad dominum debere reuerti:
Si quid Palphurio, ſi credimus Armillato,
Quidquid conſpicuum eſt pulcrumque ex aequore toto,
Res fiſci eſt vbicunque natat, donabitur ergo,
Ne pereat.

Vide colorem ac ingenium calumniae, quae fingit rhombum imperatoris viuario aut piſcinae incluſum, in dominio eius fuiſſe, ideoque inde elapſum occupantis fieri non poſſe, ſed domino ſuo reſtituendum eſſe, vbicumque deprehenſus recognoſcatur. Palphurius autem et Armillatus ſpecioſiori palpo omnia principis fiſco attribuunt, quaecumque alicuius pretii in mari reperiuntur. Huc referas illud AMBROSII quo inuehitur in tales principes HEXAEMER. *l. V. c. XXX. Piſcium iura ſicut vernaculorum conditione ſibi ſeruitii ſubiecta commemorant.* Sint priores in mari finibus ſuis circumſcripto aut flumine publ. piſcandi partes principi, ſint ipſi magni inde fructus, et ſua regalia. Non tamen omnia in fiſcum trahere poteſt. Hoc enim ipſius naturae beneficio prorſus repugnaret, quae non principis ſolum ſed ceterorum quoque hominum cauſſa piſces comparauit (*vid. l. 28. §. 1. D. de vſur.*) igitur illis quoque partem eorum lubens concedet, quae natura non inuidet aut denegat ceteris hominibus. SENEC. *lib. IV. de benefic. cap. V. Animalia omnis generis, alia in ſicco ſolidoque, alia in humido innaſcentia, alia per ſublime dimiſſa: vt omnis rerum naturae tributum aliquod nobis conferret.* Huius naturalis tributi partem bonus princeps, incolumi ſuo iure et piſcationum fructu, ceteris haud inuitus permittere ſolet. SENECA *l. VII. de benefic. cap. V. Sub optimo rege omnia rex imperio poſſidet, ſinguli dominio.* Quae nimirum iuſto domino adquiri poſſunt. Et *cap. VI. Caeſar omnia habet: fiſcus eius priuata tantum ac ſua, et vniuerſa in eius imperio ſunt, in patrimonio propria.*

propria. Abſque tamen venia publ. praefectique portus regii directione piſcatio in publico non eſt permiſſa, *iure portus Suedico* CAROLI *VIII. art. 14. et 25.*

IV. Quin ſi exteris ex pacto, vel precario, aut indulgentia principis, aut pro certo vectigali piſcatura, in freto aut mari ditioni eius ſubiecto, velut paſtio in agro compaſcuo ad certum ac determinatum modum concedi poteſt, atque conſtituto tempore renouari ſolet; quidni idem concedatur indigenis? exteris autem dicto modo concedi poſſe, ſtatuit LEO *imp. nouell. 56. in fin. Sicut terrenis locis praeter voluntatem domini ex alieno fructus percipere nemini conceditur; ſed ſi quis fructus ex alieno colligit, eos vel benignitate domini percipiat, vel pro loci vſu vectigal ſoluat, neceſſe eſt.* Sic etiam maritimis oris obſeruari, praecipimus. Idem teſtantur huius facti exempla. SELDENVS *l. 2. mar. clauſ. cap. 20. p. 437. Ex foederibus cum vicinis principibus initis toties eiusmodi libertas ita vtrimque fuit indulta, vt conſtante foedere, velut ager compaſcuus tam foederato vtenti, quam Anglo domino mare deſeruiret.* Sic Hollandis ius piſcandi haleces in mari Britannico conceſſum eſſe, conſtat ex foedere pacis ac mutui commercii, quod initum eſt Londini anno MCCCCLIX. inter Henric. VII. regem Angliae, et Philippum Archiducem Auſtriae, ducem Burgund. Hollandiae comitem; et integrum exſtat in apologia Boxhornii pro nauigat. Holland. in primis cap. 14. Iisdem, vt et Anglis aliquando in Scania, Norvegia idem a regibus Daniae ac Norveg. indultum eſſe, ex annalibus conſtat. *vid.* PONTAN. *l. 1. diſcuſſ. hiſtor. c. 2.* Quod autem GROTIVS *l. 5. mar. lib. p. m. 53.* vult, *exteris ius piſcandi vbique immune eſſe debere, ne ſeruitus imponatur mari, quod ſeruire non poteſt* (*l. 13. com. praed.*) hoc quidem ita eſſe oporteret, ſi nudum ius naturae et gentium vbique ſequeremur; et lege vel pacto non aliud conſtitueretur ab eo, qui imperium in ſuae terrae vndas ſibi arrogat. Qua ratione motus GROTIVS poſtea diuerſum ſentit *in lib. II. de iur. bell. et pac. cap. II. §. V. De feris,* inquit, *piſcibus, auibus illud notandum eſt, qui imperium habet in terras et aquas, eius lege poſſe impediri aliquos, ne feras, piſces, aues capere et capiendo adquirere eis liceat: atque hac lege teneri etiam exteros. Ratio eſt, quia ad gubernationem populi moraliter neceſſarium eſt, vt qui ei vel ad tempus ſe admiſcent, quod fit intrando territorium, ii conformes ſe reddant eius populi inſtitutis. Nec*

obſtat, quod ſaepe in iure Romano legimus, iure naturae aut gentium liberum eſſe, talia animalia venari, (aut capere) *hoc verum eſt, quamdiu lex ciuilis nulla intercedit, ſicut lex Romana multas res relinquebat in illo primaeuo ſtatu, de quibus aliae gentes aliud conſtituerunt.* In foedere regum Galliae et Angliae pactum initum, piſcaturam vtriusque ſubditos libere exercere poſſe toto mari, quod hinc portu Seadeburgenſi et Southamtonienſi, illinc Flandriae extremo et Sequanae fluuii oſtio terminetur. Tempus item ab autumno, intra Ianuarias, quae ſequerentur, Kalendas coerceri. Ecce limites tum loci, tum temporis piſcaturae poſiti, vti notat SELD. *in mar. clauſ. dict. ſup. loco.* Modum ergo principes hic ſuis et exteris vel ex conuentione, vel vi imperii in ſuum fretum praeſcribere queunt.

V. In fluuio autem alicuius priuato proprioque ipſi ſolum domino, non aliis abſque furti crimine piſcari licet: is enim ad priuatum non publicum aut communem vſum ac dominium pertinet *l. 13. in fin. l. 14. D. de iniur. c. 25. iuris Sued. Bygn. ll. c. 29. Tiuf. ll. 9. Sl.* niſi ſpecialiter tale quid alii conceſſum ſit a domino; aut niſi vſus amnis pluribus vicinis pro portione adiacentium praediorum communis ſit. *vid.* OETINGER *l. 1. de iure et controu. limit. c. 12. n. 29. et d. c. 25. Bygn. c. 16. 17. Wiederbo Vl. 14. HL.* Quamuis vero piſces paſſim vagantes, ludentes in ſtagnis videantur in naturali ſua libertate verſari, atque ſic occupanti cedere; quod etiam volebat Nerua, IC. et ſolos piſces incluſos piſcinae a nobis obſideri dicebat in *l. 3. §. 14. D. de adq. vel amitt. poſſeſſ.* attamen noſtro ſeculo rectius contraria opinio praeualuit, vt piſces etiam ſtagnis incluſi a nobis poſſideantur et in dominio noſtro ſint. Quippe piſces non minus ſtagno priuato includuntur, quam piſcina: nec alio haec differunt, quam quod altera anguſtior, altera laxior cuſtodia eſt. GROT. *de I. B. et P. l. 2. c. 8. §. 8.* Quid? quod termini piſcationis limitibus diſtingui poſſunt, vt *in iur. Sued. c. Sued. Bygn. ll. vid.* OETINGER. *l. 2. c. 3 de iure et contr. limit.* vbi vero nulli ſunt limites, per vices aut pro rata piſcari moris eſt, ſi ſit vſus amnis pluribus communis, qui prope ripam praedia poſſident. *arg. l. 31. §. vno ff. de neg. geſt. et per ſuperiora, init. h. §.* Nec adeo ad rem facit, quod piſces non dicantur eſſe fundi, ſecundum iuris ſubtilitatem *l. 15. D. de act. emt.* fundi enim proprie eſſe dicitur, quod terrae adfixum eſt, et terra ſe tenet *l. 17. eod.* ſatis eſt, quod in piſcina

et

Digitized by Google

et ſtagno noſtro ſunt, eiusque tamquam acceſſio et fructus. Vnde piſcatio etiam ad fructuarium pertinet *l. 9. §. 5. D. de vſufr.* niſi inundatio longior eam impedierit: quod tamen alluuio decedens reſtituere poteſt. *l. 23. quib. mod. vſusfr. am.* Sed et quaſi poſſeſſionem iuris piſcandi in diuerticulo maris aut fluminis publici ſibi priuatus longi temporis vſu (in primis qui memoriam hominum excedit) adquirere poteſt, et alium eodem iure vti prohibere. *l. 7. D. de diuerſ. temp. praeſc. l. 45. D. de vſurpat.* niſi deſinens vti, ante legitimum praeſcriptionis tempus ius ſuum amiſerit. Si vero maris proprium ius, id eſt, exigua maris portio in priuatum fundum ad exemplum villae Luculli aliorumque, admiſſa ſit (vt explicat GROT. *d. l. 2. 3. 10.*) vel diuerticulum maris ad aliquem pertineat, et ille animum poſſidendi non interrupto plurium annorum vſu teſtatus ſit, et tamen prohibeatur ius ſuum vſurpare, interdictum vti poſſidetis ei competere Paulus dixit: quia ad priuatam non publicam cauſſam haec res pertinet, et de iure fruendi agitur *l. 14. D. de iniur.* quod iuri naturae conuenire Grotius dicto loco confirmat. Extra diuerticulum vero maris idem iuris non erit, ne communis vſus impediatur. Ante aedes igitur meas aut praetorium ad mare ſitum, vt piſcari aliquem prohibeam, vſurpatum quidem eſt, tametſi nullo iure, adeo vt Vlpianus, ſi quis prohibeatur, iniuriarum agi poſſe dicat. *l. 13. §. 7. D. de iniur.* GROT. *mar. lib. c. 5. p. m. 48.* In lacu tamen, qui mei dominii eſt, vtique piſcari aliquem prohibere poſſum *in fin. l. 13. de iniur.* nihil remorante, quod piſces, dum in lacu ſunt, in naturali ſua libertate verſari videantur. CVIAC. *l. 4. obſ. c. 2.* lacus enim meus eſt, ergo et pronentus fructusque eius *per ſupr. notata;* ſi quis duorum maritimorum fundorum dominus vnum vendat, alterum retineat, eique hanc legem vel conditionem det, ne ab emtore contra eum in certo maris loco certarum ſpecierum piſcatio exerceatur; quamuis mari, quod natura omnibus patet, ſeruitus priuata lege imponi nequeat; quia tamen bona fides legem contractus ſeruari expoſcit, perſona poſſidentis, et in eius locum ſuccedentis, per hanc venditionis legem obligatur. *l. venditor fundi D. comm. praed.* idque naturali aequitati conſentaneum eſt. Quod etiam in territorio et lege populorum poſſe locum habere, notat GROT. *cap. 5. Mar. lib.*

VI. Piſces cuſtodiae cauſſa piſcinae immiſſos rebus hereditariis adnumerari et ad poſſeſſoris defuncti heredes pertinere extra dubium

bium eſt, per *l. 15. ff. de act. emt. et l. 3. §. 14. ff. de adq. poſſ.* Sed ſi piſces multiplicationis cauſſa in ſtagnum ſint coniecti, cedere heredibus defuncti poſſeſſoris aut vaſalli eo tempore, quo ſtagnum mox eſt piſcabile, pragmatici notant: fructus enim de proximo recolligendos pro recollectis haberi. CARPZOV. *iur. for. 3. 32. 26.* At, ſi tempus mortis magis eſt propinquum tempori immiſſionis piſcium in ſtagnum, quam piſcationi; tunc piſces vna cum fundo ad nouum poſſeſſorem pertinent. Idem *d. loc. def. 27.*

VII. Cuicumque vero vel in mari aut flumine publico, vel eorum diuerticulo piſcari fas et iùs eſt, ita piſcabitur, ne per id vſus nauigationis impediatur. *l. 1. et toto tit. D. ne quid in flumine publ.* Theodoricus rex Gotharum apud Caſſiodorum Lib. V. var. Ep. XX. *Comperimus quosdam ſepibus curſum fluminis, quantum ad nauigandi ſtudium pertineat, incidiſſe. Quod volumus modis omnibus amputare. Nec tale aliquid permittatis quemquam vltra praeſumere, ſed inviolati aluei tractus nauium relinquatur excurſibus. Scimus enim, retibus non ſepibus eſſe piſcandum.*

CAP. X.

DE IVRE STAPVLAE.

I. *An ius ſtapulae ſtringat liberum commerciorum et nauigationis vſum.*
II. *Stapulae et Geranii etymon.*
III. *Quid ſit ius ſtapulae.*
IV. *Vnde ortum ducat. Quis eius finis.*
V. *Diſtinguendum a nundinis, pendet a iure emporii.*
VI. VII. VIII. IX. X. *Quibus modis adquiratur et vſurpetur.*
XI. *Negotiationem libertati non poſſe praeiudicare in vniuerſum, et mercibus non expreſſis, ſtapulae ius.*
XII. *Excipitur caſus neceſſitatis et annonae caritas.*
XIII. *Obligati ad exponendas certo loco merces, nouas eluſiones non quaerent.*

I. Sed nonne ius ſtapulae liberum nauigationis et commerciorum curſum ſiſtere, aut ei praeiudicare videtur, dum certo loco merces ſiſtit et moratur? Hoc diſquirere operae eſt. Sed ordine progrediemur, dum hoc argumenum excuti dignum tractamus: deque eius origine et natura paullo accuratius agemus.

II. Stapula non a *ſtabulando*, vt nonnulli volunt, dicta eſt, quaſi certis locis merces ſtabulentur, ſed a voce mercatoribus noſtratibus

Digitized by Google

tibus vſitata *Stapel* adpellatur, quod velut in gradus erectionem et coaceruationem rerum, in primis mercium ſignat. Inde alia cognata nomina deducta ſunt, vt *ſtapa*, quod veteribus Saxonibus forum fuit, et *ſtaplum* pro tribunali. CL. SALMASIVS *c. V. obſeruat. ad ius Atticum et Rom.* Αγορὰν παρέχειν *dicuntur, qui omnia, quorum vita indiget, ad victum ſuppeditant. Stapam vulgo dicimus ex antiquo Saxonico Stapen, quod forum Latine expoſitum in vetuſtiſſimo lexico Latino Saxonico olim videre memini apud Marquardum Freherum Heidelbergae.* Inde facere ſtapam, *vulgo dicimus, quod Graecis erat* Αγορὰν παρέχειν, *Latine commeatum praebere.* Itaque ſtapa eſt a *Stapel*, quod in foro in aceruum eſſent erectae et cumulatae huiusmodi res, quae ad annonam vel commeatum ſpectabant. Et ſtaplum regis pro tribunali accipitur in legibus Ripuariorum *tit. 33. §. 1. tit. 65. §. 5. tit. 75. ita dictum a Germ. Stap*, vel *Staffel* gradu, quod ad illud tribunal, ſuggeſtu quodam erectum, gradibus adſcenderetur. Inde Suedicum quoque *klockſtapul*, turris vel locus campanis deſtinatus, deductum, et *Stapulſtäder*, ciuitates, quae iure ſtapulae gaudent. *Stapulae ius* alio quoque nomine *ius Geranii* nuncupatur, quid hic eſſet Geranium, primo dubitaui. Sed vbi penitius vocem excuſſi, notionem eius deprehendiſſe viſus ſum. Vt enim *Stapel* eſt vetus vox Gotho-Teutonica, ita hanc quoque eſſe puto, dictam vulgo *Krane*, quae ſignat Saxonibus et Belgis *gruem*, vt et machinam illam tractoriam, quam alias rotam aut *tympanum verſatile* mechanici vocant, quo circumacto in exoneratione nauis ſuſtolluntur et in terram demittuntur vaſta onera et graues ac ponderoſae merces. Quod a VITRVVIO *lib. X. de Architectura cap. IV.* et a PHILANDRO in notis ad dictum locum Vitruuii ita deſcribitur: *Tympanum, quod Graeci etiam* γέρανον *adpellant, eſt rotae ambitus magni genus, cuius circumactae calcantibus hominibus adfixas pro gradibus regulas, axis fune abuoluitur atque ita onera extolluntur, aut ſublata deprimuntur.* Eiusdem meminit LVCRETIVS *lib. IV.*

Multaque per trochleas, et tympana pondere magno
Commouet, atque leui ſuſtollit machina niſu.

Huic machinae tractoriae *gruis* nomen inditum eſt, a formae quadam ſimilitudine, quod *axem* quaſi *roſtrum gruis* protendit. Roſtrum vero gruis Graecis eſt Γεράνιον, inde geranium Latine. Eſt ergo *ius Geranii* per metonymiam idem quod *ius exonerationis*, quae inter cae-

Digitized by Google

tera ſit etiam illa machina tractoria. Huc referas illud Lehmanni in Chronico *Spir. l. 4. c. 22. p. m. 363. Die andere Eigenſchaft oder Gerechtigkeit der Staffel iſt von Alters geweſen, vnd noch, nemlich Kauff-Haus, Krane, Schiffer vnd Kärcher, desgleichen Kauff-Hauß Obherrn, Kranen-Meiſter,* &c. Hoc ius *Geranii*, vel *exonerationis* Germani alias vocant *Niederlage.*

III. Ius ſtapulae eſt poteſtas ſiſtendi in ſuo foro reſtrigendique merces, ſpeciali emporii beneficio certis ciuitatibus competens. Boxhornius in Theatro Hollandiae, vbi de Dordrechto loquitur, ita ſcribit: *Eſt ſtapulae ius, quo poteſtas conceditur aliunde inuectis mercibus quaſi manum iniiciendi, ab inſtituto curſu detrahendi, ac denique ita ſiſtendi, vt non prius quam publico foro diuenditae ibi fuerint, alio transferantur.*

IV. Eſt hoc ius vetus, cum creſcente mercatura introductum, priſcisque Graecis dudum vſurpatum, vt *inf. hoc cap. §. IX.* indicabo. In primis in illis locis inſtitutum, vbi commoditate ſitus, maris et fluminis publ. beneficio ius emporii exerceri potuit. Facit ius ſtapulae ad vrbium et commerciorum incrementum, ad copiam annonae et mercium, ad ſubſidia reipubl. opesque parandas. Scopus eius praecipuus eſt vtilitas reip. aut peculiarium ciuitatum: ne exteri promiſcua rerum neceſſariarum coemtione indigenarum commerciis incommodent; ſed vt ipſi huius rei quaeſtum ad ſe et ad ſuum forum transferant.

V. Non tamen ius ſtapulae cum nundinis, quae ſtatis temporibus celebrantur, eſt confundendum: quum multae ciuitates ius mercatus generalis ac nundinarum habeant; niſi et hoc peculialiter ſibi conceſſum probare poſſint. Vnde in definitione iuris ſtapulae dixi, *ſpeciali emporii beneficio competere.* Pendet enim ius ſtapulae a iure emporii. Et qui ius emporii, id eſt, ius de exponendis mercibus habet, tranſeuntes merces ad ſuum portum et forum trahere poteſt. CHYTRAEVS *Saxon. hiſt. p. 1. ad annum MDXI. Vladiſlaus emporii veteris iura tunc Vratiſlauiae innouit, ne quis Polonus aut Germanus negotiandi cauſſa Vratiſlauiam praeteriret, ſed vtraque gens Vratiſlauiae merces ſuas deponere ac vendere cogeretur.*

VI. Illud autem ius emporii non priuata auctoritate, nec aliquo praetextu iuris aut onerum praeſtationis in mari, ſed certis et legi-

Digitized by Google

timis modis adquiri poteſt et debet: nimirum ex priuilegiis ſuperioris, qui iura maieſtatis habet; vel ex praeſcriptione memoriam hominum excedente, vel ex lege pactisque liberarum ciuitatum aut rerumpubl.

VII. Rex aut princeps, qui nullum ſuperiorem agnoſcit (etiamſi forte alterius maieſtatem comiter obſeruet) ſtapulae ius haud dubie concedere poteſt; quum habeat auctoritatem condendae legis, aut contra eam ex vſu publ. diſpenſandi. *l. vlt. Cod. de leg.* BESOLD. *in Theſaur. pract. in V. Staffelgerechtigkeit.* Si tamen priuilegium ex falſa relatione ac importunitate petentis vel obreptitie in fraudem alterius a principe impetratum ſit, impetranti non prodeſſe nec aliis obeſſe, aequius eſt. *l. 3. C. qui legit. p. ſ. i. i. h. l. 5. C. ſi contra ius vel vt p. edict.* THEVDERICI *regis Gothor. cap. 129.* Et quamuis principis ſit aeſtimare, quem modum ſui beneficii eſſe velit. *l. 191. de reg. iur.* non tamen praeſumitur, alteri ius quaeſitum priuilegio velle auferre: ne ex beneficio fiat iniuria *l. 6. Cod. vnde vi. Elb. Leonin. conſil. 67. n. 3.* Moris enim non eſt, beneficia ad alienam iniuriam porrigi. *l. 4. Cod. de emanc. lib.*

VIII. Inſuper antiqua conſuetudine et vſu vel longa praeſcriptione iuris emporii ſtapulaeque poſſeſſionem vel quaſi firmari conſtat. Eam tamen continuam, nec interruptam eſſe oportet: nec vti ei per contrariam obſeruationem vel vſum, proteſtationem et interpellationem legitimam contrauentum *arg. l. 1. 2. Cod. de praeſc. long. temp.* ARETIN. *conſil. 11. n. 4.* In primis hic locum habet praeſcriptio memoriam hominum excedens, quae vim priuilegii et inſtar legis habet. *arg. l. 2. D. de aq. et aq. pl.* KLOCK. *de contribut. c. 1. n. 272.*

IX. Sed et liberae respublicae ac ciuitates, quae ius imperii habent, de certis mercibus non alio quam in ſuum emporium importandis paciſci poſſunt, aut legem condere. Talem Athenienſium legem refert *Demoſthenes* in orat. contra Phormionem, *quae extremum illi ſupplicium minitatur, qui Athenis habitans alio quopiam frumentum vexerit, quam in Atticum mercatum.* ὅτις οἰκῶν Ἀθήνησιν, ἀλλοθί ποι σιτηγήσειεν, ἢ εἰς τὸ Αττικὸν ἐμπόριον.

X. Ab illis vero, quibus licet, hoc ius ita vſurpabitur, vt vltra licitum non extendatur, et vt in certis ac ſpecialibus conſtituatur mercibus, et ad certa reſtringatur loca: ne vna respubl. ciuitas

Google

aut prouincia monopolium orbis, aut plurium vrbium et prouinciarum (contra *l vn. Cod. de monopol.*) exercere velle videatur: nec quod toti corpori debetur, partis alicuius ex priuato arbitrio fiat. Id enim directe pugnaret contra publ. vtilitatem et communem ſocietatem: quod ne quidem permiſſu imperatoris licet. *d. l. vn. C. de monopol. l. 6. Cod. ſi contra ius vel vtilit. p.* (monopolii tamen limitationem *vid. apud Grotium de iure belli et pacis. 2. 12. 16.*) Tum et pro mercibus deſtinato loco exponendis aequum, non nimium exigatur portorium. Pro iisdem in vendendo, et emendo iuſtum exigatur, et ſoluatur pretium, non quantum illicita conuentione pactum ſit *d. l. vn.* quae eſt iniuria, reparatione digna GROT. *d. loc.* Sed et inuehentes, bonae notae merces adferant: quae in nonnullis locis ab inſpectoribus recognoſci, et improbae reiici ſolent. LEHMAN. *d. Chr. Spir.* LIMNAEVS *lib. 2. iuris publ. c. 9. n. 32.*

XI. Licet ergo negotiatio et nauigatio libera ſit in mari et fluminibus publicis nauigabilibus, hoc tamen ſaluo iure ſtapulae intelligi volunt. *vid.* LEONIN. *d. conſil.* LINDEM. *in Exegeſ. de iure protimiſ. th. 26.* Et quamuis nemo cogi poſſit, vt hoc vel illo loco exponat merces ſuas, MYNSING. *conſ. 19. n. 3.* et contra te cogentem mandata ſine clauſula, vt vocant, decerni obtinerique poſſint. SIXTIN. *de Regal. lib. 2. cap. 3. n. 40. 41.* extra territorium enim ſuum ius dicenti impune non paretur. *l. 20. D. de iurisdictione l. 1. §. 1. D. quod quisque iur.* et quod iuris gentium ac publice vtile eſt, priuatorum pactis mutari nequit; *l. 38. D. de pact.* attamen princeps vi imperii in ſuas terras et portus cogere poteſt etiam peregrinos, in ipſius terris mercantes, ne ad quosuis et vetitos, ſed licitos portus naues ſuas adpellant ibique negotientur. *vid. Ordinat.* GVSTAVI MAGNI *de Mercat. art. 1. et diplomata de ciuitat. ſtapul.* Et quibus ciuitatibus hoc priuilegium conceſſum eſt, ne quis eas praeteruehatur, aut praeternauiget cum certis mercibus, ſed ibi merces ſuas venum exponat, illae ius et facultateem reſtringendi merces ad ſuum portum, etiam inuitis dominis mercium habent. BESOLD. *in Theſaur. Pract. d. loc.*

MEV.

Digitized by Google

MEV. *in iur. Lub. lib. 3. tit. 6. art. 7. num. 7. 8. 9. 10.* Quod quamuis durum eſſe et libertati commerciorum praeiudicare, alienoque iuri derogare videatur; aliud tamen ſentiendum erit, ſi ciuitas hoc ſpeciale beneficium a principe rite impetrarit. *l. 2. §. ſi quis a principe D. ne quid in loco publ.* FAB. *in Reg. iur. 191. p. m. 755.* Peregrini quoque in aliquo loco verſantes, negotiantes et contrahentes, tamquam ſubditi temporarii, legibus et iuri iſtius loci ſubiiciuntur. GROT. *de iure bell. et pac. 2. 11. 5.* Illa tamen peculiaria iura et beneficia libertati nauigandi in totum, aut mercium, priuilegio non expreſſarum, arbitrariae euectioni frenum iniicere nequeunt. Niſi extrema neceſſitas aliud in ſingulari caſu facere compellat.

XII. Neceſſitas enim exemta legi in graui annonae penuria non ſolum prohibere poteſt euectionem frumenti domeſtici ſed etiam, ſi hoc non ſuppetat aut ſufficiat, magiſtratus in mari nauigantes adigere poteſt, vt in ciuitates annonae penuria laborantes aduehant frumentum ibique pro iuſto pretio vendant; etiamſi eius in priuilegio de iure ſtapulae mentio facta non ſit. *l. 1. 2. Cod. vt nem. lic. in emt. ſpec. ſe exc.* Ita BYZANTINI in pari caſu naues frumentarias Atticorum ad ſe diuerti et frumentum venum exponere compulerunt, vt notat ARISTOTELES *2. Oeconom. vid. et cap. 31. ius Sued. de proceſſ. cur.* Ceſſante tamen neceſſitate hoc onus relaxandum eſt, quum non ſit perpetuum, ſed ſtante ſolum neceſſitate duret. Alias negotiatores et nauicularii domeſtici, qui annonae vltro ſeruiunt, immunitate quadam gaudent *in LL. R. l. 5. §. 3. 4. 5. 6 D.* de iure immun. nec detineri vllo modo, nec exactionem vllam pati debent. *l. 1. Cod. de nauicul. et in eam* PECK. *et* VINN.

XIII. Qui vero ad ius ſtapulae adſtringuntur, illis non integrum eſt, ad hoc declinandum nouas vias aut eluſiones quaerere: ne per indirectum ſequantur, quod directo vetitum eſt. NICOL. EVERARD. *iun. conſil. 9. n. 82.* Qui plura de hac materia deſiderant, conferre poſſunt, quae de controuerſiis iuris ſtapulae in albi inter re-

Digitized by Google

ges Daniae, duces Holſatiae et Hamburgenſes non ſemel agitatis Thuanus et Chytraeus in ſuis hiſtoriis poſteritati tradiderunt, vt et acta iſtarum controuerſiarum vtrinque publice edita. Item VBBONEM EMMIVM in deſcriptione Groningae *pag. 45. 46. ſeqq.* vbi de Groningenſium et agricolarum controuerſia iuris ſtapulae prolixe agit; et alios, qui hanc materiam ex profeſſo tractant. Etſi mihi paucos videre contigit.

Digitized by Google

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

DE NAVIGATIONIS SECVRITATE.

I. Continuatio propoſiti ordinis.
II. De maris et nauigationis incommodis et periculis.
III. Iſtorum incommodorum metu non eſſe fugiendam nauigationem: quum etiam terreſtre iter habeat ſua incommoda et pericula.
IV. Periculorum maritimorum remedia, diuina et humana.
V. Diuina quae.
VI. Humana triplicia.
VII. Ratione maris, fluminum et portus.
VIII. Ratione domini mercium et vectorum.
IX. Ratione magiſtri nauis et nautarum.
X. Alia quaedam ſpecialia remedia et munimenta aduerſus hoſtes et praedones maris, procellae et naufragii periculum, in capita ſequentia remittuntur.

I. Poſtquam naui fabricatae et inſtructae maris viam quaſi aperuimus, et iure nauigari oſtendimus; nunc quibus modis etiam tuta nauigatio praeſtari poſſit, exponemus.

II. Quamuis autem magna ſint maris et nauigationis commoda, magna tamen quoque pericula, incommoda et mala circumſtant nauigantes, metuenda ex procellis, ſyrtibus, caecis latentibusque ſcopulis, hoſtibus, piratis, aliisque aduerſis: quae a PLINIO *lib. II. Nat. Hiſt. cap. XLVI. et prooem. lib. XIV. et alibi.* PROPERTIO *lib. II. eleg. VI.* et aliis luculenter deſcripta ſunt.

III. Verum tamen ob aduerſa non auerſanda eſt nauigatio: quum ne quidem in terra deſint mala, quae bona comitantur; ob quae tamen bona non fugimus. Agricola quidam fertur aliquando ex nauta quaeſiſſe, vbi parens eius et auus mortem oppetiiſſent? reſpondit nauta: vel in naui vel in mari: Agricola, cur ergo, inquit, tu nauim non reformidas et vitas? Nauta reponens, interrogauit ruſticum, vbi eius maiores obiiſſent, reſpondit ruſticus: domi et in lecto; cur ergo, inquit nauta domum et lectum non horres ac refugis? Sic enim ſe res habet, tam terra quam mari curae, pericula ac metus ſe ſocios addunt vel inuitis. Pulcre FLACCVS *lib. II. od. XIII.*

Quid quisque vitet, nunquam homini ſatis
Cautum eſt in horas. Nauita Boſporum

Poenus

Digitized by Google

Poenus perhorreſcit, neque vltra
Coeca timet aliunde fata.

Idem *lib. II. Od. XVI.*

Scandit aeratas vitioſa naues
Cura, nec turmas equitum relinquit.
Ocyor ceruis, et agente nimbos.
Ocyor Euro.

Idem repetit *lib. III. Od. I.* Nonne in terra iter facientes ſaepe quaſi terreſtre quoque naufragium faciunt? dum graui tempeſtate ſuborta in locis ſolis ac ſterilibus, aut infidis arenis in aeſtate aut acri hieme, et in viis ſuperatu difficilibus ipſis niuibus obruuntur. Nonne quod in mari piratae, hoc in terra latrones faciunt? praeterquam quod bonorum iacturam modo in bello, modo incendio, modo alio caſu facimus. Petronius Satyrico: Non ſola mortalibus maria hanc fidem praeſtant. Illum bellantem arma decipiunt: illum diis vota reddentem penatum ſuorum ruina ſepelit: ille vehiculo lapſus properantem ſpiritum excuſſit. Cibus auidum ſtrangulauit, abſtinentem frugalitas. Si bene calculum ponas, vbique naufragium eſt. Vere ergo HESIODVS *lib. I. oper. et dier.*

Πλέη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα.
Plena eſt terra malis, et plenum eſt aequor iisdem.

IV. Vt tamen iſta nauigationis incommmoda vel euitentur, vel minus infeſta ac periculoſa ſint, aduerſus ea certis ſe praeſidiis munire licet, quae poſſunt eſſe diuina et humana.

V. Praeſidia diuina, et quidem potiſſima, ſunt Dei prouidentia et cura, vbique tam in mari quam terra praeſens. Quum adquiſitio rerum ex commodis maris vel nauigatio inter benedictionis diuinae partes referatur *Gen. 49. v. 13. Deut. 33. v. 19. vid. et ſup. lib. 1. c. 1.* et nauis benedictum lignum adpelletur *Sap. 14. v. 7.* non eſt dubitandum, quin ſi nauigationem recte inſtituentes ſe Deo commendent, Deus illos tamquam in via ſua ambulantes ſeruaturus ſit. *vid. Pſal. 107. v. 23. et ſeq. v. 28. 29. Sap. 14. v. 3. 4. 5. 6.* Aut ſi illis in mari pereundum eſt, ſeria delictorum poenitudine ducti, et Chriſti merito nixi, Deo animas ſuas commendent: atque ſic in vocatione ſua beate decedent. Si autem fluctibus obruto non contingat ſepultura, non adeo intereſt, periturum corpus terra an fluctus conſumant;

Coelo

Digitized by Google

Coelo tegitur, qui non habet vrnam.

Etiamſi vero fiat eſca piſcium corpus, nihilominus aeque particeps erit reſurrectionis mortuorum et coeleſtis gloriae in Chriſto ſeruatore decedens, atque alterius corpus in terra putreſcens, vermiumque cibus. De quo diuina teſtimonia omni exceptione maiora habemus. *Seruat omnia oſſa eius: vnum ex illis non frangitur. Pſal. 34. v. 21.* Et *Apocal. 20. v. 13. Reddidit mare mortuos, quos habebat.*

VI. Poſt diuina praeſidia ſunt humana, quae hominum ingenio atque induſtria parari poſſunt; vel contemplatione maris fluminum et portuum; vel domini mercium et vectorum; vel magiſtri nauis et nautarum intuitu conſideranda.

VII. Contemplatione maris fluminum et portus praeſidia humana ita ſe penſitanda offerunt: Vt impedimenta maris et fluminum tollantur, et omne id prohibeatur, quo deterior nauigatio reddi poſſit. De quo *in tit. Dig. tit. de flum. et ne quid in flum. publ.* Vt flumina, vbi commode fieri poteſt, purgentur, retentur et profundiora reddantur eorum iuſſu et auctoritate, quorum ea de re poteſtas eſt. Ne ſaburra nauium in mare aut flumen exoneretur, in fraudem et detrimentum profundi, ſed alio auehatur, quod etiam *iure naut. Hanſeatic. art. 39.* cautum eſt. Vt non ſolum phari, ſpeculae et ignes nocturni, ad indicandum portum tutumque acceſſum, aliaque breuium ſigna exitentur, ſed etiam vaſa grandia ad fundum lapidibus et catenis defixa, et ſupra vndas eminentia certis interuallis diſponantur: vnde profunditas maris exploretur puluini ſirtes ac vaſa euitentur; et ad iſtorum vaſorum metas curſus innoxius dirigatur. E re quoque eſt, prohiberi naues iſtis vaſibus alligari, ne loco transmoueantur. Iſte autem modus vaſa in flumine prominentia habendi (quod in transcurſu notandum) non ſemper arguit dominium in mari aut flumine publ. quum etiam ab illis, qui dominium tale ſibi non vindicant, vſurpari ſoleat in ſecuritatem nauigationis et libertatem commerciorum, illis in tali loco conceſſam. Ne nauibus periculum ſit a balenis, vbicumque illis mare eſt infeſtum, remedium fertur nauigantibus, caſtoreum dilutum aqua in mare effuſum. Hoc tanquam aconito petitus grex balenarum totus repente diſſipatur et in profundum fertur; vti teſtatur ZIEGLERVS *in Schondiae deſcriptione p. m. 485.* Magiſtratus et praeſides prouinciae praecaueant, ne piſcatores noctu lumine oſtenſo fal-

lant nauigantes, quaſi in portum aliquem dilaturi, eoque modo in periculum naues, et qui in eo ſunt, deducant. *l. 10. D. de inc. ruin. nauf.* Vtile quoque eſt, vt qui praecedunt et vela laxant, ignem in ſumma naui habeant, ad euitandum incurſionis periculum; et nauis praetoria, quoties opus eſt, plura luminum inſignia praeferat. Qua de re in cap. ſequent. Vt fragmenta nauium aut alia ſigna iſthic, vbi perierunt naues, intacta relinquantur: quibus exitioſa nauigantibus loca ſignificentur; quod regis Arabiae edicto olim cautum memorat DIODORVS SICVLVS *lib. III. bibl. hiſt.* ſi non adſit portus naturalis aut ſatis commodus, ita arte exſtruendus eſt, vt expeditum aut tutum nauigantibus praeſtet acceſſum. Quo nomine laudatur Traianus Imp. in arcu ipſius honori Anconae in portu erecto, vti eſt in inſcriptionibus GRVTERI *CCXLVII. 6.* his verbis:

IMP. CAESARI. DIVI. NERVAE. F. NERVAE. TRAIANO. OPTIMO. AVG. GERM. DACICO. PONT. MAX. TR. POP. XVII. IMP. VIII. COS. VI. PP. PROVIDENTISSIMO. PRINCIPI. SENATVS P. Q. R. QVOD. ACCESSVM. ITALIAE. HOC. ETIAM. ADDITO. EX. PECVNIA. SVA. PORTV. TVTIOREM. NAVIGATIONEM. REDDIDERIT.

Portus etiam ita exſtruendus eſt, vt naues in eo ad anchoras ſtantes tueatur ab tempeſtatibus: ne ſit

Statio male fida carinis;

neue fiat, quod PROPERTIVS ait 2. 28.

Cum ſaepe in portu fracta carina natet.

Modum vero exſtruendi tutum portum accurate deſcribit VITRVVIVS *lib. V. de architectura cap. XII.* Aggeres contra vim aquarum exſtruantur: littora et ripae muniantur: vt iſthic commeantibus hominibus et adiacentibus oppidis ac vrbibus periculum abſit. Cuius operis fama in veteri lapide laudantur Mar. Aurelius Antonius, et M. Aurelius Alexander Inſcript. Grut. CLXIII. Conf. *tit. D. de rip. mun. et tit. Cod. de alluu.* In portubus et oſtiis fluminum diſponantur ſtationes et excubiae: vt hoſtium et piratarum ingreſſus aut exitus prohibeatur: aliaue nauium pericula et inſidiae auertantur. Ita Dido apud Maronem 1. Aen. laborauit.

fines cuſtode tueri;

et apud LVCANVM *lib. IX.* Ptolemaeus rex Aegypti in ſuis littoribus ſpeculatores conſtituit. LVCANVS *d. lib. v. 472.*

Iam

Iam rapido ſpeculatur eques per littora curſu,
Hoſpitis aduentu pauidam compleuerat aulam.

Solent etiam apud nonnullas gentes naualia et ſtationes, in quibus claſſes et vires nauticae adſeruantur, curioſis populi et peregrinorum oculis, vt olim apud Rhodios (teſte Strabone) occluſae eſſe: ne res ad hoſtem aliosque, qui eas ignorare debent, temere dimanent.

VIII. Dominus mercium operam dabit, vt fidum ac peritum nauis magiſtrum, nauemque probe fabricatam et armatam eligat, cui merces ſuas committat. Ex monito Heſiodi exiguas naues laudet, ſed magnas oneret; non ſolum lucri cauſſa, ſed vt merces magis in tuto ſint. Non tamen omnem ſuam ſubſtantiam naui imponet, ſed plura domi relinquet. Nec omnes merces aut pecuniam vni naui credere, ſapientis eſt, ſed per plures naues diuidere praeſtat: vt, ſi vna pereat, reliquae in ſaluo ſint, ſecundum illud in Gnomologia Gruteri:

Tua omnia vni numquam naui credito.

Quod deſumtum ex illo COMICI *in Adelph. a. 2. ſc. 2. Potius quam venias in periculum ſeruesne an perdas, totum diuiduum face.* Vectores cum Antiſthene, quantam poſſunt, ea ſibi viatica parent, quae cum naufragio ſimul enatent. Si ignorantes in piratica naue vehendi ſint, in tempore, ſi poſſint, inde clam diſcedant; aut ſi hoc non poſſunt, ſatius, ipſos aurum, quod penes ſe habent, quam vitam perdere. Ariſtippus quum aliquando nauigaret, accepiſſetque, nauem, in qua erat, piraticam eſſe, depromtum aurum numerabat, dein quaſi imprudenti et inuito lapſum e manibus iactauit in mare, ingemuitque grauiter. Sic euaſit vitae periculum; poſtea dixit: *Praeſtat hoc ab Ariſtippo perdi, quam Ariſtippum propter illud.* Vectores nec per ſe nec per res ſuas impedimento ſint aut remorae laborantibus nautis, praeſertim vbi imminet periculum, quieti ſilentium nautis ſine certamine ad miniſteria exſequenda praeſtent; vt SCIPIO ſuos milites apud LIVIVM monebat. *vid. quoque art. 18. iur. marit. Caroli 9.*

IX. Magiſter nauis, cui totius nauis cura praecipue mandata eſt, prae ceteris adhibere diligentiam et ſollicitudinem tenetur rebus, quibus praeeſt, inde enim dicitur magiſter. *l. 57. D. de V. S.* Tam ſedulam curam nauis et mercium in ea gerat oportet, quam diligens ſolet paterfamilias rerum ſuarum. Idem peritos rei nauticae, fideles et induſtrios miniſtros conducat; eos bene regat et curet. Ipſe vigilans

lans et ſobrius nauem ingrediatur, caueatque, ne per ſuorum imprudentiam, fraudes et incuriam, aut per ſuam temulentiam et negligentiam occaſio cuicumque periculo praebeatur. Ex auaritia nauem non nimis oneret, ne onere ipſo deprimatur. Quidque ſuo et commodo loco reponat; vt, vbi opus fuerit, in promtu ſit; nec incommodet naui. HESIODVS *lib. 2. op. et dier.*

φ'ερτον δ' εὐ πάντα τίθεσθαι.

Bene opus quodcumque locato.

COLVMELLA *lib. XII. de re ruſt. cap. 2. Vbi tempeſtas inceſſit, et eſt rite diſpoſita nauis, ſuo quidque ordine locatum armamentum ſine trepidatione magiſter promit, quum eſt a gubernatore poſtulatum.* Foros nauis puros et liberos ab impedimentis habeant nautae: ne haec obſtent laborantibus. Ne longius differant nauigationem, commodo et minus periculoſo tempore nauigent: quale eſt aeſtiuum, cuius beneficiò ventorum acerbitas mitigatur. Tempore vero hiemis nauigatio ſaepe periculoſa, ſemper incerta eſt, vt dicitur *in l. 6. Cod. de offic. rect. prou. German.* Caeſar. in Phoenom.

Hiems portu fugienda peritis.

Confer HESIODVM *2. op. et dier.* in primis VEGETIVM *rei milit. lib. 5. cap. 9.* de commodo et incommodo nauigationis tempore ſi ſocii itineris Apoſtoli Pauli hic eius conſilium ſequuti eſſent; in tantum maris diſcrimen non veniſſent *Act. cap. 27.* Ignota maris aut fluminis maioris loca vel aggeſtione arenae vel latentibus ſaxis infeſta, ne quis temere nauiget abſque ductore et profundi exploratore. *vid.* POLYB. *lib. 4. hiſt. p. m. 309.* Praeſagia tempeſtatum fideliter obſeruet, vt malum, quod minantur, in tempore, quantum poteſt, praecaueat ac praeuertat. SYNESIVS *de inſomn. ἀτέκμαρτα πλεῖ inconſiderate nauigat nulla ſigna obſeruans.* Serenitati coeli et tranquillitati maris ne nimis fidat: eodem die, quo luſerunt naues, ſorberi poſſunt. LVCRETIVS *l. 2.*

Inſidi maris inſidias vireſque dolumque
Vt vitare velint; neue vllo tempore credant,
Subdola quum ridet placidi pellacia ponti.

Ad pixidem nauticam, tabulas hydrographicas et breuium ſigna curſum rite dirigant gubernatores, aliaque ſedulo faciant nautae, ad quae ex fide officii obligantur: vt poſt Dei opem, nauem ſaluam in portu ſiſtant. Naufragio autem imminente, miſeris vectoribus ſcapha ex-

cipien-

Digitized by Google

piendis cito ſuccurrant; vt prius periculo ſubducant homines, deinde bona, quae poſſunt. Quo nomine ipſis peculiare induſtriae praemium debetur.

X. Alia ſpecialia ſubſidia, ac munimenta aduerſus hoſtes et praedones maris, tempeſtatum et naufragii periculum, ſunt ſocietas naualis bellica, piratarum perſecutio, ius poſtliminii, adſecuratio, vt vocant, aliaque huiusmodi. Quae quum diffuſiorem contineant materiam, in ſequentibus capitibus ordine tractabuntur.

CAP. II.

DE SOCIETATE NAVALI BELLICA, VEL ADMIRALITATE, VT ALIAS VOCANT.

I. *Societas naualis, vulgo admiralitas. Huius etymon.*
II. *Antiquitas, et cauſſae ſocietatis naualis.*
III. *Conductio nauium admiralitatis ad vſum belli, vel defenſionem aduerſus hoſtem.*
IV. *Collegium admiralitatis.*
V. *Ad quid obligentur ſocii claſſis.*
VI. *De ordine inter nauigandum, et pugna nauali ſtrictim.*
VII. *De detrimento et commodo communi pro rata.*

I. Societas naualis vel bellica vel pacata eſt. Bellica eſt, coitio plurium nauium armatarum ad vim piratarum et hoſtium propulſandam, ſi occurrat. Graecis dicitur σύμπλοια vel ὁμόπλοια, quod coniunctim vna claſſe nauigetur. Hodie vulgo dicitur admiralitas ab admiralio vel Thalaſſiarcha, aut maris praefecto, qui praeeſt collegio admiralitatis vel ſocietatis naualis. Admiralii vero vel amiralii nomen ab Arabico *emir*, ſeu *amira*, quod *dominum* ſeu *praefectum* ſignat, deducendum putant. *vid.* voss. *de vit. ſerm.* 2. 2.

II. Eſt antiqua huiusmodi ſocietas naualis, non heri aut hodie primum inuenta. Siquidem iam ſua aetate Salomo, rex Hebraeorum, ſocietatem quandam claſſicam cum Hiramo rege Tiriorum iniuit. Et dictio illa Graeca ὁμόπλοια indicio eſt, iam olim apud Graecos in vſu fuiſſe. Nec apud illos ſolum, ſed etiam Romanos. Cuius rei locupletem teſtem Tullium habemus, qui *lib. XVI. epiſt. I.* ad Atticum ita ſcribit: *Dymeos agro pulſos, mare infeſtum habere, nil mirum.* Loqui eum de Dymaeis piratis patet. Mox ſubiungit modum

 ſuccur-

ſuccurrendi illis: In ὁμοπλόιᾳ Bruti videatur aliquid praeſidii eſſe. Idem *epiſt. 4. d. lib. Haec nauigatio habet quasdam ſuſpiciones periculi: itaque vti conſtituebam ὁμοπλόιᾳ.* Ex his ſimul liquet, quaenam cauſſae olim fuerint et adhuc ſint huiusmodi ſocietatis naualis, nimirum, vt aduerſus piratas, hoſtes aut alios inuaſores naues negotiatorum tutetur illisque ſecuritatem viae praeſtet; vel etiam rempubl. aut portus defendat. Idcirco tot armare naues ſolent, quot opus eſſe vident vel magiſtratus loci, vel priuati mercatores, auctoritate tamen vel permiſſu magiſtratus. Inde haec *ſocietas bellica* nuncupatur GROT. *de iur. bell. et pac. 2. 12. 4.* a qua differt *ſocietas naualis pacata*, de qua *inf. §. VII. et lib. III. cap. VI.*

III. Aliquando naues a collegio ammiralitatis conducere ſolent extranei, bellum nauale gerentes, et ſibi adiungere ad firmandum vires ac defenſionem aduerſus hoſtes; et quidem ſuis ſumtibus ac conuenta mercede, quam iura permittunt *arg. l. 9. §. 4. D. quod met. cauſſ.*

IV. Collegium vero Ammiralitatis, quale etiam in hoc regno luculenter conſtitutum eſt, auctoritate publica tractat negotia, quae ad claſſis publicae exſtructionem, armaturam et expeditionem ſpectant; vna cum naualium et portuum munitione et conſeruatione. Habet idem ſuum forum ac tribunal peculiare, quo res ad iuſtitiam et diſciplinam naualem facientes deuoluuntur.

V. A collegio ſocietatis naualis emiſſi nauium ſocii obligantur vel patriae ſuae, vel communi cauſſae ad fidem et ſtabilem coniunctionem, auxilium et defenſionem tam munitarum quam non munitarum nauium, ſiue hoſte, ſiue pirata, aut alio fatali caſu ac periculo ingruente; idque ex fide iuramenti et conſcientiae ſuae. Separantes ſe a ſocietate claſſis bellicae ante tempus aut in ipſo rerum diſcrimine; vel arbitrariam vel corporalem poenam pro delicti conditione, ex vigore diſciplinae militaris, ſubire ſolent.

VI. Quomodo vero ordines inter nauigandum a praetoria et propraetoria naui reliquaque claſſe ſint obſeruandi, qua ratione peculiari vexilli erectione aut velorum adductione, aut tormenti exploſione aut nocturno inſigni plurium luminum, quando imminet hoſtis, vel ignota claſſis, vel tempeſtas oritur aut nebula, ſignum ad praecauendum periculum dari debeat, et quae alia huc ſpectant; haec certis articulis

Digitized by Google

ticulis exprimi ſolent, quales etiam in archiuo ammiralitatis huius regni obſeruantur, *vid. quoque edicta ordinum Holland. anno 1644. edita, quae ſua lingua Placcaten vocant tom. 1. p. 323. et ſeqq. et 429. 430.* Item quomodo in pugna nauali acies inſtruenda ſit, venti commodum hoſti intercipiendum aut inutile reddendum, hoſtiles naues adoriendae, aut inſidiis circumueniendae, praeda caute agenda, aliaque huiusmodi ad artem aut diſciplinam militiae naualis ſpectantia; aliis ex profeſſo haec tractantibus ipſique experientiae relinquo.

VII. Quamuis in ſocietate nauium pacata vel negotiatoria, vbi confertur pecunia cum pecunia, lucrum et damnum ſit commune; tamen hoc non ita obſeruatur in ſocietate nauali bellica, ſed legibus et pactis differt. In ſocietate nauali aduerſus piratas vtilitas communis eſt ipſa defenſio, interdum et praeda pro rata. Moris etiam eſt, aeſtimari naues et merces in illis, atque ex his ſummam confici: vt damna, quae eueniunt, et vulneratorum impendia ferantur a dominis nauium et mercium, pro parte, quam habent ſinguli in ea ſumma. Quod iuri naturae conſentaneum eſt. GROT. *de iur. b. et p. 2. 12. 25. arg. LL.* WISIGOTHOR. *lib. V. tit. 5. c. 5. ordinat. admiral. in conſtit. et priuil. Amſterod. p. 450. edicto ordin. Holl. tom. 1. p. 323.*

CAP. III.

DE PIRATIS.

I. *Piratas eſſe publicos hoſtes, quatenus a priuatis inuadi poſſint, aut aliis ſuperiorem agnoſcentibus.*

II. *Perſequutio piratarum in alieno territorio quousque licita.*

III. *Capti ab illis retinent ſuam libertatem. Non debent eſſe pignori redimentibus eos a piratis. Quod cum limitatione accipitur.*

IV. *Num magiſtratus loci ex damno a piratis dato teneatur.*

V. *Contrahens cum praedone in quantum obligetur.*

VI. *Num piratis fides publica debeatur. Num illis iurata fides ſeruanda ſit.*

VII. *Inter praedones communi diuidundo iudicium locum non habere. Rapta ab illis bona, vbicunque reperta, vindicari poſſe.*

VIII. *Poena piratarum, et receptatorum.*

I. Quum in praecedenti capite dictum ſit, ſocietatem naualem aduerſus piratas coiri, de piratis, quae in iure occurrunt et noſtri ſunt inſtituti, in hunc locum reiicere placuit. Licet autem olim

olim rudi ſeculo inter barbaros praedari, virtutis militaris ab otioſis exercendae materia quaedam, et maris gloria ſit habita, tamen ſcimus, praedones maris ipſo iure diffidatos eſſe, vt loquuntur. i. e. quibus feida vel bellum indictum eſt. VINN. *ad* PECK. *de LL. nautic. p.370.* Quia ſunt pacis publicae et iuris gentium violatores, et tamquam hoſtes publici, ob inſignem illam malitiam, quam exercent in mari in depredandis alienis nauibus, et tollenda libertate nauigationis et commerciorum. Vnde etiam a priuatis inuadi poſſunt et adprehendi propria auctoritate. *vid. ius Sued. c. 42. de viol. iur. Reg. LL. prou. c. 24. iur. ciuit.* ſalua tamen magiſtratui loci iurisdictione criminali, et inſtructione de modo proſequendi piratas. Ita Caeſar priuatus adhuc piratas, a quibus captus fuerat, claſſe tumultuaria perſequutus eſt, ipſorumque naues partim in fugam coniecit, partim merſit. Et quum proconſul neglexiſſet in eos animaduertere; ipſe in mare reuerſus eos cruci ſuffixit. Sed hoc eo forte referri poſſe putat GROTIVS *l. 2. de iur. b. et p. cap. 20. §. 8.* vbi iudicia nulla ſunt, vt in mari. Satius tamen eſt nauigantes inſtrui mandatis a publica poteſtate ad perſequendos piratas, quoscumque in mari deprehenderint et proximo iudicio ſiſti; vt data occaſione vti poſſint, non quaſi auſu proprio, ſed vt publice iuſſi. GROT. *dict. loc. §. 14.* Ciuitatibus tamen ſuperiorem agnoſcentibus ius perſequendi piratas in fluminibus publicis illas alluentibus et puniendi a ſuprema poteſtate, tuendae liberae nauigationis et commerciorum cauſſa, concedi poſſe et conceſſum fuiſſe, experientiae fide comprobatur.

II. Piratarum, quos magiſtratus per ſuos in ſuo territorio coepit perſequi, continuare perſequutionem poteſt etiam in alieno territorio, ibique eos comprehendere: ita tamen, vt ibi iudicio ſiſtantur, nec in propriam iurisdictionem, niſi cum iſtius loci magiſtratus conſenſu, deducantur. *l. 1. C. vbi quis de curia i c. 1. §. ſi iudex de pac. tem.* GAIL. *l. 1. de pac. publ. c. 16. n. 25. ſeqq. Id. c. 9. de Arreſt. imp. n. 12.* WEHNER. *in pract. obſeru. verb. Freybeutter.*

III. A piratis capti, liberi manent, nec iure fiunt capientium ſerui *l. 19. §. 2. D. de captiu. et poſtlim. reu.* Nec redemtus a piratis debet eſſe pignori redimenti eum. Liberi enim hominis obligatio non eo valet, vt ius pignoris in eo conſtituatur, velut in his, quae quis de bonis ſuis obnoxia facit *l. 6. C. quae res pign. d. l. 12. C. de*

obl.

Digitized by Google

obl. et act. In cauſſam tamen pignoris detineri poteſt, donec ſoluat pretium; licet iſta detentio eum in ſeruitutem non detrudat. *l. 3. §. 3: D. de hom. lib. exh. l. 20. §. 1. qui teſt. f. p. l. 2. C. de poſtl. reu.* Itaque redemtus omnino obligatur, aut datum pro ſe pretium redemtori, ſi poteſt, ſtatim reſtituere, aut idonee pro ſe cauere, aut, ſi ita velit redemtor, laboris obſequio vicem referre; incolumi tamen ipſius libertate et iure poſtliminii. *l. vlt. C. de poſtlim.* Sed et vnus pro vno aut pluribus captis ea conditione poteſt mitti, vt pecuniam pro ſe et reliquis adferat, et niſi redeat, vt retenti pro eo ſoluant, in quem magiſtratus iudicium vbicumque conueniri poterit, dabit. *l. 21. D. de neg. geſt.*

IV. Num ex piratarum, in mari paſſim graſſantium, aut publice in hoſtes emiſſorum facto, ob praedas in amicos, ſocios aut eos, qui neutrarum ſunt partium, actas, magiſtratus loci teneatur? eſt quaeſtio iuris publ. aut gentium, et ventilatione digna. Certis modis eos vel extra bellum vel in bello teneri, certum eſt, quidquid etiam coloris vel excuſationis hic quidam obtendant; ſi nimirum non fecerint, quae iure gentium debent, nec adhibuerint, quae poſſunt, ad eos prohibendos. Quum Romani (apud POLYBIVM *l. 2.*) per legatos de iniuriis Illyriorum apud Reginam illorum Teucam expoſtulaſſent, et piraticam in Italos ab illis exercitam in poſterum prohiberi deſideraſſent, reſponſum acceperunt a Regina, *curae ſibi fore, ne qua Romano populo publice ab Illyriis fieret iniuria, caeterum vt impediat, quo minus priuatim quam poteſt quisque vtilitatem a mari capiat, hoc vero regibus nequaquam in more eſſe.* Verum quid ex hoc Reginae reſponſo aliud colligas, quam eam ſuis etiam extra belli neceſſitatem praedandi licentiam conceſſiſſe? et hoc morem regium ſcilicet vocat. Si rectius ſentire voluiſſet, ſatis ſcire potuiſſet, hoc vere Regium eſſe, quibuscumque poſſis, benefacere, et non ſolum a ſuis, ſed etiam peregrinis vim et iniuriam prohibere, debitaque ſeueritate plectere. Qui vero ſcit et prohibere poteſt, nec prohibet, ipſe quoque in culpa eſt. Vnde GROTIVS ait de hoc facto *l. 2. de iur. bell. et pac. c. 21. Teucae reginae Illyriorum non accipitur excuſatio, quod diceret, non a ſe, ſed a ſubditis piraticam exerceri: neque enim prohibebat.* vid. et ALB. GENTIL. *lib. I. de iur. bell. c. 21. Iniuſtitiae eſſe, non ſolum, ſi ipſe inferas iniuriam, ſed etiam, ſi ab iis, quibus infertur, non propulſes, ſi poſſis.* CIC.

 1. offic.

1. *offic.* docet. Et 3. *offic. ſibi vt quisque malit, quod ad vſum vitae pertinet, quam alteri adquirere, conceſſum eſſe, non repugnante natura. Illud vero naturam non pati, vt aliorum ſpoliis noſtras facultates et opes augeamus. Neque vero hoc ſolum natura, ſed et legibus populorum ita conſtitutum eſſe, vt non liceat, ſui commodi cauſſa nocere alteri.* Sed et ſi belli maritimi neceſſitas incumbat, praeſtat delectis domeſticis, aut militibus nauticis mercenariis, qui ſub duce et diſciplina degant, aut ſociorum ope, quam colluuie peſſimorum hominum piratis aduerſus hoſtes vti, qui licentiam ſpoliandi nacti, facile praeſcriptos fines excedunt: vt ne quidem amicis aut aliis, a quibus vel ipſi vel eorum patroni numquam laeſi ſunt, parcant. Quod ipſa re compertum, quum quaedam Vandalicae ciuitates, aliis molitionibus ad liberandam cuſtodia Margarethae Reginae Albertum regem quondam Suediae fruſtra adhibitis, coegiſſent copias piratarum ad depraedandum in mari Suedos, Danos et Norwegos, et portus ipſis ad diſtrahendam praedam patefeciſſent, id non ſolum magnae apud vicinos inuidiae; ſed et maximo iisdem aliisque detrimento fuit: dum effreni iſta licentia tandem in quosuis promiſcue nauigantes vſi ſunt piratae: adeo, vt neceſſe eſſet, vim illam vna cum ipſis auctoribus e mari Balthico iunctis regnorum et maritimarum ciuitatum viribus profligari. Ex neglectu ergo tenentur magiſtratus, ſi, dum pro onere tuendi maris vectigal accipiunt, ſuas naues praeſidiarias, et excurſorias ad explorandam maris ſecuritatem, ad purgandum illud a piratis, in mari non habeant; aut ſi ipſi piratas aduerſus hoſtes emiſerint, ad coërcendam eorum contra ſocios et amicos licentiam, ea non adhibeant, quae poſſunt ac debent, remedia: quo nomine damnati ſunt olim ab Amphictyonibus Scyrii. „Quaeſitum aliquando „ex facto eſt apud Belgas, quum ordines poteſtatem praedarum in mari „ex hoſte agendarum per codicillos plurimis dediſſent, et eorum nonnulli res amicorum rapuiſſent, deſertaque patria mari vagarentur, „ac ne reuocati quidem domum redirent; an rectores eo nomine tenerentur: aut quod malorum hominum vſi eſſent opera, aut quod „cautionem non exegiſſent. Reſponſum eſt, eos in nihil amplius teneri, quam vt noxios, ſi reperiri poſſent, punirent aut dederent: „praeterea in bona raptorum ius reddi curarent. Nam ipſos iniuſtae „praedationis cauſſam non fuiſſe, nec quidquam de ea participaſſe; „prohibuiſſe etiam, legibus ne amicis noceretur. Cautionem vt exigerent

„rent, nullo iure fuiſſe obligatos, quum poſſent etiam ſine codicillis „omnibus ſubditis hoſtem ſpoliandi poteſtatem facere; quod et factum „olim eſſet: neque talem permiſſionem cauſſam eſſe, cur damnum da„tum eſſet ſociis, quum poſſent priuati etiam ſine permiſſu tali naues „armare et in mare progredi. Mali vero an futuri illi eſſent, proui„deri non potuiſſe: neque vero vitari poſſe, quo minus et malorum „opera vtamur, alioqui nullum colligi poſſe exercitum. Neque vero „ſi quid milites aut terreſtres, aut nautici, contra imperium amicis no„cuiſſent, reges teneri. Quod Galliae et Angliae teſtimoniis proba„tum. Vt vero ſine culpa ſua ex miniſtrorum facto quiſquam tenea„tur, non eſſe iuris gentium, ex quo diiudicata eſſet haec controuerſia; „ſed iuris ciuilis, nec generalis, ſed aduerſus nautas et alios quosdam „ex rationibus peculiaribus introductum. In hanc partem et his argumentis a ſupremi auditorii iudicibus contra Pomeranos quosdam pronunciatum eſt; ad exemplum rerum in cauſſa non diſpari ante duo ſecula indicatarum. GROT. *de iur. bell. et pac. 2. 17. 20.* Sic, quum Gallicus apud Reginam Angliae legatus conqueſtus eſſet, Montgomerium Anglorum auxiliis contra foedus ad Rupellam nauigationem ſuſcepiſſe: et mercatores Anglos Rupellanis obſeſſis rem annonariam adminiſtraſſe; reſpondit Regina: „Se fidem foedere interpoſitam ſancte ſeruare „et ſeruaturam; auxiliares illos piratas eſſe et extorres; iniuſſu ſuo ſol„uiſſe; ſigna ementita praetuliſſe, atque, vt in eos animaduerteretur, ſe peroptare; *apud* CAMDDENVM *ad annum 1573.* ſi vero quorumdam ſubditorum piraticam exercentium ita perpetuum ſit maleficium, ac iuri naturae contrarium, vt, quod faciunt, credantur facere omnino magiſtratu ſuo improbante, et in eos iudicium poſtulari non poſſit; ab his res recuperare et vltionem expoſcere licebit, tamquam a deditis. At alios innocentes eo nomine armis impetere, eſt contra pacem. GROTIVS *de iur. bel. et pac. 320. 32*

V. Si vecturas nauium alienarum, quas praedo, tamquam putatiuus dominus, vt loquuntur, locauit aut exercuit, a conductore acceperit, aut eo nomine quid ei ſolutum ſit, hoc quidem conductorem, qui cum eo bona fide contraxit, liberat; niſi ſciens, praedonem eſſe, ei ſoluerit, tunc enim ipſi domino obligatur. Si vero contrahens cum ipſo domino vel eius ſeruo, praedoni ſoluat, non liberatur. *l. 55. D. de condict. indeb. arg. l. 88. D. de ſolut.* et *ad vtramque legem* GO-

 THOFR.

THOFR. Item praedoni commodati et depoſiti actionem iure gentium competere ſtatuit ius R. ſi dominus non adpareat. *l. 64. D. de iudic. l. 16. commod. l. 1. §. 39. l. 31. ſ. 1. D. depoſ.*

VI. Sed dubium eſſe poteſt, num piratis iurata fides ſeruanda ſit: quia *piratae ſublatis commerciis rumpunt foedus generis humani*, vt de illis loquitur FLORVS *3. 6. et* VT TVLLIVS *3. offic.* monet. *Pirata non eſt ex perduellium numero definitus, ſed communis hoſtis omnium: cum eo fides eſſe non debet, nec iusiurandum commune.* Si quid ergo metu expreſſerint, repeti poteſt. Verum quidem eſt, non eam iuris communionem cum pirata eſſe, quae cum hoſte eſt. Vnde fide publ. frui indignus eſt, quam ipſe violat. *Abſurdum eſt, praedones ſecuros eſſe*, ait *lex 13. de noxal. act.* Hinc etiam piratae ius legationis non habent, niſi illud fide data nanciſcantur. GROT. *de iur. bell. et pac. 2. 18. 2.* PASCHAL. *legati c. 12.* Attamen ſi fidei datae iuramenti quoque religio acceſſerit, ea non ſolum hominem homini, ſed ipſi Deo obligat: contra quem metus exceptio non eſt, vel ideo, quod adfirmatio religioſa eſt, quae nulla eluſione temerari debet. TVLLIVS *d. l. quod adfirmat quaſi Deo teſte promiſeris, id tenendum eſt.* Et *in c. ſi vero 8. de iureiur.* dicitur: *Non nos alicui dare materiam volumus veniendi contra proprium iuramentum, ne auctores periurii videamur.* ANTON. FERNAND. *in theol. moral. p. 55. Qui latroni* (piratae) *minitanti mortem promiſit cum iuramento centum (quod facere ſecundum ſe nullum eſt peccatum) tenetur ſub iuramento promiſſum implere.* Sed adi GROTIVM haec accurate et fuſe exſequentem *in de iur. bell. et pac. lib. 2. cap. 13. ſ. 15. et lib. 2. c. 17. §. 19. et lib. 3. c. 19. §. 2. 3. 4. 5.*

VII. Vtut praedones rapta aequaliter diuidant, tamen inter eos communi diuidundo iudicium locum habere negatur *in iur. R. l. 7. §. 4. D. comm. diu.* nec ſi precario poſſideant, nec ſi clam: iniuſta enim eſt poſſeſſio, precaria vero iuſta quidem, ſed quae non pergat ad iudicii vigorem. Quin et bona piratarum naufraga impune ſubripere permiſit FRID. IMP. *l. 18. C. de furt.* vbi tamen auctoritatem et diſpenſationem ſuperiorum interuenire ſatius eſt; ne alia pro aliis forte ſurripiantur. Res autem a piratis raptae, vbicumque repertae, vindicari poſſunt a vero domino. *vid. cap. ſeq. 4. ſ. 4.* aut ſi is, qui piratis iterum eripuit, probare poſſit, ſibi eius rei dominium iuſto titulo ante adquiſitum eſſe. Ei tamen, qui ſuo ſumtu poſſeſ-

poſſeſſionem rei alienae adeptus eſt, tantum ex naturali aequitate eſt rependendum, quantum dominus ipſe ad rem recuperandam libenter impenſiturus erat. Ipſa enim facti poſſeſſio, praeſertim recuperatu difficilis, eſt aliquid aeſtimabile, et in hoc dominus poſt rem amiſſam cenſetur factus locupletior; GROT. *de iur. bell. et pac. p. 2. 10. 9. et 3. 9. 16.* quamuis haec lege ciuili aut ſtatutis populorum pactisque aliquantum varient. GROT. *d. l. §. 17. et in not. vbi LL.* Hiſpanicas et Venetas in hanc rem ad teſtimonium citat. *vid. quoque ius Lub. Lib. 6. t. 4. a. 2. et tit. 5.* Huiusmodi tamen leges non obſtant exteris, quo minus res ſuas vindicent. Hoc etiam eſt vtile inſtitutum, vt piratis ad portum aliquem adpellentibus non permittatur iſtic vendere bona ſpoliatorum, nec aliis emere, ſed naue et bonis iſtis ſub arreſto et tuta cuſtodia poſitis, reſeruantur rapta in vtilitatem laeſorum et aliorum, quorum intereſt, illis reſtituenda, ſi ſufficientibus documentis, vel in eorum defectu, iurata adſertione probent, eſſe ſua *vid. pact. commerc. int. Henric. R. Angl. et Philip. Burg. cap. 16.*

VIII. Piratae capti et damnati, vltimo ſupplicio ſolent adfici, eorumque bona publicari, quam *generalem conſuetudinem* PECKIVS *ad l. 10. D. de inc. ruin. naufr. n. 3.* vocat. Nec aliud meruerunt publicae fidei violatores, et innocentium ſanguinis ac fortunarum praedones. Si tamen ita inualuerint, vt formidabiles ſe fecerint, recte recipi ac defendi, poenam quod attinet, cenſet GROTIVS, *de iur. bell. et pac. 2. 21. 6.* quia interſit humani generis, vt ſi aliter non poſſint, impunitatis fiducia a maleficiis deuocentur. Sed aliud dicendum erit, ſi armis debellari poſſint, vel ab illis, quorum in ditione graſſantur; vel cum vicinorum principum auxilio. Nec piratae ſolum, ſed et receptatores eorum capitis poena obligantur. *arg. l. 3. §. 3. D. de inc. ruin. naufr. c. 42. de viol. iur. reg. LL. prou. Sued.* Peſſimum enim genus hominnm ſunt receptatores, ſine quibus diu nemo latere poteſt. Atque ſi adprehendere poſſint praedones iſtos, et tamen pecunia vel ſubreptorum parte ab illis accepta eos dimittant, merito ſeueriori poena digni ſunt *arg. l. 1. de recept. l. 1. C. de his qui latr. vel al. cr. r. o.* Quin et eo nomine vrbes aliaque loca bella impetita et expugnata conſtat. Iulirorum in Pommerania, olim piratarum quoque receptaculum, Waldemarus rex Daniae expugnauit et ſolo aequauit. Hamburgenſes agri Hadeleriani partem ſeptemtrionalem,

 in

Digitized by Google

in qua Ritzebuttela arx, praefecti ſedes, ſita eſt, iuxta Albis oſtium, ante ducentos amplius annos, inferis Saxoniae ducibus armis ea occaſione extorſerunt, quod piraticam factitantes iſthic fouerent, vt refert VBBO EMMIVS *lib. 2. rer.* Friſic.

CAP. IV.

DE IVRE POSTLIMINII NAVIVM.

I. *Vnde poſtliminium dicatur.*
II. *Quid illud ſit.*
III. *Num adhuc ſit in vſu.*
IV. *Quae naues aut res non habeant ius poſtliminii.*
V. *Quae habeant.*
VI. VII. VIII. *Nauis tempeſtate in communis amici portum acta, num habeat ius poſtliminii, ſi eam hoſtis, cui adempta eſt, poſtea repetitum veniat a communi amico.*
IX. *Num res in hoſtium nauibus repertae cenſendae ſint hoſtiles, et capientium fiant. Vt et res hoſtiles cum amicorum nauibus.*

I. Si vero naues noſtrae ab hoſtibus aut piratis captae ſint, num ius poſtliminii habeant, e re eſt diſquirere. Poſtliminium ita dictum eſt, quaſi poſtilimen, ἐπάνοδος SCALIG. *ad teſtam. in poſtliminium*; vel a *poſt* et *limine*, quod ſit reditus in priſtinum limen aut fines ſuos. Vnde eum, qui ab hoſtibus captus eſt, et in fines noſtros poſtea peruenit, poſtliminio reuerſum recte dicimus §. *5. inſt. quib. mod. ius patr. pot. ſolu. et* GROT. *de iur. bell. et pac. l. 3. c. 9.* §. *12.* vbi de vocis origine plura.

II. Poſtliminium ita deſcribit PAVLLVS ICT. *in l. 19. D. de capt. et poſt. reu.* Poſtliminium eſt ius amiſſae rei recipiendae ab extraneo, et in priſtinum ſtatum reſtituendae, inter nos ac liberos populos regesque, moribus legibusque conſtitutum. Nam quod bello amiſimus, aut etiam citra bellum, hoc ſi recuperemus, dicimur poſtliminio recipere. Idque naturali aequitate introductum eſt, vt, qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is, vbi in fines ſuos rediiſſet, priſtinum ius reciperet.

III. Etſi de mobilibus (inter quae etiam refertur nauis *l. 20. §. 4. D. quod vi aut clam.*) generalis eſt regula, vt poſtliminio non redeant, ſed in praeda ſint, tamen ab hac regula olim excepta fuere, quae in bello vſum habent: vt recuperandi ſpe homines ad ea alacrio-

Digitized by Google

criores redderentur. GROT. *d. l.* §. *14.* Huiusmodi ſunt naues longae et onerariae: non vero piſcatoriae, actuariae et aliae naues voluptatis cauſſa paratae. CIC. *in Topic. AEL.* GALLVS *apud Feſtum in poſtliminium.* MARCELLVS *in l. 2. D. de captiu. e. p. r.* Salmaſius tamen in *obſeruat. ad ius Attic. et Roman. pag. 740.* etiam luſorias naues, ſed ad belli vſum paratas, hoc ius habere notat. Sed ſcire refert, num illud ius poſtliminii, quale apud veteres erat, adhuc in vſu ſit. Equidem GROTIVS *d. loc.* §. *15. et 19.* hoc ius hodie inter Chriſtianos euanuiſſe notat, ſublata eius neceſſitate ob reſtitutam vim eius cognationis, quam natura inter homines eſſe voluit. Niſi quod locum habere poſſit, ſi res ſit cum gente tam barbara, vt ſine indictione belli aut iuſta cauſſa omnes externos et res eorum hoſtiliter tractare pro iure habeat.

IV. Sed hodie naues ab hoſte captae, communi inter Chriſtianos et Europaeos populos ſiue iure ſiue conſuetudine, poſtliminio non recipiuntur, ſi hoſtes eas non eodem die nauali pugna iterum amiſerit, ſed per viginti quatuor horas in poteſtate victoris fuerint. Tunc enim vere captae et proprii iuris factae cenſentur. GROT. *de iur. bell. et pac. 3. 6. 3.* CVNAEVS *in cauſſa poſtliminii p. m. 266. 267. 273. 274.* GRAEF. *iur. publ. c. 4. n. 25.* Ea, quae piratae nobis eripuerunt, non opus habent poſtliminio: quia ius gentium illis non concedit, vt ius domini mutare poſſint. *arg. l. 24. l. 27. D. de captiu. et poſt. ruin.* quo innixi, Athenienſes Haloneſum, quam ipſis praedones praedonibus Philippus eripuerat, vt *redditam* a Philippo non vt *donatam* volebant accipere. Sic emendandum apud GROTIVM in mea *edit. de iur. b. e. p. 3. 9. 16.* pro *redditas*, et *donatas*, vt facile liquet.

V. Si vero tales ſint res, quae ad ſe ipſas ingenio aut fuga aliaue arte hoſti ſubduxerint, aut virtute et vi militum noſtrorum hoſtibus pulſis ſuperatiſue ereptae iterum ſint, aut ab hoſte redemtae aut gratis dimiſſae, ſi mox intra fines aut praeſidia propria eſſe coeperint, aut ſi ad regem ſocium amicumue deuenerint, non ſolum quoad perſonas, ſed etiam ex paritate rationis, quoad res captas poſtliminio idoneas ſtatim poſtliminio rediiſſe videntur. *l. 5.* §. *1. l. 12. 19.* §. *3. l. 26. D. de capt. et poſtl. reu.* CVNAEVS *in cauſſa poſtlim. p. m. 248. 249. et ſqq. id. p. 256. hoc commune ius gentium eſſe ait.*

VI. Sed quid ſi nauis mercibus onuſta hoſti iure belli ademta et occupata, aduerſis ventis aut tempeſtate per plures dies nullo ho-

ſte

Digitized by Google

ſte inſequente prouecta, in communis amici portum deuenerit, num repetens ius poſtliminii habebit, vel num licebit repetenti eam nauim cum mercibus in territorio communis amici recipere, an vero occupantis erit et manebit? Poſteriorem ſententiam, quae iuri gentium et conſuetudini conuenientior, prae priori amplectendam arbitramur. Illam cum ſolidis rationibus et prolixe defenderit Cl. CVNAEVS in peculiari diſſertatione de cauſſa poſtliminii, pro Genuenſibus contra Turcas, quanta poſſum breuitate contraham, et quod ad praeſens inſtitutum adprime faciat, cum nonnullis a me obſeruatis hic adponam. Rationes autem praecipuae hae ſunt: qui vi tempeſtatis repulſus fines proprios attingere nequit, ſi cum praeda ab hoſte capta ad regem aut rempubl. ſocium aut amicum confugerit, apud eumdem tutum receptum habebit. Vt enim victor intra propria praeſidia tutus eſt, ita ſi amici fidem elegerit, et in eius praeſidia ſe et ſua contulerit, etiam illic publico nomine tutus erit. *arg. l. 19. §. 3. de capt. et poſtl. r.* Is vero, cui res illae iure belli ademtae ſunt, fruſtra eas in communis amici territorio repetitum venit, quod enim belli ſors occupanti dedit in pacato loco apud communem amicum merito ſibi ſeruabit; niſi aliter pactis conuentum ſit: vt quod alter bellantium ab altero captum in portum communis amici deduxerit, in eo poſtliminii ius ſit. Vt factum eſt in ſecundo foedere, quod inter Romanos et Carthaginienſes ictum refert POLIBYVS *l. 3.* his verbis: *Si qui Carthaginenſium aliquos ceperint, queiscum foedere ſcripto iuncti ſint Romani; qui tamen ſub Romanorum imperio non erunt; hos in populi Romani portus ne deducunto.* Carthaginenſibus et eorum amicis par ius fore, ibidem additur.

VII. Qui vero nullo huiusmodi pacti vinculo obligatus ad communis amici, cui pax cum vtraque parte eſt, portum peruenit, ex publica cauſſa tutus eſt. Et ſerum eſt atque inutile, hoſtem tentare in alieno territorio vi ſuum alteri adimere; aut cum communi amico agere, vt ſibi reſtituat. Nihil enim hoſtile aut violentum vel ipſe molietur, vel alterum agitare in ſuos fines contra alterum patietur, quem fide publica in portum ſuum admiſit. Dux Carthaginenſium abſtinuit manum a Scipione in Syphacis portu, apud LIV. *l. 28.* Nec Syphax quidquam alterutri, quod captum ante ab altero eſſet, ademiſſe et alteri reſtituiſſe dicitur. Quippe hoſtilem actum ab extraneo exerceri in alieno portu et quidem communis amici, pugnat contra reuerentiam,

tiam, quae portui alieno debetur, et communis amicitiae reſpectum. Amicum vero ab iuſto hoſte captum alteri auferre, vt alteri adiiciat; quid aliud erit, quam effectum rerum, extra territorium ſuum vtiliter ab amico geſtarum, in territorio ſuo reſcindere, et inutilem reddere: et vni nocere, vt alteri proſit? cum tamen vtriusque partis amico ius vtrique integrum relinquere fas ſit. Et quum princeps non ſolum tamquam publicus hic fideiuſſor ſit, vt ſecure tutoque in eius territorio viuatur, ſed etiam violentiae vltor aduerſus quoscumque, praeſtetque publicam apud ſe ſecuritatem omnibus; non ſinet foederatorum alteri vim fieri ab altero: multo minus ipſe alterius foederati gratia vim faceret alteri: ne inde iniuriarum occaſio naſcatur, vnde remedia naſcuntur. *l. meminerint Cod. vnde vi.* Et quum in portu communis amici vtrique hoſti debeat tuta eſſe ſtatio, non videtur ea eſſe tuta, in qua alteri adimitur, quod iure belli in mari captum poſſidet. CVN. *d. loc. p. 258. 259. 260. 261.* vbi hoc firmat rebus iudicatis Gallorum et Hollandorum, in paribus cauſſis, ex communi iure gentium et ciuili deciſis.

VIII. Sed adferuntur argumenta in contrariam ſententiam. 1. ab hoſtibus capta prius non fieri capientium, quam intra praeſidia conducta ſint. *l. poſtliminii §. 1. de captiu.* GROT. *de iur. bell. et pac. 3. 6. 3. et 3. 9. 16.* ALB. GENT. *aduocat. Hiſp. l. 1. c. 1. 2. 6. 7.* At reſpondetur, iſtam legem poſtliminii loqui ſolum de captis ciuibus eorumque ſeruitute, ſecundum ius vetus recepta, non vero de caeteris rebus in bello captis, quae iure gentium fiunt capientium per ſolam poſſeſſionis adprehenſionem *l. 51. de adq. rer. dom. l. 1. §. 1. de adq. vel amit. poſſ.* Nec obſtat, quod Cunaeus alibi non ſolum perſonas, ſed et res captas ex paritate rationis huc refert. *p. m. 249.* Res enim tales intelligit, quae poſtliminio recipi poſſint. Quod non ſemel in ſuo reſponſo de cauſſa poſtliminii adſerit *p. 248. 249. 250.* quidquid vero clariſſimi interpretes diſputent de praeda prius in praeſidia deducenda, quam fiat poſſidentis, aliud tamen conſuetudine et moribus Europaeorum hodie obſeruatur, vt nimirum praeda capientium fiat, et praeſertim naues hoſtium, de quibus hic ſermo eſt, ſi a victore per diem et noctem poſſeſſae fuerint, *vt ſup. h. cap. §. IV.* dictum eſt.

IX. Obiicitur 2. quod exutus naue et mercibus hoſtis, tamen animum eas in continenti recuperandi retinuiſſe praeſumatur;

 atque

atque ſic adhuc in poſſeſſione ſit, ſi non quoad corpus, tamen adfe-ctionem, *l. 3. §. 6. l. 8. D. de adq. vel amit. poſſ.* Sed ad hoc reponitur: Si quis vi et armis poſſeſſione deiectus ſit, is vtique eam amiſit *d. l. 3. §. 9.* Praeterea ſi quis ſtatim animo recuperandae praedae hoſtem inſequutus ſit, et ita fugientis veſtigia preſſerit, vt is, vbi iterum de praeda iam iamque dimicandum cernit, in portum regis amici ſe recipiat; eo caſu conflictus perduraſſe, et animus poſſeſſionis in continenti recuperandae adeſſe praeſumitur; non vero, ſi quis nullo hoſte inſequente per dies plures praedam poſſiderit, et intra amici portum deduxerit CVN. *p. 253.*

X. Obiicitur 3: Non licere res hoſtiles captas per alienum territorium ducere. ALB. GENTIL. *lib. 1. Hiſp. adu. c. 6. et lib. 2. de iur. belli c. 22.* quia mutato territorio mutatur poteſtas; et ibi locum habet poſtliminium *l. 5. §. 1. 2. D. de capt. et poſtl. reu. vid. et* BESOLD. *de iure territorii c. 3. n. 4.* Attamen mutato territorio, non mutatur fides et ſecuritas publica, cuius cauſſa, ceteris paribus, vbique fauorabilis eſt. Et quousque poſtliminium hodie ſit in vſu, iam *ſup. §. 3. 4. 5.* dictum eſt. Sed vtut ſit, hoc tamen eo produci non poteſt, vt ob tempeſtatis cauſſam et ex alia neceſſitate quis cum praeda, iuſtis armis in mari capta in portu amici ad anchoras ſtare prohibeatur. Quod tamen ius gentium permittit, et ex alterna humanitate proficiſcitur, et inter innoxias vtilitates, quae vtenti commodae, concedenti non moleſtae ſunt. *l. 1. §. 11. de adq. pluu.* CVNAEVS *d. reſp. 277. 278. 279.*

XI. Res in hoſtium nauibus repertae praeſumuntur eſſe hoſtiles, donec contrarium probetur. Si vero probetur, non eſſe hoſtiles, capientium non fiunt, etſi apud hoſtes inuentae: praeſertim ſi domini hoſtium non ſint ſubditi, nec hoſtilis animi. Si vero hoſtis in illis rebus ius aliquod, habeat quod poſſeſſioni connectatur, vt pignoris, ſeruitutis, retentionis, occupantibus adquiri poſſunt. GROT. *de iur. b. et p. l. 3. c. 6. §. 5. 6. 26.* Sed nec amicorum naues in praedam veniunt ob res in illis hoſtiles; niſi ex conſenſu dominorum nauis id factum ſit. *arg. l. Cotem. 11. D. de publican.* ZVAR. *de vſu mar. Cotem. 11. conſ. 2. n. 6.* alioqui res ipſae, ſolae non naues, in praedam veniunt. GROT. *in not. ad d. l. §. 6.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. V.

DE AVERSIONE PERICVLI, VVLGO ADSECVRATIONE.

I. *Vacum excuſſio.*
II *Veteribus non plane ignotum fuiſſe hunc contractum. Hodie notiorem eſſe.*
III. *Num ſit licitus et qualis.*
IV. *Definitio eius.*
V. *Quid nomine periculi hic veniat.*
VI. VII. VIII. *Forma adſecurationis.*
IX. *Quando incipiat et deſinat adſecuratio.*
X. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. *Quid et quantum hic vtrinque praeſtandum, vel non praeſtandum.*
XVIII. *Satisfactio de periculi pretio.*

I. Offerunt ſe reliqua praeſidia aduerſus nauigationis periculum, et quidem ordine *auerſio periculi*, ita dicta, vt non obſcurum eſt, quod aliquis alterius periculum in mari auerſum it, aut in ſe recipit. Alias nuncupatur *ſponſio* Luſitanis *Apoſta*, teſte PETRO SANTERNA Luſitano in tractatu de adſecurat. vulgo *adſecuratio* adpellatur, et mercatoribus contractae *adſeurantie*; quod nimirum alter alterum ex conuento ſecurum reddat de periculo nauis et mercium, veluti ſecurum aliquem facere dicimur, cauendo pro eo, quod a nobis petiit. *l. 1. ff. qui ſatisd. cog.*

II. Hunc contractum olim vix cognitum, nunc inter receptiſſimos eſſe notat GROT. *de iur. bell. et pac. 2. 12. 3. in fin.* Veteribus non tamen plane ignotum fuiſſe, conſtat ex illo LIVII *lib. XXIII: Vt quae in naues impoſuiſſent, ab hoſtium tempeſtatisque vi publico periculo eſſent.* Simile quid *l. 25.* Praecipue ex iſto SVETONII in V. CLAVDII *c. 18. Negotiatoribus certa lucra propoſuit, ſuſcepto in ſe damno, ſi cui quid per tempeſtates occidiſſet.* In primis apud mercatores hodie receptiſſimus eſt, et magis illorum foro quam iuri R. aliiue cognitus. Idcirco non aegre feret lector, ſi non ſolum, quae a iurisconſultis de hoc argumento obſeruata, ſed etiam, quae ſtatutis florentiſſimorum emporiorum et praxi mercatorum recepta ſunt, breuiter annotem. Quae ſequi ita licebit, quatenus ipſi aequitati, conſuetudini regionum legibusque non refragantur. Eadem pro rerum, tem-

Digitized by Google

temporum et locorum conditione iuſte moderari ac diſpenſari ſuperitorum auctoritate integrum erit.

III. Eſt hic contractus licitus: quia fit de re licita et ex pacto legitimo: dum vnus in ſe ſuſcipit ſortis periculum, quam alteri ſaluam praeſtet etiam cum conditione lucri, licet minoris pro certo pretio ſuſcipienti in ſe periculum ſoluendo. Et hoc fit citra labem vſurariam et fraudem vllam. Etſi enim illi, cui ſors ſalua minus lucrum accedit, maius illi, qui periculum in ſe recipit, tamen idem deſpondebit periculo, arbitrio boni viri. Et eſt contractus, quidam ſeparatus a mutuo, vti fuſe oſtendit ZOESIVS *in commentario ad digeſta tit. pro ſocio n. 25.* Etſi vero P. SANTERNA *part. 1. de adſecurat. n. 7.* velit transire in formam emtionis et venditionis, ob pretium, quod datur ratione periculi; quia tamen non habet plene naturam emti venditi; dum conuenitur quidem de pretio, non vero pro merce et re quadam vendenda, ſed pro periculi auerſione praeſtando, potius eſt contractus innominatus, aut praeſcriptis verbis, facio vt des; vt, *ſuſcipio periculum, vt des pecuniam;* vel, vt alii volunt, ſtipulatio BALD. *in l. 1. vol. 4. C. de SS. Trin.* MOLIN. *de vſur. q. 3. n. 92. 98.* GROT. *d. loc.* TABOR *partit. elem. iur. 3. 4. 38.*

IV. Sit eius talis deſcriptio: quod ſit auerſio periculi ſtipulatio vel cautio idonea de praeſtanda indemnitate rei vel ſortis alienae circa caſus fortuitos, pro certo periculi pretio.

V. Sub nomine periculi, de quo fit cautio, comprehenditur omnis caſus, qui accidit in mari, a tempeſtate, ab hoſtibus, praedonibus, repraeſaliis, vt vocant, aliisque modis vſitatis et inuſitatis, citra fraudem et culpam contrahentium; aut domini mercium vel nauis. GROT. *iur. Holl. part. 24.*

VI. Adſecuratio (liceat vulgo receptam vocem retinere) vel pure et ſimpliciter vel ſub certis conditionibus, vt plerumque fit, *arg. l. 4. 5. D. de naut. foen.* et quum certi pro periculo pretii ſtipulatione. Adſecuratio ſimpliciter facta de prima nauigatione intelligi debet. SANTERNA *p. 3. de adſecuratione. l. 30. ſeqq.* Sermo enim ſimpliciter prolatus de vno et primo actu accipiendus eſt. *arg. l. 89. §. 1. D. de verb. ſignif.* Periculi pretium ex communi aeſtimatione peti ſolet GROT. *de iur. bell. et pac. 2. 12. 23.* Licet autem de eo inter contrahentes ex aequo et bono vel arbitrio bonorum virorum conuenire poſ-

Digitized by Google

poſſit, tamen ex mercatorum conſuetudine communiter ſeptem pro centum, praemii adſecurationis loco, paciſci moris eſt. *vid. art. 1. Conſt. de ſolut. praem. adſecur. in priuileg. Amſt. p. m. 197. col. 1. et in ordin. Antwerp. de adſecur. p. 445.* Sed quum in formula adſecurationis, ſecundum hodiernum mercatorum ſtilum concepta, quae exſtat in dictis priuil. praecipua contineantur, quae ſpectant ad ſubſtantiam huius contractus, eam ex Belgico in latinum ſermonem verſam hic in gratiam lectoris apponere placuit:

Nos ſubſcripti promittimus et obligamus nos ad auertendum periculum, vel (vt vulgo loquuntur) *adſecurandum, velut adſecuramus omnes et ſinguli tenore huius viris N. N. ad ſummam mercium ſubiectam N. N. in corpus nauis cum tormentis ſuis, inſtrumentis, alioque adparatu et huic adhaerentibus, pertinentis ad N. N. vel alium. Naui nomen eſt NN. capax amphorarum NN. Cuius magiſter eſt NN. illius periculum praeſtabimus ab hora et die, quo ſoluerit dicta nauis, et adpulerit cum tormentis, munitione, inſtrumentis, et quae eis adnexa ſunt, in portum NN.* (vel vt aliae quaedam formulae habent: *ab hora et die, quo praedictae merces deportatae ſunt in portum NN. vel naualia, inferendi dictae naui cauſſa et durabit iſthaec adſecuratio donec dictae merces peruenerint in portum NN. et exoneratae atque in ſaluo fuerint absque vllo detrimento et incommodo) nominatae autem naui licebit nauigare prorſum, rurſum, dextrorſum, laeuorſum, et ab omni latere; atque ex neceſſitate vel ſponte ingredi tales portus, qui nauclero et nautis commodi et boni videbuntur. Cauemus etiam vobis de omni periculo maris, tempeſtate, igni et vento, amicis, inimicis, arreſtis et detentionibus a rege, principe, republ. quacumque, faciendis de repraeſaliis; de nequitia vel incuria naucleri vel nautarum aliisque caſibus, qui huic naui contingere poſſint, cogitatis vel incogitatis, vſitatis vel inuſitatis, nullis exceptis. Nos veſtri loco conſtituimus, ad vos tutos praeſtandos ab omni damno et incommodo. Atque ſi praedictae naui malum* (quod Deus auertat) *acciderit, obſtringimus nos hoc ipſo vobis vel veſtris mandatariis ad omne detrimentum, quod paſſi eſtis, reſarciendum; nimirum ſinguli pro rata ſummae nominatae, tam primus quam vltimus adſecurator, idque intra proximum trimeſtre, ex quo, vt decet, certiores facti fuerimus de periculo et damno. In quo caſu damus vobis et aliis omnibus plenam poteſtatem, tam ad damnum quam lucrum*

 noſtrum

noſtrum vobis inuicem ſuppetias ferendi, in ſeruanda praedicta naui eique adnexis, in onerando vel exonerando, in iuuando, quibus opus fuerit, aut vendenda naue pretioque eius diſtribuendo, ſi res ita poſtulet, absque exſpectatione noſtri conſenſus et veniae. Soluemus etiam expenſas cum cauſſa damni dati, ſiue quid ſeruatum fuerit, ſiue minus, et de expenſis factis fidem habebimus ei, qui illas fecit, ad praeſtitum ab ipſo iuramentum absque omni contradictione. Contenti etiam ſumus, vt NN. velut nobis fidem dedit, ſoluat nobis pretium auerſi periculi vel adſecurationis, poſt tres proxime ſequentes menſes, nimirum ſeptem (vel NN.) pro centum. Vt vero omnis prolixitas euitetur, aeque aeſtimabimus obſeruabimusque hunc adſecurationis contractum, atque ſi coram iudicibus factus eſſet; et tam firmum ac ratum habebimus, atque ſi omnes in eo clauſulae ita eſſent formatae, vt ſibi quisquam eas imaginari poſſet, in veſtrum commodum et noſtrum detrimentum. Omnia absque fraude et dolo &c. In rei fidem obligamus noſtras perſonas et facultates tam praeſentes quam futuras, renunciantes, vt honeſtos homines decet, omnibus cauillationibus et exceptionibus, quae huic contractui aduerſae eſſe poſſint. Actum. N. N.

VII. Adſecurationem in ſcriptum, vt ſolet, redactam, oportet exprimere nomen nautae, nauis, vbi onerata ſit, quo nauigare velit, item determinare mercium qualitatem, quantitatem, numerum et menſuram, et quidem bona fide factam, in nauibus amicorum (non hoſtium) in praeſentia teſtium, aut coram notario et publicis perſonis. Non etiam ſunt diſſimulandae merces, aut plures, quam reuera in naui ſunt, fingendae. Suſcipiens enim periculum pro iis ſolum tenetur, quae tempore periculi aut naufragii in naui fuerunt. Nec alienae pro ſuis adſecurationi offerendae ſunt, nec vetitae et illicitae pro licitis indicandae; pro quibus ſi forte ab ignorante promiſſore periculi cautum ſit, is, cui cautum eſt, ad earum aeſtimationem agere prohibetur: quia in dolo fuit; aut ſi integrae et ſaluae domum venerint, ſuſceptori periculi pretium pro iis petenti non denegabitur. Ille enim bona fide pactus eſt. SANTER. *p. 3. n. 13. ſeq. 43. ſeqq.* Tormenta, et adparatum bellicum adſecurare volens, vel etiam carinam, haec omnia ante diſceſſum a peritis aeſtimari curabit. Quae tamen aeſtimatio non preiudicabit auerſori periculi, ſi probare poſſit, aeſtimationem ex adfectu, colluſione,

Digitized by Google

ne, aut alia mala arte maiorem aequo factam eſſe. *art. 10. ordinat. Antwerp. de adſecur.*

VIII. In hoc contractu bona fide verſandum eſt, vt natura vltro citroque obligationis poſtulat. Dolus commiſſus cum aeſtimatione damni arbitrarie puniri ſolet, vel grauius pro ratione delicti. Itaque in fraudem primi adſecuratoris vel emolumentum adſecurati bona non cauebuntur vno inſcio pluribus locis, aut ſupra conſtitutum. Vel ſi citra fraudem pluribus locis adſecurata ſint, prior adſecuratio velut ſufficiens pro omnibus bonis ſolum rata erit. *vid. fuſius art. 14. 15. ordin. Antwerp.* Vltimus adſecurator tantum in auerſione periculi participabit, quantum primus, ſiue damnum ſit, ſiue lucrum *art. 23. adſec. Amſt.* Si contrahentium alter rem, de qua agitur, aut ſaluam, quo deſtinabatur, perueniſſe, aut periiſſe ſciuerit: quia propria materia huius contractus eſt damnum ſub ratione incerti contractus erit nullius momenti. GROT. *2. 12. 23.* ELB. LEONIN. *conſil. 22. n. 7.* Excipe tamen, ſi adſecuratus ſibi caueri curaſſet in euentum boni aut mali nuntii; in quo caſu adſecuratio rata erit, ſi ſuſceptor periculi probare nequeat, ei, cui cautum eſt, ante cautionem conſtitiſſe de damno aut iactura, et adſecuratus, vel is, cui cautum eſt, ab ea ſuſpicione ſe iuramento liberare paratus ſit (*art. 6. 2r. ord. Amſt. de adſecur.*) Si adſecurator ſit factus malae fidei, eius contractui renunciari et de integro cum alio contrahi poteſt. Vel ſi, antequam factus malae fidei, ſit ſuſpectus de non ſoluendo, cautionem cautionis praeſtare debet, vt dominus mercium ſeruetur indemnis, ad ſimilitudinem fideiuſſoris indemnitatis. *arg. l. decem. 116. de V. O. l. 8. §. 12. D. de fideiuſſ.* SANTERN. *d. l. n. 55. 56.*

IX. Adſecuratio initium habebit a tempore mercium in naualia translatarum, vt imponantur naui, et durabit vsque dum merces in deſtinato portu ſaluae ſint exoneratae, niſi aliter conuenerit, aut aliud lege definitum ſit. Exoneratio vero non vltra quindecim dies (niſi cum periculo domini) differetur, exceptis neceſſariis obſtaculis, quae probanda. *art. 13. adſecur. Antwerp.* Si adſecuratio ab vno portu ad alium facta ſit, absque mentione mercium in terram exonerandarum, inchoabitur a tempore impoſitarum naui mercium, et finietur tempore nauis deſtinatum portum ingreſſae: *quum ibi ſtetit in ſaluo ad anchoras per viginti quatuor horas. d. art. 13.* quod eo fine inter mercatores

tores obſeruari probabilé eſt, quia nauis in ipſo quoque portu vel hoſtio periclitari, vt dicitur. *in l. 4. D. ad leg. Rhod. de iactu.* et aliquando pati poteſt, ſecundum illud PROPERTII *Lib. 3. el. 6.*

Fallit portus et ipſe fidem.

nec ſemper verum eſt, quod Anacharſis percontanti, *quae ſecuriſſima nauis eſſet, reſpondit: Ea, quae in portum venit.* Proinde ad diem et noctem pro damno in portu, donec merces in ſaluo ſint, caueri voluerunt conſtitutiones. Adſecuratio non ad praeteritum, ſed futurum et imminens periculum et damnum extenditur. Nam praeteriti periculi ſuſceptio ac rerum iam deperditarum promiſſa ſecuritas, ex iuris communis diſpoſitione non habet vires: tum, quia res, ad quam fit ſecuritatis promiſſae relatio, tempore, quo fit promiſſio, non exiſtit, aut non eſt in noſtro commercio: tum quia nihil continet praeter aleae ac vanae ſponſionis ſpeciem, quae non fundatur ſuper aliqua iuſta cauſſa, ſed duntaxat ſuper inopinata et inconſulta captione aletrius contrahentium: quae tamquam reip. damnoſa, et ad inconſultos contractus reſpiciens, a iure non probatur: maxime ſi pura ſit, nec conditionem pro cauſſa habeat. *Dd. in l. a* TITIO *D. de V. O. t. in l. quibus D. de aleat.* ELB. LEONIN. *conſ. 22. n. 2. 3. 4.* Immo ſi conditionem adiectam habeat, tamen conditio in praeteritum coollcata nulla eſt *l. 10. §. 1. D. de condit. inſt.* ſed vel ſtatim perimit obligationem, vel omnino non differt *§. 6. inſt. de V. O. l. 100. D. eod.* Attamen ſi in praeteriti damni notitiam non peruenerit adſecurans, permittitur talis adſecuratio, in *conſtit. Amſterod. art. 20. de adſecur.* non vero, quae fit in ſponſionem vitae hominum aut itineris *art. 24.*

X. Auerſor periculi vel adſecurator, ex conuenta conditione ſe generaliter ad pericula maris aut nauigationis obligans de quouis caſu etiam improuiſo tenetur: niſi culpa domini mercium aut nauis interruenerit, *vt. ſup. dixi §. 5.* vt ſi non fecerit, quod diligens et cautus faceret, aut quod ex pacto debet: ſi quid per negligentiam, imperitiam aut moram admiſerit. Itaque ſi adſecurator cauerit de periculo reſpectu illius temporis, quo nauigatio minus erat periculoſa: nauarchus autem vel dominus nauis ob friuolam cauſſam vel per negligentiam diſtulerit nauigationem in alienum tempus, nauigationi valde incommodum: et ſic oborta procella merces cum naui perierint, non erit hoc periculo adſecuratoris, ſed domini nauis, niſi aliud conce-

conuenerit. Mora enim cuique ſua, non alii nocere debet. *reg. iur. ſan. 25.* Item ſi contra pactum nauarchus mutauerit deſtinatum iter, abſque neceſſitate, lucri ſui cauſſa; idque inſcio aut inuito periculi ſuſceptore; aut nauigarit mare infeſtum piratis vel hoſti, idque praeſciuerit, ſed nolente et excipiente hunc caſum adſecuratore; vel non deligens curſum ad eum portum, de quo conuenerat, nauem illicitis mercibus onerarit, quae publicatae ſunt: ad id non tenebitur adſecurator. *arg. l. 3. C. de naut. foen.* Item ſi magiſter nauis extra directum curſum proprio conſilio, non compulſus tempeſtate, iactum fecerit, non erit periculo adſecurantis. Quia ad pericula in ordinaria via contingentia ſe obſtrinxit, vel ad extraordinaria pericula ex neceſſitate, non culpa nautae, accidentia. Hic itaque mercator regreſſum habebit ad nautam. QVINTIN. WEITS. *de contrib. p. m. 465. col. 1.* Ille vero dolus etiam poena arbitraria dignus eſt, ſi is, cui praeſtatur ab alio periculum, fraude ſua effecerit, vt res in naui perirent, et ementitus ſit, caſu vel naufragio periiſſe: ne ipſe, ſed alter, qui cauit de periculo, damnum ſubeat. Velut olim quidam publicani apud Romanos, Poſthumius et L. Pomponius, fecere, quum populus Rom. cauiſſet de periculo a vi tempeſtatis, in rebus portatis ad exercitus R. illi ementiti ſunt facta naufragia; et ea ipſa, quae vera renunciauerant, fraude ipſorum facta erant, non caſu. In veteres enim quaſſatasque naues paucis et parui pretii rebus impoſitis, quum merſiſſent eas in alto, exceptis in praeparatas ſcaphas nautis, multiplices fuiſſe merces ementiebantur, cuius fraudis populus ſeuerus vindex fuit, vt refert LIV. *l. XXV.*

XI. Alias ex iactu mercium tenetur adſecurator vel receptor periculi, quia iactus et perditio propter caſum aequiparantur. *l. 4. ff. ad leg. Rhod. de iactu.* Quum autem locus ſit contributioni propter iſtum iactum, ſubleuabitur aſſecurator in tanto minus ſoluendo, quam dominus fuerit conſequutus. SANTERNA *part. 4. de adſecur. n. 44.*

XII. Ex caſu contingente ipſa in naui culpa magiſtri nauis, vt, ſi merces non bene reconditae, nec diligenter ſeruatae, ab humore aut maribus corruptae fuerint; inde non adſecuratorem, ſed nauarchum teneri volunt. Si vero merces a tempeſtate aut procella humidae et corruptae fuerint; inde tenebitur adſecurator. QVINT. WEITS. *de contrib p. 460. in fin.*

XIII. Quod vero SANTERNA *part. 4. de adſecurat. n. 19. et ſeqq.*

ſtatuit, damnum tertii, nimirum gubernatoris, culpa datum non liberare adſecuratorem a praeſtatione periculi; quia factum tertii non impediat, obligationem committi: certum quidem, ita iure fieri, ſi ſe generaliter ad omnes caſus etiam culpa nautae datos obligarit. Alias non niſi de caſibus fortuitis tenetur: nec de culpa gubernatoris; ſed ipſe nauclerus, ſi (vt in praeſenti caſu) non idoneo gubernatori nauem commiſerit. *l. 16. D. de rei vindic. conf. art. 27. adſec. Amſterd.*

XIV. Si in vna et eadem nauigatione merces transferantur ex vna naui in aliam, et nouiſſima deperdatur cum mercibus; num promiſſor vel adſecurator tenebitur de tali periculi euentu? Hic inſpicienda eſt forma adſecurationis, an in eo mentio ſit facta nouiſſimae nauis, an minus. Si mentio facta ſit, vtique ex lege conuentionis tenetur, modo abſque dolo et culpa alterius iſte caſus acciderit. Si tamen merces in ſcapham traiectae fuerint, nauis onuſtae leuandae cauſſa, quia intrare flumen vel portum non poterat, vt magna nauigia portibus ſe grauatim inſinuant, vti Petronius in Satyr. loquitur; eaque ſcapha ſubmerſa ſit: iſte caſus perinde aeſtimabitur, atque ſi in ipſa naui accidiſſet. *l. nauis ad leg. Rhod. de iact.* praeſertim ſi promiſſor cauerit de damno, vsque dum nauis adpulerit ad portum; ſecus, ſi hoc alia de cauſſa contigerit. SANTERNA *p. 3. n. 36. 37. 38. 39.*

XV. Si damnum non excedat vnum pro centum, adſecurator non tenebitur ad praeſtationem damni; *vt eſt in ſtatuto Amſter. de adſec. art. 20.*

XVI. Si quis curauit, ſibi adſecurari, vel caueri, de bonis, quae poſtea ipſi miſſa non ſunt, aut minus mercium naui impoſitum, quam cautum eſt, aut exercitores ob certam cauſſam mutent conſilium expediundae nauis ac itineris, atque hoc ſignificetur intra quatuor menſes a data adſecuratione; repetere licet ab adſecuratore pretium auerſi periculi, dato ipſi pro moleſtia dimidio de centum, *vt eſt in art. 16. Statut. Antw. et art. 22. Statut. Amſterd. de adſecur.*

XVII. Si naues cum pretioſis mercibus in exteris locis arreſto detineantur; ſex menſium ſpatium vel ex remotis ac longe diſſitis annum (ex remotioribus biennium) praeſtolabitur dominus nauis aut mercium, donec iſta nauis pro deperdita, aut publicata habeatur. Saluae autem merces interim alii naui imponentur ad continuandum iter. Si vero ſint res fungibiles, aut quae vtendo conſumuntur, aeque

que arreſto detentae cum naui; non exſpectabitur dictum tempus, ſed poſtquam adſecurator de eo certior factus eſt, et hoc legitime indicauit, actionem ſuam perſequetur. *art. 8. 9. ordinat. vel ſtatut. Amſt. de adſecur.*

XVIII. Adſecurator ſatisfaciet adſecurato poſt tres menſes, aut ob moram intereſſe praeſtabit, ex quo intra dictum tempus nihil fando audiuit de naui et mercibus, quae iam pro deperditis habentur. *art. 5. et 25. Stat. Amſt. de adſec.* GROT. *introd. iuris Holl. part. 24.* Plura apud Santernam et in ſtatutis Amſterd. et Antwerp. Belgica lingua ſcriptis *pag. 191. et ſeqq. et pag. 444. et ſeqq. edit. de anno 1639.* de hoc argumento legi poſſunt. Potiora hic excerpta ſic admitti volo, quatenus foro mercatorum, moribus atque aequitati ſunt conformia.

CAPVT VI.
DE FOENORE NAVTICO.

I. *De adpellationibus foenoris nautici.*
II. *Quid proprie ſit et quotuplex.*
III. *An ſit licitum?*
IV. *In qua re conſiſtat?*
V. VI. *De quantitate eius.*
VII. *Modus cautionis de foenore nautico.*
VIII. *An nauarchus pro lubitu poſſit obligare carinam foenori nautico.*
IX. *Quando nauis ſit periculo creditoris, quando non.*
X. *Poena pecuniae traiectitiae ex mora.*
XI. *Quando vſurae ſolum ordinariae et communes, non foenus nauticum hic peti poſſit.*
XII. *Exemplum rei iudicatae de nautico foenore.*

I. Quum foenus nauticum mixtum quid ſit ex contractu mutui, et periculi auerſi, vt notat GROTIVS *de iur. bell. et pac. 2. 12. 5.* de eo quaedam hic ſeorſim obſeruabimus ſtatim poſt caput antecedens de auerſione periculi. Quod attinet notionem vocis foenoris, non ſemper vſuram pecuniae creditae, et quidem illicitae, ſed etiam aliquando rem ipſam, quae mutuo data eſt, et aes alienum, ſub vſura contractum, ſignat. Ita hic foenus nauticum non vſuram nauticam, ſed pecuniam foeneratam ſub vſuris nauticis eſſe, vtrumque, quum redierit nauis, ſoluendum, ex auctoribus et iure probat SALMASIVS *cap. 2. de vſur. pag. 23. 24.* Adpellatur alias *maritimum foenus*, *vſura mariti-*

 ma,

ma, periculi pretium, quod pro periculo, quod in ſe recipit creditor, detur: Item *traiectitia pecunia*, vel *nautica pecunia*, quod naui trans mare vehatur. Si domi vel in eo loco, vbi traditur, conſumatur, non erit traiectitia pecunia *l. 1. h. t.* Noſtratibus dicitur *Bomerie*, *Bodmerie*, *Bodemerie*, *Böddemerey* (tam varie enim pronunciatur) a *carina* vel *fundo* nauis ita primum adpellata, (cum etiam lingua Gallorum antiqua et Britannica *Bodo* vel *Bodum* fundum aut profundum ſignet, teſte Camdeno in Britannia p. m. 149.) in quem nauis fundum magiſter nauis mutuo accepit pecuniam. Sed poſtea pro quauis nautica pecunia aut nautico foenore per Synecdochen accepta eſt.

II. Nauticum foenus nihil aliud eſt, quam talis pecunia, quam creditor, recepto in ſe dubii euentus periculo, alicui ſub certis vſuris, tamquam periculi compenſatione, tradit. Foenus illud eſt duplex, terreſtre et nauticum. Terreſtre, quod debetur pro pecunia, terreſtre iter facientibus credita. Nauticum, quod nauigantibus, vt patet, datur; et eſt periculo creditoris *l. 3. D. de naut. foen. l. 1. cap. eod. lib. 61. D. de rei vindic.* De quo hic tractatio praecipue inſtituitur. Alii nauticum proprium, terreſtre minus proprium vel quaſi nauticum vocant. De quo *in l. 5. D. de naut. foen.* SICHARD. *in tit. Cod. eod. n. 2.* BORCHOLD. *in tractatu de naut. foen. c. 2. 3.* RITTERSHVS. *p. 3. exp. nou. cap. 11. n. 3.*

III. Sed in diſceptationem venire poteſt, num huiusmodi foenus ſit licitum? Illicitum videri nonnullis poſſit, quod foenus, vt mordax et homines exſugiens, iure diuino et humano prohibeatur. Quo referri quoque *canon lib. V. decret. tit. 18.* de vſuris *cap. 19.* queat, qui ſic habet: *Nauiganti vel eunti* (ſic enim emendandum pro *nauigandi et eundi*) *ad nundinas certam mutuans pecuniae quantitatem, eo, quod ſuſcepit in ſe periculum; ſuſcepturus aliquid vltra ſortem, vſurarius eſt cenſendus.*

Verum enim vero hic proprie non verſari damnatum foenus, ſed compenſationem periculi aliquam, quod creditor contra naturam mutui in ſe recipit, partim ex §. *1. et 2. h. cap.* patet, partim inde liquet, quod naturali rationi eſt conueniens, vt in commoda et pericula lucrum aliquod committatur. *lib. 10. ff. de reg. iur.* praeſertim vbi ſors ob anceps maris diſcrimen periclitari aut intercidere poteſt. GREGOR. *l. V. ep. c. 136.* Valde durum eſt, vt quis, vnde nullum ſenſit com-

commodum, ſuſtineat iniuſte diſpendium. Ipſe PAVLLVS *ita* vult, *vni eſſe relaxationem, ne alii adſlictio ſit. 2. Cor. 8. 13.* Vid. quoque CHEMNIT. *part. 2. loc. theol. cap. 6. de vſur. q. 3. n. 92.* ait: *Hoc adprobant omnes theologi, vt creditor poſſit aliquid accipere vltra ſortem, pro ſuſceptione periculi.* Ibid. hoc pluriam theologorum teſtimoniis firmat.

Quod vero attinet canonem *nauiganti vlt. de vſur.* ſi recte emendetur, ſalua res erit. Hoc autem modo emendandum viderunt FACHINAEVS *lib. 2. contr. iur. c. 48.* HORDLEDERVS et ZINZERLINGVS ad *l. Periculi pretium 5. de naut. foen. Nauiganti vel eunti ad nundinas certam mutuans pecuniae quantitatem, e. g 1. ſ. ſ. p. r. a. vltra ſortem, vſurarius* NON *eſt cenſendus.* Sic negatiue concipiendum eſſe, et ſenſus verborum iubet, et confirmat illud, quod, vbi dubium eſt, an is qui mutuo dat, vltra ſortem tempore ſolutionis aliquid recepturus ſit, ibi iuſtam et licitam eſſe vſuram, idem pontifex in ſequentibus eiusdem capitis tmematibus diſerte adfirmat, vt et ALEXANDER *30. 6. eod. Inde* HEIGIVS *part. 2. qu. 1. n. 137.* ait: *Etiam de nautico foenore paciſci iure* (canonico) *licet.* Quamuis autem haec conciliatio ſubtilis ſit, et poſſit videri proprior; tamen quum ſit diuinatoria, iurisconſulto non digna, et omnes textus adfirmatiue legant, vt teſtatur ZOESIVS *in tit. de naut. foen. n. 4.* eam non admittendam cenſet. Nihilominus in ea eſt ſententia, quod, non obſtante dicto canone, foenus nauticum etiam iure canonico ſit licitum, non tam ratione mutui, quod capitur vltra ſortem, quam nomine iuſti periculi *d. l. n. 3. 4.* Accedit auctoritas iuris ciuilis, toto *tit. Dig. et Cod. de naut. foen.* Et doctorum. SICHARDVS *in tit. Cod. de naut. foen. n. 4. vſuram nauticam propter periculum, quod quis in ſe ſuſcipit, eſſe permiſſam.* Et ita GVIDO *Papa in deciſ. 572. in fin.* dicit, ſua aetate eſſe deciſum. Et mox: *quod ſint permiſſae vſurae nauticae, facit incertitudo et periculum. Nam plerumque propter incertitudinem quaedam permittuntur: quae ſi certa eſſent, non permitterentur*; Et MOLINAEVS *comment. de vſur. q. 3. n. 91. Quod iuſtiſſimum ſit foenus nauticum, liquet propter multitudinem et magnitudinem periculorum, quae verſantur in mari; et propter exiguitatem et vtilitatem pretii, videlicet centeſimae, reſpectu tantorum et continuorum periculorum totius ſortis.* His addas exempla ſapientum, Zenonis, Menippi, Catonis, qui foenus nauticum exercere, a ſecta ſua et ſupercilio Stoico

 non

Digitized by Google

non alienum duxerunt; vt teſtantur Diogenes Laertius, in vita Zenonis et Menippi, et Plutarchus, in vita Catonis.

IV. Solet pretium huius periculi vt plurimum in numerata pecunia conſiſtere: Quamuis etiam in mercibus, ex ea comparatis, ſi periculo nauigent creditoris, ex conuento conſiſtere queat. *l. 1. D. de naut. foen.* Et ſi merces ipſe ſolebat comparare, in illis non ſolum damni, ſed et lucri ratio habebitur. *l. 2. §. 8. in fin. D. de eo, quod certo loco d. O.*

Veteribus legibus non fuit definita quantitas vſurarum maritimarum; vnde factum eſt, vt ſaepe modus excederetur, quod non obſcure indicat *lex 26. Cod. de vſur.* his verbis: *Nec eam excedere, licet veteribus legibus hoc erat conceſſum.* Nimirum indefinitum periculi pretium legi veteres ea de cauſſa reliquerunt, vt liceret contrahentibus, prout maius aut minus adpareret maris periculum, ita maiores aut minores vſuras ſtipulari ac promittere, vt notat CL. SALMASIVS *c. 9. de modo vſur. p. 380.* Ea mente dixit PAVLLVS ICT. *lib. 2. ſent. tit. 14. §. 3: Traiectitia pecunia propter periculum creditoris, quamdiu nauigat nauis, infinitas vſuras capere poteſt.* Ad quem locum ita notat interpres ANIANVS: *Quia maris periculo committitur, in quantas conuenerit vſuras, hanc pecuniam dare creditor poteſt.* Aliquando ergo maiores fuerunt vſurae, pro magnitudine periculi; Quo ſenſu accipiendus Petronii verſus:

Qui pelago credit, magno ſe foenore tollit.

Aliquando minores, ſi exile eſſet periculum. Eodem modo apud Graecos foenus nauticum pro ratione periculi propioris aut remotioris incrementum acceſſit maius aut minus; vt fuſe obſeruauit SALMASIVS *cap. 5. de modo vſur. p. 188. 218.* et alibi. Sed Iuſtinianus in imperio Rom. ad *centeſimam* reduxit in *l. vlt. Cod. de vſur. i. e.* vt vna vncia ſingulis menſibus, atque ita duodecim pro centum toto anno praeſtarentur. Et haec legitima vſura dicta eſt, vt eſt in *Scholio* veteri *lib. 23.* BASILIC. *tit. de vſuris:* Νόμιμος τόκος ἐστὶ διαποντίως τινὸς δανείζοντος, ἤτοι ἐπικινδύνος, ἑκατοστιαῖος. *Vſura legitima eius, qui traiectitiam pecuniam trans mare vehendam foeneratur, id eſt, cum periculo ſuo, centeſima eſt.* Legitima nuncupatur vſura, quod lege vel conſtitutione Imp. introducta, viſa eſt ſufficere, ad penſandum creditoris periculum. Sed poſtea Iuſtinianus *nou. 106.* adprobauit quasdam pactiones

ctiones in foenore nautico vſu receptas, quibus contrahentes quam nouella CX. iterum abrogaſſe, et ad cenſimam ſecundum *l. 26. Cod. de vſur.* reduxiſſe, volunt interpretes nouellarum, CVIACIVS *ad dictas Nouell. 106. et 110. et lib. 27. obſ. c. 37.* RITTERSHVSIVS *expoſ. method. nouellarum part. 3. cap. 11. n. 7.* GVDELINVS *lib. 3. de iure nouiſſ. cap. 3.* SALMASIVS autem nouella 110. centeſimam abrogatam et antiquam licentiam, in quantas quis vellet vſuras traiectitiam pecuniam paciſcendi ac mutuo dandi, reſtitutam ſtatuit *c. 9.* de modo *vſur. p. 377.* Quidquid ſit, quum imperator *in nouell. 106.* adferat, dubitatione huius rei orta, ſe conuocaſſe naucleros, eosque interrogaſſe, quae antiqua huius rei conſuetudo fuerit; illos vero ſancte teſtatos eſſe, *modos eſſe varios talium mutuorum;* vtique in liberis rebuspublicis et ex conuentione paciſcentium adhuc variare poſſunt: vt habita ratione temporis nauigandi, locorum, ad quae nauigatio dirigitur, et periculi, quod ſuſcipitur, maiores aut minores vſurae praeſtentur; ita tamen, vt extenſio non admittatur, niſi expreſſe conſtet de varietate et paritate periculi, ne ſit praetextus fraudis vſurariae. MOLIN. *de vſur. qu. 3. n. 94.* neue ſiat, quod MANILIVS *l. 4. Aſtronom.* in admodum auarum daniſtam iacit:

> *Nauigat et celeres optando ſortibus annos,*
> *Dulcibus vſuris aequo quoque tempora vendit.*

Hos verſus de anatociſmo accipiendos putat SCALIGER in *notis ad Manilium p. m. 315.* quamuis etiam hic ſermonem de traiectitia pecunia eſſe adfirmet. Sed SALMASIVS *in cap. 3. de mod. vſur.* *το aequum* hic vult eſſe idem, quod *ſortem, τὸ κεφάλαιον, τὸ ἴσον.* Nam in mutuo *τὸ ἴσον* redditur et praeterea pro auctario vſura, de qua conuenit. Quo ſenſu *τὰ ἴσα* Lucae c. 6. 34. accipi videntur.

Poſſumus tamen et alium ſenſum dare verbis illis Poetae, inquit SALMASIVS *ib. pag. 93. et forſitan veriorem. Non ſolam inquit optando celeres annos ſortibus, hoc eſt celerem ſortis exaequationem, dulcibus vſuris vendit tempora, ſed etiam aequo illa vendit,* i. e. *aequalem ſummam exigit ei, quam mutuo dedit. Quod foenus horrendum eſt, ſed olim in traiectitia pecunia vſitatum, quo centum pro centum aliquis accipere dicitur.* Sint ergo tales vſurae, quae legem non offendant, aut, deficiente lege, aequitatem. Quo etiam ius canonicum, *de quo ſupra in c. nauiganti* ſpe-

Digitized by Google

ſpectaſſe videtur, quod non vult, qualibet periculi ſuſceptione licitum fieri receptum vltra ſortem, ſed ea tantum, quae vere talis eſt, vt nimirum pecunia conuenta reſpondeat periculo. ZOES. *d. l. n. 4. in fin.*

VI. Quando traiectitia pecunia ea conditione mutuo data eſt, vt ſit extra periculum creditoris, vel quando poſt praeſtitum diem et impletam conditionem deſiit eſſe periculo creditoris; centeſima maiores vſuras non deberi, reſpondit Papinianus. Sed quando naui nauigante pecunia traiectitia eſt periculo creditoris; maioribus vſuris iure R. ſtipulari licet, quandoque etiam duplo ſortis. Nimirum in ſtipulatione ſerui, pecuniae traiectitiae et aliarum rerum domini procurandarum cauſſa cum debitore ad nauigationem miſſi, ſi eius operae in dies ſingulos, vt ſolebat, aeſtimentur; pro iis duplex centeſima in ſtipulationem deduci et in fine nauigationis creditori praeſtari eodem iure poteſt. Duplum tamen excedere non debet. Quod etiam lege Aegyptiorum ita conſtitutum erat. *vid.* DIODOR. SICVL. *l. 4. D. de naut. foen. eiusque legis fuſiorem interpretationem apud* CVIACIVM *l. 5. obſ. c. 38.* SALMASIVM *c. 8. et 9. de modo vſur.*

Poteſt etiam iudex in eo, quod certo loco dandum aut recipiendum eſt, ordinarium vſurarum modum excedere, et non ſolum rei, ſed etiam actoris vtilitatis rationem habere; vt ſolet in arbitrariis actionibus *§. 31. 33. Inſt. de actionib.* Ita, ſi traiectitiam pecuniam creditor dederit Epheſi recepturus, vbi ſub poena debebat pecuniam vel ſub pignoribus, et diſtracta pignora vel poena commiſſa mora, vel fiſco aliquid debebatur, et res ſtipulatoris viliſſimo diſtracta ſunt; in hanc arbitrariam, quod interfuit creditoris, veniet actionem, et quidem vltra legitimum modum vſurarum. Sed et in mercibus, ex more comparandis, lucri, non ſolius damni, habebitur ratio; *vt eſt in l. arbitraria §. nunc de officio D. de eo quod certo l. d. o.*

In alia quoque, quam de pecunia traiectitia, pactione poteſt plus pecunia data poſtulari, ſi aleam amittendae ſortis ſubierit creditor, *l. periculi pretium S. D. de naut. foenor.* cuius legis prolixam et eruditiſſimam explicationem habes apud SALMASIVM dicto *c. 9. de de modo vſur. pag. 394. et ſeqq.* et ZINZERLINGVM in peculiari ad iſtam legem commentario. Quae hic longius perſequi, noſtri non eſt inſtituti: quum de pecunia traiectitia hic tantum agatur.

VII.

VII. Caueri moris eſt creditori de traiectitia pecunia ſub conditione, vel nudo pacto, vel per ſtipulationem, aut ſyngrapham, aut pignoribus et hypothecis, vel mercibus in naui pignori acceptis, in fidem ſortis creditae et vſurarum debitarum. *l. 4. 6. 7. D. de naut. foen.* Pignorum vero perſequutio peremta eſt, ſi nauis ante conditionis euentum perierit, aut non ſalua in portum venerit *l. 6. h. t.* deficiente tamen principali obligatione, deficit etiam acceſſio eius, pignus. Nauigationis periculum interdum a creditore ſuſcipitur vsque ad certum portum, aut praefinitum nauigationis tempus. *l. 4. D. de naut. foen. l. 1. C. eod.* vel vsque ad reditum, non abitum, interdum in omne nauigationis tempus, tam ad abitum, quam reditum. Illud ἐφ' ἑτερόπλȣ, hoc ἐφ' ἀμφοτερόπλȣ Graeci. adpellabant conf. *l. qui Romae §. Callimachus de verb. obl. et ibi* GOTHOFR. *et alios.*

VIII. Magiſter nauis non poteſt pro lubitu obligare nauem ſumto foenore nautico: praeſertim hoc non poteſt, *ſecundum ſtatuta Hanſeatica de iur. marit. art. vlt.* in eo loco, vbi degunt exercitores, aut absque eorum conſenſu vel mandato. Sed in peregrinis locis hoc N. pro rata eius, quod in naui habet, ipſi licet, neceſſitate et ſalute nauis ſic exigente. Quo caſu nouiſſimum pecuniae nauticae inſtrumentum praefertur aliis ſimilibus inſtrumentis, in concurſu plurium diuerſi temporis creditorum: quia per illam poſtremam pecuniam factum eſt, vt nauis ex portu abiret. Si vero diuerſi creditores pecuniam dederint non nautae, ſed mercatori ſub obligatione mercium, quibus nauem onerauit, inter eos ius praelationis ratione temporis locum non habet, ſed omnes ſimul concurrunt. Ita Amſterodami in camera foenoris nautici ſeruari, teſtatur VINNIVS in PECKIVM *ad LL. nautic. quem vid. pag. 95. Haec tamen ſtatutis aliorum populorum aliquantum variant. vid. art. 68. iur. marit Dan. ſtatuta Dantiſc. p. 3. c. 3. n. 19. ſtatut. Hamburg. a. 1. 2. 3. 5. 7. p. 2. 4. 18.* Si vero magiſter nauis, absque neceſſitate, dedita opera nauem foenore nautico onerarit, ex damno dato exercitoribus nauis tenetur, *ſecundum ſtatut. Hanſeat. ciuit. de iur. marit. art. 53.*

IX. Si nauis, foenori nautico obligata, ſine culpa debitoris caſu fortuito perierit, erit periculo creditoris, ex eo die, quo nauem ad deſtinatum locum nauigare conuenit. *l. 3. D. h. tit.* Idem lege Rhodia et Attica cautum fuiſſe, notat SALMAS. *c. 5. de mod. vſur. pag. 199. et 208.*

Digitized by Google

208. Sed abſque tali conuentione infortunium naufragii ad debitorem pertinet. *l. 4. C. h. t.* Sed et qui conuento tempore non nauigat, vel alio quam debet, nauigat, ad eum traiectitiae pecuniae periculum ſpectat: Niſi temporis ac nauigationis praeferendae poteſtatem a domino expreſſe acceperit. *Vid. l. 122. §. 1. ff. de verb. oblig. et eius legis interpretationem apud* CVIACIVM *lib. 2. obſeruat. c. 11. et* SALMASIVM *cap 9. de modo vſurar. pag. 359. et ſeqq.* Si vero, creditore nauigii in certum locum deſtinati periculum ſuſcipiente, debitor illicitis mercibus naui exceptis maioris lucri cauſſa alio nauiget, et ibi merces aut nauim per confiſcationem amittat; hoc non erit periculo creditoris, ſed debitoris: quum ex marinae tempeſtatis diſcrimine, *ſed ex praecipiti audacia, et inciuili debitoris auaritia* (ita leg. videtur) *acciderit l. 3. Cod. de naut. foen. vid. et* DEMOSTH. *orat. contra Dionyſodor.*

X. Aliquando poena pecuniae traiectitiae promitti ſolet, quae ex mora committitur, etiam mortuo debitore, et iacente hereditate *l. 9. D. h. tit.* Peti tamen non poteſt poena pecuniae traiectitiae, ſi creditor in mora accipiendi praeſtituto et expreſſo die fuerit. *l. 8. D. eod.* Alioqui ſi interpellare coepiſſet, et valetudine impeditus interpellare deſiiſſet; poena non committeretur. *l. 23. ff. de oblig. et act.* Si nemo adſit, qui a parte debitoris interpellare pecuniae traiectitiae cauſſa poſſit; id ipſum proteſtatione coram bonis viris complectendum, quae loco petitionis ſeu denunciationis erit. *l. 2. D. h. t.* Debitor vero liberatur, ſi per eum non ſteterit, quo minus id, quod debebat, dicto die ſolueret. *l. 105. de V. O.*

XI. Poſtquam nauis ſalua domum rediit, mercatori indulgentur viginti dierum induciae ad diſtrahendas merces et conficiendam pecuniam, quam creditoribus ſuis ſoluat, vna cum vſuris. Quod ſi pecunia credita diutius maneat apud debitorem, reliqui temporis poſt illos dies elapſos non amplius maritimae vſurae, ſed communes vſitataeque ſoluentur: quia tunc deſiit eſſe periculum creditoris *l. 4. l. 6. D. de naut. foen. l. 1. C. eod. Nou. 106.* CVIAC. *lib. 27. obſ. c. 37.* SALMAS. *c. 3. de mod. vſur. pag. 91. et c. 8. p. 308.*

XII. Subiiciam hic exemplum rei iudicatae de nautico foenore, quod ante tredecim annos in iudiciis regiis huius regni diſcuſſum eſt velut mihi amicus per litteras bona fide retulit. *Naui NN. a. R. H.*

per

per negligentiam naucleri confiſcata, nauclerus nullam ſcit elabendi rimam, donec inſtitor (Factor) *mercatorum H. vltro pollicitatur, ſe nauim illam liberaturum, modo det ipſi obligationem ad modum nautici foenoris pro ſorte 4000. marcarum. Nauclerus in anguſtiis conſtitutus eiusmodi ſyngrapham dat factori, quum tamen ne teruntium quidem ab eo accepiſſet. Interim in collegio admiralitatis eius loci in quo nauis erat, de ea diſceptatur, et nauis libera declaratur. Mercatores H. nihilominus pecuniam, ſecundum obligationem datam, a nauclero et eius principalibus efflagitant, primo in iudicio Gotheburgenſi, vbi per interloquutoriam res ita deciditur: quam primum H. mercatores probauerint, pecuniam nauclero ab ipſorum factore eſſe numeratam, debere et eum et eius principales illam H. mercatoribus cum debitis vſuris refundere. Ad cuius interloquutoriae impletionem ſex menſium ſpatium illis indultum eſt. Quo elapſo redeunt, et pecuniam ſine vlla interloquutoriae impletione iterum poſtulant, aut nauem vna cum mercibus tamquam hypothecam loco pecuniae. Repetitur in iudicio interloquutoria, in eaque concluditur, et ſententia fertur, a qua mercatores H. adpellant ad regium iudicium Gothicum. Interim dilatione ad priorem interloquutoriam implendam et alia documenta adferenda data et elapſa, ſecundum Gotheburgenſes pronunciatur, iique liberi et immunes ab intentione actorum declarantur, actores vero debere damni ſui, ſi quod paſſi ſunt, reſtitutionem a factore repetere. Aduerſus hanc R. iudicii ſententiam reuiſio a victis petita eſt, ſed irrito conatu, quum ſententia Reg. iudicii Gothici ſit ibidem confirmata, excepta ſolum modo litis expenſarum adiudicatione.*

CAP. VII.
DE IACTV.

I. *Quid ſit iactus?*
II. III. *Quando et quomodo faciendus.*
IV. *In quibus rebus locum habeat.*
V. *Pro derelicto non eſſe habendum, quod quis ſalutis cauſſa eiecit.*
VI. *De temerario aut laſciuo iactu.*
VII. *Hominis in mare proiecti poena.*

I. Si naufragii periculum in propinquo ſit, ſolet ei, quum non aliud ſupereſt remedium, iactu occurri. *Iactus* nomen ali-

 quan-

quando pro iactu retis, hic vero pro iactu mercium accipitur, qui nauis leuandae cauſſa fit: alias *iactura* auctoribus dicitur, vt ſuſius notaui ad CVRTIVM; *Sued. Kaſt.*

II. Iactus faciendus non niſi metu praeſenti et iuſto naufragii, atque laborante naue *l. 2. D. ad leg. Rhod. de iactu l. 6. D. de mort. c. donat.* Vani autem timoris iuſta excuſatio non eſt, nec reſtitutio. *l. 184. D. de reg. iur.* vt ſi ex inani et non timenda re in animo meticuloſi hominis pauor oriatur. Iuſtus autem metus eſt, ſi ſubita aut grauis procella tam vehementer iactet nauem, vt minetur naufragium, niſi iactu mercium alleuetur: hic neceſſitas imperat iactum; vnde dicitur in *l. 2. §. 2. D. h. t. tempeſtate graui orta neceſſario iactura facta erat;* aut ſi ſaxo vel fundo illidatur nauis. Exemplum inter alia habemus IONAE *c. 1. v. 5. et actor. c. 27.*

III. Si quidam vectorum eiicere merces velint, quidam recuſent, plurium conſenſus hic obtinebit *c. 11. LL. Sued. de iure nautic.* Nam de maioris partis ſententia iactum fieri, eſt conſuetudinis nauticae. Si vero ipſi mercatores ac vectores nolint in iactum conſentire, vel abſint, tunc ſi nauarchus probet praeſens periculum ſociis naualibus, aut ipſe vna cum gubernatore nauis ac principe miniſtrorum nauticorum ſecundum leges *marit. Wisby.* aut ſecundum alios, ex conſilio maioris partis nautarum conſentiat in iactum, domumque reuerſus cum trina manu nautarum iurato teſtari poſſit de praeſenti periculo et neceſſitate, etiam inuitis mercatoribus iactus fieri ſolet et poteſt. *art. 20. iur. marit.* WISBYCENS. *et ſtatut. nautic.* WESTCAPELL. QVINTINVS WEITSE *de Contribut. p. m. 464.* VINN. *in* PECK. *ad leg. Rhod. de iactu pag. 195. 222.* Idem obſeruandum, ſi nauis metu naufragii exarmari, malus vel anchora nauis aut rudentes amputari debeant. *arg. l. 2. §. 1. in fin. ad leg. Rhod. de iact.*

IV. Prius autem eiiciendae merces maioris ponderis et minoris pretii. SALLVST. *orat. vel Ep. 2. de rep. ord.* Si quid aduerſi coortum eſt (in nauigatione) de illis potiſſimum iactura fit, quae pretii minimi ſunt. Et prius merces, naui clam inſcio nauarcho impoſitae, aut ſuppreſſae, quam aliae. *c. 13. LL. Sued. de iure naut.* Indicanda etiam in tempore ſunt bona ciſtis incluſa, antequam ciſtae eiiciantur: quod niſi fiat, ſolae ciſtae, quales extrinſecus adparent, non bona, quae in illis ſunt, in aeſtimationem veniunt. *art. 40. iur. marit.* WISB. GROT. *intro-*

Digitized by Google

introduct. iuris Holl. part. 29. vid. et in fin. c. 13. iur. naut. Sued. Propriae quoque res potius quam alienae, in quas nihil iuris habemus, iaciendae ſunt. Si quis tamen rerum ſuarum ſeruandarum cauſſa alienas in mare proiiciat, tenetur magiſtro nauis ex conducto, et hic ex locato tenetur iterum domino mercium: vt detrimentum pro portione communicetur. *l. 2. h. t.* non obſtante, quod in *l. 14. D. de praeſcr. verb.* vlla actione teneri negatur: quia fecit hoc ex magna et neceſſaria cauſſa, nimirum ſe et nauem cum ſuis mercibus ſeruandi, non ex leuitate et dolo, eatenus ergo non tenetur, quod colligere eſt ex iſtis legis verbis: *ſi ſine cauſſa id feciſſet, in factum, ſi dolo, de dolo tenetur.* Aequum tamen eſt, damnum eius, cuius merces iactae ſunt, contributione eorum, quorum merces ſeruatae ſunt, ſarciri *l. 1. 2. h. t.* VINN. *in Peck ad leg. Rhod. de iact. pag. 196 197. 198. quem vide.* Si vero iaciantur alienae merces, quas magiſter nauis ex beneuolentia et amicitia, nullum pro iis pactus naulum, transuehendas recepit, de iis non tenetur. *Statut.* PRVSSIC. *lib. 4. tit. 19. art. 2. ſ. 3.*

V. Si quis iactum fecerit eo animo, vt ſi ſaluum fuerit, habeat, occupanti cedere nequit: quia iaciens non habuit animum derelinquendi. Itaque qui ſcit hoc et inuenit, furti tenetur. Si vero hoc animo inueniens occupet, vt ſaluum faciat domino: aut ſi ſimpliciter aut derelinquendi animo iactatum (quod non facile praeſumitur, niſi probetur *l. 25. D. de prob.*) occupet, furtum non facit: quod enim nullius eſt, cedit occupanti. *l. falſus §. ſi iactum D. de furt.* Sed iactus leuandae nauis cauſſa ex neceſſitate fit. SENEC. Neceſſitas eſt, quae nauigia iactu exonerat; nec iacientes hanc mentem habent, vt res iactas pro derelicto habeant, ideo dominorum eae permanent. *§. 48. inſt. de rer. diu.* LYCKLAMA *lib. 7. membr. eccl. 47. ſ. 1.* Verum quum de hac re *lib. I. iur. maritim. cap. 7. §. 6.* fuſius egerim, hic breuior ero.

VI. Hactenus de iactu, qui neceſſitatis cauſſa fit. Sed temerarius ac laſciuus iactus eſt, ſi quis culpa vel dolo quid in mare eiecerit. Vt, ſi quis calicem alterius ex naue in profundum per negligentiam labi patiatur, aut nummos alteri excuſſerit, vt in flumen cadant, aut aliud quid de naue deiecerit, in factum actione, vel de damno dato tenetur. *l 14. ſ. 2. de praeſcr. verb. l. 55. in fin. de adq. rer. dom. l. 27. §. 21. ad l. Aquil. l. 6. §. 3. de his qui deiec.*

VII. Si quis hominem in amnem aut mare praecipitauerit, ita vt pereat, eſt poena capitis. *c. 14. de vuln. volunt. iur. Sued. ciuit.* Et QVINTILIANVS *declam. 350. Si quis in aquas praecipitatus ſit, eadem lege vindicabitur, qua ille, qui ferro percuſſus ſit.* Si non pereat, eſt poena pecuniaria *c. 3. de iur. nau. Sued. conſ. l. 7. §. 7. D. ad leg. Aquil. §. n. inſt. eod.* Si quis alium cum armatis hominibus naui ſua deiecerit, eſt vis publica; aut ſi mandarit, per alium deiici; quae vis intendit poenam. *l. 1. §. 7. D. de vi et vi arm. l. 3. §. vlt. l. 4. D. ad leg. Iul. de vi publ.* STRACCHA *part. 4. de nau. n. 5.*

CAP. VIII.

DE CONTRIBVTIONE.

I. *De adpellationibus, et re ipſa praeſentis argumenti.*
II. *Eius origo et aequitas.*
III. *Quotuplex ſit?*
IV. V. VI. VII. *Qui et quando contribuere teneantur?*
VIII. IX. X. XI. *De aeſtimatione rerum, pro quibus contributio debetur.*
XII. *Retentio mercium pro contributione.*
XIII. *et ſeqq. In quibus caſibus ceſſet contributio.*

I. Quando merces e naui ob dictam ſuperius cauſſam iactae ſunt, damnum hoc contributione releuari ſolet. Huiusmodi *contributio* alias *tributum* vel *collatio*, mercatoribus *Avarie* nuncupatur vel *Haverie*, non a Graeco βάρος, aut ἔρις, vt putat WEITSEVS in ſuo de contributione tractatu, ſed vel a Gallico *bavre*, vt BOXHORNIVS in Epiſt. ad Vinnium deriuauit, vel, quod idem, a Teutonico *Haven*, portu, vnde et *Havercy* vel *Haverie* expreſſe in *ſtatutis Hanſeatic. de iur. marit. art. 37.* et *in iure Hamburg. part. 2. t. 16. a. 4. 7.* dicitur, velut enim alias quasdam voces in foro mercatorum vſitatas ipſis mercatoribus debemus, ita et hanc, ex ipſius rei occaſione, vt ſolet, natam. Quid enim aliud eſt Auaria, quam id, quod ab his, quorum merces et bona in *portum* ſalua delata ſunt, in eos confertur, quibus merces et bona ſua iactu perierunt? vt recte obſeruauit BOXHORNIVS *dicto loco.* Firmat illud, quod in *iure Lubec. lib. 6. tit. 2. de iactu* dicitur: iactum aeſtimandum eſſe pro quota mercium, quanti aeſtimari poſſunt in *deſtinato portu*, *als das Gut gelten möchte in den* HAVEN, *dahin ſie zu ſeglen bedacht waren*, *vbi etiam ſtatim ſolutio fieri debet.* Quamuis

autem

autem contributio etiam pro alio detrimento, de quo poſtea, fieri poſſit, tamen praecipue ob iactas et deperditas merces ſit; vnde et Suedice *Kaſt Gelt* Belgice *Werp-Gelt* German. *Werff-Gelt* adpellatur.

II. Haec contributionis ratio primum lege Rhodia exiſtimatur eſſe inſtituta ex mente *legis 1. D. ad leg. Rhod. de iactu.* Aequitas tamen eius euidens, et naturali rationi conſentanea, iure ſcripto eſt antiquior: vt nimirum omnium contributione ſarciatur, quod pro omnibus damnum contigit: praeſertim contributione eorum, qui amiſſis rebus aliorum ſuas ſaluas retinuerunt, alioqui perituras, atque in hoc facti ſunt locupletiores. Idcirco etiam ab aliis gentibus adprobata, in mores legesque eorum recepta eſt: vt et iure Suedorum *c. 11. 13. de iur. naut.*

III. Contributio vel Auaria, vt vulgo vocant, duplex eſt, communis, et groſſa ſiue grandis, vt eam ex communi mercatorum ſtilo vel praxi diuidit, et deſcribit VINNIVS *in Peck. ad leg. Rhod. de iactu pag. 193.* ſequentibus verbis: *Auaria communis eſt 1. Pecunia, quae datur piſcatoribus aut aliis perſonis, locorum gnaris, vt nauem ſaluam cum mercibus in tuto conſtituant. 2. quod ſoluitur ab iisdem, dum praeteruehuntur arces ſiue in fluminibus, ſiue portubus. 3. quod ſoluitur pro nauibus e flumine aut portu educendis.* Haec contributio vel auaria dicitur: *communis.* Quod *hae impenſae ſarciuntur communi contributione mercium, pro rata valoris cuiusque; nauis autem ipſa in hanc contributionem non vocatur:* Auaria *groſſa* vel *grandis* eſt, *quum quaedam merces iaciuntur in mare, leuandae laborantis nauis gratia, aut armamenta nauis, malus, anchorae, rudentes, communis periculi remouendi cauſſa, deiiciuntur vel caeduntur voluntate nauigantium: atque hoc damnum contributione omnium, ipſius etiam nautae reſarcitur.* Vid. *art. 12. 20. 21. 61. LL. Wisbycenſ.* QVINTIN. WEITS. *tract. de auar.* GROT. *3. introd. ad iuriſpr. Bat. 29.*

IV. Omnes autem, quorum intereſt, iacturam factam eſſe, cum ea vita, res et nauis eorum ſeruatae fuerint, conferre oportet, ſiue ponderoſas, ſiue leues merces, quibus nauis non oneratur, vt, aureos nummos, gemmas, margaritas, annulos naui impoſuerint, adeo vt ne veſtimenta quidem alicuius excipiantur, puta quae ciſtae incluſa, aut pro ſarcina ſunt; nec alia quaecumque *cap. 11. 13. iur. naut. Sued.* ne quidem res alienae aut pignore obligatae. VINN. *d. loc. p. 231.*

Digitized by Google

p. 232. Ratio eſt, quod hoc tributum *obſeruatas res* (ita emenda pro *obſeruatae res*) debent *l. 2. §. 2. ff. ad leg. Rhod. de iactu.* Quin ipſe nauis dominus pro portione obligatur, quando nauem ſuam habet ſaluam *cap. 11. LL. Suedic. de iur naut. d. l. 2. art. 20 iuris marit. Wisby.* Nautis vero ac miniſtris nauticis ius maritimum Wisbycenſe tantum vnum vas immune relinquit. *d. art. 20.* et ne quidem illud, ſi negligentiores fuerint in ſeruanda naue. Quaedam ſtatuta non niſi certas illis ſarcinas immunes a contributione concedunt.

V. Contributio ab omnibus praeſtanda eſt, non ſolum quando iactae[1] ſunt merces, ſed etiam quando nauis pecunia numerata aut mercibus onuſta a piratis aut hoſtibus expugnata et capta, redimenda eſt: quia iſta redemtio ſeruauit nauem cum nummis et mercibus *l. 2. §. 3. de iactu.* Si ergo nauem a piratis captam nauta redemerit promiſſa certa pecuniae ſumma, pro qua ipſe interdum captiuus detineatur; liberandus erit communibus impenſis, pro rata aeſtimationis cuiusque mercium et ipſius nauis. VINN. *ad leg. Rhod. de iact. p. 217.* quod vero praedones vni vel alteri abſtulerunt, is perdit, cuius id fuit: quum res ſuo domino pereat, et caſui fortuito imputetur, nec is confert, qui merces ſuas redemit. Hic enim particulare ſolum periculum eſt, ergo illorum tantum, quorum res fuerunt, damnum erit. *d. l. 2. §. 3. in fin.* Si vero tota nauis expugnata et redemta ſit, commune eſt periculum et communis vtilitas: itaque omnes ad redemtionem obligati erunt. KLOCK. *de contrib. c. 17. n. 302. et ſeqq. c. 19. n. 337.* Hinc etiam commune detrimentum, per hoſtes aut piratas illatum, et quidem extra incuriam nautarum, ſecundum communem praxin computatur, vt auaria vel contributio grandis, in omnes naues et bona. STATVT. *marit. Hanſ. art. 37.* GROT. *iur. H. p. 22.* Item ſi malus aut aliud nauis inſtrumentum voluntate vectorum, vel ob metum naufragii caeſum ſit, vt nauis cum mercibus liberetur; aequitas contributionis habebit locum *l. 2. §. 1. in fin. l. 3. l. 5. §. ad leg. Rhod. art. 21. LL.* WISBYC. *c. 35. et 43. LL. Rhod.* Contributio quoque deberi putatur, ſi voluntate vectorum, aut maioris partis conſenſu, nauis in littus impacta ſit VINN. *d. l. p. 208.* aut alias caſu fundo illiſa ſit. *cap. 11. iuris naut. Sued.*

VI. Si nauis pluribus mercibus onerata portum intrare nequeat, ideoque merces in leuiorem nauem aut ſcapham traiectae ſint, quae

Digitized by Google

quae ſubmerſa eſt, illi, qui in naui reliquas merces ſaluas habent, hoc mercium damnum contributione ſarcient: quia per hoc illorum merces ſeruatae ſunt *l. 4. D. de iactu* et cum conſenſu mercatorum aut vectorum hoc factum praeſumitur aut probatur *l. 13. §. 1. D. locati.* Si vero inuito domino et abſque neceſſitate, culpa nautae, merces in deteriorem nauem translatae ſint, eaque nauis cum mercibus perierit; cum nauta erit domino actio ex locato conducto *d. l. 13.* Aliud vero ſtatuendum, ſi id ſine dolo ac culpa eius factum ſit. *lib. 10. §. 1. d. iactu.* Sed hac de re plura *inf. l. 3. c. 5. §. 17.* Si nauis in tempeſtate, iactu mercium vnius mercatoris leuata, in alio loco ſubmerſa ſit, et aliquorum mercatorum merces per vrinatores pro certa mercede extractae ſint; contributio praeſtabitur illi, cuius merces iactae ſunt, ab iis, qui poſtea per vrinatores merces ſuas ſaluas receperunt *l. 4. §. 1. de iactu* PAVL. *lib. 2. ſent. 7. §. 2.* quia iactus factus eſt ob nauim et reſiduas merces ſeruandas. Atque ſi iactus non eſſet factus, mercator (cuius iactae merces) commodum vel retinendi vel recuperandi in totum aut ex parte habuiſſet, vt reliqui mercatores: quod commodum ipſi per iactum eſt ademtum, ergo a reliquis pro portione reſarciendum. QVINT. WEITZ. *de contr. p. 364. col. 1.* vbi hoc in quotidiana praxi obſeruari teſtatur.

VII. Hoc generatim notandum, duo hic concurrere debere, vt contributioni locus ſit, iacturam rerum ex vna parte, et conſeruationem rerum ex altera parte, eique, cuius res iactae ſunt, praeſtandam eſſe contributionem ex his, quorum res per hanc iacturam ſeruatae ſunt, vt iſta contributione damnum eorum reſarciatur. Vnde PAVLLVS ait *2. ſentent. tit. 7. §. vlt. Collatio intributionis ob iactum ſalua naui fieri debet.* Vtilitas quoque et aequitas ſuaſit, vt, quod de iactu cautum erat, interpretatione porrigeretur ad ſimile damnum ex alia cauſſa datum. VINN. *d. l. pag. 206.* Quo percepto, vt ait, non erit difficile, de aliis quaeſtionibus, quae hic incidunt, iudicare.

VIII. Res autem iactae ſic aeſtimandae ſunt, vt tam ſaluae quam amiſſae res cum naui in aeſtimationem veniant, non quanti iſtae merces emtae ſunt, ſed quanti iam ſunt (forſan adſpergine minoris pretii factae) et quanti bonorum peritorumque virorum arbitrio aeſtimari vendique poſſunt; deductis inde prius vecturae et aliis neceſſariis expenſis. *art. 28. LL.* WISBYCENS. *l. 2. §. 4. de iactu.* VINN.

LIIIII *d. l.*

Digitized by Google

d. l. p. 219. 220. c. 10. formam. Iſland. LL. Quibus omnibus in vnum collatis, fiat contributio pro rata bonorum cuiusque, tam deperditorum, quam ſeruatorum. Hic autem proportio dupla obſeruabitur, velut innuit *l. 4. §. 2. d. tit.* et pluribus explicat Balduinus in hanc legem. E. c. ieci decem, tu tua ſeruaſti, quae etiam ſunt decem, Seius ſua, quae ſunt viginti; et Sempronius ſua, quae ſunt quadraginta. In collatione ad ſarciendum iacturae damnum, Sempronius mihi tribuet quinque, Seius duo et vnius dimidium: tu vnum et alterius quadrantem: ego tantumdem acceptum mihi feram. Sic contributio reſpondebit iacturae. Hoc quoque vſu obſeruari notat WEITSIVS *in tract. de auaria*, vt, ſi iactura mercium facta ſit, antequam dimidium itineris nauis confecerit; amiſſae merces non pluris aeſtimentur, quam quanti emtae ſunt. Dimidio vero itinere iam ſuperato, eo aeſtimentur pretio, quo venditae fuiſſent loco deſtinato. Idem moribus Belgarum, Britannorum et Francorum dudum obſeruatum, notant viri docti, et communi conſuetudine non nihil receſſum eſſe a diſtinctione iurisconſulti in *l. 2. §. 4.* ad dictam legem Rhod. de iactu, textumque ad vſum communem accommodandum videri. Sed et malus, anchora aut rudentes, neceſſitatis cauſſa caeſi, vt iactae merces aeſtimabuntur, ſecundum ius maris WISBYCENSE *art. 21.* Nummorum aeſtimatio fiet ſecundum internam bonitatem, GROT. *par. 29. introd. iur. Hol. p. 86.*

IX. In graui tempeſtate iacta eſt ciſta, in qua mercator ait pretioſas gemmas fuiſſe reconditas; quomodo inde aeſtimatio et contributio facienda erit? Hic inſpiciendum erit inſtrumentum contractus nautici, quod *charte partie* vocant, et rationarium ſcribae nautici, quantum pro vectura ſoluerit dominus illius ciſtae; pro quanta mercede locarit, et vbi depoſuerit in naui, a quo incluſas gemmas emerit, quantum vectigal pro iis expenderit, cum ſimilibus circumſtantiis: et in tantum aeſtimanda erit eius arca. Alias ſi de contentis in arca nihil conſtet, nec dominus ante iactum ea indicauerit magiſtro nauis; tunc in cenſum communium bonorum venit, et vt extrinſecus adparet, velut, ciſta ſolum aeſtimatur. *art. 40. iur. marit.* WISBYC. QVINT. WEITS. *tract. de Auaria ſup. c. 7. §. 4.* Quod vero lex Suecica in *c. 13. de iur. naut.*] vult iacta bona ciſtae incluſa aeſtimari et contributione ſarciri, vt praeſentem pecuniam; hoc interpretandum videtur

tur ſecundum *c. 11. eod.* vt aeſtimentur pro rata vel quota, *epter Markatali*, vt ibidem in genere de omnibus iactis dicitur, et quatenus de illis conſtat, aut iurato, vel per alia documenta adſeritur.

X. Si magiſter nauis, ex Hiſpania veniens, nondum plenam onerationem (*Lading*) habeat, ad quam explendam recipiat in Anglia pannos, quos vna cum mercibus Hiſpanicis coactus fuit iacere; quaeritur, an domini mercium Hiſpanicarum, qui nihil participarunt ex pannis Anglicis, poſtea in nauem receptis, teneantur contribuere in praedictam iacturam? quod adfirmatur, ſi fecerit hoc volentibus dominis mercium Hiſpanicarum, et caeteris ſociis. Si vero fecerit hoc magiſter nauis, illis inuitis ac proteſtantibus de caſu et damno exrra curſum et viam ordinariam dato, inde tenebitur ipſe magiſter nauis. WEITS. *p. 465. col. 1.*

Si vero mercator pro plena mercede totam nauim conduxerit, cum ea conditione, vt magiſter nauis alias merces non recipiat in nauem, quam ipſius; magiſter autem nauis nihilo minus quasdam ſarcinas aut merces acceptarit, easque in foris nauis collocarit, quas poſtea coactus eſt iacere: quaeritur, num conductor nauis ad earum contributionem teneatur? Teneri videtur, quia eius merces per iacturam ſarcinarum, in foris poſitarum, ſaluae manſerunt, quae tamen in communi periculo fuerunt. Ex quo enim ſunt commoda, eius incommodum ferre aequum eſt, vt ait Bacchis apud Terentium. Quintinus Weitſius hic adfert exemplum de duobus conuiuis, qui ſoluere tenentur hoſpiti ſumtus conuiuii, licet de eo expreſſe non conuenerit. Quod tamen non ſatis adpoſitum videtur. Contribuenti tamen datur reconuentio aduerſus nauis magiſtrum, quod contra pactum venit. Quamuis enim magiſter nauis poſſit aliquid in ſua naui facere, quod in pacto non eſt expreſſum, modo faciat ſine damno et periculo alterius; non tamen in praeiudicium tertii, qui ius quaeſitum habet, facere poteſt, *vid.* QVINT. *pag. 465.*

XI. Etiamſi corpora hominum libera nullam recipiant aeſtimationem *l. 2. §. 2. ad leg. Rhod. de iactu.* tamen ſi quis in miniſterio nauis aut conflictu cum piratis aut hoſtibus; laeſus, vulneratus aut occiſus fuerit huius detrimenti reparatio cum plena vectura et mercede ſumtibusque ſepulturae computari, et communi contributione nauis et mercium ſarciri ſolet, ex arbitrio bonorum et peritorum

LIIIII 2 viro-

virorum. *art. 37. ſtatut. marit. Hanſeat art. 28. leg. naut.* CAROLI V. *art. 2. leg. naut.* PHILIPPI II. *Reg. Hiſpan. de iactu.* VINNIVS *ad leg. Rhod. de iactu 213.*

Si vero eo debilitatis ſit redactus miles, vel miniſter nauticus, vt victum ſibi quaerere non amplius poſſit; ex publico aletur. *d. art. 37. LL. marit. Hanſeat.*

XII. Quamuis illi, quorum merces iactae ſunt, nullam eo nomine actionem habeant aduerſus caeteros, quorum ſimul cum naue merces ſeruatae ſunt; quia nullus hic contractus aut quaſi contractus initus eſt, neque delictum admiſſum: tamen contra magiſtrum nauis ex locato agere poſſunt, ratione locationis mercium vehendarum; et is cum aliis, quorum merces ſaluae ſunt, ex conducto, vt eorum merces retineat, donec portionem damni pro rata praeſtent. Aut ſi adſint; qui nullas merces vel ſarcinas in naui habeant; tamen magiſter nauis cum ipſis agere poteſt, quatenus locum in naui conduxerunt, ac mercedem pro ſui transuectione promiſerunt. Licet vero dicatur: qui non habet, quod perdat, eius periculo nihil eſt *l. 12. D. de furt.* ideoque nulla actione teneri videantur; tamen vitam vel corpus perdere non poterant, quod ſeruata naui ſeruatum eſt, atque ſi non aliud, tamen vel colligata veſtimenta, vel pecuniam ſecum in itinere habebunt, cuius nomine pro rata conferent. Ius autem retentionis hic aequiſſimum eſt: ne, ſi nauta ſingulos vectores perſequi deberet, contributio eludatur; quum ſint homines plerumque ignoti, et qui alio properent, et naue egreſſi diffluant ac diffugiant *l. 2. D. ad leg. Rhod. de iactu, et in eam fuſa interpretatio conſulenda* BALDVINI, PECKII, VINNII, CVIACII, *3. obſ. 2.* Si quis autem ex vectoribus ſoluendo non ſit, hoc detrimentum magiſtri nauis non erit: nec enim fortunas cuiusque excutere debet. *l. 2. §. 6. de tit.* quod ita accipiendum eſt, non ſolius magiſtri nauis, ſed commune omnium detrimentum fore, qui in naui fuerunt, et ex lege Rhod. ad contributionem vocantur. VINN. *d. loco p. 235.*

XIII. Reliquum eſt oſtendere, in quibus caſibus ceſſet contributio. Et primo dubium eſſe poteſt, ſi iactu facto alicuius res, quae in naui remanſerunt, adſpergine vel effluxu deteriores factae ſint; num et ille conferre cogatur? Primo intuitu non videtur debere conferre: ne adflicto addatur adflictio, duplicique oneretur damno, et

et collationis, et quod res eius deteriores factae ſunt. Defendendum tamen eſt, hunc conferre debere, quia praeſtat, rem deteriorem quam nullam habere, et quidem conferre pretio praeſente rerum, id eſt aeſtimatis rebus, quanti hodie ſunt, non quanti erant, quum naui imponerentur. E. c. Si viginti aureorum merae duorum fuerint, et alterius res, adſpergine vel effluxu deteriores factae, decem eſſe coeperint; ille, cuius res integrae ſunt, pro viginti conferet, hic pro decem. Ita ſiet, vt non adficiatur damno duplici is, cuius res deteriores factae ſunt, quum non niſi detracto deteriorationis pretio conferat. In primis tamen inſpiciendum eſt et diſtinguendum, ex qua cauſſa deteriores factae ſint, an propter iactum, et ſic collationi pro rata aeſtimationis locus erit, (nam et quod deterius ſit, ex parte perit *l. 9. ſ. 3. ad exhib.* et totum tamen perditum non eſt) an vero culpa nautae, quod non bene ſtiparit et picarit nauem, aut non diligenter adſeruarit merces, nec contra adſperginem marinam ciliciis bene texerit: aut, ſi nauis ſentina nimis oppleatur, non ſtatim ſignificet iis, qui merces in naui habent, vt eas exponant; aut ſentinam in tempore non exhauſerit: hic contributioni locus non erit, ſed nauta cum exercitore tenebitur. *c. 34. leg. nautic. Rhodior. et c. 38.* Praeterea diſtinguendum, an plus ſit in collatione an damno contribuentis. Pone mercatorem conferre debere decem aureos, ſi damnum datum non fuiſſet; damnum autem adſperginis aeſtimari duobus aureis: hic plus eſt in collatione quam damno. Igitur deductis illis duobus aureis, conferre cogetur octo. Si vero damnum ſit decem aureorum, collatio duorum: hic, quia plus eſt in damno quam collatione, dicendum eſt, eum conferre non debere. Sed ei potius ſubueniendum eſſe, et in eum pro rata conferendum, qui deteriores ob iactum res habere coeperit, ab illis, qui res ſuas ſeruauerint. Prout haec late Papirius Fronto et Calliſtratus exſequuntur in. *l. 4. §. 2. ad leg. Rhod. de iactu.*

XIV. Si iactum fieri neceſſe ſit, quod magiſter nauem plus aequo onerarit, aut perperam collocauit merces in foris; hoc detrimentum non ſarcietur communi contributione, ſed ad exercitorem et magiſtrum nauis pro rata pertinebit. *arg. l. 27. ſ. 25. D. ad leg.* Lllll 3 *Aquil.*

Digitized by Google

Aquil. l. 30. §. 2. D. locat. GROT. *introd. iur. II. 3. 29.* VINN. *ad* PECK. *236.* ſolius vero exercitoris damnum erit, ſi eius voluntate et periculo merces foris impoſuerit magiſter nauis. Hic tamen, quod in hoc conſenſerit, nec foros puros et non impeditos reliquerit, pro parte mulctabitur.

XV. Si per imperitiam, aut non adhibito perito loci ductore, ſcopulis illiſa naui iactus ſit faciendus; id damnum erit magiſtri nauis. VINN. *ad leg. Rhod. de iact. p. 236.*

XVI. Ceſſat praeterea contributio, ſi naue a piratis expugnata aut capta merces promiſcue et ſine deiectu a piratis vi raptae ſint; perdit enim quisque quod eius fuit: quia nec voluntate aliorum, amiſit, nec ipſe volens *l. 2. §. 3. de iactu et ibi* ACCVRS. *vid. ſup. §. 5.* niſi aliud conuenerit. Sed ſi nauclerus inducat piratam ad ſpecialia bona rapienda, et alia relinquenda; contribuendum erit nomine ablatorum, quia propter demonſtrationem raptarum mercium alii conſequuti ſunt, vt ſuas ſaluas haberent. QVINTIN. WEITS. *de contrib. p. 462.*

XVII. Ceſſat collatio, ſi conſeruatis mercibus deterior facta ſit nauis, aut a magiſtro nauis exarmata, non requiſito conſenſu vectorum, nec inſtante periculo naufragii. Diſſimilis enim earum rerum cauſſa eſt, quae nauis gratia parantur, et earum, pro quibus mercedem aliquis accipit. Nam etſi faber incudem aut malleum, fregerit, non imputabitur ei, qui locauit opus. *l. 2. §. 1. de iactu.* Eadem ratio eſt, ſi nauis, quae aduerſa tempeſtate aut ictu fulminis depreſſa, deterior reddita, aut armamentis quibusdam exuta alio nauiget, ibique onus recipiat; hi, quorum onus eſt, nautae pro damno non conferent. Si enim finis harum impenſarum reſpiciatur, magis nauis inſtruendae quam ſeruandarum mercium cauſſa factae ſunt. *l. 6. d. tit.* Veluti ſi faber malleum, aut architectus ſecurim fractam refici curauerit; hoc faciet ſuis, non conductoris operae ſumtibus.

XVIII. Ceſſat porro contributio, ſi res iactae, poſtea ſaluae adparuerint, aut reſtitutae ſint, vel naufragio liberatae ſint; etiamſi nauis perierit. Contributionis enim aequitas tunc admittitur, cum iactus remedio caeteris in communi periculo, ſalua naue, conſultum eſt, *l. 5. de iact.* et quod quisque ex naufragio ſeruat, velut ex incen-

cendio ſibi ſeruat *l. 7. eod.* Si vero iam contributio facta ſit; illi, qui contribuerunt, agent ex locato cum magiſtro nauis, vt is ex conducto experiatur, et quod exegerit, reddat *l. 2. §. 7. tit. d.*

XIX. Si nauis iactu leuata poſtea nihilominus tempeſtate pereat, nihil contribuendum eſt, niſi merces perditae extrahantur. Contributioni enim locus, niſi ſaluis rebus, eſſe non poteſt. Quibus deperditis perinde ab obligatione iactus liberantur vectores, atque debitores interitu ſpeciei. WESENBEC. *paratit. ad leg. Rhod. de iactu n. 5. ex l. 23. de V. O.* hic tamen lex *37. de V. O.* magis eſt accommodata, quam *lex. 23. eodem* a Weſenbecio citata.

XX. Si ſcapha, in quam pars mercium nauis onuſtae leuandae cauſſa, (de quo caſu *ſup. h. cap. §. 6.*) traiecta eſt, cum iſtis mercibus ſalua ſit, et nauis perierit; contributio non habet locum, ſed tunc demum, quum per iactum nauis ſeruata eſt. *l. 4. verſ. contra ſi ſcapha ff. de iactu.* Naui autem amiſſa, collationi locus non eſt *l. 4. §. 1. l. 1. D. eod.* Et hoc eſt, quod Paullus ait *lib. 2. ſent. t. 7. Naue perdita, conſeruatae cum mercibus ſcaphae ratio non habetur.*

XXI. Ceſſat denique collatio in cibariis, quae quis in itinere conſumendi cauſſa naui impoſuit: quaeque, ſi alia cibaria in nauigatione defecerint, neceſſitatis cauſſa in commune conferenda ſunt. *l. 2. §. de iactu.* GROT. *de iur. b. et p. 2. 2. 6.* Sed et contributio ceſſat in neceſſariis veſtibus, quas qui corpore ſuo geſtat, et quae ordinario cultui et amictui corporis ſeruiunt; exceptis monilibus et aliis huiusmodi. VINN. *ad leg. Rhod. de iactu. p. 213.* Cui plura de hoc argumento ſcire lubet, adire poterit QVINTIN. WEITSII tractatum de auaria, Belgice ſcriptum. Quamuis inde potiora excerpta, ſuisque locis inſerta, et communi vſui adplicata ſint.

LIBER

Digitized by Google

LIBER TERTIVS.

CAP. I.

DE DONATIONE MORTIS CAVSSA, TESTAMENTO, LEGATO NAVTICO ET SVCCESSIONE.

I. *De modis adquirendi, per tranſitionem.*
II. *Quae donatio mortis cauſſa.*
III. *Quotuplex.*
IV. *Conditiones mortis cauſſa donati.*
V. VI. *Teſtamenti nautici priuilegium, probatio.*
VII. *Legati nautici obiectum et modus.*
VIII. *Conditiones eius.*
IX. *Num omnes implendae ſint?*
X. *Succeſſionis inter conſortes nauis priuilegium iure Rom.*

I. Extremum huius opuſculi laborem lector mihi concedet, vt, via maris aperta et tuta, qua datur, exponam, quid a priuatis mare nauigantibus ac negotiantibus vel proprietatis adquirendae, vel mutuae obligationis cauſſa exerceri et contrahi iura dictant ac permittant. Dominium rerum vel iure gentium vel ciuili quaeri recognoſcimus ex principiis iuris, et iure gentium inter caetera occupatione, acceſſione, emtione, de quibus partim ſup. ex occaſione dicere occupaui *lib. 1. c. 6.* §. *3. 8. et c. 7.* §. *6. 7.* partim infr. hoc libro vlterius dicam. Iure ciuili per praeſcriptionem, donationem, hereditationem. De praeſcriptione quatenus huc facit *l. 1. c. 6.* §. *et cap. 7.* §. *6. c. 9.* §. *5. c. 10.* § *8.* actum eſt. De donatione, praeſertim quae mortis cauſſa fit, teſtamento, legato, et ſucceſſione breuiter hic, quantum noſtrum admittit inſtitutum, et iura de illis ſingularia quaedam tradunt, agemus. Reliqua de modis adquirendi, ex communi iure, quae hic repeti nihil neceſſe eſt, recognoſci poſſunt.

II. Mortis cauſſa donatio eſt, quae fit in euentum mortis, vel, vt in iure deſcribitur, quae fit propter mortis ſuſpicionem, quum quis ita donat, vt ſi quid humanitus ei contigiſſet, haberet is, qui accipit. In ſumma, mortis cauſſa donatio eſt, quum magis ſe quis velit habere, ſi ſuperuixerit quam, quum cui donat; magisque eum, cui donat, ſi moriatur donans, quam heredem ſuum. §. *I. Inſt. de donat. L. 1. D. de mort. cauſ. donat.* Quod iuriſconſultus ibidem illuſtrat exemplo Homeri ex ODYSSEAE *lib. 17.* de muneribus Menelai, quae Telemachus donat Piraeo.

IIII. Huius

III. Huius donationis tres ſpecies fecit IVLIANVS *lib. xvii. digeſtorum*: *1.* quum quis nullo praeſentis periculi metu conterritus, ſed ſola cogitatione mortalitatis donat. 2. Quum quis imminente periculo commotus ita donat, vt ſtatim fiat accipientis. 3. Si quis periculo motus non ſic dat, vt ſtatim fiat accipientis, ſed tunc demum, quum mors fuerit inſequuta. *l. 2. D. de mort. c. don.* Praeterea mortis cauſſa donare licet, non tantum infirmae valetudinis cauſſa, ſed periculi etiam propinquae mortis vel ab hoſte, vel praedonibus, vel ab hominis potentis crudelitate aut odio, aut *nauigationis ineundae* cauſſa *l. 3. eod.* de qua hic proprie ſermo eſt.

IV. Si quis ergo mortis cauſſa donans, in itinere maritimo deceſſerit; huic donationi locus erit. Non enim videtur perfecta donatio mortis cauſſa facta, antequam mors inſequatur, vt dicitur *in l. 32. D. h. tit.* Si vero ſaluus ex nauigatione demum redierit; donatio haec reuocatur, niſi cum ea conditione facta ſit, vt nullo caſu ſit eius repetitio, *l. 13. §. 1. in. fin. l. 35. §. 4. d. tit.* Sed hic cauſſa donandi magis, quam mortis cauſſa donatio, et inſtar donationis inter viuos eſt. *l. 27. d. tit.*

V. Teſtamentum a nautis in naui quoquo modo factum, ratum erit. Illi enim iure militari teſtari poſſunt: quum nautae in claſſibus ſint loco militum. *l. un. §. 1. D. de bonor. poſſeſſ. ex teſtam. mil.* Idcirco eodem hic priuilegio gaudent, quo milites: et quae de militari teſtamento iura tradunt, etiam huc commode referri poſſunt.

VI. Verum tamen vt conſtet de ſeria ac deſtinata voluntate teſtantis nautae ſiue in ſcriptura ſiue nudis verbis expreſſa; ea probabitur adſertione hominum, ad hoc ab ipſo conuocatorum *arg. §. 1. inſt. de teſt. mil.* aut, ſi de illa dubitetur, iurata eorum aſſertione iure Sued. *arg. c. 17.* IORD. DOER. *et Reuis. LL. pro Sued. ſub* CAROLO *11. 9. ad cap. 7. tit. LL.*

VII. Quum donatio mortis cauſſa legatis in teſtamento relictis quoad effectus connumeretur *l. 4. Cod. de don. cauſſa mortis.* aeque legatum ſubſiſtit, atque donatio mortis cauſſa, ſiue quis nauem, ſiue fructus eius, vt naulum, leget. *l. 39. §. 1. de. legat. 1. aut vecturam. l. 29. de her. petit. l. vn. Cod. de rei. vx. act. §. 7.* aut corpora nummorum aut rerum in arca *l. 51. D. de legat. 1.* Siue quodcumque aliud, modo fiat

Mmmmmm in

in praeſentia teſtium, atque ſic non opus habet inſinuatione. *d. l. 4. c. de don c. m.*

VIII. Num lignis legatis etiam tigna et aſſeres ad aedificandam nauem paratae continebuntur; non videntur, niſi hoc voluiſſe teſtatorem conſtet. Lignum enim proprie et ſtricte loquendo, comburendi cauſſa comparatum eſt *l. 55. de legat. 3. et* §. 5. Sed ſi materia legata ſit, quae ad aedificationem nauis neceſſaria eſt; aliud dicendum. Si vero materia legata, nauis ex ea facta ſit; non vindicabitur *l. 88. §. 1. eod.* Aliud enim eſt materia, aliud compoſitum aut conſtructum ex materia.

IX. Naues etiam in inſtrumento fundi, vel inſtructo fundo legato continentur, quatenus exportandorum fructuum cauſſa comparatae ſunt. *l. 12. §. 1. ff. de inſtruct. vel inſtr. leg.* Inſtrumento piſcatorio legato non ſolum retia, naſſas et fuſcinas, ſed nauicellas quoque contineri Ariſto ait, quae piſcium capiendorum cauſſa comparatae ſunt *l. 17. §. 1. de inſtr. vel inſtr. leg.* non vero piſcatores, vt olim *d. l.* quum liberi homines, aut ſerui, quales hodie, non ſint in bonis noſtris, ideoque alienari nequeant. *conf. quoque l. 27. eod.*

X. Legati conditiones in futurum tempus proprie conferuntur, Nulla eſt proprie conditio, quae in praeteritum aut praeſens tempus confertur, vt: Si nauis in portu ſtat *l. 10. §. 1. De condit. inſt.* nam ſi conditio vera non ſit, non valet; ſi vera ſit, ſtatim tenet. Quae enim per rerum naturam certa ſunt, non morantur obligationem, licet apud nos incerta ſint. *§. 6 inſt. de verb. oblig. l. 37. D. de reb. cred.* Pone, ita legatum eſſe: ſi nauis ex Aſia venerit, et ignorante teſtatore nauis venerit ex Aſia, teſtamenti facti tempore, pro impleta habebitur. *l. 2. l. 10. §. 1. D. de cond. et demonſtr. vid. et ſup. l. 2. c. 5. §. 9. in fin.*

XI. Non omnis conditio, quae teſtamento aut legatis adiecta eſt, ſtatim implenda eſt; niſi talis ſit, quae impleri debet. Etiamſi enim ſuprema defuncti voluntas pro lege ſit habenda, quatenus iuri et bonis moribus eſt conſentanea; non tamen inhumanae aut inhoneſtae conditioni parendum eſt *l. 14. 15. D. de cond. inſt. E. c.* quidam in ſuo teſtamento heredem ſcripſit ſub tali conditione: Si corpus eius in mare abiiciat. Quaerebatur, quum heres conſtitutus conditioni non paruiſſet, an expellendus eſſet ab hereditate? Modeſtinus reſpondit,

dit, laudandum eſſe magis, quam accuſandum heredem, qui corpus teſtatoris non in mare ſecundum ipſius volnntatem abiecit, ſed memoria humanae conditionis ſepulturae tradidit *l. 27. D. de cond. inſt.* vbi ſic notat GOTHOFREDVS: Conditio inhumana, quae humanitati contraria eſt, tamquam iuri contraria ſpernitur. Aliud verro ſtatuendum erit, ſi aliud more maritimo obſeruetur, aut ſi naue in remoto loco verſante, contagionis aut morbi periculum ex foetore cadaueris diu inſepulti in naui iacentis metuendum ſit. Ita Franciſcus Dracus Anglus, qui totum orbem circumnauigarat, quum tandem in itinere Americano fatis conceſſiſſet, nautico funere in mare tormentis diſploſis demiſſus eſt eo fere loci, vbi primum fatis monſtratus ſecundis ſucceſſibus inclareſcere coepit; vt refert Camdenus in hiſtoria Eliſabethae ad annum 1595. Plura de legatis nauticis per occaſionem *ſup. lib. 1. cap. 2. §. 6. 7. et cap. 7. §. 13. 14.* notata huc quoque referri poſſint.

XII. Si quis nauicularius ſine teſtamento et liberis vel ſucceſſoribus defunctus ſit; hereditas eius iure R. non ad fiſcum, ſed ad corpus nauiculariorum, ex quo fatali ſorte ſubtractus eſt, defertur. *l. 1. Cod. de hered. decur.* Quod eſt ſingulare iuris Rom. Cetera communi iuri ſucceſſionis conueniunt.

CAP. II.

DE CONTRACTIBVS NAVTICIS, QVI RE FIVNT.

I. *De obligatione.*
II. *Credens aut mutuo dans pecuniam in nauim armandam aut reficiendam, an ius tacitae hypothecae habeat.*
III. *Credentis in cibaria nautarum, et in merces ſibi obligatas priuilegium.*
IV. *Mutuum naufragio aut incurſu piratarum perditum reſtituendum.*
V. *De diligentia in ſeruanda naui aut ſcapha commodata.*
VI. *Num caſus fortuiti in re nauiganti commodata ſint praeſtandi.*
VII. *Num in naufragio res commodata aut depoſita praeferenda ſit propriae.*
VIII. *De depoſito naufragii cauſſa.*

I. A donatione mortis cauſſa, teſtamento et ſucceſſione deſcendimus ad obligationem magiſtrorum nauis et vectorum, vel ex contractu vel delicto. Sed de contractu prius, qui praecipue vel re, vel conſenſu fit. Re, vt mutuum, commodatum, depoſitum pi-

Digitized by Google

gnus. Conſenſu, vt emtio, venditio, locatio conductio, ſocietas, mandatum; velut ex elementis iuris liquet. Sed haec non vlterius, quam praeſens materia poſtulat, quamque leges de eodem argumento ſuppeditant, tractabimus; reliqua ex communis iuris vſu circa contractus petenda ſunt.

II. Quamuis communis ferme ſit opinio, eum, qui in nauem armandam aut reficiendam credidit aut mutuo dedit, ius tacitae hypothecae habere; tamen, vbi lex expreſſa deficit, haud temere adſerendum eſt. Nam *l. 5. D. qui pot. in pign. et l. 34. D. de reb. aut. iud. poſſ.* dant ſolum priuilegium perſonale credentibus pecuniam ad nauem armandam aut reficiendam, quo praeferentur aliis creditoribus chirographariis. Qua de re *l. 1. c. 2. §. 2.* iam prolixius egi. Nec obſtat *l. 1. D. in quib. c. pign. t.* non enim procedit argumentum a credito in reſtitutionem collapſarum aedium, in quo publici decoris et ornamenti vrbis contemplatio verſatur *l. 2. C. de aedif. priu.* ad creditum in refectionem nauis. Sed aliud ſtatuendum erit, ſi expreſſum et ſpeciale pactum de hypotheca acceſſerit *l. 5. qui pot. in pign. l. 7. Cod. eod. et fuſe ac neruoſe* VINNIVS *ad* PECKIVM *in tit. de exerc. act. pag. 100. et ad leg. Rhod. de iact. pag. 233. 234.* Iure tamen Hamburgenſi datur in hoc caſu beneficium tacitae hypothecae *part. 2. Statut. Hamburg. tit. 4. art. 14. et t. 5. a. 7.* Sed hoc eſt iuris mere poſitiui.

III. In cibaria nautarum credens, ſine quibus nauis ſalua peruenire non poteſt, etſi poſterior, potior tamen eſt priori creditore chirographario. *l. 6. D. qui pot. in pign.* Item ſi quis in merces ſibi obligatas crediderit, vel vt ſaluae fiant, vel vt naulum exſoluatur; potentior erit, licet poſterior ſit creditor. Nam et ipſum naulum potentius eſt *d. l. 6. qui pot. §. 1.*

IV. Si mutuum naufragio vel incurſu piratarum perierit, nihilominus ad reſtituendum debitor obligatus manet. Quamuis enim caſus fortuitos humanum conſilium vel prouidere vel prohibere nequeat. *l. 2. §. 7. D. de admiſtrat. rer. ad ciuit. pert. c. 35. de iur. aedific. LL. prou. Sued.* tamen hic mutuo accipiens tenetur: qui non idem indiuiduum, ſed idem genus aut tantumdem reſtituere debet *§. 2. Inſt. quib. modis re contrah. oblig. Vid. quoque 16. 17. 18 LL. Rhod.* Quae de foenore nautico in iure habentur, haud incommode huc quoque refe-

referas, de quo ob connexionem materiae *iam ſup. lib. 2. c. 6.* *dixi.*

V. Qui vtendam nauem alienam accepit; exactam diligentiam ei cuſtodiendae praeſtare tenetur, nec ſatis, tantam diligentiam adhibuiſſe, quantam ſuis rebus adhibere ſolitus eſt, ſi alius eam diligentius poterat cuſtodire. *arg. §. 2. Inſt. d. tit.* quod de naui dictum, idem de ſcapha accipiendum eſt. Non minor enim diligentia in eo, quod ſequitur rem commodatam, quam in ipſa re principali praeſtanda eſt. *l. 5. §. 9. de commodati.*

VI. Caeterum quaeſtionis eſt, num caſus fortuiti in re quacumque nauiganti commodata ſint praeſtandi? Sane iure R. non praeſtantur, quum illis reſiſti nequeat *l. 18. D. commodati*, vbi naufragium et piratarum incurſus etiam inter iſtos caſus referuntur. Et quae ſine culpa alicuius accidunt, a nemine praeſtantur *l. 23. in fin. de reg. iuris.* Si vero alicuius culpa is caſus interuenerit, ex eo tenetur. Vt ſi quis alicui quaedam pocula argentea ideo vtenda dederit, quod is amicos ad coenam vel nuptias ſe domi inuitaturum diceret, et ea peregre ſecum portauerit, et naufragio vel praedonum incurſu perdiderit; ſine vlla dubitatione hunc caſum praeſtare debet *d. §. 2. Inſt. quib. mod. r. c. o. l. 18. D. commodat.* Quamuis iure Suecano *c. 20. §. 2. de iure aedif. LL. ciuit.* ex caſu fortuito, etiam extra culpam alicuius dato, commodans teneri videatur: quum verba legis generaliter et indefinite: *Hurutbet bälſt Hända kan*, loquantur, et commodantis vtilitatem hic reſpicere videantur.

VII. Si quis in naufragio ſimul res ſuas et alienas ſibi commodatas aut commendatas vel depoſitas ſeruare nequit, an res ſuas praeferat alienis? quamuis alii hunc caſum aliter decidant, *vid.* PAC. *de contract. 3. c. vlt. n. 48.* AFFELMANN. *colleg. contract. diſp. 4. th. 23.* tamen haec mihi ſimplicior et iuri noſtro conuenientior deciſio videtur: vt, quum poſſet quis res alienas ſaluas facere, ſuas praetulerit, etiam ex hoc damno fatali teneatur *l. 5. §. 4. D. commod.* non enim minorem ſalua fide alienis rebus quam ſuis diligentiam praeſtabit *ſup. hoc cap. §. 5. l. 32. D. depoſ.* Si vero et ſuas et alienas res naufragio vel alio caſu amiſerit; ad reſtitutionem, vel rerum alienarum aeſtimationem praeſtandam non tenebitur. *cap. 5. de iure merc. LL. Suedic. ciuit. c. 9. LL. prou.* Si vero partem aliquam rerum propriarum nau-

fragio liberarit, alienam vero perdiderit, quid tunc ſtatuendum erit? de hoc LL. Wiſigothorum, quam me, lectorem audire malo, a quibus *lib. V. tit. 5. l. 5.* hic caſus pulcre et ex aequitate deciditur. Verba legis Gothicae haec ſunt: *Qui commendata vel commodata ſuſceperit, et de ruina aut de incendio vel hoſtilitatis naufragio, ſeu quolibet ſimili caſu, ſua omnia liberauerit et aliena perdiderit; quod accepit, ſine aliqua excuſatione cogatur exſoluere. Si vero partem aliquam de rebus propriis liberaſſe cognoſcitur, illi cuius res ſecum habuerat, iuxta modum perditae rei vel liberatae reſtituat, qualem iudex ratione deducta aeſtimauerit portionem. Si autem ſua omnia perdidit, quum liberarit aliena, et de liberatis, et de perditis rebus ſimilis ratio deducatur, vt partem, arbitrio iudicantis, qui liberauit accipiat. Iuſtum eſt enim in ſimili caſu, vt ille non damnum ſolus accipat, qui ſe grauibus obiecit periculis; et dum aliena minora conatur liberare, ſua maiora perdidiſſe cognoſcitur.* In hac autem lege circa initium pro *hoſtilitatis naufragio*, emendandum eſſe *hoſtilitate ſeu naufragio*, patet ex inſcriptione legis: *De rebus commendatis. et caſu quocumque in naufragium miſſis.* Atque ſic ſenſus erit euidentior. Idem liquet ex ipſo contextu.

VIII. Si quis inficietur depoſitum naufragii cauſſa, in duplum lege nautica Rhodiorum *cap. 14. et iur. Rom. tenetur. l. 1. §. 1. et 4. D. depoſiti*, vbi Vlpianus hanc legis aut poenae iſtius rationem adfert.

Quod ſi quis depoſitum alicui dicta neceſſitate exſtante commiſſum inficietur; merito in duplum teneatur, quum hic perfidiae crimen creſcat, quod publicae vtilitatis cauſſa coercendum eſt. Eſt enim inutile, in cauſſis huiusmodi fidem frangere. Vbi, inutile *idem quod pernicioſiſſimum* eſſe notauit CL. RITTERSHVSIVS *in I L. XII. Tabb. claſſ. 3. p. 3. c. 14.* quamuis ibi memoria errarit (quod facile fieri poteſt) dum *l. §. praetor ait ff. de depoſiti.* allegat, quae eſt *l. 1. § haec autem ff. depoſiti.* Confer *ſup. lib. 1. cap. 7. §. 15.* notata.

CAP. III.

DE PIGNORE NAVIS ET RERVM IN NAVI.

I. *Nauis oppignoratio pro debito. Eius priuilegium.*
II. *Num in pignore ſiluae etiam materia nauis comprehendatur.*

III.

III. *Translationem nauis in alia loca ac venditionem quibusdam ſtatutis immutare pignoris conditionem.*
IV. *Magiſtrum nauis ius tacitae hypothecae in bonis vectorum pro naulo et contributione habere.*
V. *Num creditor impetu aquarum pignus amittens ius crediti amittat.*
VI. *De rate a creditore in flumine retenta, et vi fluminis ablata, quid ius decernat.*
VII. *Cur conducta nauis poſſit relocari alii, non vero pignori obligari.*

I. Reſtat de vno adhuc contractu, qui re fit, nimirum de pignore nauis, vt agamus. Quamuis iam de eo aliquid in ſuperioribus ex occaſione delibauerimus, tamen quae adhuc addi poſſunt, in hoc caput reiicere viſum eſt. Nauis obligari pignori poteſt pro debito a domino nauis, et quidem pluribus creditoribus in parem ſummam, modo non fiat in alicuius fraudem. Obligatur vero nauis in fidem crediti, donec ſoluat debitor, aut eo moras ſtudioſe nectente, tandem ex lege pignus diſtrahatur, et inde ſatisfiat creditoribus. Cuius elegans exemplum habemus apud Demoſthenem in exceptione contra Apaturium. In naui autem obligata, aut ſi pecunia in eam emendam, fabricandam, armandam aut reficiendam credita ſit, poſterior creditor priori in iure Romano potior habetur. *l. 5. D. qui pot. in pignore.* quia illius pecunia ſaluam fecit totius pignoris cauſſam *l. 6. eod.* Idem obtinet, ſi quis in cibaria nautarum aut merces ſibi obligatas crediderit, vel vt naulum exſoluatur. *d. l. 6. §. 1. vid. et ſup. lib. 1. c. 2. §. 2.*

II. Num, ſi quis cauerit, vt ſilua ſibi pignori eſſet, etiam nauis ex ea materia ſit pignori; negant CASSIVS et PAVLLVS *in. l. 18. §. 3. D. de pignor. act.* niſi hoc expreſſe ſit adiectum. Aliud eſt enim materia, aliud corpus ex materia confectum. Ideo nominatim in dando pignore adiiciendum: *quaeque ex ſilua nata vel facta ſint.*

III. Nonnullorum populorum legibus, ſi quis nauem, quam pignori obligarat, ad alia loca nauigando tranſtulerit et vendiderit; ius pignoris ſoluitur. Si vero ciuis, qui eam oppignorauit, ad vrbem, in qua habitat, reducat; ius pignoris integrum manet. Ita iure *Lubec. 3. 4. 6.* Stralſundenſium et vicinorum moribus, qui eo iure vtuntur, receptum eſt. Quamuis autem hoc pugnare videatur contra regulam iuris, qua, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri nequit, et iniquum reputari poſſit, huius modi nauium translatione

Digitized by Google

latione ius pignoris creditori adimi; tamen hoc in fauorem commerciorum, et illorum, qui vel merces in naues transferunt, vel iis miniſtram operam praebent. introductum eſt: quorum intereſt, huiusmodi pignorum perſequutionibus non retardari impedirique nauium curſum. Sed horum ius eſt integrum, quando nauis domum reuertitur, et in priſtinam pignoris cauſſam redit. MEV. *ad dict. loc. iur. Lubec.*

IV. Res vectorum in naui ſunt quaſi iure tacici pignoris et retentionis obligatae magiſtro nauis pro naulo, contributione et aliis neceſſariis expenſis, donec quod debent, ſoluant. *art. 59. iur. maritimi Wisbyenſis, arg. l. 5. D. ad exhib.* VINN. *in Peck. ad legem Rhodiam de iactu pag. 204. 232.* niſi naulum a vectoribus ſit praenumeratum; vt IONAS propheta faciebat *Ion. cap. 1. v. 3.*

V. Si creditor pignus et ſimul rem ſuam amiſerit impetu aquarum, ad reſtitutionem pignoris non tenetur; ſed hic damnum damno compenſatur, quod praeſumitur absque culpa eius accidiſſe. Si vero pignus impetu, aquarum perdiderit, re propria ſalua; ad pignoris aeſtimationem praeſtandam tenetur. *arg. c. 10. de iure mercand. LL. prou. Sued. c. 6. eodem. LL. municip.* quia lex hic praeſumit, creditorem fuiſſe negligentiorem in re aliena, quam ſua cuſtodienda: quod ex euentu non obſcurum eſt. *vid. ſupra. 6. lib. cap. 2. §. 7.* conferatur quoque COPPEN. *obſ. Pract. lib. 1. c. 21. n. 10.*

VI. Crediderat ciuis domino ratis aut nauigii pecuniam, quae cum ad diem non ſolueretur, ratem in flumine ſua auctoritate detinuit. Poſtea flumen creuit et ratem abſtulit; quaeritur, cuius periculo vel damno? Si creditor domino ratis inuito ratem detinuiſſet, creditoris periculo ratem fore, Paullus reſpondit. Sed ſi debitor ſua voluntate conceſſiſſet, vt retineret; culpam duntaxat creditori praeſtandam, non vim maiorem. *l. 30. D. de pignor. act.* Hoc enim generale eſt, vt vis maior non praeſtetur, niſi alicuius culpa eam praeceſſerit. GAIL. *l. 2. obs. 21. n. 3.* RITTERSHVS. *ad l. Contract. p. 109.*

VII. Nonnullorum ſtatutis cautum eſt, vt nauis ad certum tempus conducta, relocari alii ad dictum tempus poſſit, non vero oppignorari. Quod aequam habet rationem. Quia conducta res eſt aliena, non propria conductoris, itaque aliis pignori obligari inuito domino, qui directum in ea dominium habet, non poteſt. *l. 6. Cod. ſi al. res pign. d. 5. l. 20. D. de pign. act.* Sed quam conduxit

quis

quis nauem, alii fruendam ad dictum diem tacito conſenſu domini locare poteſt, niſi aliud conuenerit *l. 6. Cod. de loc. cond.* Addi etiam haec ratio poſſit, ne promiſcua et frequenti nauium ſub pignoris nexu obligatione liber curſus commerciorum et nauium ſiſtatur, de quo *ſup. h. c. §. 3.*

CAP. IV.

DE REPRESSALIIS, VT VOCANT, ET ARRESTATIONIBVS NAVIVM.

I. *Repreſſalias etiam pignorationes eſſe.*
II *Vnde dicantur repreſſaliae, et quid ſint.*
III. *De cauſſis repreſſaliarum et arreſtationum nauium.*
IV. *Cautio magiſtratus in illis imperandis.*
V. *Relaxationes et exemtiones ab illis.*
VI. *Si qui priuati vetita aduexerint hoſti, aut aliud quid illicitum commiſerint aduerſus principes, num id reſpubl. aliique ciues luere debeant.*
VII. *Miniſtros mercatorum non detinendos eſſe pro debito dominorum.*
VIII. *Nec ſubditos aut ciues pro debito dominorum, aut ciuitatis; niſi in certis caſibus.*
IX. *Quae moderatio in repreſſaliis, et arreſtis nauium aut bonorum ſeruanda ſit. Et de reſtitutione damni dati.*

I. Quum repreſſaliae et arreſtationes nauium ſint etiam quaedam pignorationes, vt vocant, rerum et perſonarum, quando res aut perſona vnius pro alia praehenditur et detinetur, vt notant GAIL. *obſ. 2. de pignorat. n. 1. et 7.* et FABER *in reg. iur. 176. p. m. 711.* de iisdem poſt pignora nauium hoc capite agemus.

II. Repreſſalias, vel vt alii ſcribunt, repraeſalias, alias preſſalias, vt barbarum quidem, ſed nunc vſu receptum vocabulum, deriuant nonnulli a Gallico *repriſe* aut *reprendre*, a reprehenſione aut reprehendere; alii a Latino *reprimere* detortum volunt, quidam ab Italico *priſa*, quod capturam notat, deducunt. Sed res eodem fere recidit. Nihil enim aliud eſt, quam ius prehendendi ac detinendi bona aut corpora ſubditorum, etiam exterorum, in compenſationem iniuriae et laeſionis, quae in publicum detrimentum praecipue vergit. De altera iſta dictione arreſtorum et arreſtationum alibi egi, nimirum in ſynopſi iuris, quae hic non repeto, Quamuis autem differentiae quaedam dari poſſint inter repraeſalias, pignorationes et arreſta-

reſtationes, vti obſeruauit GAIL. *cap. 1. de pignoratione n. 4. 5. 6. et alibi;* tamen etiam promiſcue accipi ſolent, et inter ſe ſimilitudinem quamdam habent, vt idem GAIL. notat *in cap. 2. de arreſtis imperii n. 1. 2. 3. cap. 9. n. 10.*

III. Variae ſolent eſſe cauſſae repreſſaliarum, et arreſtationis nauium, in primis tamen ſi ius aut debitum ab aliis non reddatur. Si naues non praeſtent, aut doloſe occultent ac ſupprimant, quae iure gentium, portus, ac portorii praeſtari debent. Si domini nauium aut vectores illicita bona aduehant: ſi delictum committant in alieno loco: ſi hoſtili animo veniant, aut iure metuantur, vt hoſtes, hoſtiue re, opera, conſilio faueant: aut deuiis itineribus ac littoribus clam et animo explorandi inſidiandique perreptent alienum ſolum et aequor. Ob has et ſimiles cauſſas ius prehendendi et detinendi etiam alienas naues aut perſonas vetus eſt, non natura quidem ſed conſuetudine gentium introductum: Ariſtoteles 2. Oeconom. facit mentionem decreti Chartaginenſium ad prehendendas exterorum naues; ſi quis ius prehendendi haberet. Ariſtodemus, Tarquiniorum heres, retinuit Cumis naues Romanorum, frumento onuſtas, pro bonis Tarquiniorum. *vid.* LIV. *lib. 2.* GROT. *lib. 3. de iur. bell. et pac. c. 1. n. 5. c. 2. §. 4. 5. l. 8. C. de Nauicular.* MYNSING. *cent. 6. obſ. 1.* GAIL. *c. 2. 3. ſeqq. de pignorat. Paſchali Legat. c. 21. et cap. 29.*

IV. Quum autem dictae repreſſaliae et detentiones ſint ſpecies quaedam violentae exſequutionis; cauebit magiſtratus, ne, vbi iuris et iudicum copia haberi poteſt, temere permittat, adprehendi et ſiſti alienas naues ac mercatores; certe non iniuſte ſiſti aut detineri. Aut ſi iuſte quidem, ne cuiquam hoc proprii auctoritate facere ſit integrum, niſi cauſſa cognita, diplomate a principe impetrato, aut alias adprobante magiſtratu: ne, quum potuerit ille ordinario iure ſuum conſequi, vitio et culpa ſua maioris tumultus faciendi, animorum alienationis, retorſionis, et tandem belli inter finitimos aut remotiores incundi anſam praebeat; aureoque forte piſcetur hamo, cuius iactura commodo piſcationis longe maior ſit. Ita Tullus apud Liuium libro 1. mercatu frequenti negotiatores Romanos a Sabinis comprehenſos querebatur. Sabini ſuos prius in lucum confugiſſe ac Romae retentos. Hae cauſſae belli ferebantur. *vide quoque* PETR. FAB. *in Reg. Iur. 176.* Hinc principes et respublicae paſſim repreſſalias admitti

nolue-

noluerunt. Zeno imper. et Iuſtinianus aliquot conſtitutionibus eas vetuerunt. *l. vn. Cod. vt nullus ex vican. Nou. 52.* et Theodoricus rex Gothorum apud CASSIODORVM *epiſt. 10. lib. 4. var.* Noſtra aetate in Induciis Sueo-Polonicis *art. 18. Nullae repreſſaliae aut arreſta tam terra quam mari ratione cuiuscumque iniuriae, niſi iuſtitia pluribus vicibus repetita non adminiſtrentur, admittantur.* In foedere commerciorum inter Gallos et Belgas anno 1596. Repraeſaliae nullae in poſterum concedantur, ſed ordinaria iuris via quisque ſuum repetat.

V. Si quis ergo ſuſpectus ad iudicium prouocet, aut arreſto detentus ſponte ſatis facere, aut idonee cauere per ſe vel alios paratus ſit; ab arreſto lirabitur. Statutis Gedanenſibus arreſtum nauis a iudice rite conuento factum, ad oppignorationem bonorum aut aliam idoneam cautionem relaxari poteſt, etiam inuito eo, qui arreſtum impetrauerat *part. 2. c. 3. art. 8.* Sed et perſonae priuilegia, foedere pactisque exemtae arreſtis, non ſunt detinendae, aut pignoratione, vt vocant, vel repraeſaliis onerandae; ne directe contra immunitatis et pactorum leges fiat. *vid.* DEMOSTH. *orat. de foed.* ALEX. *et pacta pac. inter Reg. Sued. et Dan. art. 4. et ſeqq.* Nec nauis tendens ad nundinas in portu detinenda eſt, absque quo ad nundinas peruenire non poteſt. PECK. *de iure ſiſt. c. 10. n. 4.* Vt enim tempore nundinarum in loco earum vetitum eſt arreſtum, ita et in illo, ſine quo ad mercatum deueniri nequit. NICOLAVS EVERHARD. *conſil. 21.*

VI. Quid vero ſi priuati mercatores aduehant commeatum aut puluerem tormentarium hoſti, aut alii priuati ciues in alienam rempublicam quid committant ac delinquant, num fas eſt eo nomine detineri non ſolum ipſorum auctorum, ſed et aliorum naues, ſi illi forte elapſi ſint, donec id vel illi luant, vel communitas aut rector eorum? Ciuitas aut rectores eius non tenentur ex ſubditi facto illicito aut delicto, niſi ſciuerint, et cum prohibendi emendandique facultatem haberent, non prohibuerint et emendarint; aut interpellati pro merito non punuierint nocentem, vel arbitrio interpellantium permiſerint *l. 2. de iur. bell. et pac. cap. 21. §. 2. 3. 4. 7. 8. 17. 18.* ALB. GENT. *de iur. belli lib. 1. c. 21.* Rex Galliae (apud Guicciardinum lib. 5.) expoſtulat cum Venetis, emtum eſſe Venetiis commeatum et puluerem tormentarium, aduectumque hoſtibus ſuis; reſponderunt Veneti, in ſua ciuitate nemini vnquam interdictum eſſe negotiari, et

 fa-

Digitized by Google

factum illud priuatos mercatores auctores habere. Inter capita legationis Anglicae ad Fridericum. II. Regem Daniae anno 1583. et hoc fuit: *Ne arreſtationes nauium ob priuatorum delicta in freto Sundenſi concederentur.* Apud CAMDENVM *pag. 3. hiſtor. Eliſabeth. pag. 540.* Et Dani anno 1602. per ſuos in Britanniam legatos grauiter de piratis Anglis queſti et obteſtati ſunt: quamuis piratica inſolentia bello flagrante comprimi non poſſet, ſupplicii tamen aſperitate coercendum eſſe, alioquin ad iniurias et damna reſarcienda *arreſtationes* permittendas; quia regum in primis interſit, ne ſubditi qnid detrimenti capiant. *apud* CAMDEN. *p. 4. pag. 842.*

VII. Sed nec miniſtri mercatorum, qui vna nauigant ad expediendum negotia dominica, pro debitis ſuorum dominorum arreſto detineri poſſunt, etiamſi domini ſolutionem in loco contractus promiſerint: miniſtri enim non ſuo nomine contraxerunt; et aequitati naturali non conuenit, vt pro alienis debitis alii moleſtentur. *l. vn. c. vt nullus ex vicar.* CARPZOV. *iur. for. I. 30. II.* niſi aliud conuenerit, aut contrahens fidem miniſtri pro re et in nomen praeponentium contraxerint *l. 1. l. 7. D. de inſtit. act.* PECK. *de Arreſt. c. 4. n. 12.* MEV. *de Arreſt. c. 8. n. 76.*

VIII. Subditi quoque et ciues eorumque naues et in iis merces detineri ſiſtique pro debitis dominorum vel ciuitatis, in qua degunt, per eamdem rationem nequeunt. Inter priuilegia mercatoribus Hanſae quondam a regibus Angliae data et hoc fuit; *Mercatorem qui deliquiſſet, puniendum, nec caeteros innocentes propter aliena debita plectendos.* Veluti enim quod vniuerſitati debetur, ſingulis non debetur: Ita quod vniuerſitas debet, ſinguli non debent, *l. 27. de rebus cred. l. 7. §. 1. quod cuiusque vniu. nom.* Iure tamen gentium obſeruatur aliud, ſi ſubditi ſemet ipſos ſigillatim obligarint; aut ſingularis praeſtationis nomine ſuo domino obſtricti ſint aut ſi alieno debito ius non reddendo ſe quoque obſtrinxerint. GROT. *de iur. pac. et bell. lib. c. 2. §. 2. 3. 4.* GAIL. *de Arreſt. imp. c. 9.* PECK. *de iur. ſiſt. c. 4. n. 17.* MEV. *de Arreſt. c. 8. n. 190. et ſeqq.*

IX. In pignorationibus autem et arreſtis nauium, bonorum et corporum ea moderatio partim iure gentium, partim ciuili ſeruanda eſt, vt bona potius quam homines detineantur; vt legatis parcatur, imbelli ſexui, literatis, et aliis ſpeciali lege exemtis, vt prehenſa

loci

loci magiſtratui aut iudici conſignata tradantur, ne furtum aut fraus in illis committatur, vt ſatisfactione iuſta illis, quorum intereſt, praeſtita ſuum domini recipiant. Ob repreſſalias vero aut arreſtum iniuſte alicuius naui, mercibus aut corpori impoſitum damnum, cum omni cauſſa et expenſis reſarcietur. *arg. l. 9. §. 3. quod met. cauſſ.* GROT. *d. loc. §. 7.* HEIG. *part. 1. qu. 12. per tot. impr. n. 60. 61. et ſeqq.* GAIL. *de Arreſt. imp. c. 13.*

CAPVT V.
DE CONTRACTIBVS NAVTICIS, QVI CONSENSV FIVNT.

I. *Domus mari aut flumini iuncta vendita cum ſuo iure et onere tranſit ad emtorem.*
II. *Alluuionis et inundationis periculum non praeſtat venditor.*
III. *Nauium venditio vſui publico et ciuium magis, quam peregrinorum accommodata. Ibidem de iure retractus, ex occaſione.*
IV. *Rebus e naui venditis quid loco traditionis ſit.*
V. *Mulcta reſcindentis contractum locationis conductionis nauis.*
VI. *Naui pro numero amphorarum, vel per auerſionem conducta, quantum vecturae nomine debeatur.*
VII. *Quando conductor nauis, quando locator obligetur ex mora.*
VIII. *Promiſſio ſub certa poena de mercibus alio deuehendis, quando exceptionem admittat, quatenus ob nauem perditam teneatur aut non teneatur locator.*
IX. *Naue aut mercibus deperditis, num integrae vecturae merces debeatur magiſtro nauis.*
X. *Pro infante, quem femina in naui peperit, nihil vecturae nomine deberi.*
XI. *Poſſeſſor malae fidei rem cum fructibus ex naui locari ſueta reſtituet.*
XII. *Si incertum ſit, an nauis conducta ſit, actio in factum locum habet.*
XIII. *De actione oneris auerſi, quod nauta vehendum conduxit.*
XIV. *De motione et refrigeratione frumenti.*

I. Ordo nos vocat ad contractus nauticos, qui conſenſu fiunt, et ex conuentione legem accipiunt; et primo ad emtionem venditionem, dein locationem et conductionem, de quibus in hoc capite, de reliquis poſtea. Si quis ante domum mari aut flumini iunctam molibus iactis ripam conſtituit, eamque domum alii vendidit, eodem iure vendet, quo fuerat, priusquam veniret, *l. 52. §. 3. D. de act. emt. vend.* Sed et nauicularia domus vendita tranſit cum ſuo onere toto *tit. Cod. de praed. et omn. reb. nauicul.*

II. Alluuionis periculum non praeſtat venditor *l. 64. §. 1. ff. de euict.* nec eluuionis aut inundationis *l. 10. §. 1. ff. de peric. et com. r. v.* niſi culpa eius interuenerit vel praeceſſerit, *arg. l. 23. in fin. D. de reg. iur. et* RITTERSHVS. *ad eam pag. 247.*

III. In quibusdam regnis et vrbibus maritimis, pro vſu publico et ſingulorum, venditio nauium intra certum tempus prohibita eſt. In regno Daniae nauis aedificata, intra decem annos vendi prohibetur. *Receſſu R. Dan. de anno 1634. Ita Hamburgi receſſ. Hamb. M. S. art. 53.*

IV. Lubecae naues ibi conditae intra ſeptennium, Stralſundae intra ſexennium alienari prohibitae ſunt, niſi extrema neceſſitas vrgeat. MEV. *ad Iur. Lubec. 3. 4. 6.* Dantiſci intra triennium. *Statut. Dantiſc. ſub Sigismund.* In rem nauigantium et nauigationum quoque conſtitutum eſt in nonnullis maritimis ciuitatibus, vt, quando nauis vendenda eſt, ciuis prae peregrino iure propinquiori habeat quaſi ius congrui vel retractus. Ita cautum eſt ſtatutis *Gedanenſ. p. 1. c. 4. a. 3.* Idem in iudicando ſequutum eſſe ſenatum Stralſundenſem notat MEVIVS *ad Ius Lubec. lib. 3. tit. 7. n. 11.* Etſi ſtatuto tale quid ibi receptum non ſit: dum vtilitas ciuium communis, ex qua ius condi poteſt, exterorum compendiis praefertur. Et alias iure communi nauis proprie iuri retractui non eſt obnoxia: quippe quae communiter inter res mobiles computatur *l. 1. §. 6. 7. D. de vi et vi arm. l. 20. §. 20. D. quod vi aut clam.* ZOES. *in Dig. tit. de iur. retract. n. 83.* Ius retractus vero, in immobilibus proprie locum habet: In alia vero re immobili ius retractus habens, etiam poſt annum admittitur, neceſſitate maris impeditus. CARPZOV. *Iur. for. 2. 32. 6. 7.*

V. Si vinum aut aliud e naui ſit venditum, vice traditionis cuſtodiae adpoſitio ſufficit. *l. 51. in fin. de adq. poſſeſſ.* GOTHOFRED. *ad l. 2. Cod. de peric. et comm. rei ven.*

V. Si quis vel interueniente ſcriptura, vel in praeſentia teſtium, arrae vel dextrae datione, alioue externo ſigno, deliberatum animum exprimente, nauem conduxerit; alii oppignorare vel alienare nequit, *ſup. h. lib. c. 3. §. 7.* ſi legi conductionis parere nolit, ſecundum ſtatuta et locorum conſuetudinem mulctabitur. Iure Suecano ſeruare renuens contractum conductae nauis arra firmatum, vna cum arrae amiſſione dimidium mercedis praeſtare tenetur. Si vero iam

Digitized by Google

iam onerarit nauem mercibus conductor, et nauigarit e portu, et ex antenna adpareat, quod nauis ſit procincta, ſi nihilominus excedere naui et exonerare ſuas merces velit; totam vecturae mercedem praeſtabit magiſtro nauis. Niſi ex neceſſitate et ſontica cauſſa: id faciat. *arg. l. 27. §. 1. D. loc. cond.* Idem obtinebit in locante nauem, ſi poſtea poenituerit *c. 15. 16. de iur. naut. Sued.* Idem conuenit legi Rhodienſium *cap. 20.* actio de naue conducta etiam paratam habet exſequutionem *c. 16. LL. Sued. de proceſſ. curiali.*

VI. Si quis nauem conduxerit cum conditione et promiſſo, totam eam onerandi, quam tamen non plene mercibus onerarit; nihilominus plenam vecturae mercedem debet. Ita quoque lege nautica Rhodiorum ſtatutum. *c. 23.* Ἐὰν ὁ ἔμποϱος μὴ παρέχῃ τὸν γόμον πλήρη, τῶν λοιπαζομένων παρεχέτω τὰ ναῦλα. *Si mercator plenum onus non praeſtet, reſiduorum naula ſoluat.* Idem obtinet, ſi *auerſione* vel in vniuerſo, non in ſingulas amphoras, nauis conducta ſit. Si vero pro numero impoſitarum amphorarum merces conſtituta ſit, tunc pro tot amphoris merces vecturae debetur, quot impoſitae ſunt *l. 10. §. 2. D. ad leg. Rhod. de iactu*, cuius legis emendationem et explicationem vide apud PANCIROLLVM *l. 2. variar. iur. lection. cap. 34.* confer. BENVENVTVM STRACCHAM *de Nauib. n. 12.|14.* Idem conuenit *ſtatutis Hamburg. 2. 15. 3.*

VII. Si mercator promiſerit ad certum tempus inferre merces in nauem, nec id fecerit, illud temporis et lucri diſpendium praeſtare conductorem aequum eſt; aut plenam vecturae mercedem ſoluere magiſtro nauis, ſi parata naui ad nauigandum vacuum ei nauis ſpatium in praeſentia teſtium oſtenderit magiſter nauis. Vt eſt in legibus nautic. *Hanſeatic. art. 12.* Sed et ne magiſtri nauis incuria atque mora iter negligatur, aut merces dominorum deteriores reddantur, in tempore expediet, nauem eique de annona proſpiciet. Dictis legibus nauticis Hanſeaticis *artic. 11.* cautum eſt, vt quando merces vltimas in nauem recipit nauta, intra biduum vel triduum fauente vento abeat, ſub poena quinquaginta aureorum. Sed haec poena aliis gentibus arbitraria eſſe poteſt.

VIII. Si quis ea conditione conduxerit nauem, vt, niſi intra praefinitum tempus merces eo loci magiſter nauis expoſuerit, in quem deuehendas eas locarat, poenam praeſtaret certam; ille vero praeter opinio-

opinionem a loci magiſtratu detentus ſit, vt ei angarias aut onus publicum praeſtet, aut alia cauſſa detentus, atque ita prohibitus ſit cum tuis mercibus nauigare; excuſatur, culpaque caret, qui imperata fecit: Nec debet pati diſpendium, qui imperium fecit alienum. CASSIOD. *Var. Ep. 12. 3. et. 2. 26.* Si merces exonerarit, et transtulerit in aliam nauem, quae perierit abſque eius culpa; non tenetur quoque nauta. Si vero in deteriorem, quam eius erat, et minus validam intulerit nauem merces, quae cum naui perierunt; ei damnum hoc inputabitur; praeſertim quum meliorem inuenire potuiſſet nauem, et ſciret, id nolle dominum, vt in aliam, quam ſuam, merces transporaret; niſi iuſſu magiſtratus hoc fecerit. *l. 10. §. 1. D. ad leg. Rhod. de iactu.* idem iuris erit in eodem genere *conuentionis*, vel *conditionis* (ita ſcribendum cum VINNIO *in d. l. 10. §. 1. pro cogitationis*) *i. e.* de certa poena praeſtanda, ſi merces ad conuentum locum non tranſportarit nauta, vt nimirum non teneatur ex dicta poena, ſi probatum fuerit, nautam morbo aut alia ſontica cauſſa impeditum nauigare non potuiſſe; niſi iuſſus ſit in ſui vicem alium ſubſtituere. Nec teneatur, ſi nauis vitium fecerit abſque dolo et culpa eius. *d. l. 10. §. 1. D. ad leg. Rhodiam de iactu. et in eam* CVIACIVS *lib. 3 obſeruat. c. 2.* VINNIVS *pag. 291. 292. et ſeqq.* Si ea conditione nauem conduxiſti, vt ea merces tuae portarentur, eaſque merces nauta nulla neceſſitate coactus, aut quod flumen illa nauis ſubire non poſſet, in aliam nauem, vel deteriorem, vel inuito domino, vel alieno tempore transtulerit, et merces tuae cum hac poſteriori naue perierint; tenetur nauicularius, et ex locato cum ipſo agi poteſt, *d. l. 10. §. 1. ad leg. Rhod. de iactu. l. item quaeritur. §. ſi nauicularius. D. loc. cond.*

IX. Si nauis aut merces in mari perierint; num nihilominus vecturae merces debebitur nauiculario, aut praerogata ab eo reſtituetur? Deberi videtur, ſi damnum non culpa eius, ſed caſu fortuito acciderit, et per eum non ſteterit, quo minus locatas operas praeſtaret *l. 38. D. locati cond. l. 10. Cod de conduct. ob cauſſ.* Attamen ſi non ſequutum ſit, propter quod data merces aut promiſſa eſt, nonne tunc vel data repeti, vel promiſſa non deberi poteſt? *per. l. 15. §. 6. D. loc. cond.* et caſus fortuitus non debet nocere conductori et prodeſſe locatori. *Gloſſ. ad. d. l.* Aequitas tamen admittere videtur, vt magiſter nauis vecturae mercede non in totum careat, ſed pro rata temporis, quo

quo munere vehendi functus non eſt, et pro quantitate ſeruatarum mercium. *arg. l. 15. §. 7. D. loc. cond.* STRACCHA *de nauib. n. 24. confer. ius Pruſſic. lib 4. tit. 19. artic. 3. §. 1. 2. et Statuta Lubec. tit. de naufrag. art. 1. 2.* Si vero nauis onerata in aliquo portu ob illicitas merces, quas (conductor naui impoſuit) retenta ſit: et merces vetitae in commiſſum ceciderint; nihilominus integras vecturas vel mercedem totam nauta a conductore nauis exigere poteſt: quia hic nulla culpa nautae vel locatoris, ſed ſolius conductoris interuenit, nec ille mere caſus fortuitus eſt, ſed quem culpa domini praeceſſit. *l. 61. §. 1. D. loc. cond. Pac. cent. 5. concil. 16. n. 18.*

X. Si quis mulierem naui vehendam conduxiſſet, quae infantem in naui peperit, pro eo infante nihil debetur: quum eius vectura non magna ſit, nec iis omnibus vtatur, quae ad nauigantium vſum parantur. *l. 19. §. 7. D. loc. c.*

XI. Poſſeſſor malae fidei non ſolum nauim, ſed etiam fructus aeſtimatos, quos petitor percipere potuiſſet, reſtituet ex naui, quae locari ſolet. *l. 62. ff. de rei vindic.*

XII. Mercator quidam tradidit merces magiſtro nauis; ſed incertum eſt, an nauem conduxerit, aut merces vehendas locarit; hic ciuilem actionem in factum ei dandum LABEO et PAPINIANVS ſcripſerunt. *l. 1. §. 1. D. de praeſcr. verb. c. 1. ſ. a.*

XIII. In nauem Sauffeii plures locatores commune frumentum contulerunt et confuderunt. Sauffeius vni ex his frumentum pro ſua parte reddidit de communi; deinde nauis cum reliquo onere periit. Quamuis huius rei damnum pertineat ad locatores, ſi ſine dolo et culpa nautae acciderit; tamen in ſpecie propoſita quaeritur, num actione oneris auerſi nauta teneatur aliis locatoribus? quaſi videatur onus naui impoſitum auertiſſe, permutaſſe et diſtraxiſſe, ex eo partem vni ex locatoribus reddendo: quo factum eſt, vt hic ſaluam ſuam partem habeat, reliqui non habeant. Hic intuendum, num id actum ſit, vt eadem res, quae locata erat, redderetur, an vero alia eiusdem generis, vt frumentum pro frumento, atque ſic in creditum iretur, vel quaſi mutuum quodam genere contraheretur. In priori caſu frumentum non factum videtur Saufeii, de in poſteriori factum videtur et recte datum. Si vero nauta onus frumenti vehendum de pluribus conduxerit, et locatores frumentum non confuderint, ſed diſtinctis tabulis ſepararint, ita vt internoſci

 pos-

poſſet, quid cuiusque eſſet, et vni ex locatoribus nauta frumentum ſuum reddiderit; recte fecit, nec oneris auerſi actione tenetur. Sed ſi alienum reddiderit; domino vindicatio frumenti ſui contra poſſeſſorem competit, et actio oneris auerſi aut furti contra nautam. Si vero confuderint frumenta, vt initio dictum, et ſic in creditum ierint communiter; frumentum factum nautae videtur, et ideo vni dando pro ſua parte, onus auertere non videtur, recte dare videtur, quamuis autem nautae culpa in eo eſſe videatur, quod ex re communi vni reddidit, tamen omnimodo non eſt culpa: quia alicui primum reddere neceſſe fuit, tametſi eius conditionem meliorem faceret, quam caeterorum *l. 31. D. loc. cond.* CVIAC. *7. Obſ. 39. ſuſe*, qui ſi per ſe vigilarit, induſtria eius poenas deſidiae reliquorum non ſoluet. *l. 12. C. depoſiti.*

XIV. Frumentum in naui mouebit nauta, quoties neceſſe ferit, ne corrumpatur. Niſi fecerit, tenebitur, excepto, ſi per tempeſtatem aut procellam impediatur. Pro hoc tamen labore ſingularem mercedem ex aequo feret.

CAPVT VI.

DE SOCIETATE NAVALI PACATA.

I. *Societas naualis pacata vnde dicatur.*
II. *Societatem naualem pacatam vel negotiatoriam eſſe vetuſti moris, probatur exemplo Salomonis Quae fuerit Ophyra, obiter notatur. Cur Salomoni feliciter ceſſerit ſocietas naualis, Ioſaphato infeliciter.*
III. *Num contractus ſocietatis naualis cum Iudaeis ſit licitus?*
IV *De modo et fine ſocietatis naualis.*
V. *Participatio lucri, non damni, quando hic admittatur.*
VI. *Naufragii damnum commune eſt ſociis.*

I. Contractus nauticos, qui conſenſu fiunt, nimirum emtionem, venditionem, locationem, modo diſcuſſos nunc ordine excipit ſocietas naualis. Hanc ſocietatem naualem eſſe bellicam vel pacatam, *ſup. lib. 2. c. 2.* indicatum, et de bellica ibidem per occaſionem actum eſt. Hic de ſocietate pacata agemus: quae quamuis etiam armatas naues praeſidii cauſſa ſibi adiunctas habere poſſit, tamen pacata nuncupatur, quatenus extra conflictum armorum, praecipue negotiationis cauſſa adornatur.

II. So-

Digitized by Google

II. Societas naualis pacata non minus eſt antiqui moris, quam bellica, veluti inter alia conſtat ex ſocietate Salomonis, quam cum Hiramo et Tyriis huius ſubditi rei maritimae et nauigationis peritis coniuncta claſſe contraxit, aurum ex Ophyra petendi cauſſa *1 Reg. 9. v. 27. 28. et 2. Paralipom. 8. v. 30.* Ophira autem ab Ophiro filio Ioctanis, cuius meminit MOSES *Gen. X. v. 29.* ita dicta, exiſtimatur aliqua eſſe regio Indiae Orientalis, quae vltra Gangem ſita, regnum Peguſiae nunc adpellatur: cui vicinae ſunt aurea Cherſoneſus, Malaca et Somatra, vti Varrerius Luſitanus in commentario ſuo de Ophyra regione luculenter probat. Confer quoque GROTIVM *ad lib. 3. Reg. c. 9. v. 28.* Sed qui factum eſt, quod Salomoni feliciter ceſſit. Ioſaphato vero infeliciter ſocietas naualis: quum tamen vtrique idem ſcopus de aduehendo auro videatur fuiſſe propoſitus? Salomon hanc ſocietatem inſtinctu diuino contrahebat. Quippe ipſi ingentes a Deo diuitiae erant promiſſae *1. Reg. 3. v. 13.* quas cumulabant iſtae nauigationes in Ophyram. Et Salomon non exiguam auri et opum ſuarum partem impendebat, in honorem Dei et exſtructionem templi, a Deo Salomoni impoſitam: Ideo inſtitutum Salomonis Deo placebat, et ex voto Regi ſapientiſſimo ſuccedebat. Sed Ioſaphatus inibat foedus commerciorum et ſocietatem naualem cum Ahaſia, rege impio, et fiducia humanarum opum. Quod fiebat Deo inuito et irato: Ideoque naues Ioſaphati disruptae ſunt. *2. Paralipom. 20. verſ. 36. 37.*

III. Ex hoc exemplo theologi anſam arripuerunt negandi, Chriſtianum bona cum conſcientia contractum ſocietatis naualis cum Iudaeo coire poſſe; de quo facultatis theologicae Ienenſis in *parte 2.* conſiliorum Dedekenni *pag. 151.* et in Iudaiſmo Mulleri *pag. 1485.* Conſilium exſtat, quod e Germanico in Latinum ſermonem ita vertebam: Sententiae ſ. ſcripturae, quae nos a conſuetudine cum idololatris et ſuperſtitioſis dehortantur, veluti *Ieſa. LII. v. 11. 2. Cor. VI. v. 14. et ſeqq. Apoc. XVIII. v. 5. &c.* primario quidem de interna communione ſpiritus, animi et fidei intelligende ſunt; attamen ſecundario et conſequenter nos ſimul monent, ne nimis ciuilem et externam ſocietatem cum illis colamus: Partim noſtri cauſſa, ne ab illis contaminemur et ſeducamur, vel etiam multa videre et audire cogamur, quae nobis, modo zelum Chriſtianae pietatis habeamus, aduerſa ſint; partim proximi cauſſa, ne illi ſcandalo ſimus, aut occaſio-

Digitized by Google

caſionem praebeamus male de nobis cogitandi, quaſi religionem tanti non faciamus. Ab omni ſpecie mali abſtinete, inquit APOSTOLVS *1. Theſſ. V. v. 22.* Iam autem negari nequit, quin ſpeciem mali habeat, et prorſus magna atque arcta coniunctio ſit, quando cum Iudaeo contractus ſocietatis naualis initur, animo lucrum et damnum, bonum et malum ſimul periclitandi et ſubeundi, et ex ſuis atque Iudaei facultatibus vnam quaſi placentam aut maſſam faciendi. Quomodo vero talis coniunctio cum heterodoxis Deo placeat, de eo euidens et memorabile exemplum habemus *2. Paral. XX. v. 35. 36. 37.* (quod iam *ſup. §. 3.* commemoratum eſt). Quam ob rem ſi in huiusmodi ſocietate nauali Chriſtiano homini quid improſperi accideret, nequaquam eum in conſcientia ſecurum reddere poſſemus, quin pro poena Dei eſſet habendum. Quod autem alios contractus in emendo et vendendo attinet, eorum diuerſa ratio eſt, quia in illis non tam arcta et ſingularis communio intercedit, quam in contractu ſocietatis. Attamen in illis quoque verus Chriſtianus conſcientiae ſuae et honeſtati conſulet. Quod in hoc conſilio theologico de arcta coniunctione vel communione circa contractum ſocietatis dicitur, conuenit etiam iuri, nam in *lib. 63. D. pro ſocio*, *ſocietas ius quodammodo fraternitatis in ſe habere* dicitur.

IV. Societas naualis bonorum, in naues collatorum, et negotiationis transmarinae cauſſa initur, ita vt ſinguli ſocii aequas partes lucri et damni ferant.

V. Aliquando tamen ſocietas ita coiri poteſt, vt alter nullius partem damni ſentiat; lucrum vero ipſi commune ſit. Vt ſi tanti ſit opera alicuius, quanti damnum eſt, aut ſi plus ſocietati conferat, quam pecunia: vt ſi, reliquis domi deſidentibus, ſolus nauiget et pericula ſubeat ſolus. §. 2. *Inſt. de ſoc. l. 29. §. 1. D. pro ſocio.*

VI. Absque hoc ſi ſit, commune periculum eſt inter ſocios *l. 24. D. eod.* et commune eorum damnum, ſi quid naufragio periit. Sicuti enim lucrum, ita quoque damnum commune eſſe oportet, quod non culpa ſocii contingit. *l. 52. §. 4. D. pro ſocio.* PAVLLVS *2. ſent. 16.* Plura de ſocietate nauali habes in legibus nauticis Rhodiorum *c. 9. c. 17. 21. 27. 28. 32.* *Vid. et ſup. l. 1. c. 2. §. 6.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. VII.

DE EXERCITORIA ACTIONE.

I. *De mandato.*
II. *Vnde adpellatur actio exercitoria, et quae ſit.*
III. *Praepoſitorum naui officium.*
IV. *Perinde eſſe, cuius ſint conditionis aut ſexus magiſter nauis et exercitores.*
V. *Exercitores teneri contrahentibus, cauſſa huius rei.*
VI. *Cuius rei actio competat contrahenti cum magiſtro nauis aduerſus exercitorem.*
VII. *Si magiſter nauis mutuo ſumtam pecuniam non in nauis ſed ſuos vſus conuerterit, num inde detur actio in exercitorem.*
VIII. *Cautio creditoris in mutuo danda magiſtro nauis pecunia.*
IX. *Si plures ſint exercitores aut magiſtri nauis, quomodo tunc obligentur exercitores.*
X. *Num naturali aequitati conuenit, vt exercitor ex facto magiſtri nauis in ſolidum teneatur.*
XI. *Ex delicto nautarum actio in exercitorem.*
XII. *Exercitor nomine illatorum in nauem tenetur: eoque reſpectu vectorum factum praeſtare dicitur: quousque ſe hoc extendat.*
XIII. *Num caſus fortuitus hic a mandatario, vel mandatore praeſtandus?*
XIV. *Electio creditoris in inſtituenda actione contra exercitorem vel magiſtrum nauis.*
XV. *Non dari contrariam actionem exercitori contra creditorem.*
XVI. *Actio exercitoria heredi et in heredem datur.*

I. Societatis naualis contractum nunc ordine ſubſequi deberet mandatum. Verum quum exercitor magiſtro nauis curam totius nauis mandat. *l. 1. §. 1. D. de exercitoria action.* et cum eo hinc mandati agere poſſit *l. 1. §. 18. d. tit.* de eo, quatenus huc pertinet, et in primis de exercitoria actione nunc diſſeremus.

II. Exercitoria dicitur ab *exercitione nauis:* cuius tanta eſt vtilitas, vt ad ſummam rempublicam pertineat. *l. 1. §. 20. h. t.* Exercitores nauis ſunt patroni nauium, Suedice *Reedare*, a *Reeda*, vel *Vtbreeda*, quaſi qui expediunt nauem, Belgice et Germanice *Reeders*, *Schifs Freunde*, qui quaeſtum ex naui exercent, vel ad quos obuentiones et reditus naui peruentiunt, ſiue domini nauis ſint, ſiue per auerſionem a dominis nauem conduxerint, vel ad tempus, vel in perpetuum, *§. 2. Inſt. quod cum eo q. i. a. p. l. 1. §. 15. D. de exercitoria actione.* In *l. 1. §. 2. D. nautae caup. ſt.* etiam *nautae* dicuntur. Exerci-

ercitoria vero potius eſt actionis ex contractu adiecto, vel qualitas, quam actio per ſe conſiſtens, ex plurium ſententia Quod non putant otioſum obſeruaſſe; nam ſi inter actiones referenda ſit, ſtricti iuris naturam induere deberet, quum bonae fidei contractibus a Iuſtiniano non annumeretur. *§. actionum Inſt. de act.* Sed ſi qualitas tantum et adiectio actionum eſt, eius actionis, cuius adiectio eſt, naturam ſequi debet; vt, ſi quis magiſtro nauis quid; vendiderit, actio ex vendito exercitoria, ſi commodauerit, commodati exercitoria, mandati exercitoria competat. Hodie tamen exercitoria actio directo condici poteſt. Sed de hac re plura PECKIVS *ad h. tit. nou. edit. pag. 164. et ſeqq.* GROTIVS *de iure belli et pacis 2. 11. 13.* VINNIVS *ad Pekium pagina 70. 128. 164.* BACHOV. *diſput. 8. de actione.*

III. Exercitores magiſtros naui praeponunt, quibus totius nauis cura mandata eſt; vel qui praeponentur locandis nauibus, vel vectoribus conducendis, vel mercibus emendis, vendendis. *l. 1. §. 1. 3. D. de exerc. act.*

IV. Nihil autem intereſt, cuius ſit conditionis et aetatis magiſter. Sibi enim imputabit, qui praepoſuit. *l. 1. §. 4. d. tit.* Nec adeo refert, an exercitores ſint mares an feminae, patres familias, an filiifamilias aut ſerui. *l. 1. §. 16. h. t. l. 7. §. 1. de inſtit. act. l. 4. C. eod.* modo voluntate eorum exerceant, in quorum poteſtate ſunt. *d. lib. 1. §. 19. 21. h. t. l. 42. D. de furto.* et pupillus auctoritate tutoris *d. l. 1. §. 16. h. t.*

V. Illi vero, qui praepoſuerunt magiſtrum naui, tenentur exercitoria actione illis, qui cum magiſtro nauis contraxerunt. Cuius rei cauſſa duplex eſt.

I. Qui contrahunt cum magiſtro nauis, non ſemper poſſunt noſſe conditionem eius (vt alias *l. 19. D. de regul. iur.* requirit.) propter nauigandi neceſſitatem, quae non patitur plenius diſquirendi ſpatium, et deliberandi conſilium *l. 1. h. t. 2.* quia intuitu exercitoris et tacito vel expreſſo eius conſenſu aliquis cum magiſtro nauis contrahit: ideo exercitoris fides, quam hic ſequutus eſt, cum merito non fallet *lib. 1. §. 2. 5. h. t. l. 1. nautae caup. ſtab.* Quin ſi plures exerceant nauem, omnium conſenſus in expediunda naui requiritur. Si magiſter nauis ſolus vel cum quibusdam exercitoribus, reliquis inſciis, in eorum fraudem vel praeiudicium receperit merces in nauem; ille cum

con-

conſciis parte ſua priuatur, ac poena arbitraria plectitur; *ſecundum ſtatuta marit. Hanſeatic. art. 13.* Non ſolum autem exercitores ex facto magiſtri nauis tenentur in ſolidum, ſed etiam ex facto eius, quem ſibi ſubſtituit magiſter nauis, etiamſi non ſit idoneus: omnia enim facta magiſtri praeſtabit exercitor. *l. 1. §. 5. h. t.* Sed damnum paſſus, habebit cum magiſtro nauis actionem locati, ſi conduxerit eius operas; vel mandati, ſi gratuitas operas praeſtet magiſter *l. 1. §. 18. h. t.* Ex facto ſubſtituti tenentur quoque exercitores, ſiue ſciuerint et paſſi ſint ſubſtitui, ſiue ignorauerint aut prohibuerint: idque propter vtilitatem nauigantium *d. l. 1. §. 5. h. t.* Sed et ſi filiusfamilias aut ſeruus praeponantur naui, eamue exerceant expreſſa voluntate patris, aut domini, in quorum fuit poteſtate; tunc in ſolidum dominus et pater tenentur, ad quos quotidianus nauis quaeſtus pertinet *§. 2. Inſt. quod cum eo l. 4. §. 2. 3. D. de exercitoria actione l. 6. C. eod.* Si vero non expreſſe conſenſerint, ſed ſolum ſciuerint et paſſi ſint; tributoria vel peculio tenus tenentur. *l. 1. §. 20. 22. l. 6. h. t. Vide quoque* PECKIVM *et* VINNIVM *in h. t. pag. 84. 134. et ſeqq.* Nihil autem intereſt exercitoris, mihine an alii in ſolidum obligetur ex contractu eius, quem ipſe magiſtrum naui ſuae praepoſuit, ſiue is ſeruus illius ſit, ſiue, meus, ſiue mihi cum illo communis. *l. 5. h. t et interpretes.*

VI. Contrahenti cum magiſtro nauis actio aduerſus exercitorem competit eius rei ſolum cauſſa, cui praepoſitus eſt magiſter nauis, non alterius rei nomine. Extra praepoſitionis enim terminos, quae dat certam legem contrahentibus, dominus non obligatur, *l. 1. §. 12. h. t.* Hoc late explicatur et illuſtratur exemplis *in dict. libr. 1. §. 7. et ſeqq. l. ult. h. t. l. 1. 2. C. eod.* CVIACIVS. *ad Africanum p. m. 537. 538.* Creditores hic circumſpecte agere eorum intereſt, vt in genus commiſſionis vel officii magiſtrorum et eorum conditionem, quantum tempus et locus permittit, ſedulo inquirant, antequam cum iis contrahant. *l. 16. de. R. I.* Atque ſi nulla contra exercitorem actione iuuari in hoc caſu poſſint; cum ipſis tamen magiſtris experiri non prohibentur, ſi cum eis contrahentes dolo circumuenti ſint. PECK. *comment. ad h. t. pagin. 93. 94. et ibid.* VINNIVS. Quamuis autem exercitor ex eo ſolum teneatur, euius nomine praepoſuit magiſtrum naui; tamen praepoſitio ad ea quoque extendi poteſt, quae ſepe incidenter et per conſequentiam rei principaliter commiſſae interueniunt. Vt ſi, *v. g.* nauis reſi-

reficienda aut inſtruenda ſit, et magiſter in vſum nauis reficiendae aut inſtruendae, cui praepoſitus eſt, pecuniam fuerit mutuatus; etiam ſi hoc non ſciuerit exercitor, tamen in exercitorem actio dabitur. *l. 1. §. 8. h. t.* quia et hoc non permiſſum modo, verum etiam magiſtro commiſſum in conſequentiam intelligitur. *arg. l. 2. D. de iurisd. l. 56, 62. D. de procur.* ANT. FAB. *in rational.* VINNIVS. *d. loc. pag. 94. 183.*

VII. Si vero magiſter nauis pecuniam ab alio mutuo ſumtam, vel ab exercitore acceptam, ad alendos nautas vel ad armandam, inſtruendam et reficiendam nauem, eo non impenderit, ſed in vſus ſuos conuerterit, num in exercitorem dabitur actio? Immo dabitur, ſi hac conditione accepit, vt in nauem impenderet; mox vero mutauit voluntatem, aut in pretiis rerum emtorem fefellit. Exercitor enim ſibi imputabit, cur talem praepoſuerit. Sed contra erit, ſi magiſter ab initio conſilium ceperit fraudandi creditoris, et ſpecialiter non expreſſerit, quod ad nauis cauſſam accepit. *l. 1. §. 8. 9. 10. h. t.*

VIII. Sed et creditorem in eo cautum eſſe decet, vt diſpiciat, an in eam cauſſam impendat pecuniam magiſter nauis, in quam ab ipſo mutuatus eſt; vel num iis impenſis nauis iam opus habeat, in quas ipſi credidit pecuniam; num nauis in ea cauſſa ſit, vt refici debeat: quamuis enim creditor non neceſſe habeat probare, pecuniam in refectionem nauis erogatam eſſe; nec eum oporteat ad hoc adſtringi vt ipſe reficiendae nauis curam ſuſcipiat; ſic enim nogotium domini gereret, et immiſceret ſe rei alienae, contra *lib. 36. D. de regulis iuris.* Illud tamen ab eo exigendum, vt ſciat, in hoc ſe credere, cui rei magiſter ſit praepoſitus. Quod aliter fieri non poteſt, quam ſi ſcierit, neceſſariam refectioni pecuniam eſſe. Etſi vero nauis in ea cauſſa ſit, vt refici debeat, multo tamen maior pecunia magiſtro nauis credita fuerit, quam ad eam rem eſſet neceſſaria; non debet in ſolidum aduerſus dominum actio nauis dari *l. 7. h. t.* Interdum etiam illud in aeſtimationem venit, an in eo loco pecunia credita ſit, in quo id, propter quod credebatur, comparari potuerit. Quid enim ſi quis ad velum emendum in eo loco crediderit pecuniam, vbi velum comparari non poteſt? quod tamen creditor ſcire potuit aut debuit. In ſumma, diligentiam aliquam in ea re creditor praeſtare debet, ſi vtiliter hic agere velit. *d. l. 7. §. 1. 2. h. t.* Hanc autem totam legem obſeruandam; recte monet Vinnius, ob fraudes magiſtrorum

rum

rum nauis et inſtitorum, ne per ingentes pecunias, quas accepiſſe ſe mutuo dixerint in cauſſam nauis vel commercii, quod abſentis domini eſt, redigatur bona pars negotiationis ad nihilum, ditatis nimirum in domini caput ac mortem fraudulentis miniſtris VINN. *ad h. t. pag. 173. in fin.*

IX. Si plures ſint magiſtri nauis, quod tamen raro fit, et quidem diuiſis ſint officiis, tunc pro diſtincto cuiusque officio exercitor obligabitur *l. 1. §. 13. h. t.* Si non diuiſis officiis; quod cum vno geſtum erit, obligabit exercitorem in ſolidum *d. l. l. 6. §. 1. eod.* Si vero ſic praepoſuit exercitor, vt plerumque ſolet, ne quid alter ſine altero, ſiue ſit magiſter nauis ſiue adiunctus, gerat; creditor, qui contra legem praepoſitionis (quam ſciuit, aut, ſi diligentius inquirat, ſcire potuit) cum vno contraxit; ſibi imputabit, *l. 1. §. 14. D. h. t.* VINN. *d. loc. pag. 111. 112.* Si vero plures nauem per ſe exerceant, et omnes ſimul contraxerint, non in ſolidum ſinguli actione propria ex contractu ſuo tenentur, ſed tantum pro ea parte, quam in naui habent: non enim inuicem ſui magiſtri videntur *l. 4. h. t. lib. vlt. §. 5. D. naut. cap. ſtab.* Sed ſi plures nauem exercentes vnum de numero ſuo magiſtrum fecerint; huius nomine omnes in ſolidum actione exercitoria poterunt conueniri. *d. l. 4. §. 1.* Si vnus ex ipſis exercitoribus cum communi nauis magiſtro contraxerit; agere cum reliquis exercitoribus poterit pro ea parte quam habet in naui. *l. 5. §. 2. h. t.* Si plures nauem exercentes ex contractu magiſtri conueniantur; cum quolibet eorum actione exercitoria in ſolidum agi poteſt *l. 1. §. 25. h. t.* Si vero plures ex contractu ſuo proprio conueniantur; quatenus nauem per ſe exercent, ſinguli ex actione propria tenebuntur, non exercitoria; eadem ratio eſt, ſi cum vno ex pluribus, nauem per ſe exercentibus, contractum ſit. *arg. l. 4. h. t.* Si vero caeteri quid nomine coexercitoris aut magiſtri nauis praeſtiterint; id ab eo repetent actione ſocietatis aut communi diuidundo *l. 3. h. t. l. 13. §. vlt. D. de inſt. act.* VINN. *in Peck. ad h. tit. p. 158. 160.*

X. Quamuis autem iure Romano ex facto magiſtri exercitor in ſolidum teneatur: vt ad quem emolumentum praepoſitionis redit, ad eumdem onus obligationis redeat. *arg. l. 10. de reg. iur.* et ne in plures aduerſarios deſtringatur creditor, qui cum vno contraxit *l. 2. h. t.* quod eſſe iniquum *l. 27. §. 8. D. de pecul.* dicitur; attamen GRO-

TIVS *de iur. bell. et pac. 2. 11. 13. et* VINNIVS *ad Peck. in comment. ad LL. nautic. h. t. pag. 155.* negant, hoc naturali aequitati conuenire, quae ſatis habet, ſi pro ſuis ſinguli partibus conueniantur. Nec publice vtile eſſe exiſtimant: abſterreri enim homines ab exercendis nauibus, ſi metuant, ne ex facto magiſtri quaſi in infinitum teneantur. Vnde apud Hollandos illam legem non obſeruari notant. Quin et conſtitutum eſſe, ne exercitoria etiam vniuerſi amplius teneantur, quam ad aeſtimationem nauis et eorum, quae in naui ſunt.

XI. Etiamſi non detur actio in exercitorem, ſi cum quolibet nautarum actum ſit, quia non exercitor permittit cum eis contrahi, velut cum magiſtro *l. 1. §. 2. h. t. ex delicto*; tamen nautarum datur actio, quaſi ex maleficio, in exercitorem: curare enim debet, quantum in ipſo eſt, vt culpa et dolo careant. *d. l. 1. §. 2.* quum ipſe tales ſuo periculo adhibuerit *it. l. D. naut. caup. ſtab.* Antequam vero adhiberet alienos, explorare eum oportebat, cuius fidei et innocentiae eſſent; quod ſi non fecerit, culpae cuiusdam nomine tenetur: Aliquatenus enim culpae reus eſt, qui opera malorum hominum vtitur. *§. vlt. Inſt. de oblig. ex quaſ. delict.* qua de re in cap. ſequent. plura. In ſuis autem venia dignus eſſe videtur, ſi tales quales nauales ad inſtruendam nauem adhibuerit. Vnde ſeruorum ſuorum nomine noxali duntaxat tenetur. *l. 7. §. 4. D. naut. c. ſt. l. vn. §. 5. D. furti aduerſ. n. c. ſt. l. 42. D. de furt. l. 19. §. 2. de noxal. act.* vel ipſi ex ſuo delicto tenentur, ſi domino ignorante dereliquerint. Alienorum dominus nomine tenetur actione in factum *l. 3. §. 1. D. nautae caup. ſtab. §. vlt. inſt. de oblig. et quaſ. del.* Si vero nautae quid damni inter ſe dederint, hoc ad exercitorem non pertinet, ſed ad ipſos, *l. 7. §. 2. naut. c. ſt.* Si exercitor damnum ipſe dederit, ex vero delicto obligatur. *arg. §. 3. Inſt. de oblig. ex. quaſ. delict.*

XII. Exercitor quoque vectorum factum praeſtare dicitur, non intuitu delicti eorum. *l. vn. furt. aduerſ. nautae c. ſt.* ſed ex conuento, nomine illatorum in nauem. *l. 1. §. 8. in fin. naut. c. ſt. Pac. cent. 7. conciliat. q. 57.* aut quae in littore perierint; ſi tamen receperit, vel per ſe, vel per magiſtrum nauis, ſiue res noſtrae, ſiue alienae ſint: ſi tamen noſtra intereſt, ſaluas eſſe, vt pignus *l. 1. §. 2. l. 3. D. naut. caup. ſtab. l. 1. §. 7. eod.* Et quamuis vel exercitor non principaliter mercedem accipiat pro cuſtodia, ſed pro ipſis vectoribus et mer-

Digitized by Google

mercedem accipiat pro cuſtodia, ſed pro ipſis vectoribus et mercibus traiiciendis; tamen cuſtodiae nomine ex locato tenetur, vel actione de recepto, atque ſic furti damniue in naue, non extra eam, commiſſi nomine obligatur. *l. 5. l. 7. naut. caup. ſt.* aut ſi receperit, ſaluas res fore, recipiendo periculum cuſtodiae ſubit *l. vn. D. furti aduerſ. naut.* §. *4.* ſed ſi praedixerit nauclerus vel exercitor, vt vnusquisque vectorum res ſuas ſeruet, neque damnum ſe praeſtiturum, illique conſenſerint praedictioni, ſiue expreſſe, ſiue tacito remanendo in naui; nauta vel exercitor non conuenitur *l. 7. naut. c. ſt.* Si vero contradixerint, et nauta eos in naui remanere patiatur, tenebitur VINN. *in d. tit. pag. 60.* Nec de recepto ex contractu remigis aut meſonautae aliquid recipientium, vt magiſtri nauis, tenetur; niſi ipſe alicui eorum quid committi expreſſe iuſſerit *l. 1.* §. *2. D. naut. c. ſt.* Hic tamen ſtatuta et mores cuiusque regionis ſpectandos, recte monet VINNIVS *ad h. l. p. 9.* Nec damnum fatale illatarum naui mercium praeſtabit exercitor, ſi quid naufragio aut per vim piratarum perierit *l. 3.* §. *1. d. t.*

XIII. Si vero mandatarius ſit ſpoliatus a praedonibus, aut naufragio quid amiſerit; num imputabit mandati aut ab eo repetet? Haec quaeſtio ex occaſione eſt digna ventilari. *Lex inter cauſſas 26.* §. *6. D. mandati et Synopſis Baſil. 14. tit. 1. lib. 35. tit. 1. c. 5. ſſ. 2.* repetere poſſe negant quia haec magis caſui quam mandato imputanda ſint. Itaque hic locum non habebit regula, mandatario ſuum officium non eſſe oportere damnoſum: hoc enim damnum non ex occaſione mandati exſequendi, ſed vi maiori aut fortuito ipſi accidit. *d. l. 26. et* RITTERSHVS. *ad leg. 23. de reg. iur. p. m. 85.* Sic vice verſa caſus fortuitus a mandatario non praeſtatur mandatori; niſi ad hoc ſe obobligarit. *l. 39. mandati.* quod enim absque culpa accidit, a nullo praeſtatur. Quod autem ACCVRSIVS *ad lib. 26.* §. *6. ff. mand.* notat, *d.* paragraphum de curialitate (vt loquitur) non debere ſeruari; hoc magis de aequitate, vel remiſſione, quam neceſſitate iuris audiendum eſt; niſi ſtatutum aut mores ſint in contrarium.

XIV. Datur electio creditori, vtrum magiſtrum an exercitorem conuenire velit *l. 1. ſſ. 17. l. 5.* §. *1. D. de exercit. act.* Et in poteſtate eius, cui ſubrepta res in naui eſt, vtrum malit cum exercitore an fure ipſo experiri *l. vn.* §. *3. D. furti aduerſ. naut.* Si vero vnum ſemel

mel elegerit, cum altero agere non poteſt, etſi nihil aut minus, quam ei debebatur, ab vno acceperit; vnius enim actionis electione caeterae conſumuntur. *vid. hic.* VINNIVM *pag.* 149. 150. Si vero quid ſolutum ſit, ſiue ab exercitore ſiue magiſtro ipſo, iure minuitur obligatio, nam et alius pro me ſoluendo me liberat. *l.* 1. *§.* 14. *D. de exercitoria actione.*

XV. Vt autem creditori contra magiſtrum nauis vel exercitorem competit actio, ita non datur contraria actio exercitori contra creditorem: quia non indiget eodem auxilio; ſed aut ex locato cum magiſtro nauis, ſi mercede eius operam conduxit, aut ſi gratuitam operam exercitori praeſtet, mandati agere poteſt. *l.* 1. *§. ſed ex contrario D. de exercit. action. et h. cap. ſup.* §. 5. aliquando tamen ob miniſterium annonae extra ordinem iuuatur exercitor *d. l.* 1. *§.* 18. *h. t.* i. e. per modum reſtitutionis in integrum, ſi magiſter non ſit ſoluendo, vt explicat BACHOVIVS *ad Weſenb. parat. h. tit. numero* 6.

XVI. Haec actio heredi et in heredem datur *l.* 4. *§.* 4. *D. de exert. act.* quia continet rei perſequutionem *l.* 3. *§.* 4. *D. naut. c. ſt.* Sed et in partem et dominum defuncti filii et ſerui datur, ſi filius aut ſeruus eorum voluntate nauem exercuerint. *l.* 7. *§. vlt. d. tit.* quaſi omnia, quae ibi contingunt, in ſolidum receperint, vt lex loquitur.

CAP. VIII.

DE DELICTIS IN NAVI.

I. *Obligatio ex delictis.*
II. *De furto in naui.*
III. *Magiſter nauis non plene reſtituens recepta, quomodo inde teneatur.*
IV. *Si res nautae commiſſa caſu fortuito perierit, num debitoris, an creditoris ſit periculum.*
V. *Quid proprie raptum ex naufragio vel naue expugnata dicatur, quid non,*
VI. *Quinam rapti actione teneantur, et quae eius poena.*
VII. *Non ſolum vim a bonis nauis ſed et perſonis abſtinendam eſſe.*
VIII. *De damno dato per dolum vel culpam magiſtri nauis, ſique naufragio cauſſam dederit, remiſſiue.*
IX. *Si merces alio deuehendae a praedonibus aut piratis direptae ſint, num inde teneatur magiſter nauis.*
X. *Si magiſter nauis falſis inſignibus vtens cauſſam damno dederit.*
XI. *Si nauis aliam nauem incurrendo, ei damnum dederit aut eam depreſſerit, quomodo aeſtimetur.*

IX.

XII *Nauis vi ventorum in funes anchorarum impulſa.*
XIII. *Si nauis perforata ſit.*
XIV *Damnum, quod nautae inter ſe dederunt.*
XV. *Malum ſcandentis caſus et damni aeſtimatio.*
XVI. *De iniuriis in naui.*
XVII. *Diſciplina nautica, modus in ea non excedendus.*
XVIII. *Stringentis cultrum aut gladium in alium poena.*
XIX. *Contumaciae, factionis et tumultus poena.*
XX. *De quaſi maleficiis.*
XXI XXII XXIII XXIV. *De homicidio et eius variis caſibus in naui accidentibus aliisque delictis publicis.*

I. Obligationem ex contractu, et quae inde naſcuntur actiones earumque qualitates, nunc ſequitur obligatio ex delictis; qualia ſunt furtum, rapina, vis, damnum, iniuria, quaſi maleficium, homicidium et alia publica delicta: quae, quantum noſtro ſeruiunt inſtituto, nunc diſcutiemus.

II. Si res, quam magiſter nauis recepit ſaluam fore, furto ſit ablata, inde tenebitur ille: quia ſemel periculum rei ſuſcepit. *arg. l. 3. D. nautae caup. ſtab. l. 14. in fin. D. de furt.* Aliud vero dicendum, ſi inter magiſtrum nauis et vectores conuenerit, vt quisque res ſuas ipſe cuſtodiat: hic enim actio contra magiſtrum nauis propter pactum ceſſat. *l. 27. D. de reg. iur et in eam* FABER *p. m. 151. Plura ſup. hom. lib. cap. 7. §. 12.*

III. Si magiſter nauis recipiens res, ad me perferendas, non tantum reſtituat, quantum ei commiſſum eſt, omnino inde tenebitur. Sed hic prius conſtare debet, quantum eius fidei ſit commiſſum: quod vel teſtibus probandum eſſe, vel expreſſa deſignatione, alibi dictum (in SYNOPS. *iur. Diſſ. 28. q. 2.*) Sed D I. negant, neceſſe eſſe, expreſſe adſignari res nautae, ſed ſufficere, res in nauem immiſſas eſſe, vt ex contractu etiam tacito de recepto et exacta cuſtodia teneatur magiſter nauis. Quamquam hoc non aliter procedit, quam ſi ſciuerit aut ſcire debuerit, et potuerit, eſſe immiſſas. GVDELIN. *lib. 3. de iur. nouiſſ. c. 10.* caeterum ſi reus negauerit tot et tantas res immiſſas eſſe, quot et quantas adfirmat actor, et habeat quidem quasdam huius rei probationes, ſed ancipites, nec ſatis idoneas; hic, vt in re dubia, iuramento locus erit. *l. 31. de iureiur.* Sed cui deferendum iuramentum, reo an actori? Reus, ſi bonae famae ſit, ad delationem actoris ſe iuramento liberabit a praeſumtione rerum ſubductarum aut male co-

 ſtodi-

ſtoditarum. Si vero adſit ſuſpicio periurii in reo, fallere et mentiri ſolito, aut ſi ſit infamis atque inteſtabilis, aut in probatione iuratoria deficiat; actori, ſi ſit homo bonae fidei et famae, deferendum iuramentum. BEVST. *de iureiur. p. m. 403. 404. ſeq.* et ſic a reo tantum reſtituendum, quantum iurauerit ſibi ablatum actor. Ea videtur eſſe mens THEODORICI Gothorum regis in edicto §. 119. quae ſic habet: Si quid de taberna, naue vel ſtabulo perierit, ab his, qui locis talibus praeſunt, vel qui in his negotiantur, repetendum eſt, ita vt praeſtent ſacramenta de conſcientia ſua ſuorumque: et ſi hoc fecerint, nihil cogantur exſoluere; aut certe, quantum petitor iurauerit, ſe in eo loco perdidiſſe, reſtituant. In Codice LL. antiquarum editionis Lindenbrogianae circa initium huius edicti vox *naue* eſt omiſſa, ſed hanc ei reſtituendam eſſe, patet ex inſcriptione edicti: *Si quid* (ita emendandum pro *quis*) *de taberna, naue aut ſtabulo perierit.* Si vero poſtea deprehenditur ipſe magiſter nauis res quasdam ſuppreſſiſſe et abſtuliſſe, aut in vſus ſuos conuertiſſe; furti reus erit. *arg. l. 7. Cod. de furt. c. 1. 2. iur. Sued. eod.* In ſtatutis *Lubec. 4.* 17. ſic habetur. *Nautae, aurigae et ſimiles perſonae, quibus res transportandae creduntur, iis iuſto loco non traditis, ſed ex parte abnegatis; quum alud compertum fuerit, vt fures plectuntor.* Conferantur quoque ſtatuta Pruſſica *lib. 4. tit.* 19. *artic.* 1. §. 9. 10. Recepta, quorum dominus ignoratur, magiſtratui loci, vbi exonerat nauem, tradi iubentur. ibid. Sed magiſtri nauis, pecuniam ab amicis accipientes, vt illam aliis in transmarino loco degentibus perſoluerent, quam illi non animo furandi, ſed neceſſitatis cauſſa in vſus ſuos conuerterunt, reddere parati ſimulac potuerint; furti poenae non eruntobnoxii: quia non habuerunt adfectum furandi. *vid.* MEV. *in d. l. iur. Lub. n. 8. 9.* CARPZOVIVS *Pract. crim. p. 2. q.* 85. *n. 87. et ſeqq.* Si vero abſque eorum culpa res, quam receperunt, pereat; tamen tenentur de recepto; niſi quid damno fatali contingat. *l. 3. §. 1. D. naut. caup. ſtab.* Si vero ſoluendo ſint magiſtri nauis, furti actio contra fures eis dabitur. *l. 14. §. 17. D. furt.* Plura de furto in naui exſtant in *l. 20. §. 5. D. furt. aduerſ. naut. l. 47. Dig tit. 5.*

IV. Si res aut pecuniae, nautae commiſſae, naufragio perierint aut per vim piratarum raptae ſint; aequum eſt, magiſtro nauis exceptionem dari, nec eum ad hoc damnum caſu datum obligari. *d. l.*

3. §.

3. §. 1. naut. c. ſt. l. 23. de reg. iur. cuius ergo hoc periculum et damnum, erit, an debitoris vel creditoris? communiter ſtatuitur, debitoris eſſe periculum, quem caſus fortuiti non liberant ab aere alieno *arg. l. 11. Cod. ſi cert. pet. cap. 35. de iure aedif. LL. prov. Sued.* Aliud vero dicendum, ſi ipſe creditor debitorem iuſſerit per hunc nautam tranſmittere pecuniam; vel amico ſcripſerit, vt exigeret a ſuo debitore pecuniam, ſibique mitteret: is vero tradiderit nautae, qui ſpoliatus eſt a praedonibus, aut naufragio perdidit; hoc caſu damnum eſt creditoris, et liberatur debitor *arg. l. 10. §. 1. D. commod.* CRAVETT. *conſil. 247. n. 2. et ſeqq.*

V, Raptum ex naufragio vel naue expugnata proprie dicitur, quod eo tempore et loco, quo naufragium fit, raptum eſt. *l. 1. ſ. 5. l. 2. 3. D. de incend. ruin. nauf.* et quando nauis in praelio expugnatur ab hoſtibus vel piratis, quando ſpoliatur, mergitur, aut funes eius praeciduntur, aut vela conſcinduntur, aut anchorae inuolantur de mari *l. 3. §. 1. l. 6. D. d. tit. de. inc. ruin. nauf. nau. r. exp.* In primis hic dolus malus attenditur, atque ſi vis adhibita ſit: rapi enim ſine vi non poteſt. *l. 3. §. 3. 5. h. t.* Si quis ergo recepit ignarus, aut ad hoc, vt cuſtodiat, et ſaluum faciat vero domino, qui amiſit; non ſolum extra noxiam, ſed et laude dignus eſt praemioque laboris honeſto pro collectis bonis naufragis *arg. l. 7. de ſeru. exp. Schota. Examiur.* In iure Suedico praemium iubetur promi ex bonis collectis, et determinari arbitrio domini et bonorum virorum *c. 17. de ſurt. LL.* ciuit. *37. LL. prou.*

VI. Non ſolum qui rapuit, ſed et qui abſtulit, amouit, damnum dedit, vel recepit, actione rapti tenetur. *l. 3. §. 4. d. tit.* ſed et qui inuito domino nauem vſurpat, rapti vel furti tenetur in iure noſtro *c. vlt. de Iur. aedif. LL. prou.* De poena rapti ex naufragio vel naue, adiri poteſt lex *3. §. 8. l. 4. 5. 7. D. de. inc. ruin. nauf. r. n. e.* et quae ſup. notaui *l. 1. c. 7. §. 16.* quaeque in diuerſis populorum ſtatutis de poena rapinae exſtant.

VII. Nulla vis fiet vel bonis vectorum et nautarum, vel ipſis ſi facta ſit, ſeuere punietur *l. 1. D. ad. leg Iul. de vi pri. ſ. 2.* Illicite in portu vectigalis nomine extortum, cum altero tanto paſſis iniuriam exſolui iubetur in iur. R. et auctores violentiae praeter poenam tripli extra ordinem plecti: alterum enim vtilitas priuatorum, alterum

terum

terum vigor diſciplinae pub. poſtulat *l. 9. §. 5. D. de pub. vect.* De vi pub. non tenetur, qui arma nauigationis cauſſa coegit *l. 1. D. ad leg. Iul. de vi publ.*

VIII. Si quid dolo aut culpa non fecerit, aut fecerit, quod non debuit magiſter nauis, atque ſic damnum mercibus dederit; inde dominis mercium tenetur, vt ſup. ex occaſione ſuis locis probaui *l. c. 2. 1. §. 9. lib. 2. c. 5. §. 10. 12. c. 6. §. 9. c. 8. §. 6. 10. 13. 14. 16. l. 3. c. 5. §. 7. 14.* Sed et ſi naufragio ſua culpa cauſſam dederit, quo modo teneatur, *vid. ſup. lib. 1. c. 7. §. 3. 5.*

IX. Si merces alio transuehendae a praedonibus direptae ſint in ordinaria via, et nauclero nihil de illis ante conſtiterit, actione nulla tenebitur; quum hic ſit caſus mere fortuitus. Si vero in locum piratis infeſtum nauim adplicuerit, vectoribus ei loci vitium teſtato denunciantibus, et direptio ſubſequuta fuerit; ſpoliatis damni accepti nomine tenebitur. *c. 4. leg. naut. Rhod.* Si nauclerus vel exercitor propter priuatum commodum alios depraedetur, et ab illis iterum ſpoliatus ſit, vnde mercatores damnum patiantur, aut a piratis captus eis reſiſtere potuiſſet et non reſtiterit, aut piraticam nauem, quam ſciebat eſſe talem, e vadis liberauerit; ſi poſtea a piratis cum naui captus, naui mercibusque exutus ac priuatus fuerit, tanquam, qui cauſſam damni dedit, inde tenetur *arg. l. 30. §. 3. D. ad leg. Aquil. l. 4. §. 14. D. vi. bon. rapt.* STRACCHA *part. 3. de naut. n. 25. ſeqq.*

X. Si magiſter nauis falſis inſignibus per ſe iniuſſu domini vtens merces per publicationem amiſerit, ad damnum praeſtandum obligatus eſt. *Id. n. 23. 24.*

XI. Nauis funibus inualidis ruptis aut non bene alligata, aut non ita gubernata, vt debebat, aut abſque ductore in mare immiſſa ſi aliam nauim incurrendo ei damnum dederit, vel eam depreſſerit; actio damni dati contra exercitorem competit, ſi nauim minus idoneis hominibus commiſerit. *l. 16. §. 1. D. de rei vindic. et ſup. h. l. c. 7. §. 11.* Si vero exercitor ſit extra culpam, aduerſus magiſtrum nauis datur actio, vel quod non idoneos miniſtros elegerit, vel incuria ipſe quid admiſerit, vnde damnum datum eſt. *ſup. l. 1. c. 7. §. 10. et inf. h. c. §. 20. et cap. 9. iur. Sued. de iur. naut. l. 29. § 2. 4. D. ad leg. Aquil. l. 13. §. 2. D. loc. cond.* quia eſt damnum culpa datum. Culpa autem eſt, quod, quum a diligente prouideri potuit, non eſt prouiſum *l. 31. D. ad leg. Aquil.* A magiſtro nauis autem praecipua diligentia et inſpectio requiritur

Digitized by Google

ritur *ſup. l.* 2. *c.* 1. §. 9. Mithridates rex Ponti nauarchum, qui Chia naui regis nauem praetoriam incurrerat laeſeratque, capitis poena adfecit. Quamuis nauarchus vim tempeſtatis obtenderet, tamen illum hoc potuiſſe et debuiſſe praecauere, ſi prudentius rexiſſet nauem, eumque per inſidias hoc feciſſe rex exiſtimauit; vti refert APPIANVS in Mithridat. Si vero noctu aut coelo turbido per tempeſtatem tanta vis naui facta ſit, quae temperari non potuerit (quod teſtibus aut iuramento adſeret) nulla in magiſtrum aut dominum nauis danda eſt actio *l.* 29. *§.* 4 *ff. ad leg. Aquil. in fin. c.* 14. *de iure naut. LL. Sued. l.* 4. *iur. Pruſſ. tit.* 19. *art.* 4. *§.* 2. eſt enim hoc inuitum per violentiam, cuius principium eſt extra patientem. Aliquando etiam dominus vel magiſter nauis poteſt carere culpa, non vero nautae, aut gubernator nauis, aut ductor; et tunc actio damni dati contra eos inſtituitur. *d. l.* 29. §. 1. *et* 4. *ad leg. Aquil. c.* 14. *iur. naut. LL. Sued.* Alias legibus maritimis WISBYENS. *art.* 27. 50. 70. et multorum populorum ſtatutis dimidium damni dati praeſtatur laeſae naui a laedente, ſi absque culpa domini nauis damnum acciderit, idque iurato adſeuerare poſſit, alterum damni dimidium fert ipſe laeſus, damnum autem tale diuidi quoque ſolet ob culpae probandae difficultatem. GROT. *d. iur. b. et pac.* 2. 17. 21. Iure Sued. eſt pars tertia damni dati, ſi caſu, non culpa, factum ſit. *c.* 9. *iur. naut. LL. Sued.* vbi vide, quid porro ad hoc requiratur. Exiſtimandum vero, legem Suedicam hic non latam culpam, ſed leuem, quae caſum praeceſſerit, intelligere. Alias damnum mere fatale nemo praeſtare poteſt aut debet. Hoc innuunt verba *d. c. Bör androm ſkada.* &c. quae actum nocendi ſignificant, licet haud lata culpa interuenientem. Si vero culpa domini nauis damnum datum ſit, idque laeſus probare, et ſe ipſum ab omni culpa purgare poſſit; eo caſu dominus nauis totum damnum ſolus ſarcire tenetur. VINN. *late ad leg. Rhod. pag.* 263. 264.

XII. Si nauis vi ventorum impulſa eſſet in funes anchorarum alterius, et nautae funes praecidiſſent, ſi nullo alio modo nauis explicari poſſet; hoc neceſſitas excuſabit. *l.* 29. §. 3. *D. ad leg. Aquil.* ſi quis funem, quo religata erat nauis, praeciderit, de naue, quae periit,

riit, in factum agendum *d. l. §. 5.* ſed ſi ſeruandae nauis cauſſa praeciderit funem ſcaphae, excuſatur. *vid. Actor. c. 27. v. 32.*

XIII. Si nauis perforata ſit, eſt damni dati actio *l. 27. §. 24. ad leg. Aquil.* Sed ſi per inſidias hoc factum ſit, intenditur et augetur crimen, eiusque poena.

XIV. Damnum, quod nautae inter ſe dederunt, ab ipſis praeſtandum eſt, non aliis, *l. 7. §. 2. D. naut. caup. ſt. Confer. c. 4. 5. 6. 7. 9. 17. 18. de iur. naut. Suedor.*

XV. Si quis vectorum iuſſu vel rogatu nauarchi malum adſcendat, et decidens laedatur, pro rata ex damno tenebitur nauarchus. Si quis per ſe ex laſciuia adſcendens decidat, damnum, quod ſua culpa ſentit, ſibi imputet. *ſl. 4 Manbalg. Vpll. l. 12. Cod. de accuſat.*

XVI. Ab iniuriis in naui re et verbis abſtinendum Si quis tamen iure dominii aut poteſtatis corripiat ſeruos aliosue in naui delinquentes, non pertinet ad iniuriam, ſed iuris exſequutio eſt. *l. 13. §. 1. et §. 6. l. 15. §. 36. 38. D. de iniur.*

XVII. Veteri conſuetudine et peculiari quodam iure nauium ſolent vectores et nautae temere iurantes, maledicentes, preces aut ſacra negligentes, alea ludentes grauiusue delictum committentes, aut mulctari, aut pro ratione delicti ad malum ſuo more plecti, aut loris caedi. Non tamen immoderate ſuo iure vtentur, qui hoc vſurpant in ſuos *l. vn. C. de emend. ſeru.* ne modum excedendo, iudicum notioni ſubiiciantur magiſtri nauis.

XVIII. Stringentes cultrum aut gladium in alium, etſi non laeſerint eum, tamen quorumdam ſtatutis nauticis hanc poenam ſubeunt, vt culter per mediam eorum manum transfixus inter digitos extrahatur: vt ita ſeueritate poenae a caede et percuſſione abſterreantur *vid. art. 24. iur. naut. Caroli. IX.* Aliquando pro qualitate delicti ſub carinam trahuntur, vel aliter plectuntur.

XIX.

Digitized by Goo

XIX. Si nauta aut miles nauticus ſe opponat magiſtro aut praefecto nauis, factionem et tumultum excitet; capitis poenam meretur, ſed de his fuſius in articulis nauticis, vel militiae naual.

XX. Dominus nauis tenetur ex quaſi maleficio miniſtrorum; ſi non eius, ſed illorum ſit maleficium. Aliquatenus enim culpae reus eſt, quod non meliores conduxerit *§. 2. Inſt. de obl. ex q. del. l. 60. §. 7. D. loc. cond. l. 21. §. vlt. de neg. geſt.* Si de naue quid coniectum ſit, datur actio vtilis in naui praepoſitum *l. 6. §. 3. D. de his qui deie. vel effud.*

XXI. Si graui procella oborta plures miniſtri nautici in naui laborantes tumultuario occurſu forte vnum ex ſuis euerterint, ita vt praeceps in mare decideret; et ſubmergeretur non poteſt quidem actio aduerſus omnes vt aeque reos inſtitui, ſi non intelligatur, a quo euerſus ſit *arg. l. 45. §. 3. D. ad leg. Aquil.* Examinati tamen e ſuorum numero deſignabunt reum, ſi norint; aut iuramento ſe purgabunt a facti ignorantia. Si vero manifeſtetur auctor, tamen ex impetu et incaute, non ex propoſito hoc feciſſe praeſumitur; niſi probari poſſit, ſe ſtudio feciſſe, iudicum autem arbitrio poena delicti, non ex propoſito admiſſi, decernetur. *vid. quoque ſup. l. 2. cap. 7. §. 7.*

XXII. Seducens falſo lumine nauigantes piſcator, et morti cauſſam praebens; merito quoque capitis poena plectitur, ex *ſententia* VINNII *et* PECKII *ad ſin. tit. de inc. ruin. naufr.* Occidiſſe enim dicitur, qui mortis cauſſam quolibet modo praebuit. *l. 51. D. ad leg. Aquil. l. 15. D. ad leg. Corn. de Sicar.*

XXIII. Si quis alium ſubmerſerit aut ſuffocarit in aquis; quia hoc dolo fecit, vltimum ſupplicium meretur. *l. 7. §. 1. 7. D. ad leg. Aquil. vid.* CARPZOV. *p. 1. Pract. crim. q. 3. n. 28. ſeqq.* aut ſi naufragio cauſſam proximam mortis alicuius praebuerit *d. l. 15. de Sicar. ſup. l. 1. c. 7. §. 12.*

XXIV. Si vulneratus mortifere, poſtea naufragio maturius periit, de occiſo agi non poſſe, ſed de vulnerato contra vulnerantem, vult *l. 15. §. 1. D. ad leg. Aquil.* quia naufragium non eſt paſſum adparere, an a vulne-

nerante ſit occiſus, et vulnerans forte animum occidendi non habuit, et aliquando, qui letifere videtur vulneratus, ſanari et conualeſcere poteſt, quod medicorum iudicio ſtabit. De aliis delictis publ. nihil attinet hic agere, ſed alibi tradita ſatis eſt recognoſcere, et huc paribus rationum momentis ad rem adplicare.

CAP. IX.

NVM MAGISTER AVT PRAEFECTVS NAVIS BONA CVM CONSCIENTIA POSSIT, IGNE IN PVLVEREM TORMENTARIVM INIECTO, NAVEM VNA CVM SEIPSO ET SVIS, ET SIMVL HOSTIBVS, NAVEM OCCVPANTIBVS, PERDERE POTIVS, QVAM SALVAM NAVEM, SE ET SVOS HOSTIVM ARBITRIO PERMITTERE?

I. *Occaſio huius quaeſtionis.*
II. *Argumenta illorum, qui licite fieri poſſe ſtatuunt, quod eſt praeſentis quaeſtionis.*
III. *Et ſeqq. Haec contrariis rationibus diluuntur, et vera ſententia firmatur.*
IV. *De virginibus ſtupri fuga in flumen ſe proiicientibus.*

I. Quum in fine ſuperioris capitis de homicidio dictum ſit, non incommode propoſita quaeſtio, quae praeter caetera de homicidio ſui agit, illi ſtatim ſubiici poſſe videtur, vel ideo excuti digna, vt eximatur hic ſcrupulus dubiis conſcientiis, et in primis aeterno animarum periculo, quantum poteſt, occurratur.

II. Qui, quod in quaeſtione eſt, vt licitum defendunt, obducunt nobis auctoritoritatem magiſtratus, deſperationem victoriae et publici boni finem. Chytraeus in libro de morte et vita aeterna: *Minus* inquit *temere pronunciandum eſt de iis, qui iuramento magiſtratui ſuperiori obligati arces aut naues bellicas defendendas cum hoc mandato ſuſceperunt, vt ſpe nulla defenſionis et incolumitatis ſuperſtite, vna cum munitionibus aut nauibus, fidei ſuae creditis, mori et deleri malint, quam contra fidem magiſtratui ſuo datam eas incolumes hoſtium poteſtati dedere.* Quamuis hic Chytraeus non expreſſe dicat, eos, quibus arces et naues commiſſae ſunt, poſſe ob

Digitized by Google

ob dictam cauſſam ſibi manus inferre, tamen hoc inde colligas. Aut ſi ita ſentit, quod praeſtet mori et deleri noſtros vna cum nauibus (per hoſtem non per ſeipſos) qnam contra fidem magiſtratui datam ſe nauesque incolumes hoſti dedere; noſtrae ſententiae refragatur. Expreſſius BVRGERSDICVS. *Ideae Philoſ. mor. c.* 14. *ſ.* 17. *Inter αὐτοφόνους*, ait, *damnandi non videntur nautae, qui igne in puluerem tormentarium coniecto, ſe ipſos ſimul cum hoſtibus occidunt, ſi publica auctoritate muniti ſint, nullaque adpareat ſpes victoriae, et patriae, cui militant, bonum potius ſpectent, quod in ruina hoſtium conſiſtit, quam malum quod in hoſtium poteſtatem venientibus perferendum foret.*

III. Verum quidem eſt, magiſtratui non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam obediendum eſſe *Rom.* 13. 5. Et quamuis dura ſubditis eius iuſſa videantua, tamen illorum eſt iſthaec exſequi, non interpretari. Eorum culpa nulla eſt, qui parere neceſſe habent. *l.* 157. *l.* 167. *ſ.* 1. *l.* 169. *l.* 199. *D. de reg. iur. vid. et* VASQ. *Illuſt. quaeſt. c.* 8. *n.* 9. In legibus WISIGOTHORVM *l.* 8. *t.* 1. *c.* 1. dicitur: *qui dominorum iuſſionibus obedientiam detulerunt, culpabiles haberi non potuerunt: quia non ſuo exceſſu, ſed maioris imperio id commiſiſſe probantur.* Sed haec procedunt, ſi iuſta ſint magiſtratus imperia, vnde Poeta ait:

Et parere decet iuſſis, et iuſta iubentur.

Si vero quid praecipiat, quod iuri diuino et naturae repugnet, non magis obligantur ſubditi parere, quam magiſtratus hoc praecipere. Magiſtratui quidem parendum, ſed magis Deo *Act. IV. v.* 19. Deus benefecit obſtetricibus apud Hebraeos, quod ipſum magis timerent, quam regem Aegypti Pharaonem, iubentem maſculos infantes Iſraelitarum recens natos occidere *Exod. I. v.* 20. 21. ſed αὐτοχειρεία per ſe res illicita eſt, quippe quae iuri diuino *Gen. XI.* 5. 6. quinto Decalogi praecepto, et naturae *Eph. V. v.* 29 contraria eſt. Vnde BVRGERSDICVS *d. c.* 14. §. 16. ait: *ſi magiſtratus aliquem damnet ad αὐτοχειρίαν, legi naturae potius parendum eſt, quam magiſtratui id, quod naturae contrarium eſt, praecipienti.* Quamuis vero fidem ſuam

Digitized by Google

et obedientiam videantur probare patriae et magiſtratui, qui hoc modo pereunt; tamen non excuſantur coram Dei tribunali, qui ſuo, non alieno arbitrio, et ea via ac hora, qua ipſi placet, animas hominum vult repoſcere, in quas ipſi ſoli ius eſt. Nemo poteſtatem habet in proprium ſpiritum pro lubitu dimittendum; ne dum eam ſibi ſumere poteſt in alium. Guſtauus magnus de quodam ſui temporis praefecto nauis, ſe et nauem flammis tradente, ne in hoſtium manus veniret, dixiſſe fertur: *Erga me et regnum maſcule et fideliter, erga ſeipſum ſcelerate egit.*

